cenſus, vel redditus cōſtitutus eſt atq; impoſitus, & ratione huius poſſeſſionis coactus fuerit recognoſcere ipſum cenſum, & eius creditorē titulumq; novum eidē facere, tantum erit obligatus redditū ſolvere, dum fuerit eiuſdē rei poſſeſſor quoad ſi res illa abſq; fraude poſſeſſoris, qui recognoverit, ad alium devenerit, nō poterit prior poſſeſſor ad ſolutionē redditus convenirī: quia ille titulus nov⁹, recognitio, ſtipulatio, & promiſſio reddit⁹ nō plus, nec magis obligat, vel afficit in ſubſtantia obligationis ipſum recognoſcentē, quam prius virtute poſſeſſionis tenebatur † Tum quia interponitur, ex neceſſitate legis ad hoc cōpellentis, & tie nō cenſetur liberaliter fieri, ſed ſolum in quātū neceſſitas poſtulat, videl. ad terminos & limites huic obligationi à lege, vel cōſuetudine datos duntaxat, *l.rem legatā ex ſimil.ff.de adim.leg.* Tum quia expreſſe ad dictos terminos & limites ſe refert & reſtringit: Tum quia nō interponitur animo faciendę novæ diſpoſitionis, vel obligationis, ſed ſolū animo recognoſcendi, & declarandi obligationē jam diſpoſitā, & ſubſiſtentē: vnde ſimplex titulus novus, non eſt diſpoſitorius, ſed declaratorius, ſeu probatorius, nec aliquid de novo inducit circa ſubſtantiam obligationis, ſed bene circa quædā intrinſeca, & accidentalia, videlic. circa probationē & viam exſequutivā, & ſic huiuſmodi titulus duo tantū operatur. Primum confeſſionē, & probationem in præjudicium recognoſcentis. Secundum viam guarentigiā, & hæc duo dumodo ſit expeditus ſub ſcriptura authentica, in forma probante, & ſub ligillo ſeculari authentico habente vim guarentigiæ, ita in terminis decidit per prædicta maxima ſua auctoritate, Car. Molin. *in conſuetu. Pariſ. tit.1.§.11.n.19.* quem refert & ſequitur D. Covar. *lib.3.var.c.7.n.6. verſ. in 20 tamē, &c. & Redoan.de reb. Eccl.non alien.in rub de conſt.annua red.n.68.& Felic.de Solis de cenſib.lib.4.cvlt.n.7.fol.233.* quicquid in cōtrarium audaciter cōtra ſupradictos patres noſtræ facultatis legalis Molin. ſc. & Covar. ꝓbare conetur Salaz. *de uſu & conſuet.& ſtylo curiæ, c.11.n.85.& ſeq.fol.155.* niſi is, qui cenſum recognovit, de creditoris alienaverit cēſenſurem cenſui ſuppoſitā. Ego vero priorem ſententiam noſtrorum probo proculdubio, licet creditor cēſus in prædicta alienatione minimē cōſenſerit, nec ſciverit, niſi aliud expreſſim inſtrumento recognitionis probetur † ſiquidem id obſervandū erit, cum voluntate contrahentis ſcriptum fuerit: ceterum in dubio, hoc nō expreſſo, & alienatione abſq; fraude poſſeſſoris facta, recognoſcens non tenebitur amplius ad cenſus & redditus, cum nō poſſideat, & recognitio nō ſit facta animo inducēdæ novæ diſpoſitionis, & ideo intelligēda eſt ſolum, in quantū neceſſitas ipſa poſtulat, & ſic durante poſſeſſione, & reb. ſic ſtantibus, vt cōſtat ex præfatis auctoribus, præſertim ex Covar. *vbi ſup.* & ſequacibus juxta eorū ſententiā jam bis in practica obtinuimus de hoc articulo cōſulti, ſtante recognitione, cum obligatione propriæ perſonæ & bonorum.

Quare idem videbatur prorſus dicendum in ſpecie ſuperiori de tutore, vel curatore obligante ſe & cōtra-

hente nomine sui minoris & obligante ꝓpria bona sua & personam pro pupillo, nempe vt finito officio, non teneretur amplius supradict. rationibus.

Nihilominus tamẽ in tutore, & curatore obligante personam suã. & propria bona, aliud est indubitè tenẽdum & dicendũ, nempe vt etiam finito officio teneatur, vt sup. ꝓbavimus & resolvim⁹: nam inter hos casus maxima est differentia & diversitatis ratio, hæc nempe.

Quod tutor & curator obligans pro suo minore ꝓpriam personã & bona ipsius tutoris & curatoris liberaliter ex sua voluntate & sponte id facit, nullo jure, aut consuetudine ad hoc eundem cogẽte, sic fit animo inducendi novam dispositionem & obligationẽ gratuito, suo periculo vt patet, merito ergo quod finito officio teneatur, sicut eo durante.

25 At ꝛ tertius rei censui suppositæ possessor, etiã singularis successor, qui fundũ possidet, huiusmodi jure cogitur hunc redditũ solvere, hac denno præmissa obligatione emtorem ipsum recognoscere vt onus illius juris pereipiẽdi annũ redditum ex re, sicut in specie adnotarunt Guid. Pap. *qu. 42. & qu. 476.* & *Cassane. in consuet. Burg. rubr. 11. §. 6. in pr. nu. 2. & in vers. adverte, nu. 16.* qui etsi hanc opinionẽ potius ad consuetudinẽ Galliæ quam ad jus commune referat, *vt etiã ſcribu Carol. Molin. vbi sup.* præmittunt tamen idem esse, vbi annui redditus cõstituuntur super aliquo fundo tanquã jus reale & servitutis adhærentis eidẽ fundo, quemadmod. & apud Hispanos passim cõstitui solent, secund. Covar. *vbi sup. d. n. 6. vers. & ideo quilibet*, quicquid contrariũ teneat Salaz. *vbi sup. d. n. 69.* saltem vt non cogatur hic singularis possessor se obligare personaliter, nec vt exsecutiva via teneatur, nisi quãdo res est per executionem ablata ab hoc singulari possessore ob nõ solutionem pẽsionis, quia tunc nõ tenebitur creditor restituere ei rem, nisi personã quoq; obliget secundum ipsum Salaz. *vbi sup. n. 64.* sed prior eius opinio vera quidem non est, nec tenenda in praxi, sed quã prædiximus cum Guid. Pap. Cassa. Car. Molin. & Covar. *vbi sup.* nempe ꝙ quilibet etiã singularis successor, & tertius possessor rei censui suppositæ teneatur, & cogi possit per judicẽ censum ipsum & dñm eius in posterum recognoscere, eidemq; ꝓmittere ſolvere redditus decurrẽdo singulis terminis cum obligatione ꝓpriæ personæ, & bonorum via exfecutiva, & ita in praxi observatur. Caveat tamen hic tertius possessor ad fugiendas opiniones, vt nũcupatim obligetur pro tẽpore, quo præd. rem contigerit ipsum possidere, non n. ad aliud amplius poterit cogi, aut cõpelli, vt obligetur, cum hæc sit & nõ amplior obligatio, qua ipse recognoscens tenetur, ꝙ si hæc adjectio & declaratio omittitur, nihilomin⁹ liber erit, si desinat abs ꝙ fraude rẽ possidere & aliud expresse in instrumento recognitionis non contineatur.

Cum igitur hæc recognitio jure cogente fiat merito, vt tantum durante possessione intelligatur facta, secus in obligatione tutoris, vel curatoris voluntarie & spõte facta, cum tunc jã sit expressa voluntas, ipsius tutoris & curatoris volentis se & sua bona ꝓpetuo obligari. Tandem ad præd. differentiã constituendam inter hos duos casus sufficiat videre, quod sunt admodũ diversi, vt in quolibet eorũ teneam⁹ & sequamur, quod Dd. in eis decidant & tenent, & ita non errabimus.

26 Clerici ꝛ autem nõ coguntur recipere aliquam tutelam: possunt tamen recipere legitimam, si volunt, *text. in auth. presbyteros, post l. 40. in ordine, C. de episc. & cler. gl. in c. pervenit, quod est vlt. 86. distin. & ibi Dd. text. in auth. de sanctiss. episc. §. Deo autem amabiles, coll. 9. ibi, presbyteros autẽ, & diaconos & subdiaconos jure, & lege cognationis tutelã aut curam suscipere hereditatis permittimus, proprio & solo gradu cognationis ad tutelam & curam vocatis, huiusmodi suscipere administrationẽ permittimus, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentẽ judicẽ scripto declarent, talẽ administrationẽ propria voluntate suscepisse, tex. in l. generaliter, 40. in ord. C. de Episc. & cler. l. 14. tit. 16. part. 6. ibi, Mas los otros clericos seglares, quier sean missacantanos, o nõ, bien pueden ser guardadores de los sus parientes huerfanos por razon del parentesco que han con ellos: pero deuen venir ante el juez ordinario del lugar fasta quatro meses desque supieren q̃ aquel su pariente murio e dexo hijo sin guardador, e entonces deuen dezir ante el como ellos quieren ser guardadores de los huerfanos q̃ fueron hijos de aquel su pariente: e despues que esto ouieren fecho pueden tomar los moços en su guarda e alumnar e procurar los bienes dellos.* Et ibi expresse gl. Greg. Lop. *in verbo, porrazon del parentesco, in fin. ibi, & quãdo sunt legitimi admittũtur volentes non inviti, vt hic & ibi habes, sc. in d. §. Deo autẽ amabiles*, idem magis probant Baeza *de decim. tut. c. 2. nu. 38.* & Ant. Piag. *de tut. & cur. qu. 3. nu 3.* & Cavalc. *in cod. tract. de tut. & curat. nu. 288.*

Hoc ꝛ autem intelligendum est de clericis eõstitutis 27
in sacris, alii nam q; clerici inviti cogũtur, *vt in d. auth. presbyteri, & Greg. Lop. in d. l. 14. in gl. missacãtanos, o nõ*, est n. alia optima lex Reg. idem probans, nẽpe *l. 45. tit. 6. p. 1. ibi, e como quiera que los clerigos no ayan de fiar bienes de huerfanos, pero bien pueden rescebir a ellos en guarda, e a sus bienes si quisieren segende sus parientes, e dando seguranca q̃ se la alumnen assi como dicho es en el titulo que fabla de los huerfanos o de la guarda de ellos*, Scil. *vt d. l. 14. tit. 16. p. 6.* & noviſſimè ex d. leg. Regiis, & aliis juris communis nec nõ & auctorib. quos citat, hoc idem probat Licent. Castillo. *Bobadilla en su Politica de corregidores lib. 2. c. 18. n. 226. cum seq.* addens, ꝙ per consequens clericus debet reddere rationẽ tutelæ & curæ coram judice seculari loci administrationis, *vt ibi jure ꝓbat*, & quod non põt compelli acceptare tutelã. vel curam, nisi cõcurrentib. judicib. seculari, & ecclesiastico, *vt in d. auth. presbyteros, & per Dd. quos ibi citat.*

Ad ꝛ tutelam autẽ testamentariam, vel dativam cle- 28
rici vocari nõ possunt, neà divinis distrahantur, *vt in c. vlt. 88 dist. & in c. Cyprianus, 21. qu. 3. gl. in d. c. pervenit, 86. distin. verbo, tutelas*, imo puniuntur dantes illos tutores, vel curatores. privantur n. ecclesiastica sepultura, *c. neq; apud. 88. dist. & tradit Host. in summa de sepult. vers.* quib. interdicitur ecclesiastica sepultura, & *Ant. Piag de tut. & cur. qu. 3. nu. 1. & 2.*

Neque esse tales tutores & curatores possunt, vt in- 29
nuunt *in d. l. 14. & ibi notat gl. ver. porrazon del parentesco, & gl. in d. auth. de sanct. episc. §. Deo amabiles. vers. permittimus*, superiora etiã probat Molin. Theolo. *de just. & jur. 2. tract. disput. 221. col. 1365.*

Vbi ꝛ quod etiam fas est clericis tutores, aut curato- 29
res esse miserabilium personarum in jeventu, quo id licet Episcopis, de quibus statim agemus.

Episcopi ꝛ autem & monachi, ex nulla lege tutores, 30
aut curatores cuiusciunq; personæ fieri possunt, *vt in d. auth. presbyteros, la 2. & in d. §. Deo autem amabiles*, nec tales esse possunt, *vt in dict. l. 4. in princ. ibi, Obispos monge, ni otro religioso non puede ser guardador de huerfano: porque estos tales han de seruir a Dios en las Iglesias, e embargarseea este ſeruicio por la guarda que huuiesse de dar en los personas, e bienes de los huerfanos*, melior text. *in l. 45. tit. 6. part. 1.* neque hoc corrigitur *per d. c. pervenit, 86. distin.* quamvis gl. *ibi ver. tutel. ibi, vel dic quod illi*, authen. volueriit contrarium. Archidiaconus namque ibi, & Præpositus tenent priorem opinionem gloss. ibi, nempe vt Episcopus, vel monachus etiam volens non possit recipere legitimam tutelam, vel curã aliquam *ex dicto §. Deo autem amabiles*, nisi essent tutelæ miserabilium personarum: cum alias non essent, qui bene, & tute ad tutelam præfici possent, quod etiam probavit Greg. Lopez. *in d. l. 14. glo. 1.* & Molin. Theolog. *vbi supra, versic. Episcopus autem*, tutelam tamen miserabilium personarũ Episcopus tenetur suscipere, & alii clerico mandare, *text. in cap. Episcopus gubernationem, 88. dist.* tutor tamen honorarius Episcopus bene esse potest, *vt tenet addit. Abb. in cap. ex parte, el 2. n. 6. de appell.* Quis autem dicatur & sit tutor honorarius dicemus *infra in hac 1. pa. c. 17.*

31 Similiter ꝛ clerici possunt esse tutores, & curatores pauperum & miserabilium personarum, *tex. in d. c. fin. 86. dist. & c. 1. 88. dist.* debet tamen in hoc accedere superioris cõsẽsus, *c. monachi, 16. q. 1.* Quinimo si ipsi nolunt, cogi possunt per Episcopũ ad talium egenorũ curam, tutelæve suscipiendã, *c. decrevit, 88. dist.* Ex quibus jurib. ita tenet & probat Ant. Piag. *de tutel. & cur. 3. qu. n. 4. & 5.* qui *n. 6.* addit, quod isti quidẽ hoc casu nominari nõ poterunt, nisi per judicẽ ecclesiasticũ, eo quod laicus nullã in clericos jurisdictionẽ habeat, *secund. Car. Rmin, cons. 89.* quamvis copiosi *in pr. lib. 5.*

32 Laicus ꝛ autem bene põt esse tutor. vel curator cle- 32
rici, *vt decidit Bald. cons. 45. qui sta. vol. 3. & Dec. cons. 150. n. 3. & 8. quos refert. & sequitur Greg. Lop. in d. l. 1. gl. 1 tit. 24. partit. 6. & Ripa*, vbi alios etiam refert *inca. decernimus, nu. 10. de judic.*

33 Debet ꝛ tamen secundum Dec. *vt supra*, dari tutor 33
laicus clerico à judice ecclesiastico, *vt voluit Bat. in l. 1. ff. de tut. & cura. dat. ab his, Oldr ad. cons. 59. Maran. de ord. jud. 4. part. dist. 11. n. 39. Rip. c. 2. de judic. n. 9. Spino. in suo spec. testam. gloss. 29. nu. 18.*

Sed fortè in praxi si clericus in minoribus non esset beneficiatus, tutoris datio eidem facta per judicem secularem teneret, *secund. Greg. Lopez. in d. l. 14. glo. 1. ad fin.* qui tamen refert Alb. *in d. auth. presbyteros, la 2.* tenentem post Cyn. tutius esse, quod judex laicus, & ecclesiasticus consentiant dationi.

Vnde non sine ratione dubitari potest de opinione Pauli Castr. *consil. 352. curator datur bonis, lib. 1.* tenentis, quod judex secularis potest dare curatorem clerico, quem citat dicens, esse peregrinam doctrinam, Pelaez de Maur. *in 1. part. qu. 58. nu. 64.*

Sed non credo veram in clerico constituto in sacris, vel obtinente beneficiũ ecclesiasticũ ex defectu jurisdictionis & potestatis, & quia nõ spectat ad judicẽ laicum huiusmodi clerico curatorẽ dare, & ideo merito dixit idẽ Paul. Cast. *vbi sup. n. 2. ad fin.* bonum esse cõsilium, quod detur curator per proprium judicem.

Limitatur ꝛ si minor clericus litiget coràm judice lai- 34
co seu seculari: tunc enim judex secularis illi curatorẽ dare poterit: *vt post alios tradit Dec. d. cons. 150. n. 7. & 8. & in l. 1. nu. 6. ff. de jurisd. omn. jud. & plures alios refert Cald. in d. l. ſi curatorẽ habens, in pr. n. 19.* vbi *n. 22.* quod procedit etiã in delegato ex Neviz. *cons. 17. n. fin. Ang. in pr. inst. de curat. Purpur. in d. l. n. 76. ff. de jurisd. om. ju. & Alex. in l. 2. allo tit. vers. item contra Bart.*

35 Tutor ꝛ præterea dari debet ad tuendam personam 35
pupilli, eiusq; bona, non vero decerni debet ad vnam rem, vel certã litem tantisper, *vt in §. certe, Inst. qui test. tut. & in d. l. ad fin tit. 16. partit. 6. l. certarum. ff. de test. tut.* & ibi Bart. assignat rationem Laurent. de Pin. *cons. 44. n. 9. & latius decis. Pedem. octav. 89. n. 3. & 5. & alios allegat Baeza de decim. tut. c. 17. n. 2.* vbi quod ad adeundam hereditatẽ speciale est, vt tutor dari possit, *l. cum una, §. tutor. ff. de appell. & ibi notant Dd. Paul. Cast. in l. & si ad ſpeciem, ff. rem pupill. sal. for. decis. Pede. octav. 84. n. 5.* Curator tamen bene potest dari ad vnum actum, *l. non tantum. ff. de tut. & cur. dat. ab his, & tenent plures allegati a Baeza vbi supra, nu. 3.*

36 Tutor ꝛ etiam nõ solum datur rebus, sed, vt instruat 36
pupillum bonis morib. & reliqua faciat, quæ pertinent ad eius cõmodum, *sec. Bald. in l. ciſd. col. fin. C. de ſecũdis nupt. quem refert, & sequitur Greg. Lop. in d. l. 1. in gl. la persona del moco, Baeza de decim. tut. c. 2. n. 87. optima, l. 16. tit. 16. pag. 6.* & ideo tutor jurare debet vtiliafacere & inutilia prætermittere, *vt in auth. vt his qui obleg. &c. §. fin. Bald. in l. omnia, §. item ſilent. ff. de off. præfect. urb. l. 9. tit. 16. partit. 6. ibi*, e sobre todo deuen jurar los guardadores de fazer todas las cosas que sean a pro de los huerfanos, e de no ſe entremeter en fazer cosa que sea en danno de ellos. quã leg. ad hoc citat Baez. *de decim. tut. c. 2. n. 66.*

Tutor ꝛ datur principaliter personæ, & in conse- 37
quentiam creditur datus omnibus bonis, *text. in d. §. certe, & in §. datus, Inſtit. de excuſat. tut. l. cum plures, §. cum tutor, ff. de adminiſtr. tut. Laurent. de Pino. cons. 26. nu. 4. & vbiq; communiter Dd.* Curator vero principaliter datur rebus, minus præcipuè personæ, *vt probat Petrus Gregor. in Syntag. jur. 2. part. lib. 12. cap. 2. num. 6. & lib. 13. cap. 1. num. 20. & clarius Molin. Theol. de just. & jur. 2. tract. disput. 220. col. 1354. versic. sic curator præcipuè.* Cur autem placuerit tutelam personarum introducere, tres rationes congerit Petr. Gregor. *vbi supra, cap. 1. num. 7. cum sequ.*

SUMMARIA.

1 *Tutorum triplex ſpecies, teſtamentary, legitimi, & dativi.*
2 *Tutoris quatuor ſpecia, nempe matris, & aviæ, & iſta dicitur anomala extraordinaria ſeu irregularis, & nu. n. 3. & non regulatur à ſucceſſione, nu. 11.*
4 *Tutela matris, & aviæ eſt legitima, non autem dativa, vt in num. 5.*
6 *Tutor teſtamentarius præfertur legitimo, dativo, matri, & aviæ, ſed mater & avia præferuntur legitimo, & dativo, vt in nu. 7.*
8 *Mater volens tutelam filiorum aſſumere, dicitur habere filios in poteſtate.*
9 *Mater non datur nutrix filiorum, propter hereditatẽ, ſed propter affectionem quam habet ad filios.*
10 *Mater excluſa per ſtatutum à ſucceſſione filiorum nõ cenſetur excluſa à tutela, vel cura eorum.*
12 *Excluſus à ſucceſſione, tunc excluditur a tutela, quãdo tutela eſt regularis, ſecus ſi ſit irregularis, &c.*
13 *Legitimus tutor deficientibus teſtamentariis matre, & avia ſuccedit in tutela.*
14 *Agnatis ſi per ſtatutum præferuntur cognatis in ſucceſſione, præferuntur etiam eiſdem in tutela.*
15 *Tutela de jure antiquo deferebatur agnatis, excluſis cognatis, ſecus de jure authenticorum.*
16 *Plurimis agnatis & cognatis eiuſdem gradus concurrentibus ad tutelam, quid ſi tunc obſervandum?*
17 *Tutela in legitima ſucceditur eodem modo, quo in hereditate bonorum ſive inter aſcendentes & deſcendentes, ſive inter collaterales, vt in n. 18.*
19 *Correcta ratione legis, cenſetur correcta & ipſa lex.*
20 *Tutela ei dari debet, cui hereditas defertur cõtra jus commune: ſed contrarium, nu. 21.*
22 *Matre minore exiſtente & ideo nõ admiſſa ad tutelã, quis præferri debeat, an avia matern vel paternus.*
23 *Tutor dativus admittitur deficiente teſtamentario matre, avia, & tutore legitimo.*
24 *Tutor dativus cedit legitimo, legitimus teſtamentario, matri, & aviæ, mater & avia teſtamentario.*
25 *Tutor teſtamentarius quoties venit confirmandus, ſi confirmetur eſt teſtamentarius, ac proinde legitimo eſt præferendus.*
26 *Tutor ante quam confirmetur, poteſt alius à judice dari, & hic datus revocari non poteſt.*
27 *Tutor dari non debet, quãdiu ſtant conſanguinei proximiores de agnatione, vel cognatione, licet ſint de alieno territorio, dummodo non ſint de extranea provincia, vt in nu. 28.*

CAPUT II.

Quotuplex sit tutela.

1 TRIPLICI modis † stabiliri possunt tutores pupillis orphanis, *in l.2.tit.16.p.6.* Primo, quãdo pater testamento filio suo tutorẽ reliquit, qui tutor testamẽtarius appellatur: hoc est, in testamento alterius datus.

Secundo, quando pater filio suo in testamẽto tutorem non dedit, adsunt tamen cõsanguinei: tunc enim jure statuitur consanguineum proximiorem esse debere tutorem orphani, qui tutor legitimus dicitur, hoc est, lege, vel jure datus.

Tertio modo, quãdo pater filio suo nullum reliquit in testamento tutorem, nec reliquit consanguineum propinquum, qui talis tutor legitimus, possit, vel velit esse, & tunc judex illius loci dat pupillo tutorem hominem bonum & fidum, qui tutor dativus dicitur, hoc, est, arbitrio judicis datus.

Hæc differentia tutorum constat ex titulis de tutelis *de testam. de legitim. tuto. de legit. agnat. tut. & qui testam. dar. poss. & aliis, & tenet gl. sent. in vers. item nota, in l. 1. (. de testam. probat late Ant. Piag. de tut. & cur. qu. 2. in pr. & Cavalc. de tuto. & cur. in pr. nu. 1. & Speno. in Spec. testa. gl. 29. n. 4. & 5. & ceteri omnes de hac re agẽtes*, estque expressẽ lex Regia 2. *tit. 16. part. 6.* hos tres modos stabiliendi tutores complectens.

2 Quibus † adde alium, & quartam speciem tutelæ, nempe eã, de qua *in auth. matri, & avie, C. quãdo mulier tut. offic. fungi poss. vbi Bar. & Dd. Spec. in tit. de tute. §. nunc dicendũ. in pr. Hier. Gra. at. cons. 115. in præsenti, & c. in 1. part. & alij quãplures auctores, l. 9. vbi silos mocos no tuvieren madre ni abuela, & in vers. mas si los huerfanos, tit. 16. part. 6. & ibi Greg. Lop. in gl. madre ni abuela.* Et ista dicitur tutela anomala sive extraordinaria, seu irregularis, in qua specie matres pupillorum continentur, *vt ex Sot. jun. refert Ant. Piag. de tute. & cur. qu. 2. nu. 7.* Sed locum Socini ego non invenio.

3 Dicitur † extraordinaria, quoniã non est testamentaria, cum lex prohibeat dari tutrices mulieres testamẽto, *l. jure nostro, ff. de testa. tut.* ex quo tutelæ officio magis idoneus est masculus quã fœmina, *secũd. Philip. Corn. cons. 208. in præsenti consultatione, nu. 6. lib. 3.* non etiã est tutela legitima, quia lex dicit, tales tutrices, hoc est, matrem, & aviam postponi omnibus tutoribus testamentariis & legitimis, *l. 2. §. his illud, C. quãdo mulier tut. offic. fungi poss.* quamvis hoc correctum sit quoad legitimos, quos præcedunt matres, & aviæ, *vt in d. auth. matri & aviæ, eod. tit. & in corpore, vnde fumitur de hared. ab intest. venient. §. ex his.*

4 Nihilominus † tamen, hæc tutela legitima est hodie per jura authenticorũ, quia à lege datur & agnoscitur, alio tamen extraordinario modo, quam ceteris cõsanguineis tutoribus legitimis defertur, *vt in d. juribus, & tenet Bart. in l. 2. §. si pater, ff. ad Tertu. & in d. auth. matri, & avia, n. 9. & in l. si quis sub cond. n. 13. ff. de test. tut. Spin. vbi supr. n 8. dicemus infra c. 5, n. 8.*

5 Dativa † autem non est hæc tutela, quia tutelæ munus est necessarium, *l. fin. in pr. C. de admin. tut. diximus sup. c. 1. n. 21.* matres autem invitæ assumere huiusmodi tutelam nõ cogũtur, sed tantum eis permittitur, si velint eam assumere, *vt in d. jurib. & ita practica observavit Ant. Piag. d. q. 2. n. 7. cum seqq.*

6 Secundo † illud præcipuè observandũ erit circa ordinem deferendi tutelam, quod in primis locus est testamentario tutori si exstat, qui non tantum legitimo, sed etiam dativo, & matri præfertur, *vt ex Corn. & Soc. probavit Ant. Piag de tut. & cura. qu. 9. nu. 1. & ante eos Bart. in d. l. si quis sub cond. n. 5. Bald. in l. precib. nu. 20. C. de impub. & aliis subst. citat plures Segura in repe. d. coheredi, §. cum filia, n. 37. ff. de vulg. & pupill. Tiraq. in l. si vnquam, in prine. num 9. C. de revoc. donat. Spin. vbi supra, n. 7.* Idq; constat ex ordine titulorum de hoc lõquentium, & præcipuè *ex d. l. 2. tit. 16. par. 6.* ab ordine literæ, & ex mente, & expressis verbis ipsius, & ex auth. *matri & aviæ, & corpare vnde fumitur, C. quando mulier tut. offic. fungi possit.*

Post † testamentarium tutorem, hoc est, illo modo datum, vel qui nolit, aut non potest esse tutor, locus est tutelæ matris, vel aviæ successive ipsis hoc officiũ agnoscere volentib. quæ præferuntur aliis legitimis & dativis tutoribꝫ, solis testamẽtariis exceptis, *vt cõstat ex supradict. & probatur in l. 9. in verbo sup. relatis, tit. 16. p. 6.* 7

Qua † ratione mater volens filiorum tutelam assumere, dicitur habere filios in potestate, *vt ex Dec. in c. ex parte, el 2. in 1. notab. de appel. probat Piag. d. q. 9. n. 2.* 8

Et † quidem mater nõ datur tutrix filiorum propter hereditatem, sed propter affectionem, quam habet ad filios, *vt in auth. vt sine prohibitione matris, & c. in pr.* 9

Vnde † si exstaret statutum excludens matrem à successione filiorũ (prout exstat Hispali, super quo consuluit Soc. ju. *cons. 141. visis reformationib. lib. 3.*) nõ ex hoc excluderetur mater à tutela vel cura eorum ob rationẽ prædictã, vt sup statuto civitatis Fulginantis respondit Corn. *cõs. 101. videtur prim. facie, per tot. præcipue n. 4. & 8. vers. & hãc parte, lib. 3. & pulcre Dec. cons. 16. n. 2. quos refe. & sequit. Ant. Piag. d. q. 9. sub n. 4. vers. limita hac, & tenuit Saly. in d. auth. matre & avia, q. 9. n. 11. & Io. And. in add. ad Spec. tit. de cur. §. cum autẽ, sequitur Greg. Lo. in d. l. 4. in gl. la guarda de sus hi jos, in vers. & nota tit. 16. part. 6. Soc. jun. cons. 153. n. 37. lib. 2. concedit Bero. cons. 124. n. 5. & alios referens Caval. de tuto. & cur. n. 183. & Ioan. Vinc. Hond. cons. 88. n. 5. cum seqq & iterum n. 25. cũ seqq.* Idemq; servari in hoc debet & in avia materna, *vt probat Hond. vbi supr. nu. 6. & 7. ex Dec. d. cons. 16. n. 4. vers. & ea, quæ & aliis, quos ibi citat.* 10

Tutela † namq; matri & aviæ debita est extraordinaria, & irregularis, nec enim à successione regulatur, vt patet ex eo, q matri de jure antiquo deferebatur hereditas per SCtum Tertul. & tamẽ eis nõ deferebatur tutela exstantib. legitimis tutoribꝫ. *l. 2. (. quando mul. offic. tut. fungi poss.* Similiter, quia de jure novo auth. mater admittitur ad tutelã si vult, nec cogitur illam subire, *vt probavimus sup.* q nõ est in aliis tutelis debitis agnatis & cognatis ratione successionis, q ipsi inviti compelluntur suscipere, *tex. in auth sicut, & ibi omnes, C. de legitim. tut, & in corpore, vnde fumitur.* Non igitur est mirũ, si mater & avia ad tutelã admittantur, quamvis nõ succedant, cum eorum tutela sit extraordinaria, & irregularis, nec ex successione reguletur, sed solum deferatur matri & aviæ ratione affectionis, *vt in §. hac igitur, in authen. vt sine prohib. matres, & c.* 11

Solum † namq; exclusus à successione excluditur à tutela, quando ipsa tutela est regularis, secus in tutelis anomalis & irregularibus, prout est illa, quæ defertur matri & aviæ, *Spec. in tit. de tut. §. nunc videndũ, Hiero. Cagn. in l. quo tutela, n. 2. & 3. ff. de reg. ju. post Imol. cons. 193. n. 9. Hond. vbi sup. d. cons. 88. n. 29. post Calv. d. n. 183.* 12

His † autẽ deficientibus, vel nolentib. tutelam agnoscere, sc. testamentario tutore, matre, & avia, succedit legitimus tutor, & quidẽ proximior, quemadmodũ ad hereditatẽ vocatur, *l. 1. in pr. & l. 2. & l. 3. §. si duo, ff. de legit. tut. & l. quo tutela, ff. de reg. jur. tex. in auth. de here. ab intest. venient. §. ex his, Bal. in l. meminimus, n. 3. C. de legit. hered. Dec. d. cons. 16. & bene Cald Per. in rep. d. si curatorẽ habens, in tex. ibi, sine curatore constitutus, nu. 18. C. de in int. rest. min. & Martini. cons. 13. n. 2. expressa l. 2. tit. 16. p. 6. ibi, la segunda, quando el padre no dexa guardador al hijo en su testamẽto e a parientes, ca essos las leyes otorgan que sea guardador del huerfano el que a mas cerca no pariẽte, esse tal es dicho en Latin tutore legitimo, que quiere tanto de ẽr, como guardador, q es dado por ley, e por derecho*, expẽde verba, *ca estonces, & c.* Quia sunt restrictiva, ac si diceret, *tunc demum & non alias legitimo tutori erit locus, quoties pater non reliquit testamento tutorem filio suo,* quod etiam innuit ordo literæ. 13

14 Cum ergo tutela jure deferatur consanguineo proximiori in prædict. specie, sicut hereditas, hinc est, vt si per statutũ agnati præferantur cognatis in successione in tutela, idem etiam erit observandũ, *secund. Anch. in c. 1. vers. quid si lex providit, de const. Bart. in l. 1. in pr. ff. de legit. tutor. Dec. d. cons. 16. & in l. fœmina, nu. 18. & in l. quo tutela. ff. de reg. jur. Durand. de arte testan. tit. de tuto. quod curato. caut. 1. Cavalc. de tuto. & cura. nu. 137.* est communiter approbata, & verissima conclusio, *vt plures cimus affirmat Hond. d. cons. 88. nu. 20.* excepta matre & avia, quæ omnibus præferuntur, *vt per eundẽ Cavalc. ibi, nu. 183. & supra diximus.*

15 Quinimo † seclusо huiusce modi statuto, tutela de jure antiquo Digestorum deferebatur agnatis, exclusis cognatis, *l. 1. ff. de legit. tuto. Bald. in l. 1. in pr. C. de legit. tuto.* Et licet Phil. Corn. *cons. 281. præmittendum est, in pr. lib. 1.* in hoc adversari videatur, dicens; quod legitima tutela defertur conjunctis agnatione vel cognatione, & qui sunt ab intestato successuri, *vt in d. l. 1. ff. de legit. tut.* attamen, dum statim citat etiam tex. *in auth. de hared. ab intest. venien. §. ex his,* deducitur, ipsum loqui attento jure novo auth. quo sublata est in hoc differẽtia agnationis & cognationis, quoad successionem, & quoad tutelam, vt cavetur *in d. §. ex his,* & omnes tam agnati quã cognati secundũ gradus prærogativam ad tutelã admittuntur, *vt ibid. decidtur, & in authe. sicut, C. de leg. tuto. gl. in l. 1. vers. providentur, & ibi Bar. in pr. ff. de legit tut. Hond. d. cons. 88. nu. 1.*

Dummodo masculi, & perfectæ ætatis, & nulla lege prohibeantur tutelã suscipere, *vt in l. fin. vers. quia autẽ, C. de legit. hered. & in aliis ll. statim citandis.*

16 Quod si † plures sint eiusdẽ gradus, qui ad tutelã jure vocantur? Communiter his apud judicem convenientibus, vnus vel plures eligi debent, eumq; vel eos administrare convenit, vt magis idoneo vel idoneis committatur tutela; periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, & substantia eorum minorib. tacitè subjacente pro huiusmodi gubernatione, Ita apertè deciditur, *in d. §. ex his, in auth. de hered. ab intest. venient. l. 6. in vers. si autẽ plurimi, & in d. auth. sicut, C. de legit. tut. & in l. si plures, ff. eod. tit. gl. ver. provid. in l. 1. in pr. ff. eod. & sequuntur communiter Dd. vtrobiq, l. 9. tit. 16. p. 6. ibi, Mandamos quelos parientes mas cercanos q ouieren y que estuvieren en vn mismo grado sean guardadores de los. e de todos sus bienes,* vbi Greg. Lop. in gl. *En vn mismo grado,* inquit eam legem cum dicti is juribus concordare, & l. 94. ibi, *E otrosi porque eran los parientes mas propinquos que el huerfano auia, titu. 16. part. 6.* hocq; fit propter commodiorem administrationem, *vt in dictis jurib. & in l. legitimos, §. in legitimis, ff. de legit. tutor,* & illud de hypotheca probatur etiam *in l. pro officio, ff. de administr. tut.* & superiora tenet etiã & jure comprobat Molin. Theolog. *de justit. & jur. tractu. 2. disput. 220. colu. 1359. in verbo. deficientibus.* Et ita in praxi vidi semper observari in civitate Placentiæ in locis & oppidis eius jurisdictionis, vt mortuo patre, relictis filiis pupillis absq; tutore, judex ordinarius eiusdẽ civitatis præcipiebat consanguineis minorum, vt simul convenirent, & inter se tutorem eiusdem idoneorem nominarent periculo ipsorum, & ad se deferre facerent nominationem præfatam.

Pro qua praxi est etiã optimus text. *in l. 3. §. quãvis, ad fin. vers. apparet, ff. de admi. tut.* vbi inquit tex. *apparet igitur Prætori curæ fuisse, ne tutela per plures administretur, quippe & si pater nõ destinaverit, quis gerere debeat, attamẽ id agit, vt per vnum administretur: sane n. facilius vnus tutor & actione exercet & excipit, ne per multos tutela spargatur,* & ibi glo. verb. *facilius,* refert versum, *seguius expediunt commissa negotia plura,* & Ant. Piag. *de tut. & cur. qu. 11. nu. 5. & 7.* quod si consanguineus propinquior sit idoneꝰ, & cõtendat, se esse præferendum ceteris remotioribus, proculdubio obtinere debet, *vt in jurib. supra relatis.*

Ex † quib. omnib. jam patet, q in tutela legitima succeditur eadẽ forma, qua in successione bonorũ. Itaque, qui admittitur ad successionẽ, admittitur etiã ad tutelã legitimã, *vt in jurib. sup. allegatis, & in l. 1. §. tutela legis, de leg. tut. tex in §. vnico, Inst. de legit. patr. tut. expressior in auth. de here. ab intest. veni. §. ex his, col. 9. & in d. auth. sicut hereditas, C. de leg. tut. & tenet plures relati p Rojas in Epith. succ. c. 26. n. 83. & optime p Hond. d. cons. 88. n. 19.* 17

Quemadmodũ † igitur pater, mater, fratres, patrui, ascendẽtes & descendẽtes, & illis deficientib succedunt collaterales, pari ratione succeditur in administratione tutelæ, *vt tenet D. Castillo in l. 19. Tauri, quẽ refert & seq. Spin. in suo Spec. testa. gl. 26. n. 8.* Vnde ordo succedendi & prælationis jure regio datus in hereditatib. *per l. tit. 13. par. 6.* inter ascendentes & descendẽtes, & collaterales servandus, & in delatione tutelæ, *per sup. dict.* 18

Et † ratio omniũ supradictorũ est, quoniã correcta ratione legis, cẽsetur correcta & ipsa lex, *vt est de mente glo. in proprio termino. in d. l. 1. ver. provid. ibi, sed hodie scint, ff. de legit. tuto.* quã in hoc multis exornat Jas. *in l. posthumo nato, n. 19. & ibi Vbert. Zaca. n. 71. C. de. bo. poss. cont. tab.* & illam glossã ad hoc dicit cõiter approbatam Tiraq. *tract. de cauſ. cess. in pr. num. 130. & novissimè alios referens Menesses. transigere, n. 78. C. de transact.* 19

Imo etiã sunt † qui dicant, q si hereditas alicui deferatur cõtra jus cõmune, eidẽ etiam dari debet tutela, *vt late probat Gaz. cons. 14.* loquens in patruo, vt præferatur avo in tutela, cui etiam in successione præfertur, & inquit patruũ dandum à judice: *sequitur Curt. sen. cõs. 46. n. 6. cum seqq. & n 14. vers. corroboratur, Jas. cons. 149. nu. 6. cum seq. lib. 2. & Hond. d. cons. 88. nu. 23.* 20

Sed † contrariũ merito resolvit adversus eos Hiero. Gabr. *cõs. 27. n. 7. cum seq.* in avo materno æque idoneo nominato à matre, transeunte ad secundas nuptias, vt præferatur patruo, etiamsi esset aliquanto minus idoneus avus, *vt ex plurib. ibi late probat,* quia hoc est tutela dativa, & tunc nõ est habenda ratio successionis, sed pbitatis & idoneitatis, & in pari causa, imo etiã aliquãto inferiori peritus à matre, debet præferri legitimo, *vt infra dicemus cũ cõmuni. c. 5. ibiq;* respondet ad cõsilia Goz. & Curtii sen, ratione diversę rationis in suo casu: Ergo in specie & casu Goza. & sequacib. sc. in tutela legitima (& sic extra casum Hier. Gabr.) vera est eorum opinio atq; recepta à præd. Dd. nempe, q si hereditas alicui deferatur per statutũ contra jus cõmune, eidẽ & dari debeat tutela, vt in exẽplo patrui cõtra avum maternum supra relato: præterquã in matre & avia, quæ omnib. præferuntur, nõ obstante huiusmodi statuto, nisi expresse de eis facist mẽtionẽ, vt cõstat ex suprad. & in terminis cum aliis, pbat Caval. *de tut. & cur. n. 183.* 21

Quod si mater esset minor, & ita ad tutelã vocari nõ posset, nec avus maternus admittendus esset ad præd. tutelã, qui stante matre in medio nõ vocatur ad successionem nepotis, vel neptis per statutũ, sed patruꝰ simul cum matre. Quare patruus in hac specie præferendus quoq; erit in tutela præd. avo materno, *vt late probat Hond. d. cons. 88. per tot. præcipuè. n. 17. cum seq.* quamvis cõpleta ætate matris, ipsa quoq; ad tutelã erit admittẽda, *vt cõstat ex eod. Hond. ibid. n. 39.* Et hoc simul cũ patruo, & nõ ipso excluso, cum simul ambo vocentur per illud statutũ ad successionẽ: alias enim sola mater completa ætate legitima admittẽda esset ad tutelã, remotis tutorib. datis ob eius minorẽ ætatem, *vt cõstat ex eod. Hond. d. n. 19. & ditemus latius infra suo loco.* 22

23 Testamentario † autem tutore, matre vel avia, & legitimo deficientibus, locus sit dativo, per judicem, *l. 2. tit. 16. part. 6. ibi. La tercera manera es quādo el padre no dexa guarda dor, a su hijo ni a pariente cercano que lo guarde o silo haze embargado de manera que no lo puede, o no lo quiere guardar: e estonces es el juez de aquel lugar le da por guardador algun home bueno e leal. e este guardador, a tal dizen en Latin tutor dativus, q̄ quiere tanto dezir como guardador que es dado por aluedrio del juez.* Et jure communi probant Dd. præcipuè Corn. *d. consil. 281. in privil. lib. 1. & alij relati per Ant. Piag. de tut. & cura. qu. 9. num. 6.* vbi quod tutor dativus non habet locum, nisi post prædictos, *l. sorores, vbi notatur, Cod. qui dari tutor. poss. Alexand. consil. 161. super 1. dubio, num. 2. lib. 1. Socin. jun. consil. 16. nu. 10. lib. 2.*

24 In summa, † vt ex supra ratiocinatis cōstat, tutor dativus cedit legitimo, legitimus testamentario, matri & aviæ, mater & avia testamentario, & est bon. text. *in l. si tutor, § 1. ff. de tutel. & ration. distrah.* quibus quod semper legitima tutela testamentariæ cedit, *l. si quis sub cod. ff. de testam. tutel. & in l. 3. C. eod. tit.* & tenet nunc upatim post alios, quos citat Cavalc. *de tut. & cura. num. 2. & Ant. Piag. in eod. tract. qu. 3. n. 35.*

25 Sed † quid erit dicendū de tutore testamento dato, quoties venit cōfirmandus, si confirmetur, an sit dativus vel testamentarius? Et esse dativum magis probat gl. *in l. 2. vers. fiet, ibi, sed die dativum, C. de confirmād. tuto, & in l. qui negotiationē, § testamento, vers. tutelam, ff. de admnist. tut. & in § fin. vers. confirmandum, Instit. de tut.* vbi Joan. Faber hanc opinionē gl. sequitur & Dominic. *in 6. si Apostolica, n. 7. vers. quæ sit ratio, de prab. lib. 6.* & in eam magis videtur inclinare Tiraq. *de causa cess. in 20. lim. num. 19.*

Sed cōtraria sententia, imo quod tutor testamento datus confirmatus, sit testamentarius, ac proinde legitimis sit præferendus, est verior, communis, & tenenda in praxi, vt patet ex Bart. *in l. 1. nu. 6. ff. de confirmand. tut. & ibi Cuman. nu. 4. tenet idem Bart. in l. 2. C. de cōfir. tut.* vbi Bal. *col. 2.* & Sal. *n. 3.* eam sequuntur, & communē profitentur, & hoc tanquā verius & receptius latissimē defendit Sylvest. *in d. § fin. ex n. 32. de tut. sequitur Rip. in l. 1. n. 19 ff. si cert. pet. additio ad flores vlt. volu. rub. 30. n. 18. Corn. in l. omnē, n. 3. C. ad Tert. idem Bart. in rub. ff. de eo, per quē fati. erit,* vbi Jas. *nu. 1.* dicit, & ita tenent Dd. *idem Jas. in Rub. n. 14. Inst. de act.* Et ab hac communi sententia in praxi non est recedendum, *secund. Alex. consil. 146. n. 4. vol. 1.* & est communis, *secundū Mainer. in l. quo tut. in pr. nu. 14. ff. de reg. jur. sequitur etiam eā Montal. in l. 3. tit. 7. lib. 3. fori. pl. vlt. & Greg. Lop. in l. 6. tit. 16. part. 6. in gl. vlt.* Eandem dicit etiam communem & in judicando nō esse ab ea recedendū cum Alex. vbi supra testatur Ant. Piag. *de tut. & cur. qu. 9. n. 7. & q. 17. n. 3. 4. & 5.* vbi hoc verum maxime etiā profitetur, cum sine inquisitione confirmetur, & quod isti nuncupari videntur quasi testamentarii. Eandem sententiam sequitur & probat, & ab ea, tanquam recepta non esse in praxi recedendū, ex Alex, vbi sup. affirmat, alios etiā allegans Caldas Per. *in rep. l. si curatorē habens, in textu, ibi, sine curatore cōstituto, n. 116. c. de in integ. resti. min. in 2. part. tract. de restit. min. pag. 1142.*

26 Illud tamen hic animadvertendū necessario duxim⁹, nēpe, quod antequā tutor iste cōfirmetur, potest ali⁹, à judice dari, & hic datus revocari nō potest, *text. expressus in l. 3. C. de confirm. tut. & ibi glo. & Dd. & Ante. Piag. d. qu. 9. n. 7. in fin.* Non enim debet, quod ratione & secundum leges ab imtio actum est, ex alio eventu resuscitari, *vt in d. l. 3. & in l. sanctimus, 25. vers. non enim, & ibi vers. resuscitari, allegat. d. l. 3. C. de administr. tut. & in l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.*

27 Datio tamen tutelæ dativæ ex inquisitione nō videtur de jure subsistere, quandiu exstant consanguinei proximiores de agnatione, vel cognatione, licet sint de alieno territorio, quia (vt dicemus) vbi exstant legitimi tutores, tunc non est locus dativæ tutelæ, sed ea est ipso jure nulla, *l. tutor, § 1. ff. de tutel. & rat. distr. l. si sorores, C. qui dari tutor. poss. cum similib.* legitima namq; tutela datur ipso jure, & ideo habenti tutorem non datur tutor, *vt infra suo loco dicetur.*

Neq; † obstat, si dicatur, quod cōsanguinei proximiores in præmissa specie sunt alienæ jurisdictionis, & ita quod habeant legitimā excusationē, *l. neq;, C. qui dari cur. vel tut. l. testamento, C. de excus. tut.* quia hoc verum est, vbi esset omnino de extranea provincia, *l. divus, ff. de tut. & cur. l. quare, ff. de testa. tut.* licet in dativo tutore requiratur, quod sit de eodē territorio, *d. l. neq;, C. qui dari tut. vel cur.* Oportet n. isto casu, quod pupillus & tutor sint subditi judicis dantis, *l. 1. & l. divus, ff. de tut. & cur. datis ab his, secund. Bar. in l. pupillo, eod. tit.* nisi tales tutores vellent se submittere ad tale onus: verū tamen in legitimo tutore lex dat eum ipso jure tutorē, & ideo etiam tenet de alieno territorio, *secund. Alex. consil. 161. vol. 5.* Ita in terminis tenet & fundat Franc. Marc. *decis. 251. per tot. a. in 1. par.* verumq; id puto, petentib. tutelā legitimis, qui sunt de alieno territorio, verū si eam non petant, & minor propinquos nō habeat in eo territorio, in quo habitat, judex ex officio debet eis dare tutores, qui eorū personas & bona regat & administret.

28

SUMMARIA.

1 *Pater vel avus potest in testamento filio suo vel nepoti, quē in potestate habet, tutorem dare, nō solum natis, sed etiā his, qui in ventre matris sunt, dūmodo, &c. vt & hic in num. sequenti cavetur.*

2 *Pater dando tutorem filiis, videtur dedisse filiab. tam natis, quam nascituris.*

3 *Pater quando dissiparet omnia bona filij sui pupilli, dari potest curator bonis pupilli propter malos mores patris, cum distinctione tamen Bart. magis cōmuni, de qua hic. Sed contrarium, nu. 6. & præcipuè in casu, de quo infra nu. 7.*

4 *Ad removendum patrem ab administratione huiusmodi, sufficit negligentia & culpa, nu. 4. neque exigitur, quod pater non sit solvendo, aut quod bona sint mobilia, vt in num. 5.*

5 *Tutor scriptus à patre, aut non justo testamento, aut nō vt lege præcipitur cōfirmandus est a judice ad tutelam gerendam, perinde ac si testamento tutor esset absq; inquisitione & satisfactione, quod procedit, etiā si tutor ipse datus a patre esset fusbellius, dūmodo pater ipse detali suspitione conscius fuisset & nō ignoraasset, vt in n. 9. & et si u tutor fuerat manifeste prodigus, vt in n. 10. imo etiā si pater minor 25. annu, tale suspectum tutorē decisset, nā adhuc sequēda esset eius volūtas, vt in n. 11. sed regulariter hoc procedit, nō vero semper, vt in n. 14. & 15. unde in hac specie judex ante quam huiusmodi tutorem cōfirmet, aut ei tutelam decernat, inquirere debet an res staſe habeat, vt pupillo dānosus sit, quo casu, volūtatem patris minime sequetur: an nihilominus valis sit pupillo, prout in dubio præsumi debet consilio patris erga filium, & tunc tutelam ei decernat, vt in n. 16.*

12 *Pater quamvis possit in testamento filio suo impuberi tutorem dare, nonnunquā tamen ab hoc recedetur, vtputa, si pater minus perpōso cōsilio hoc fecerit, forte minor 25. annis, vel eo tempore, quo iste tutor bona vitæ, vel frugi videbatur, deinde postea idē capit male cōversari ignorante testatore, vel si cōtemplatione facultatum eius tu ei cōmissa esset, quibus postea exutus est, & idem est in curatoribus observandū, quos pater in testamēto designavit a patre cōfirmandos.*

13 *Judex*

13 *Judex ergo, antequā tutori etiam testamentario tutelam decernat, habet inquirere, an duraverit testatoris voluntas, & an sit vtilis pupillo vel damnosus, si habet aliquam cum filio causſam damnosam, & alia, quæ prudenti judici inquirenda veniunt, de quibus in leg. confirmando, & per totum titulum, ff. de confirmat. tutor.*

17 *Pater si filio non existenti in potestate, aut filiæ tutorem dederit, aut sibi dixerit, precor te curam habere rerum, aut in codicillis quidem nō confirmatis dederit tutorem aut curatorem, tunc, quod defecit, a judice replendum est, & secundum mentē debet confirmare tutores sine inquisitione aliqua, sed simpliciter: quod si alius sit, qui inutiliter dederit tutorem vel curatorem, confirmationem debet precedere inquisitio, vtrum persona sc. apta sit, limitatur i. membrū, supradict. in casu de quo hic.*

18 *Curator relictus bonorū filij impuberis, censetur etiā ex voluntate relictus tutor, ac proinde tanquā tutor confirmari potest, legitimisq; erit præferendus: quod quomodo procedat, hic declaratur.*

19 *Confirmatio tutoru datis in testamento legitime nō requiritur vbi, quomodo hic intelligatur, & seq. 20.*

21 *Tutor legitime datus, non potest inesse administrare, antequam judicis decretum accedat.*

22 *Tutor an recte datus sit ex inquisitione, quatuor consideranda sunt, de quibus hic.*

23 *Tutor datus a patre filio suo in codicillis, matre existente in medio, an confirmandus sit a judice?*

24 *Pater potest, non solum filio heredi instituto, sed etiā exheredato tutorem dare.*

CAPUT III.

Qui possunt testamento tutores dare, & de testamētario tutore à patre dato.

1 PATER, † vel avus, potest in testamento filio vel nepoti, quem in potestate habet, tutorem dare, nō solum natis, sed & etiam ijs, qui in ventre matris sunt, dumodo in ea causſa sint, vt si patre vivo nati fuerint. in potestate eius futuri, neq; testamentum rumpunt sinti nepotibus tamen ita avus in testamento tutorem dare potest, si post mortem avi non sint recasuri sub patris potestatem, *l. 1. ff. de testam. tute. text. in § permissum, Inst. de tut. l. quo tutela, § fin. ff. de reg. jur. l. 3. tit. 16. p. 6.* & hoc jus à lege 12. tabul. fluxit, vt constare videtur *ex l. verbis legis, 120. ff. de verbor. signific. ibi,* verbis legis 12. tabularum, *hic, vti legassit suæ rei ita esto,* latissima potestas tributa videtur, & heredis instituēdi, & legata, & libertates relinquendi, tutelas quoq; constituendi, sed id interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel jure constituentium: de quo latè agit Cald. Per. *vbi supra, nu. 11. cum seq.*

2 Pater dando tutorem filiis, videtur dedisse filiabus tam natis, quam nascituris, *l qui filiab. ff. de testa. tut.* & quod tali debeat dari tutor, qui non sit recasurus in patris potestatem, probat etiam, *l. fin. in prin. C. de curat. furios.* quia ei, qui est in potestate patris, non datur, *tradit Jas. in l. more, n. 45. ff. de acq. hered. & Philipp. Dec. in repet. l. bonorum, n. 11. C. qui admit. & pulere Soc. jun. cons. 77. vis o puncto, n. 92. lib. 3. & Philip. Corn. cons. 55. reperio, nu. 8. lib. 2. & Ant. Piag. qui eos ad hoc refert de tut. & cur. qu. 4. n. 6.* vbi *nu. 7.* limitat, quando pater dissiparet omnia bona filii, tūc enim propter malos mores patris dari posset curator bonis pupilli, intelligendo, prout vult Bart. *in l. in qu. n. 2. C. de sent. pas.* vbi notat, † ibi esse casum singularissimū, in quo filius in potestate habet tutorem propter duo.

Primo, quia tutor fuit sibi datus tempore, quo potuit sibi tutor dari, item, quia pater nō habebat bonos mores, & dissipabat bona filii: sed si primum tantum intervenisset, tutelæ datio evanesc it, *vt ibi dicitur,* secus si secundum tantum: quia pater bona filii dilapidaret. & siquidem dilapidatio est talis, quod non impedit, quin filius possit recuperare, dum erit à patria potestate liberatus, puta, quia vendidit possessiones suas, quas post ea filius poterit vindicare, tunc propter hoc patri administratio non interdicitur. *l. 1. C. de bonis materni,* sed si dilapidatio esset talis, cōtra quam filio nō posset esse consultum, vt si in bonis filii esset pecunia, quam consumit, vel pateretur domos & prædia filii destrui, vel vendi, vel annullari, tunc auferetur ei administratio, & dabitur curator bonis filii minoris, *argu. d. l. in quæst. & l. Imperator, ff. ad Trebellia. idem Bart. in dict. l. Imperator, num. 1.*

Hæc tamen limitatio Antonii Piagii minimè cōvenit in proposito huius cap. Si quidem agimus in eo de patre dante tutorem filiis suis in testamēto, post mortem ipsius administraturum: at vero asserta limitatio prædicta agit de tutore sive curatore assignando, sive constituendo filio in vita patris, dissipantis eius bona, & sic propter eius malos mores, quod est diversum valde à materia nostri capitis.

Nihilominus tamē, jam quod eius limitationis meminimus, observandū est. præfatam Bart. doctr. *in d. l. in qu. quæ est fin. C. de sent. pass. seq. Dd. ibid. & in l. cum oportet, § non autē, C. de bonis qualib. Roder. Suarez, alleg. 4. & Palat. Rub. in rep. c. per vestras, § 17. n. 13. de don. inter vir. & uxor. & tenet idem Bar. in l. si cōstante, n. 63. ff. solut. matr. & ibi Jas. nu. 196. & Rip. col. fin. n. 99. & ibi Crotus in 2. lect. n. 20. cum seq. Segur. in d. l. Impe. col. 37.* & est magis communis secundum Aretin. *cons. 72. nu. 5. vers. ad quartum,* & cum eo Arrias Pinel. *in l. 1. 2. p. n. 35. C. de bonis matern.* est communis secundum D. Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. c. 16. n. 14.*

Et ad removēdum patrem ab administratione huiusmodi sufficit negligentia & culpa, secundum magis communem resolutionem Bartoli & aliorum, maximè Alex. *in d. l. Imper. col. 2. teste Arria Pin. vbi sup. n. 34. & plures refert D. Mol. vbi supr. n. 12. contra alios.* 4

Neq; exigitur, quod pater nō sit solvendo, & quod bona sint mobilia, vt cōtra Bart. *in d. § non autem,* probat Arrias Pin. *d. nu. 35.* Sive n. culpa patris in favēdo, sive in omittendo consistat, vel pater sit solvendo, vel non, semper servanda est *d. l. Imper.* decisio, *vt optime advertit Ar et. d. cons. 72. n. 5. & Alex. in l. Imper. n. 13. vbi etiā Claud. col. 2. ad probat & sequit. Boer. decis. 61. nu. 14. ad fin. & eos referens D. Mol. vbi supr. n. 16.* 5

Sed quāvis distinct. Bart. vbi sup. communiter sequuta & approbata sit, nullo pacto præcedere potest, Maior n. dissipatio est illa, quæ sit vendēdo immobilia, q̄ ea, quæ fit in pecuniæ, seu bonorū mobiliū dissipatione, nam & si primo casu restent, possintq; vendicari, in secundo aūt facilè vendicari nō possint: in vendicatione n immobilium longe maior difficultas versatur, q̄ in mobilium restitutione, Siquidem prolixe ac pene immortales sunt lites illæ, quæ in vendicandis rebus immobilib. alienatis, quotidie versantur, innumeraq; sunt damna, & expensæ, quæ inde dūis aut successorib. cōparātur, & si in litis eventu, bona ipsa sint dominis aut successorib. restituenda, vt optime in simili cōsideravit JC. *in l. minorib. ibi, sed etiā si eorum interſit latibus, ac sumptib. nō vexari.* Item poterit interdū etiam probationū copia deperire, quod etiā maximè inconveniret, *vt advertit gl. in l. cogi, juxta pri. verb. dedutionē, ff. ad Treb. & in l. pen. ad fin. C. de bon. qualib.* plura; alia inconvenientia, ex horum bonorum immobilium alienatione sequerentur, quæ ex eorum vendicatione reparari non possent, vt etiam est notissimum. 6

Vnde merito distinctionem præd. Bart. latè improbat Alex. *in d. l. Imper. num. 14.* dicens opinionem contrariam,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

trariam, vt hoc indistinctè procedat, esse veriorem. Eádem videtur amplecti Boer. *decis. 81. n. 15.* & bene Pin. *vbi supr. nu. 31.* quorum opinioni libenter assentitur D. Molin. *vbi supr. nu. 15.* & nos quoq; eam sequimur, vtpote rationabilem & juridicam, & contrariam Bartoli evidente ratione non constare censemus.

7 Sed † quando alienatio rei immobilis fieret à patre in personas potentiores, à quibus non posset filius ita facilè vendicare, vel in alios, qui eas essent deterioraturi, procul dubio nõ obstante distinctione Bart. & communi statim essent filio bona fidei comissi restituenda, & sic statim administratio auferretur à patre, vt summa cum ratione sic limitans, & intelligens primum membrum distinctionis Bart. censuit Paul. de Castro *in d. Imperator, nu. 9.* quamvis alias regulariter Bart. distinctionem sequitur, quam limitationẽ potiori jure sequitur D. Molin. *vbi supr. nu. 14.* qui per totum illud cap. *16.* plurima alia elegantia, & necessaria pro intellectu & praxi, *d. Imperator*, congerit, & adducit, præcipuè in materia majoratus posse filios dilapidatis bona majoratus: vel de dilapidatione suspecti, quando cavere debeat, & quando cautio non sufficiat, sed teneatur statim succedere eadem bona in vita restituere.

8 Redeamus † nunc ad nostram materiam tutoris testamentarii observando, quod tutor scriptus à patre, aut non justo testamento, aut non vt lege præcipitur, confirmandus est à judice ad tutelam gerendam, perinde, ac si testamento tutor esset absque inquisitione & satisdatione, *text. in l. 3. & in l. si filio, ff. de confirma. tut. text. in §. fin. Instit. de tutor.* vbi idem cavetur in tutore dato à patre filio emancipato in testamento, tradunt Dd. *in l. 2. C. de confirm. tutor. & dicemus latius infra in versic. quos si pater.*

9 Quod procedit, etiam si tutor ipse datus à patre esset suspectus, modo pater ipse de tali suspicione cõscius fuisset, & non ignorasset, *l. in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confirm. tut.* per quæ jura ita concludit Aret. *in l. is cui lege, col. 2. ff. de testa.* vbi plus dicit.

10 Servandam † scili. esse voluntatem testatoris, etiam si is tutor ab eo datus foret manifestè prodigus, *per l. tres tutores, §. vlt. ff. de administrat. tutor.* tanta est (inquit) præsumptio, quam habet lex pro consilio patris erga filios, *per l. amicissimos, in prin. ff. de excusat. tutor.* quem refert & sequitur Tiber. Decian. *consil. 49. nu. 10. volum. 1.* addens *num. 11.*

11 Quod † imo & si pater minor 25. annis talem suspectum tutorem dedisset, sequenda esset eius voluntas, *per text. in l. 3. §. quamvis, ff. de administr. tutor.* quem ad hoc dicit singularem Roman. *singul. 171. adultus, notant Dd. in l. si frater, C. qui testam. facere possunt. & in l. 1. §. fiat quæsitum, ff. ad Trebell.*

12 Quamvis † autem pater possit filio suo impuberi tutorem testamento dare, nonnunquam tamen ab hoc receditur, vt puta si pater minus perpenso consilio hoc fecerit, forte minor 25. annis, vel eo tẽpore fecerit, quo iste tutor bonæ vitæ, vel frugi videbatur, deinde postea idem cœpit male cõversari ignorante testatore: vel, si contemplatione facultatum eius, res ei commissa esset, quib. postea exutus est. Et idem est in curatoribus observandum, quos pater in testamento designavit à prætore confirmandos, *in decisis Vlpian. libr. 35. ad edict. habetur in l. 3. si pupillus, §. quamvis, ff. de administr. tuto.*

13 † Judex ergo, antequã tutori etiam testamentario decernat tutelã, habet inquirere, an duraverit testatoris voluntas, & an sit vtilis pupillo, vel damnosus, si habet aliquã cum filio causam damnosam, & alia, quę prudẽti judici inquirenda veniunt, de quibus *in d. l. in confirmando, & per tot. ff. de confirm. tut.* cum vtilitatem minoris, nõ vero quid testator præceperit, quãdo est vtilitati minoris cõtrarium & dãnosum, inspicere debet, *juxta text. in d. l. utilitatem*, & observavit Spin. *in suo speculo testam. gl. 29. n. 15. ibi, & sic judex.*

Neque text. *in d. l. 3. §. quamvis, ibi forte minor 25.* 14
annis, contrarius est ampliationi, quam modo retulimus ex Deciano, *vbi supr. nu. 11.* per eundem met text. dum diximus, quod imo, & si pater minor 25. annis, tutorem suspectum dedisset, sequenda esset eius voluntas, cum potius text. ille probare videatur expresse cõtrarium, ibi, *si pater minus perpenso consilio hoc fecerit, forte minor 25. annis, &c.* Sed quod consilium patris minus perpensum esse possit? quam suspectum tutorem filio dare, patrem minorem 25. annis.

Hanc namq; difficultatem sustulit nobis adverbiũ, nonnunquam, *in d. §. quamvis positum*, ibi nonnunquã tamen ab hoc receditur, vt puta si pater minus penpẽso consilio hoc fecit, forte minor 25. annis. † Adverbium namq; illud, *nonnunquam*, idem significat quod quandoque, vt patet. sed hoc adverbium, *quandoque*, 15
denotat regulam esse in contrarium, *vt in princ. Instit. quibus mod. contrah. oblig. Gratus consil. 2. nu. 24. libr. 1. post Guiller. in Spec. tit. de dissut. nu. 9. Octav. Vulp. de præpost. adverb. & c. in dictione, quandocunque, sicb n. 8. in verbo quandoque, pag. 89. col. 1. paulo post prin.* Ergo bene probat textus ille, quod pater minor 25. annis, regulariter potest filio suo in testamento tutorẽ dare, *vt notavit ex eo Bart. ibidem, num. 1. & idem Bart. in l. quæro. §. Lucius, ad fin. ff. de testam tutor. Angel. Aret. in §. furiosi, nu. 2. Instit. qui dare tut. Rip. in l. nemo potest, num. 24. ff. de legat. 1. sequitur Gregor. l. 29. tit. 3. gl. 1. tit. 30. part. 6. & Ant. Piag. de tutor. & cura. qu. 5. nu. 2. & Cavalc. in eod. tract. nu. 8.*

Quod † autem pater minor 25. annis, tutorem su- 16
spectum filio impuberi testamẽto suo dederit, in causa est, vt judex, antequam eum cõfirmet, seu ei tutelam decernat, inquirere debeat, an ita res se habeat, vt pupillo damnosus sit, quo casu voluntatem patris minimè sequatur, an vero nihilominus vtilis sit pupillo, prout in dubio præsumi debet pro consilio patris erga filiũ, & tunc ei tutelam decernat, *juxta supradicta*: & ita est intelligenda hæc materia.

Quod si pater filio non existenti in potestate, aut fi- 17
liæ tutorem dederit, aut, si dixerit, *precor te, curam habere rerum*, aut in codicillis quidẽ non confirmatis dederit tutorem aut curatorem, tunc, quod deficit, à judice replendum est, & secundum mentem debet cõfirmare tutores sine inquisitione aliqua, sed simpliciter, quod si alius sit, qui inutiliter dederit tutorem, vel curatorem, cõfirmationem præcedere debet inquisitio, vtrum, sc. persona apta sit, ita probat text. *in l. 1. ff. de confirm. tut. ex. in §. fin. Inst. de tutor. l. pater, §. fin. ff. de testa. tut.* vbi limitatur, quod prædiximus, tutorem nẽpe, minus jure datum à patre, esse confirmandum sine inquisitione, vt procedat, præterquã si causa, propter quam datus videbatur, in eo mutata sit, velut, si ex amico inimicus, vel ex divite pauper effectus sit.

Et quod tutor nõ jure datus à patre, vel curator citra inquisitionem confirmandus sit à judice, probat etiam lex *si filio. ff. de confir. tutor.* similiter, quod tutor filio emãcipato vel naturali datus à patre in testamẽto, absque dubio sine inquisitione confirmandus sit, probat ex dictis juribus, Anton. Piag. *de tut. & cura. d. qu. 2. num. 6. & Cavale. num. 9.* Et de tutore dato minus legitimè, hoc est, in codicillis invalidis, vel testamento non legitimo, probat text. *in l. qui à patre, ff. de confir. tut. & in l. 2. C. eod. tit. & in l. credendũ, ff. qui pos. tut. & notat Alex. consil. 29. incip. super testamento fuer Nicolai, vol. 1.* vbi dicit hanc esse communem opinionem, licet aliqui voluerint hoc plus, scilic. quod non requiratur cõfirmatio, quia voluntas imperfecta inter liberos, valet, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. l. fin. C. famil.*

C. famil. hercisc. cum similib. nihilominus tamen Bal. *in d. §. ex imperfecto, in vlt. quæst.* sequitur communem sententiam, quia agitur de interesse tutoris, qui est extraneus. Merito igitur eius datio non tenet, nisi confirmetur, & idem vult Bart. *in d. l. qui à patre, & in l. impuberi, ff. de admin. tut.* quos cum communi præd. sequitur Laurent. de Pinu. *consil. 54. nu. 3. & 4.* Et ita est procul dubio tenendũ, præmaxime stante jure nostro Regio, quo adæquata est solemnitas testamentorum inter liberos, & inter extraneos, vt cõstat *ex l. 3. Tauri, hodie l. 2. tit. 4. lib. 3. nova coll. Reg.* imo etiam jure communi attẽto, *d. §. ex imperfecto*, cum simil. ratione præd. Bald. quæ satis juri consona est, *vt dicemus latius infra ca. 8. huius primæ partis, nu. 56. cum seqq.*

18 Rursus ex decisione *d. l. 1. ff. de confirm. tut.* colligi videtur, relictum curatorem bonorũ filii impuberis, censeri etiam ex voluntate relictum tutorẽ, ac proinde tanquam tutorem confirmari posse, legitimisque præferendum, quod innuit J.C. ibi, *precor te curam habere rerum*, & tradit Bart. *vbi num. 1. Arcin. consil. 65. colu. 2. in medio*, & probat latè Caldas Per. *in rep. d. l. si curatorẽ habens in parte sine curatore constitutus, n. 116.* vbi hoc verum intelligit, quando tutor datus est, tutor inutiliter: tunc namque, vt tutor confirmandus est ex reg. *d. l. 1.* quam cõtra alios sic eleganter explicat Ant. Aug. ad Modest. *in pri. pag. 224.* Secus si testator simpliciter diceret, *precor te curam habere rerum*, alio verbo non expresso, Verba namq; hæc *alio non expressis*, & maxime expressio curæ nihil ad tutelæ dationem conferunt, adeo, vt si curator certis rebus detur, nulla ratione, vt tutor confirmari possit, & hoc affirmant scribentes, vt tanquam curator confirmetur, adveniẽte pubertate, *vt affirmat Alvarot. quem refert & sequitur Caldas vbi supra adversus Bart. Aretin. & Costam.* Cæterum an relictus expresse curator filii impuberis censeatur relictus eius tutor, & vt talis confirmandus sit, aut tantum curator adveniente pubertate, agemus latè *infra hac prima parte alio cap.*

19 Hæc procedunt, quando minus legitime quis à testatore datus est tutor, vel ex persona dantis, vel eius, cui datur, vel ex modo dandi; tunc namq; requiritur cõfirmatio judicis: secus quãdo quis est legitime tutor datus in testamento, tunc enim non requiritur confirmatio, vt colligitur *ex d. l. 1. ff. de confirm. tut.* & observavit Chald. *vbi supra, nu. 115.* vbi; multum interest, quibus verbis tutor à testatore detur; nisi enim apta, & congrua sint, tutelam scilicet designantia, non censebitur tutor legitime datus.

Neq; absq; cõfirmatione administrare poterit: sed quod non erit omnino necessaria expressa & specifica mẽtio tutoris, aut tutelæ, sed satis esse, si per alia verba æquipollentia tutor detur, vt puta si dixerit testator, *relinquo filiũ in potestate, vel in manu matris suæ*, secundum Bald. *in c. ex parte, de appell. & Jas. in l. manumissiones, n. 3. ff. de inst. & jur.* & ex communi sententia resolvit Dec. *in d. c. ex parte, el. 2. in pr. & vbi addit. lite. A. Rip. in l. centurio, n. 198. ff. de vulg. & pupill. subst.*

20 Diversum † tamen judicabit, si dixerit, *relinquo filiũ in custodia*, quoniam nomen custodiæ non trahitur ad tutelam, ideo cõfirmatione opus erit, vt colligitur ex text. *in l. qui in aliena, §. quanquam, ff. de neg. gest. & ibi notat gl. 1. Bart, Bald. & omnes, & sequitur alios allegans Caldas, vbi sup. sub d. n. 115. adversus Boer. decis. 124. & cũ eo addit. ad Rom. sing. 165.* Idem erit in illis verbis *educetur, & gubernetur*, vt in terminis tradit Corn. *cõs. 280. vol. 1.* quẽ refert & sequitur Caldas *vbi sup.*

21 Licet † autem tutor testamentarius legitime datus, cõfirmatione non indigeat, vt prædiximus, non poterit tamẽ incipere administrare, nec administrationi se ingerere, donec decretum judicis accedat, cõmittentis ei administrationẽ, secund. Bart. *in l. legitimi, n. 3. ff. de legit. tut.* quẽ sequitur Bertr. *cons. 63. n. 1. part. vol. 2. Capic. decis. 2. 129. n. 1.* Soc. jun. *cõs. 14. n. 8. vol. 2.* Rupellan. *in Enchirid. juris, pag. 362.* quos refert & sequitur Caldas. *vbi sup. n. 116. vers. qua quidem confirmatione, ibi, licet antè, &c.* vbi dicit Bart. in hoc esse receptum: dicemus latius *infra, hac eadem 1. par. c. 5. n. 8.*

Si quæratur, an rectè datus sit tutor ex inquisitione, 22
quatnor consideranda sunt, an is dederit, qui dare potuit, & ille receperit, cui fuerat dãdus, & is datus, cuius, dãdi facultas erat, & pro tribunali decretũ interpositũ. In cõfirmando aũt tutore, hoc prætor inquirere debet, an duraverit patris voluntas, & in facili est, si proximo mortis tempore tutores nõ jure, vel curatores scripserit pater; nam si ante annos, vt medio spatio, potuerit facultatũ tutoris, nõ jure à patre dati, fieri diminutio, vel morum, ante celata vel ignorata emerserit improbitas, aut inimicitiæ cũ patre emerserint, vel cum fisco aliquem contractum damnosum miscuisset, vtilitatem pupillorum prætor sequetur, nõ scripturã testamenti, vel codicillorũ: nam patris voluntatẽ prætor ita accipere debet, si non fuit ignarus eorum, quæ ipse prætor de tutore comperta habet, demq; si postea de eo, quẽ pater testamento codicillisve, non jure dedit, scripsit, tutorem esse nolle, nempe non sequetur primam volũtatem prætor, a qua pater discessit. Ita deciditur *in l. 7. §. 1. cum tribus legib. seq. ff. de confirm. tut.*

Sed si mater sit in medio, nõ debet confirmari tutor 23
datus à patre in codicillis filio suo impuberi, sed ipsa est præferenda. Et idẽ in avia, secus in aliis legitimis, quia iste cõfirmari habet mixtũ esse ex duabus qualitatib. scil. ex testamento, & decretum, & quia qualitas testamenti est dignior, trahit ad se minus dignũ, *ita Bal. cum Mart. Sylla, in c. ex parte, el. 1. n. 5. de appell.* Sed hęc eadẽ ratio Bald. in aliis legitimis idem probat etiã in matre, vel avia in medio existente, vt nõ præferatur tutori nõ jure dato à patre filio impuberi, cum veniat confirmãdus; siquidem tutor testamentarios præfertur matri & aviæ, & confirmatus præfertur legitimis, quia est testamentarius, vt sup. resolvimus, *c. præced.* Ergo præfertur etiã & matri, vt ibidem quoq; probavimus, *vers. 2. quod si mater*, avia, vel alius sit datus tutor à judice impuberi, ante quã datus ei nõ jure à patre cõfirmetur, per judicem revocari nõ debet datus à judice, *vt in l. 1. Cod. de cõfirm. tut.* & probavimus *d. c. 2. vers. sallud tamen.*

Similiter pater nõ solũ filio hæredi instituto, sed etiã 24
exheredato tutorem dare potest. *l. pater heredi, 4. in pr. ff. de testa. tut.* cuius ratio ea esse videtur, quia talis datio tutoris est in favorem pupilli, sicut etiã videmus, quod pater potest substituere filio suo pupillo exheredato, *text. in §. non solum, Inst. de pupill. subst.* & in hoc cõsistit prærogativa patris, qui filium habet in potestate, *ita Dec. in l. quæ tutela, §. 1. n. 5. ff. de reg. jur.*

SVMMARIA.

1 *Mater, an & quando possit filio tutorem relinquere in suo testamento, & de confirmatione eius à judice faciendo?*
2 *Mater filios in potestate non habeat.*
3 *Mater si testetur inter filios liberos, an vni alterum tutorem relinquere possit?*
4 *Mater si filium instituat filium in legitima, an ei tutorem dare possit?*
5 *Mater si præsione ex sua parte provenientium alterum tutorem communi filio dare velit, quam maritus ipse testamento dederit, quis horum tutor præferatur? & nu. 17. in filio naturali quid tenendum sit in hac specie, resolvitur.*
6 *Mater quando filium heredem instituit, judex tenetur tutorem ei datum cõfirmare, secus si filium heredem nõ instituit, quia tunc solet ex voluntate defuncta datus*

tutor

tutor à præsidib. cõfirmari, quod si fides inquisitionis congruat, debet eum judex confirmare, & n. 7.

8 *Tutor relictus à matre, an attento jure Regis & communi debeat confirmari cum inquisitione, vel sine ea? & num. 9.*

10 *Tutor relictus à matre filio, an debeat satisdare?*

11 *Avus & avia, aliiq; descendentes per lineam maternã an possint suis descendentib. tutorem relinquere? & resolvitur in eis idem, quod in matre.*

12 *Patronus an & quando impuberi libertotutorẽ dare possit, item extraneus impuberi extraneo à se heredi relicto? & n. 13. late agitur de differentia inter patronum & extraneum in hoc.*

14 *Tutor datus à patre filio impuberi, quẽ habuit ex concubina, si eum heredẽ instituat, confirmandus est.*

15 *Naturali filio, cui nihil relictum est, frustra à patre tutor datur, neq; sine inquisitione confirmatur.*

16 *Pater naturalis relinquẽdo filio aliquas res, quocunq; modo, intra tamen à legib. definitum modum, potest ei tutorem relinquere, qui debet apud competentem judicem citra inquisitionem confirmari in bonis à patre relictis, in aliis vero bonis inquisitio est necessaria ad confirmationem.*

18 *Citatio aliquando requiritur ad dandum tutorem vel curatorem pupillo, vel furioso sine inquisitione.*

CAPUT IV.

An mater filio suo impuberi tutorem dare possit? Item de patrono, & patre naturali.

1 MATER, nisi filio instituto, tutorem dare nõ potest, quasi in rem potius, quam in personam dare eum videatur, & tunc judicis confirmatione opus est præcedente inquisitione, vt probat expresse lex *pater hared. 4 in pr. ff. de testa. tut. text. in l. 1. an vers. si autem fuerit præfinitus, junctis vers. fin. in pr. si autem, ff. de confirm. tut. tex. & ibi gl. in l. mater, C. de testa. tut. l. 6. tit. 16. part. 6.* cuius verba sunt hæc: *la madre que fiziere testamento en que establezca por sus herederos, a sus hijos q no oviessen padre, bien los puede establecer guardador en el, pero mi guardador tomo este no puede usar en ninguna manera de los bienes del mogo, menos, de ser confirmado del juez del lugar do son los bienes, e el denelo cõfirmar e otorgarle guarda de ellos. sino fuere a tal qual de fienda las leyes deste nuestro lib. q̃ no sea, mas sila madre no estableciesse por su heredero al fijo no le podria dexar guardador mayor le dexasse de otra guisa alguna partida de sus bienes: pero si acaesciesse que lo fiziesse, si el dio qui fuesse confirmar el juez valdriami mode otra guisa*, quam l. Regiam citat Mol. Theologus *de justit. & jure, 2. tract. disputa. 220. column. 1536. versic. si filium caret.*

2 Ratio est secundum gl. 1. *in d. l. mater*, quia mater filios in potestate non habet, prout jure requiritur, §. *fœmina. Inst. de adopt.* §. *mater, Inst. de exhar. lib. juncta l. 1. verbo, in potestate, ff. de testa. tut.* §. *permissum, Inst. de tutel.* & hanc rationem gl. sequitur Azo. *in summa eod. tit. de testa. tut. nn. 13.* Odofr. Cyn. Saly. & communiter Dd. *vbi Aug. in d. l. 1. de confirm. tut. Main. in l. quo tutela, in pr. nu. 9. ff. de reg jur. Arit. in pr. & Sylvest. n. 7. & 8. ind.* §. *permissum, quas refert & sequitur Caldas Per. in rep. de q. fecur atorem habens, in text. ibi sine curatore constitutus, n. 100. C. de in integ. rest. minor.*

3 Hinc cavendũ est à limitatione Saly. *in l. hac consultissima,* §. *ex imperfecto n 6. cum gl. abi. C. de test.* limitantis decisionẽ *d. l. mater*, si mater testetur inter solos liberos, & vni alterũ tutorẽ reliquerit, quasi is defectus patriæ potestatis, & omnis alia solẽnitas in eo testamẽto impfecto remissa cẽseatur de jure civili per illũ tex. vbi eam limitationẽ defẽdebat Marc. Ant. *in rep. n. 125.* sed jure nõ probatur, vt melius advertit Corn. *ibi n. 17. & 19.* & cum eo Caldas, *vbi sup. vers. ex quarati,*

Primo circa intellectum, & præsim supra dictarũ legum juris communis, & Regii observandum videtur, quod ita demum tutor datus à matre in testamento, in quo eum instituit hæredem, omnino cõfirmari debet, quando scil. instituit eum hæredem vniversalem, secus vero erit, si eum in sola legitima instituisset, ex tex. *in d. l. pero,* §. *mater, ff. de leg. 2.* vbi videtur probare, tutorẽ filio a matre nulliter datum esse, non ex alio, nisi quia in effectu mater non instituerat filiũ, nisi in sola legitima, cum reliqua pars hereditatis subjecta esset fideicõmisso, in quo legitima nõ includebatur, *l. cohæredi,* §. *cum filio, ff. de vulg. & pupill.* ita ad hoc ponderat *d.* §. *mater*, Ludov. Roma. *cons. 188. incip. in hac causa, n. 3.* & sequitur ita limitans, *d. l. Reg.* Greg. Lope. *in c. propria, in gl. dentelo cõfirmat, ibi, limitat tamẽ*, & Ant. Piag. *de tut. & cura, qu. 3, n. 28.* vbi *nn. 29.* addit, quod etiamsi in totum illum hæredẽ instituat, nihilominus non valet talis datio, nisi cõfirmetur, *secundũ Bald. in d. l. mulier, ff. de confirm. tut.*, & probatur in jurib. principio allegatis. Eandem limitationẽ sequitur Ferrar. *in forma libelli ad reddendam rationem, §. 1. n. 2.*

Sed quamvis hæc limitatio auctoritate quamplurimũ comprobata sit, eam tamen falsam esse, vt ex ea apparet, evidenter contendit Caldas Pereira *vbi sup. n. 103.* atq; contra communem omnino sententiam, nec minus contra dictam *l. Reg. 6.* quæ habet, judicem posse prætorii filii tutorem cum inquisitione confirmare. Ergo multo magis, hoc facere poterit ipso filio in legitima instituto. Neq; text. *in d. §. mater*, aliquid facit in illis verbis, *tutorem dare non potuit.* Ea namq; verba à Jureconsulto dicta non sunt, quia filius in sola legitima in effectu esset institutus, vt præpostera subtilitate accipiunt Rom. & ceteri. Sed potius, quia ipso jure tutelæ datio erat inutilis propter defectum patriæ potestatis. Accedat præterea *d. l. 6. tit. 16. par. 6.* inde finite & generaliter loquens de qualibet institutione, præmaximẽ, cum hodie per leges nostras Regias, omnia fere parentum bona pro legitima filiis deligenter. Et profecto hanc partẽ vti mihi veriorem probo contra Romanũ & sequaces, quã etiam sequitur Molina Theol. *de just. & jur. in 2. tract. disp. 220. col. 1536. ad fin.* & colu. sequẽti resolvi supra in hac specie, quod judex ante, quam illũ tutorem approbet, tenetur facere diligentem inquisitionem, an idoneus sit, & hoc comperto debet illum approbare sine satisdatione, vt constat *ex l. 1. & 2. ff. de confirma. tutor.* Quod si minus idoneum illum reperiat, illum non approbet, sed locum habet tutor legitimus, aut dativus. Idemq; probat, quando mater filio legatum reliquit, & tutorem eidem dat.

Illud vero memorabile est, quod in d. loco egregie consuluit Romanus, scil. vt si mater ratione bonorum ex sua parte provenientium, alium tutorem communi filio dare velit, quam maritus ipse testamento dederit, id neutiquam facere possit, sed tutor patris omnino præsertor, quam sententiam sequitur, & multis comprobat Petr. Pechi. *de testam. vire & vxor. lib. 2, c. 9.* & Caldas *vbi supra, d. num. 103. ad fin.* sequitur Cavalc. *de int. & curat. num. 11.* vbi limitat, nisi mater, quem velit tutorem dare, hæredem instituat, & roget, vt filius illius testatricis, cum is ad pubertatẽ venerit, hereditatem plene restituat & exprimat se ita testamentum facere, vt melius filio consulatur, hered̃e scripto administrante bona, dum filius sit pubes, & mandet interim pupillo alimenta præstari ex fructib. hereditatis: quia ille casu heres scriptus, & rogatus restituere filio, cẽsebitur administrator, & sic tutor electus, potius quam heres, & restituet filio hereditatem vna cum fructibus perceptis absq; detractione Trebell. *l. fideicommissi.* §. *cum Polid. ff. de usuris. gl. in l. fideicommissaria,* §. *final. versic. fideicommissum cadit, ff. ad Trebell. & ibi Alex.* & præ-

& prædicta refert & sequitur Durand. *de arte testan. sit. de tut. caut. 4. pupillo, num. 2. & seqne.* sed nihilominus Cavalc. *vbi supra*, inquit, quod etsi videatur vtilis hæc cautela, eam nõ probat propter dubium litis eventum, & idem cum eo sentio atque teneo: Infra de filio naturali agemus *1. in hoc cap. 4. nn. 17.*

6 Secundo † observandum erit in proposito, hoc differre inter primum casum *dict. legis parisita*, & secundũ quod in primo, scilicet, quando mater filium hæredem instituit; judex tenetur tutorem à matre in testamento datum confirmare, & sic necessitas imponitur judici in ea specie, quando mater filium heredem instituit, vt patet ex dicta lege Regia in illis verbis. *e el juez denelo cõfirmar*, quod etiam jure communi tenuit Azo, *in summa, Cod. de confirm. tutor. in versic. si vero maior, sequitur Greg. Lopez in d. l. 6. in gloss. denelo confirmar, in prine.* & ita tenent communiter omnes secundum Caldam Pereiram, *vbi supra, num. 101. versic. quo casu*, vbi late de eius veritate agit, attento jure communi, secluso dict. leg. Regia Castellæ.

7 In secundo vero casu, † quando mater filium heredẽ non instituit, licet ei aliquid reliquisset, solet ex voluntate defunctæ datus tutor à præsidibus confirmari, *vt inquit d. lex mater, C. de testam. tut.* vbi gloss. *verbic. solet*, inquit, non dicit, quod *sit necesse*, sed *solet*, si expediat, pupillo, non alias, *vt in l. 3.* §. *sed & inquiri, ff. eodem*, id quod dict. *l. 6. in fine*, vt vidimus, relinquit voluntati & arbitrio judicis in illis verbis, *si gelo que jusse confirmar el juez valdria, mas no de otra guisa*, & tenuit Ferrara *in praxi in forma libelli ad reddendam rationem*, §. 1. *num. 1.* & Caldas *vbi supr. d. nu. 101. versic. vrgent*, dicens, hoc fieri debere, si fides inquisitionis congruat, non aliter, vt in simili ait text. *in leg. qui tutelam,* §. *fin. in fin. ff. de testam. tutel.* & ita infert *num. 102.* quod si mater filius nõ institutis tutores relinquat, cõfirmandi sunt, si fides inquisitionis congruat, vt sic extendatur regula legis 4. *in princ. ff. de testam. tute.* loquentis in tutore relicto à matre filius heredibus institutis, & d. lex *mater, C. eod. titu.* quod inquit sequi communiter Dd. *in d. l. 4. & in aliis locis*, & quod idem probat expresse text. *in l. fin. versic. maxime, ff. qui pet. tut. & d. l. 6. tit. 16. par. 6.* Licet Cujac. & Faber atq; Ludov. Roman. ab eo allegati contrarium putent, sed, *vt diximus, d. l. 6.* hoc relinquit voluntati & arbitrio judicis. Nihilominus tamen, si fides inquisitionis congruit, eum debet judex confirmare, quãdoquidem hoc ex voluntate defunctæ à præsidibus fieri solet. Alias enim exponeret se maximo periculo judex, aliud faciens, si fortẽ alius tutor ab eo datus, quam à matre relictus non ita bene administraret aut res pupilli gereret. Quare consulo judicibus, vt quamvis eorum voluntati & arbitrio hoc eis videatur relictum per dictã leg. 6. *in fin.* à solitis non discedant, cum fides inquisitionis hoc postulat. Eorum namq; arbitrium, ratione regulari debet præcipuè cum jure communi hæc sit cõmunis opinio, vt vidimus, quam *d. l. Regia 6.* ex professo non corrigit nec tollit in præmissa specie, scilicet quãdo fides inquisitionis congruit.

8 Tertio † observat Gregor. Lopez, circa dictam leg. Regiam, eiusque intellectum, quod licet ipsa in primo casu non requirat ad confirmationem prædicti tutoris relicti a matre filio heredi instituto vllam inquisitionẽ, quasi omissione inquisitionis vniversum jus commune in hoc corrigere, de quo *in leg. 1. ff. de confirmand. tutor. cum similib.* de quibus in principio huius capitis, & tenuit Azo. *vbi supra.*

Nihilominus tamen quando filius institutus à matre, habet alia bona, respectu illorum bonorũ erit necessaria inquisitio, leviortamen, quam quando institutitur ab extraneo. Si vero nulla alia bona habeat, nisi, quæ mater sibi jure institutionis reliquerit, tunc debet confirmare sine inquisitione, *tenet Bartol. post Dynum in leg. si patronus, ff. de confirman. tutor, vbi Alber. & Ang. in leg. 1. Cod. de testam. tutel.* & ita esse intelligendam *d. leg. partita*, docet Gregor. Lopez. *ibidem in gloss. præcitata. in versic. tu vero conclude*, cuius distinctio & intellectus *ad dict. leg. 6. Regiam* forsan placebit nostullis in tanta Doctorum varietate, vtpote concordans, & modificans ambas opiniones, & quia magis expedit pupillo, vt aliqua inquisitio fiat in præcedenti specie, licet levis, quam quod nulla fiat.

Ego vero non solum jure communi attento, sed etiam jure nostro Regio Castellæ, censeo esse necessariam inquisitionem, levem tamen & modicam, quoties filius à matre heres institutus, eique datur tutor ad confirmationem eiusdem. Parum namq; veget consideratio Gregor. Lopez. de qua supra, nempe dict. l. Regiam in primo casu omisisse inquisitionem, quasi necessaria non sit, quia in secunda parte, quoties filius non institutus, similiter de inquisitione mihil lex illa dicit, & tamen ea suppleri, & necessario intelligi debet eo casu ex juris principiis, secundum eundem Gregor. Lopez *ibidem, in gloss. vltima.* Ergo & in primo casu idem probandum est. Quod autem in jure communi sit verius & receptius, vt requiratur inquisitio ad confirmandum tutorem, relictum à matre filio heredi instituto, quãvis levis & modica sufficiat, quando vero non sit institutus maior & scrupulosior requiratur, affirmat plurimas congerens Cald. Per. *vbi sup. num. 102. vers. non tamen*, vbi eam latè probat contra alteram communem, quæ habebat in dicto casu cessare inquisitionem, eandem priorem sequitur Cavalc. *de tutor. & curat. num. 10.*

9 Secundo † moveor ex eadem leg. 6. ibi, *si no fuere, &c.* vbi lex Regia præcipit, quod si filio instituto tutor à matre detur, à judice confirmetur, nisi talis sit, qui de legibus huius Regni tutelam gerere prohibeatur, ergo imponitur necessitas non solum potestas judici discutiendi & inquirendi: an relictus tutor habilis sit, habeatque legitimam personam, etiam circa mores & conditionẽ vivendi, *juxta l. 4. & 14. tit. 16. part. 6. ibi, e de malas maneras*, hoc est, malorum morum, in qua inspectione & disquisitione verborũ tam generalium, cum ceteris requisitis ibi expressis, præcipua inquisitionis ratio consistere videtur, *ex l. 1. ad fin. ubi, si aptus sit, l. vtilitatem, ibi, vel morum improbitas, ff. de confirm. tut.*

Tertio in hanc partem addicor, quod *in prad. leg. 6. partita* tantum agitur de confirmatione faciendã à judice tutoris relicti à matre filio heredi instituto, & præterea, quando filius ab ea heres non est institutus. In prima namq; specie debet tutor à judice confirmari: in secunda vero, si voluerit eum judex confirmare, videbit tutoris datio, *vt inquit illa lex*, nõ vero agit de inquisitione in primo, nec in secundo casu, & sic nõ dicit, quod fiat, nec quod non fiat inquisitio. Vnde remanet sub dispositione juris communis, *argumento l. consensisse, cum similib. ff. de liber. & posthum.* & cum de vno quæritur, cetera præsumuntur habilia, *cap. 1. de ætate & qualitate, lib. 6.* & ita merito hanc secundam partem contra Greg. Lopez. jure Regio probavit Caldas *vbi supra, d. num. 102. vers. jure autem Regio, &c.*

10 Quarto observandum est, quod quando filius institutur heres à matre, eidem relicto tutore, remittitur ei satisdatio, *per tex. expressum in l. 2. ff. de confir. tut. ibi, nec satisdabit pupillo rem salvã fore.* Hoc autem verum intelligit Azo. *vbi sup.* quando fuit facta cõfirmatio cum inquisitione. Ergo quãdo cõfirmaretur sine inquisitione videtur, quod debeat satisdare, *vt voluit gl. in l. fin. versi. nõ debere an fin. ff. de confir. tut. & tenet Greg. Lop. vbi sup. in fin. d. gl. bonus text. in pr. Inst. de satisd. tut. & cur. ibi, item ex inquisitione tutore vel curatore dato, satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt.*

11 Quinto, † quæ dicta sunt in matre, observanda sunt in avo, & avia, & aliis descendentibus per lineam maternam. Hi namque descendentes suos in potestate non habent, *§. 1. versic. qui autem de patria potestat. §. sunt autem in fine, de legit. agnat. tut. nomi, in specie gloss. 1. in fine. in l. prima, C. de testam. tutel. sequitur Bart. in l. pariter, num. 3. ff. eodem. Gregor. Lopez. in d. leg. 6 gloss. 1. Caldas vbi supra, nu. 101. in princ.*

12 Patronus † etiam impuberi liberto tutorem dare nō potest: sed si congruat ex inquisitione, cōfirmandus est, *l. qui tutelam. 21 §. impuberi. ff. de testam. tutel.* Quod si patronus, vel quivis extrancus impuberi, quem heredem instituerit, tutorem dederit, & extra ea nihil in bonis pupillus habeat, non male dicetur, judicium eius sequendum esse. qui & personam eius, quem tutorem esse voluit, noverat, & impuberem ita dilexit, vt & cum heredem institueret, *l. si patronus, 4. ff. de confirm. tutor.* cum inquisitione tamen, *vt in gloss. fin. ibid. ex dict. leg. qui tutelam, §. final.* estque necessaria confirmatio. propter defectum patriæ potestatis, juxta ea, quæ in matre, & aliis supra resolvimus.

13 Verum † eam differentiam scribentes communiter inter patronum & extraneum constituunt, scilic. vt extraneus, nisi institutus impuberem, nullo modo ei tutorem dare possit, neque datus confirmari à judice valeat: secus in patrono, à quo datus tutor instituto, vel non instituto liberto, semper confirmandus est, *ita tenet gloss. vlt. in d. l. si patronus, Cyn. & Angel. in l. 1. C. de testam. tut. Angel. in l. 1. C. de confirm. tut. Aug. Alber. & Salyc. nu. 2. & 3. in l. a. C. de testam. tutc. Cuman. in l. 4. ff. eod. tit. Bart. in l. naturali, §. primo, nu. 3. ff. de confirm. tut. Alberic. post Dinum in leg. prima, ff. eodem titul. Greg. Lopez. in leg. tertia, titul. 28. partit. 6. gloss. 1.* Idem voluit Portius, *Institut. de tutel. num. 5. Baldus in versicu. ques & vbi Platea in d. §. permissum. num. 11.* Ex quibus præfatam differentiam glossæ, & omnium esse receptā affirmat Caldas. *vbi supra*, nempe in dict. leg. *si curatorem habens, in parte sine curatore constituntus, sub nu. 104. C. de in integr. restit. minor.*

Sed in hoc variant Dd. Glossa namq; secunda, *in fin. in l. naturali, in princ. ff. de confirm. tut.* in extraneo cōtrarium probat, *per l. 3. ff. de confirm. tut.* quæ dum nihil exprimit de institutione, apertè vult, tutorem datum ab extraneo, posse à prætore confirmari, sicut datum à Patrono, quod etiam sentiunt, Bart. & Alber. *in d. si patronus*, æquiparantes patronum extraneo.

Rursus Odofredus *in dict. leg. 1. C. de testam. tutel.* & Bald. *vbi supra*, contrarium è converso tenent. nempe, vt nisi vterque instituat, tutorem dare non possit, neq; confirmari debeat.

Similiter etiam circa inquisitionem faciendam variam scribentes. Quidam enim resolvunt, inquisitionem cessare in bonis tantum à patrono relictis, & ita in aliis propriis bonis impuberis liberti eam omnino requiri: in qua sententia fere omnes conveniunt, *vbi sup.* exceptis Salycet. & Gregor. Lopez. asserentibus, semper & omni casu necessariam esse: Alii distinguunt, vt si libertus institutus nihil vltra in bonis habeat. cessat inquisitio, *dict. leg. si patronus*, alias secus *ex text. in dict. leg. qui tutelam, §. fin. ff. de testamen. tutel. & refert Caldas vbi supra.*

Quid tenendum in his duobus articulis? Et quidem Caldas, *vbi supra*, quo ad primum de confirmatione tutoris dati à patrono liberto impuberi, & ab extraneo, advertit, supradictam receptam differentiam inter patronum & extraneum jure non probari, potiusq; apertè confundi à Jureconsulto *in d. l. si patronus, vbi, patronus vel quivis alius*: Deinde verius putat cum Odofredo & Balduino, æquiparationem in omnibus generaliter procedere, & recipiendam esse, ita vt impuberibus hæredibus nō institutis tutores dare nequeant, & si dederint, judex eos confirmare neutiquam debeat: in quo aliquid amplius aut benignius conceditur matri propter filiationem & maternam pietatem, secundum cōmunem, *& dict. l. sexta, in fine, titulo decimo sexto, partita sexta, vt prædiximus.* Si vero patronus & extraneus pupillos instituat, & hi nihil vltra in bonis habeant, tutor datus confirmandus est.

Quoad secundum de inquisitione, inquit Cald. quod si patronus libertum instituat, tutoremque ei dederit, posse defendi in ea specie, pupillo nihil vltra in bonis habente, inquisitionem cessare, secus si libertus plus in bonis habuerit, quam ei à patrono relictum sit: tunc nempe est necessaria inquisitio, juxta mentē *d. l. si patronus. & d. l. qui tutelam. §. fin. sup. allegatum.*

Ego vero circa primum, & si judicium Caldas modo relatum subtile esse credam, communem tamen differentiam supra relatam inter patronum & extraneum impuberem non instituentes, sed ei tutorem absq; hoc relinquentes. probabilem non minus, quam veram esse censeo, atque proinde tenendam proculdubio in judicando & consulendo, nempe, quod tutor datus à patrono liberto suo impuberi herede nō instituto, confirmandus sit à judice, sicut datus à matre, propter jus illud patronatus, quod habet patronus in eo, & summam dilectionem ac voluntatem circa libertum, quod deficit in extraneo. Et ideo merito, quod tutor datus à patrono liberto impuberi sine institutione confirmandus sit; datus vero ab extraneo eodē casu minimè: quia nihil juris habet in eo, esseq; absurdum & absq; vllo jure, æquiparare in hoc extraneum matri & patrono, cum tamen longe maior ratio sit in his, quam in illo dandi tutores filiis, vel libertis. Si vero patronus vel quivis extraneus impuberi, quem heredem instituerit, tutorem dederit, & extra ea pupillus nihil in bonis habeat, proculdubio judicium eius erit sequendum, atque ita tutor ab vtroque datus confirmandus erit, *vt in dict. leg. si patronus*, quæ nihil disponit, quando pupillus institutus heres non fuerat à patrono, vel extraneo: sed nihilominus in hac specie differentia prædicta communis probanda venit ex supra dicta juris ratione, & dispositio *d. l. si patronus*, dum loquitur in extraneo heredem instituente impuberem, eique tutorē relinquentem, approbatur *in leg. octava versiculo E otro si dezimos, tit. decimo sexto, partita 6.*

Circa secundum sequor etiam communem opinionem supra relatam, nempe, inquisitionem cessare in bonis tantum à patrono relictis, & in aliis propriis impuberis liberti omnino requiri: in quo fere omnes conveniunt. *secund. Cald. vbi supr.* & ipse quoq; non dissentit, sed imo potius idem probat, vt vidimus, & juxta hoc est intelligenda loqui gloss. fin. *in dict. l. si patronus*, dum requirit inquisitionem, *ex d. l. qui tutelam, §. fin.* quam supra retulimus, nempe in aliis bonis impuberis liberti, secus in sibi relictis à patrono.

Similiter † etiam tutor datus à patre filio impuberi, quem habuit ex cōcubina, si eum heredem instituat, cōfirmandus est à judice, *vt in d. l. 3.* 14

Naturali † autem filio, cui nihil relictum est, frustra à patre tutor datur, neque sine inquisitione confirmatur, *leg. naturalis. 7. ff. de confirm. tut.* 15

Quod † si patres naturalibus liberis aliquas res, quocunque modo reliquerint, intra tamen præfinitum à legibus modum, licebit eisdem tutorem relinquere, qui debet apud competentem judicem citra inquisitionem confirmari, & ita res gerere pupillares, *l. fin. C. de confirm. tutor. l. 3. tit. 16. part. 6.* Quod tamen intelligendum est in bonis à patre relictis duntaxat, quia si filius alia bona habeat, quæ à patre non provenerunt, in his non minus cōfirmatio cum inquisitione erit necessaria, *secundum Bart. in d. l. naturalis, §. 1. quem sequitur Alber. ibi & Mainer. in l. quo tutela, nu. 10. & 11. ff. de reg. jur. Sylvester in §. permissum. nu. 9. de tutel.* Et vt receptam eandem resolutionem latè probant Paleot. *de notbis & spur. filiis, c. 32.* & Additionatur ad flores *vbi. volumat. rub. 31. nu. 14.* & eos referens Caldas, *vbi supra, num. 87.* dicens ita esse accipiendum Oroscium, *in l. item in pretestate, ff. de his, qui sunt sui vel alieni jur. nu. 6. & Mare. decis. 471. in fin. 2. part.* qui omnes contrariū existimant in filio spurio, *sequuti glo. & Bart. in l. 1. ff. de testa. tut.* licet aliter defendat Paleot. *vbi supra.*

17 Illud † tamen dubitari contingit in proposito, *quid dicendum sit, quando pater naturalis dedit vnum tutorem, mater alium, an ambo concurrent, vel præferetur paternus?* In quo Angel. *in d. l. fin. C. de confirmat. tutor.* tenet, quod si tutelæ concurrant, quilibet tutor præferatur in administrando bona à dante relicta. Si vero nō concurrant, primus erit tutor, non vero qui datus est secundo loco: quia tutorem habeuit, tutor dari nō potest. Alber. vero *in d. l. fin.* & cum eo Gregor. Lopez. *in d. l. 2. gloss. fin.* resolvit, relinquendum hoc arbitrio judicis, attenta vtilitate pupilli, nisi patrimonii esset magnum & diffusum, quia tunc procedit opinio Angeli prædicta, Caldas *vbi supra, n. 103. ad fin.* refert se ad Angel. & Alber. *vbi sup.* alii vero cogitandum relinquunt, vt constat ex eo ibi.

Mihi autem opinio Angel. supra relata plus placet *ex d. l. fin. C. de confirm. tut. vbi in eo rebus, quas quecunque modo ei dederint vel reliquerunt.*

Ad dandum autem tutorem vel curatorem alicui pupillo vel furioso sine inquisitione, potest judex suū decretum interponere sine citatione alicuius. vt cum Bar. *in l. qui habet, §. quolibet, ff. de tut.* & Alex. *cons. 86. visis dubitationib. & c. vol. 2.* concludit Maranta *de ordine jud. in 6 par. tit. de citatione, 1. memb. judicij, nu. 35.*

SUMMARIA.

1 *Tutor testamentarius satisdare non debet, nec, teneturs nisi sit persona mala fama & incognita testatori, vt in num. 4.*
2 *Curatores testamentarii non satisdant.*
3 *Mater tutrix filiorum relictā in testamento mariti, nō tenetur satisdare.*
5 *Tutor vnus ex plurib. relictis in testamento, volens administrare, tenetur ceteris contutoribus satisdare de indemnitate pupilli & ipsorum contutorum, nisi à testatore fuerit adscriptus ad administrandum.*
6 *Tutor testamentarius non potest administrare sine decreto judicis, nisi aliud testator disposuerit, vt in n. 7. vel nisi sit mater, cui à lege tutela defertur, quia tunc decretum judicis non requiritur, vt in num. 8. vbi quomodo hoc intelligendum sit.*
9 *Mater aut alij legitimi tutores, non habent exercitium administrandi, nisi eos decernatur à judice, nisi ea, quæ dilationē non recipiunt, & sic tempore perituræ, vel quæ essent proculdubio vtilia pupillo, vt in n. 10.*
11 *Deficiente vno ex pluribus tutoribus testamentarius, quando, vel non possit alius eius loco constitui?*
12 *Matre tutrice filiorum transeunte ad secunda vota, in eius locum sufficitur tutor legitimus, nisi ipsa adierit judicem, vt alium dare et tutorem, quia tunc est locus tutori dativo, secus si mater nunquam assumpsit tutelam filiorum, & dixit, nolo esse tutrix. sed peto tutorē dari filio meo, quia tūc defertur tutela legitimo, non tamen judex providere debet tutorē, quem ipsa nominaverit, sed ex officio, quem magis idoneū viderit, & magis filiis expedire.*
13 *Vxor vel alia persona relicta à testatore, domina, Massaria administratrice & gubernatrice domus sue & filiorum suorum, censetur ex hoc adscripta ad administrandum,*
14 *Tutela vel cura testamentaria, aquō tempore currere incipiat.*
15 *Hereditas sine tutoris auctoritate adiri nequit, & ad eam adeundam tutor dari potest.*
16 *Tutoris nominatio juxta Regio consuetudinem hereditate nō adita per heredem, vel nullo herede instituto: idemq; est à fortiori dicendum rupto testamento, ex caussa præteritionis vel exheredationis, vt in n. 17.*
18 *Maior defectus erat jure communi omissio institutionis heredis, vel additionis hereditatis, quam præteritio, vel exheredatio.*
19 *Tutor vel curator datus in testamento, sub aliqua conditione, tunc ea purificata incipit esse tutor, vel curator ideoq; excusationem proponere debet, quando tutelā suscepere debet, non autem quando creatur.*

CAPUT V.

De tutore testamentario.

TUTOR testamentarius sive confirmatus à judice, sive non, nunquam satisdare debet, quia fides eius & diligentia ab ipso testatore approbata est, *text. in pr. Instit. de satisdat. tut. & in l. testamento datos, in princ. ff. de testa. tutel. l. 1. cum gloss. versic. simpliciter, & l. 2. & 3. ff. de confirm tut. l. 1. & 4. C. de tut. qui satisd. non deb. tradunt omnes in prin. de satisd. tut. & refert plures Caldas Pereyra in repetit. l. si curatorem habens, in parte sine curatore constitutus, nu. 117. C. de in integ. rest. minor. & tenet Cavalc. de tut. & curat. num. 14.* 1

Idem † est in curatoribus in testamento datis. Licet enim regulariter curatores non dentur in testamento, si tamen dati fuerint, confirmantur decreto prætoris, vel prædidis, *text. in §. sed curator, Instit. de curat. l. 3. an autem, de confirma. tut. l. 13. in vers. Otrosi dezimos, tit. 16. part. 6.* & tunc liberantur à satisdando, vt tutores, *vt tenet gl. in pr. Instit. de satisdat. tutor. vers. approbat est, & ibi Angel. & Portius, in summario per text. in vers. item ex inquisitione*, dum conjungit tutores & curatores ex inquisitione datos, & inquit, eos satisdatione non onerari. Et probatur melius *in §. 1. Instit. eod. tit. de satisda. tut.* est similis gl. *in d. l. 1. vers. simpliciter*, per text. ibi, *ff. de confirm. tut.* & in vtroq; idem probavit Ant. Pisg. *de tutor. & curat. qu. 7. num. 15.* vbi alios citat, sequitur etiam Greg. Lopez. *in l. 9. in gl. si adora, in versic. & testamentary tutora. tit 16. part. 6.* 2

Et † idem à fortiori erit dicendum in matre tutrice relicta per patrem pupilli in testamento, quia nō tenebitur satisdare, & in terminis phat Cassa. *in consuet. Burg. rub. 6 de sessans de Plusieurs, lit. Z. in fin. n. 6. fol. 223.* 3

Et ita est tenendum in supradictis, tametsi Rebuffus ad leges Gallix. *1. tom. in præam. gl 5. nu. 59* dicat, bonū esse, vt omnes satisdarent, & idem Rebuff. *eodem. tom. tit. de sent. pro vis. art. 3. gl. 2. nu. 1.* testetur de contraria consuet. *vt enim refert Caldas, vbi sup.*

Et quamvis D. Spino. *in suo Spec. testa. gl. 29. n. 34.* teneat, hodie tam tutores testamentarios, quam datos à judice, sicut & legitimos teneri satisdare, etiam quantumcunq; ditres sit tutor, & quod qualifcunq; fidejussor tali casu sufficiet, *gl. Bart. & Dd. in l. mulier, C. de jure dot.* Hoc namq; in tutoribus testamentariis verum non est, nec in praxi admissum, sed potius contrarium, præterquam in Francia, *secundum Cassan. vbi sup. n. 3. fol. 215. & Rupell. in enchirid. jur. pag. 361. & Rebuff. vbi sup.* Sed de stylo curiarum patriæ Delphinatus servatur & toleratur, quod tutores admittuntur ad administrationem, etiam sine satisdatione, teste Guid, Papæ *decis. 330. num. 5.* De tutoribus autem legitimis & dativis, quod satisdare teneantur, infra suo loco agemus.

Supradicta tamen vera & communis resolutio, quæ habet, quod tutor testamentarius nō teneatur satisdare, limi-

limitatur primo, nisi is sit persona malæ famæ, & incognita testatori, *vt volunt Bald. in l.1. C. de confirm. tutor. Platea & Ias. in addit. ad Christoph. Portium, in prin. Instit. de satisd. tutor. & additio quædam Salyc. in l. non dubium, C. de tut. & cur. qui satis non ded.*

5 Secundo† limitatur eadem conclusio, vt non procedat, quando plures sunt dati in testamento tutores, & vnus vult administrare. Is namq; tenetur aliis contutoribus satisfácre de indemnitate pupilli & ipsorum contutorũ, nisi à testatore fuerit adscriptus ad administrãdum, *text. in §. de hu. Instit. de satisd. tutor. ita Cavalc. de tut. & cur. un. 14.* sed debuit allegare *§. fed si ex testame. Instit. eod.* vbi cavetur, quod si ex testamento vel inquisitione duo plurésve dati fuerint, potest vnus offerre satisdationẽ de indemnitate pupilli vel adolescentis & cõtutori suo vel cõcuratori præferri, vt solus administret vel contutor, aut cõcurator, latis offerens præponatur ei, vt & ipse solus administret, *text. etiam in d. testamẽto dator. 17. ff. de testa. tut. per totam l.* in quibus juribus alia plura declarantur, & deciduntur in ea materia opportuna, & ideo ad ea recurrendum, quoties opus fuerit: textum namq; allegatũ per Cavalc. *in d. §. de hit*, ego non invenio *in tit. illo Instit. de satisd. tut.*

6 Tutor† præterea testamentarius non potest administrare sine decreto judicis: non enim debet administrationem propria auctoritate occupare, etiã quod datus fuerit in testamẽto, quod nullum invaliditatis patiatur defectum, *l. 4. vbi notatur, ff. de auctor. tuto. & l. fin. §. illud procul dubio, C. arbitr. tutel.* dum ibi dicitur, *nisi prius inventario publice facto*, dictio enim, *publice*, judicis decretum præsupponit, *l. fin. ff. vt in possess. legat. & tradit Bald. in l. orphanotrophos, in pr. nu. 3. C. de episc. & cleric. & in l. fiscalia, C. de jure fisci, lib. 10.* vbi dicit, quod vltra judicis decretũ requiritur, vt per ipsum decernatur administratio, & in terminis tenet Bart. *in l. legitimos, in in prin. nu. 3. ff. de legit. tutel.* & Paul. de Castro *consi. 356. postquam isti, nu. 4. lib. 1.* Greg. Lopez. *in l. 3. glos. 1. ibi, & an in tutore, titul. 16. part. 6.* sequitur Anton. Piag. *de tuto. & cur. qu. 7. num. 1. & 2. diximus supra, cap. 3. n. 31.* & Bart. in hoc receptum dicit, eumque sequitur Caldas Pereira *in repet. d. l. si curatorem habens, in parte sine curatore constitutus, num. 116. in versic. licet autem* vbi refert etiam idem tenentes Bertran. *consil. 63. un. 1. 1. part. vol. 2.* Capitium *decis. 129. nu. 1.* Soc. jun. *consi. 148. nu. 8. vol. 2.* & Rupell. *in Enchirid. jur. pag. 362.*

7 Limitatur† tamen primo præcedens communis sententia, quando testator tutori decrevit administrationẽ, vel dispositit, vt propria auctoritate administrationem assumeret, si vellet, quod potest disponere, sicut judex. *text. celebre in l. cui eorum, & ibi gl. 1. ff. de postula. Boer. decis. 124. nu. 14. ad fin.* Testatoris namq; voluntas pro lege habetur, *text. in cap. vltima voluntas, 13. qu. 2. & in §. disponat, in auth. de nupt.* Merito ergo, vt hoc præcipiente testatore in testamento valido, tutor assumere possit tutelæ & curæ administrationem, absq; eo, quod per judicem decernatur, *secundum Bartol. vbi supra, & Carol. Ruinum consi. 526. quamvis ille, in princ. libr. 5. & Greg. Lopez. vbi supra, Ant. Piag. d. qu. 7. num. 4. & 5. & Baeza de decim tut. c. 2. nu. 85. vbi alios allegat, sequitur etiam Mendel. d. consi. 21. nu. 9. ad fin.*

8 Limitatur† secundo in matre, cui ipso jure à lege tutela defertur, & ideo in ea judicis decretum non requiri tenet Philipp. Corn. *consil. 164. videtur in hac consultatione, in principio, libr. 4. quem ad hoc refert & sequitur Ant. Piag. d. qu. 7. num. 3.*

Hæc tamen limitatio sic simpliciter & generaliter intellecta, periculosa est, & quæ posset jurisperitos incautos decipere; quæ intelligi debet, respectu decreti judicis, ad constituendum eam tutricem, hoc namq; necessarium minimè est, nec requiritur, prout non requiritur in aliis tutoribus testamentariis vel legitimis: quia ideo dicuntur testamentarii, quia testamento creantur, & fiunt tutores: & legitimi tutores dicũtur, quia à lege dantur & creantur, legitimũ namq; tutorem nemo dat, sed lex ipsa facit eos, *l. legitimos, in prin. ff. de legit. tut.* & ideo matri defertur tutela à lege, non à judice jure novissimo authenticorũ *de hered. ab intest. venien. §. ex his*, ex quo sumitur authen. *matri & aviæ, Cod. quando mul. tut. officio fungi possit*, & ideo est tutrix legitima, prout volunt glossi. & communiter Dd. *in d. auth. matri & aviæ, & Bart. in l. si quis sub conditione, nu. 13. ff. de testam. tut. teste Philip. Corn. d. consi. 164. statim in pr. sequit. Spin. in suo Speculo testam. gl. 29. nu. 8. diximus supra, ca. 2. nu. 4.* Solũ, quãdo est inutiliter datus tutor vel curator in testamento, intervenire debet necessario decretũ judicis in cõfirmando eum, *vt in toto tit. C. & ff. de confir. tut.*

Exercitium† tamen & facultatem administrandi, nõ 9
habet mater, nec alii legitimi tutores, nisi eis decernatur à judice, *vt sup. probavimus.* Vnde sine licentia & facultate administrandi, cõcessa à judice nõ potest mater aliquid administrare, *vt in d. l. legitimos, & ibi Bart. in fine principij, & in d. l. fin. §. illud procul dubio, C. arbitr. tutel. & in d. l. 4. ff. de auctor. tut. cum ceteris supr. allegatis tenet etiam Baeza plures allegans, d. c. 2. n. 64.*

Nisi ea,† quę dilationem nõ recipiunt, & sic tempore 10
peritura, vel, quæ essent proculdubio vtilia pupillo, hoc est, quæ nõ possent tendere in incomodum pupilli: hæc namq; quilibet tutor posset gerere, etiam ante decretã fibi administrationem à judice, *secundum Bart. in d. l. legitimos, in fin. nu. 9. in simili, in l. tutor, qui repertorii, in princ. nu. 27. ff. de administr. tut. Angel. in l. fin. §. defensionem, Cod. de administrat. tut. Socin. in l. qui duos, nu. 30. ff. de verb. dub. Paul. de Castro consil. 355. nu. 4. 1. pa. Guido Papa, decis. 330. num. 6. Boer. decis. 124. nu. 19. & Bero. qu. 18. per totam, Philipp. Corn. d. consil. 164. liter. D.* vbique si intra hos casus administraret absque decreto, gesta non valent, *& sequitur Boer, d. c. 2. num. 65. & D. Spino. d. gloss. 29. num. 41.*

Quod vltra prædicta probatur ex litera, & mente d. auth. *matri & aviæ, & in corpore vnde sumitur*, vbi ita demum matri & aviæ secundum ordinem tutela etiam ante agnatos permittitur atque defertur, si inter gesta (hoc est) coram judice, *juxta gl. ibi, & communiter Dd.* nuptiis aliis. & Senatusconsulti Velleiani auxilio renunciaverit Idem probat *l. 4. tit. 16. p. 6.* Ergo ab eodem judice debet decerni administratio, visa & approbata ipsiꝰ renuntiatione: alias enim, hoc est, antea prædictorum solemnium observationẽ, non poterit administrare. Et probatur clarè *in l. 95. tit. 18. part. 3.* ibi, *E pvrende el alcalde sobredicho tenẽdo esfabriendo que ella sea buena muger e de buen recado &c. otorgale que tuuiesse en guarda alhuerfano sobredicho su hyo e sus bienes.*

Rursus † observandum erit, quod si duo pluresve 11
fuerint tutores testamentarii in locum eius, qui decessit, vel in civitate esse desiit, poterit alius tutor dari, quia quamdiu habet locum testamentaria tutela, cessat legitima. Cæterum, si nullus tutor supersit, vel in civitate sit, legitima tutela succedit. Ita disponit *l. si quis sub cond. ad fin. vers. plane, ff. de test. tut. Corn. consi. 175. licet in præsenti. litera F. in vers. & tunc non obstat, libr. 3. Baez. de decim. tut. c. 1. nu. 25. Ant. Piag. de tut. & cur. qu. 9. nu. 1.* qui, dum inquit, *quod quando vno ex tutorib. testamentariis decedente aliqui remanerent, siquidem sunt sufficientes, vt ex seipsis gerere possint, alia non fiet provisio*, non videtur audiendus, siquidem nihil aliud citat quam *d. l. si quis sub condit. in fin.* quæ, vt vidimus, indistinctè decidit, quod modo retulimus, quamvis posset pro se allegare gl. *verbo, sponte, in versic. si vero vnus, C. de testa. tut.* quæ idem prius tenebat, nempe, quod quando vnus eorum decessit, loco eius constituitur dativus, si ceteri non

nõ sufficiunt. Similiter tutore sub cõditione dato, interim datur dativus: fedsi non speretur cõditio exsitura, habet locum legitimus, *ita glos. præstata.*

Quod si tutor testamentarius sit excusatus, velut suspectus remotus, venit dativus. Ita tenet eadem glos. *quam sequitur Piagius, vbi supradict. num. 8.* cuius rationem adducit Caldas, *vbi supra, num. 114.* quoniam tutores in perpetuũ excusati vel remoti adhuc ipso jure tutores sunt: ideo ad legitimos tutela redire non potest, nec loco ipsorum tutores, sed curatores dandi erãt. ex regula, de qua *in §. interdictum, Instit. de curat. & in l. 4. Cod. in quibus caus. tutor. habẽti.* Sed cum propter perpetuam excusationem, vel remotionem, proprius sit, vt tutores esse desinant, *vt in §. vlt. Instit. quib. mod. tut. finiatur, cum similib.* hoc colore Senatusconsulto caurum fuit, vt contra præcedẽtem juris regulam in eorum locum tutores crearẽtur, *vt cum Cuiacio latius probat Cald. vbi supr.* non tamen tunc ad legitimum tutorem redit tutela, *vt in d. l. si quis sub conditio. ibi, & si semel ad testamentarium devoluta sit tutela, deinde excusatus sit tutor testamentarius, adhuc diximus in locum excusati alium dandum, non ad legitimum tutorem redire tutelam*, idem diximus, & si fuerit remotus, nam ideirco hic abiit, vt alius detur.

12 Si vero mater † tutrix filiorum transeat ad secunda vota in eius locum sufficitur tutor legitimus, nisi ipsa adiverit judicem, vt alium daret tutorem: quia tunc est locus tutori dativo: quod si mater nunquam assumpsit tutelam filiorum & dixit *nolo esse tutrix, sed peto tutorẽ dari filiomeo*, tunc defertur tutela legitimo *secundum Bart. in l. si quis sub condit. num. 27. in vers. ideo videtur mihi dicendum, ff. de testam. tutel.* quæ est communis & tenenda, *vt infra c. 9. nu. 20. & 21. diximus*: Non tamen judex providere debet tutelam illi, quem ipsa nominaverit, sed ex officio tenetur, quem magis idoneum viderit, & magis filiis expedire, dare, *secundum Bald. in l. precibus, sub num. 21. C. de impub. & aliis sub sit. Decius in c. ex part. el secundo, sub nu. 6. de appellat. Spin. in suo Speculo testam. gloss. 29. sub num. 12.* Nulla enim est lex, quæ dicat, quod judex teneatur dare tutorem petitum à matre, sed quod mater teneatur petere & nominare, & in arbitrio judicis erit date illum, vel non. Ita refert Cyn. fuisse determinatum & consultum Bononiæ per quendam solemnem doctorem Advocatum. Idemq; tenuit Jaco. Butric. quos refert & sequitur Bartol. *in d. l. si quis sub conditione, n. 29. cum seqq.* Sed de hoc agemus latius *infra, cap. 9. num. 68. cum seqq.*

13 Deinde† sciendum est, quod quãdo testator reliquit vxorem, vel aliam personam, dominam Massariam, administratricem & gubernatricem domus suæ, & filiorũ suorum, censetur adscripta ex hoc ad administrandum, *vt per Boer. decis. 124. num. 3. cum seqq. additis ad Rumã. singul. 165. committo, & Capitium decis. 129. numer. 2. quos ad hoc refert & sequitur Cavalc. de tut. & cur. num. 17. in vers. adscriptus, & Baeza de decim. tut. c. 4. num. 69. sequitur alios allegans Ioan. Baptist. Ferret. consil. 312. n. 1. 2. part. 1.* vbi *nu. 3.* idem probat, quando pater in testamẽto posuit filios in potestate matris.

14 Vltimo quæri† hic oportet, *quo tempore incipiat deferri tutela & cura testamentaria?* Et jure quidem communi proculdubio, quando tutor vel curator fuit simpliciter datus in testamento, à die aditæ hereditatis defertur, *vt in l. si nemo, ff. de testam. tutel.* vbi inquit text. *si nemo hereditatem adierit, nihil valet, ex iis quæ testamento adscripta sunt: si vero vnus ex pluribus adierit, tutela statim valent, nec expectandum erit, vt omnes hereditatem adeant & ibi glo. & Dd.*

Sic etiam fuitate confirmatur tutela testamentaria, sicut additione, *Bart. in l. si filius, qui patre, num. 6. ff. de vulg. & pupill. communiter approbatus secundum Alexa. ibi, nu. 23. Soc. 29. Ias. 19.* Sed procedit secundum communem opinionem, quando fuitas residet in persona eius, cui datur tutela, *secundum* Angel. *in tract. de fuitate, qu. 9. num. 27. volum. 7. tract. divers. Doctor.* Nam si filio impuberi exheredato datus esset tutor, & alius filius esset institutus, sola eius fuitate non confirmaretur datio tutoris prædicti, *secundum Angel. vbi supra*, vbi latè agit de huius declarationis veritate.

Ad adeundam† tamen hereditatem, quia sine tutoris 15
auctoritate adiri nequit, *vt in l. potest, Cod. de jure delib.* dabitur tutor *secundum glossam Bart. & Dd. in d. l. si memo. Ant. Piag. de tutor. & curat. qu. 14. num. 1.* estque de hoc text. expressus *in l. si hereditas, 9. ff. de testam. tutor.* Licet enim regulare sit, quod tutor certæ rei dari non potest, *l. certarum, ff. de testam. tut. & diximus supr. c. 1. nu. 35.* Attamen ad adeundam hereditatem speciale est, vt tutor dari possit, *l. cum in vna, §. tut. ff. de appellat. & ibi notant Dd. Paul. in l. & si ad species, ff. rem pupilli sal. vã fur. Baeza de decim. tut. c. 17. sub n. 2.*

Jure autem† nostro Regio nominatio tutoris cõser- 16
vatur hereditate non adita per heredem, vel nullo herede instituto, *ita Padillam l. eam, quam, n. 70. C. de fideicommiss. ex l. 1. tit. delos testamentos, libr. 5. ordinam. vet. hodie, l. 1. tit. 4. lib. 5. novæ collect. Reg. sequi. ibi, Matienco gl. 14. nu. 83. & Azevedo ibid. nu. 150.*

Idem à fortiori† à tutore ipsos dicendũ est, rupto 17
testamento ex causa † præteritionis, vel exhæredatio- 18
nis. Jure namque communi maior defectus erat omissio institutionis heredis, vel additionis hereditatis, quam præteritio, vel exhæredatio, quando quidem priori casu legata minimè debebantur, sed totum corruebat testamentum. *leg. 1. & ibi Dd. ff. de hered. institut. §. ante heredis, Instit. de legat.* In vltima vero specie solum quoad institutionem heredis corruebat testamentum; cetera namque firma permanebant, *vt in authen. ex causa. C. de liber. præt. vel exhared. cum similib.* Maiore igitur ratione *d. l. 1. tit. 4. de los testamentos*, locum habere debet in specie *d. auth. ex causa*, quæ minorẽ habet dubitationem jure communi, præsertim cum datio tutelæ in testamento facta, nõ adeo heredis institutionem requirat: siquidem absq; ea aliquando consistat, *vt in l. 3. ff. de confirm. tut.* vbi, qui à patre tutor scriptus est, aut nõ justo testamento, aut non, vt lege præcipiebatur, confirmandus est ad tutelam gerendam, ac si ex testamento tutor esset, id est, *vt satisdatio ei remittatur.*

Quod† si tutor datus sit in testamento sub aliqua cõ- 19
ditione, tunc purificata conditione incipiet esse tutor & curator: ideoque eo tempore excusationem proponere debet, quando tutelam sub ipere nolit, non autem cum creatur, *secundum Bart. in l. si cui legatur in princ. num. 19. ff. de legat. 1. & Antonium Piagium dicta quæst. 14. num. 2. de tutor. & curator.*

SVMMARIA.

1 *Pater non tantum in testamento filiis, quos in potestate habet, sed etiam in codicillis testamento confirmatis, potest tutores dare, tunc namq; etiam testamento tutores datos accipere debemus.*

2 *Tutor scriptus à patre filiis suis, vel non justo testamento, aut non, vt lege præcipitur, confirmari debet ad tutelam gerendam, perinde ac si testamento tutor esset, ad cuius imaginem remittitur ei satisdatio, nec tunc requiritur inquisitio.*

3 *Confirmatio codicillorum præcedentium testamentum non requiritur in prædic. casu.*

4 *Pater in dispositione inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel codicillis & ab intestato filiis tutores dare potest.*

5 *Lex 2. C. de confirm. tut. non est correcta per l. hac cõsultissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis.*

CAPUT VI.

An tutor extra testamentum dari possit?

1 SED † & pater non tantum in testamento filiis, quos in potestate habet, sed etiam in codicillis testamento confirmatis potest tutores dare. Tunc namque etiam testamento tutores datos accipere debemus, *l. testamento, ff. de testa. tut.* adeo, vt quamvis a † patre tutor liberis, vel non iusto testamento, aut non, vt lege præcipitur, scriptus sit, confirmari debeat ad tutelam gerendam, perinde ac si testamento tutor esset, ad cuius imaginem, ei quoq; satisdatio remittitur, *l. 3. ff. de confir. tut.* Voluntas enim patris in constituendis tutoribus vel curatoribus, huiusmodi casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, seruari solet, ac proinde leges nostræ præceperunt, iudicem sequi debere voluntatem patris, qui in testamento, etiam nimis solemni, aut postea rupto aut alias non iure facto tutorem liberis dederit, *vt in l. 2. C. de confir. tuto. & in l. 1. & 3. & in l. si filio, ff. eod. tit. l. pater, § cum a patre, & l. si pater, & l. iure nostro, §. vlt. ff. de testam. tut.* Et id quidem sine aliqua inquisitione, *d. §. cum a patre, & l. 1. & ibi DD. ff. de confirm. tuto. §. vlt. Inst. de tut.* Id quod late probavit & consulit Philipp. Corn. *cons. 177. licet in præsenti. colum. 4. vers. concurrit etiam, lib. 3.* vbi hoc extendit ad aliam patris dispositionem circa filiorum educationem, *& consil. 238. reperto, colum. penult. versic. cum itaq; vol. 4. & Caldas Pereira Lusitanus in repet. text. in l. si curatorem habens, in versic. sine curatore constitutus, n. 60. C. de in integ. restit. min.* vbi inquit, quod illa † expressa confirmatio, quam toties Iurisprudentes inculcant, hodie necessaria non est, *vt per text. in §. non tantum in institu. de codicillis, contendit Sylvester in commentariis ad §. permissum, to. Instit. de tutel.* nempe confirmatio codicillorum præcedentium testamentum.

4 Pater † igitur in alia dispositione, etiam inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel codicillis, & abintestato, filiis tutores dare potest. *vt in d. l. 2. C. de confi. tut.* vbi quod licet per epistolam, vel ex imperfecto testam. tutor recte dari possit. Voluntas tamen patris in constituendis tutoribus vel curatoribus, in his casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, seruari solet, *& ibi notat Bald. adem Bald. in l. si a patre, C. de testam. tut. Rol. in floribus vlt. volunt. rub. 31. an princ. & Greg. Lopez gl. 1. in l. 2. tit. 16. part. 6. & Cald. Per. vbi sup. nec decis. d. l. 2.*

5 loquens † de testamento imperfecto, hodie correcta est *ex l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. iuxta gl. 2. in d. l. 2. ibi, aly tamen,* cuius opinio receptior est, *secundum Sylvest. in d. §. permissum, n. 26. Rola. vbi sup. n. 8. late Marc. Ant. in d. §. ex imperfecto, n. 21.* cx quibus eam receptiorem appellat Cald. Per. *vbi supra d. n. 60.*

SUMMARIA.

1 *Tutor & curator esse potest quicunq;, qui non reperitur prohibitus.*

2 *Tutor dari non potest, mutus, surdus, mente captus, hoc est furiosus, prodigus, male morigeratus, minor 25. annis, mulier nisi sit mater, vel avia, prius iudici promittens non nubere durante tutela, & Velleiano renuntians, & in num. 3.*

3 *Mutus & surdus, tutores dari non possunt, non solum testamentarij, sed nec legitimi, aut dati vt, vt in nu. 4. & etiamsi intelligeret ad motum labiorum, vt n. 11.*

5 *Tutor vel curator effectus surdus, aut mutus post susceptam tutelam vel curam, an desinat esse tutor, vel curator? & num. seqq.*

6 *Verbum potest, exponitur pro debet, sed regulariter denotat potius actum voluntatis, quam necessitatis, nisi aliter verba verificari non possint.*

7 *Tutela vel cura non vitiatur, si perveniat ad casum, à quo incipere non potuit, & num. 1.*

8 *Res quotescunq; pervenit ad casum, à quo incipere non potuit, si dispositio est perfecta, non vitiatur actus: secus si non est perfecta.*

9 *Intellectus l. post susceptum, ff. de excusat. tut.*

12 *Surdaster vel parùm audiens, tutor vel curator esse potest.*

13 *El desmemoriado, & sic fatuus furiosus vel mente captus tutor vel curator esse non potest.*

14 *Furiosus si simpliciter detur tutor, intelligitur ita dari, cum compos suæ mentis fuerit, interimo tamen dabitur à iudice alius.*

15 *Prodigus, tutor vel curator dari non potest.*

16 *Malè morigeratus (h.e.) el de malas maneras, tutor seu curator dari non potest, y le malas maneras se dize el que pueden sospechar contra el que desgastara los bienes del huerfana, o que le mostrara malas costumbre.*

17 *Ille merito repellitur a tutela & cura, de quo est timor, ne dilapidet bona minoris, nec erit admittendus etiam cum cautione.*

18 *Maior debet esse 25. annis tutor vel curator, non vero minor dicta ætate, item masculus non fœmina: nisi adsit statutum contrarium, vt in num. 30.*

19 *Minores 25. olim excusabantur: hodie nova constitutione prohibentur ad tutelam vel curam assirare: vnde puberes illum poterant aliorum curam gerere, impuberes autem minimè, vt in n. 20. & 21.*

22 *Tutela & cura sunt onus, & ideo minoribus non committitur.*

23 *Leg. 1. tit. 7. lib. 3. fori, qui fuerit 20. annis ad minus, potest esse tutor vel curator.*

24 *Ll. fori non sunt propriè ll. sed potius quædam scripta consuetudines, & ideo non habent vim ll. nec per eas est iudicandum, nisi quatenus per vsum recepta fuerint: quo fit, vt alleganti ll. fori, incumbat onus probandi esse vsitatas, non vero neganti earum vsum, vt in n. 25.*

26 *Mater minor 25. annis, tutrix filiorum esse non potest, defertur tamen tutela tunc temporis vel cura dativa, vt in num. 27.*

28 *Consuetudo, vt mater etiam minor 25. annis, assumeret tutelam vel curam filiorũ, valida est & observanda, vt in n. 29. an similis consuetudo sit in regno Lusitania & Castella?*

31 *Minor 25. annis tutor datus, dolo acceptans tutelam obligatur vt maior, nec, restitutiõe in integ. adiuvatur.*

32 *Mater minor 25. annis relicta tutrix filiorum suorum in testamento patris eorũ, an statim possit esse tutrix? & n. seqq. quod non, interim tamen datur curator, qui administret, & completa ætate mater erit tutrix, vt in n. 34.*

33 *Regulam qui habet pro se, habet intentionem suam fundatam in casibus non exceptis.*

35 *Minor 25. annis relictus tutor in testamento, admittendus erit ad tutelam, & administrabit cum maior fuerit 25. annis, interim tamen dari debet curator non tutor in eius locum, vt in n. 36. & 37. an debeat esse proximior consanguineus, vel possit esse alius idoneus arbitrio iudicis?*

38 *Minore effecto maiore 25. annis, cessabit officium curatoris interim dati ad administrandam tutelam.*

39 *Masculus non fœmina debet esse tutor aut curator.*

46 *Mater & avia possunt esse tutrices & curatrices suorum filiorum, vel nepotum.*

CAPUT VIII.

Qui possunt tutores pupillorum, suorumq; bonorum dari?

QUicunque, qui † non reperitur expressè prohibitus, tutor & curator esse potest. *l. 1. §. 1. & ibi notat. ff. de tutel.* ex quo tex. hanc regulam constituit Ant. Ping. *in tract. de tut. & curat. q. 3. in pr.* sed ego non invenio eã probari ibid. in text. nec in gl. Est tamen vera reg. hæc,

Rursus

2 Rursus † observandum erit, tutorem dari non posse, mutum, surdum, mente captum, (hoc est) tortuosum, prodigum, malè morigeratum, minorem 25. annis, mulierem, nisi sit mater, vel avia, prius iudici promittens, non nubere durante tutela, & Velleiano renuntians. Ita in his regnis dispositum exstat *in l. 4. tit. 16. part. 6.* quæ prosequitur dict. per Azo, *in sum. c. de testam. tut. col. pen. in versic. datur tutor*, de muto, & surdo est etiam *l. 14. eod. tit. 16. part. 6.* & de his agit Molin. Theolog. *de iust. & iure. 2. tract. disp. 221. col. 1363. cum seqq.*

Oportet tamen hoc capite de vnoquoque istorum sigillatim loqui, vt declaremus distinctius materiam, & in praxin reducamus *l. Regiam.*

3 Et † primo de muto & surdo loquamur. Hi enim iure etiam communi tutores dari non possunt, *text. in l. 1. §. mutus, qui est fin. ff. de tutel.* Mutus namque, inquit text. tutor dari non potest, quoniam auctoritatem præbere non potest.

Surdum non posse dari tutorem pleriq; & Pompon. *lib. 69.* ad edictum probant, quia non tantum loqui, sed & audire tutor debet, *l. vnica C. qui morbo se excus.*

4 Quorum † textuum decisio procedit, non tantum in tutore testamentario, sed etiam in legitimo & dativo, *text. in l. pen. vers. fin. ff. de legit. tut. ibi surdus & mutus*, nec legitimi tutores esse possunt, cum neque testamento, nec alio modo vtiliter dari possunt, *gl. ver. non potest, & ibi Dd. in d. l. 1. §. fin. ff. de tutel.*

5 Dubium † tamen est in proposito, *an si quis post susceptam tutelam vel curam efficiatur mutus, aut surdus*, desinat esse tutor vel curator. Ita quod amplius in tutela, vel cura procedere non possit, nec administrare, & prouideri debeat eius loco tutor vel curator nec ne? Et gloss. *in d. §. fin. ver. non surdum*, inquit, quod supervenies vitium removet, ex tex. *in l. post susceptam. ff. de excusat. tut.* vbi inquit tex. *post susceptam tutelam cæcus, aut mutus, aut surdus, aut furiosus, aut valetudinarius deponere tutelam potest*, & expressè idem tenet gl. vnica, *in l. vnica, C. qui morbo se excusant, & Bart. in d. §. fin.* ampliat dispositionem illius tex. vt procedat, etiam si quis post tutelam, vel curam assumtam effectus fuerit mutus, & sic cum gl. ibi, quod vitia supervenientia extinguant tutelam susceptam, *& Bart. sequitur Greg. Lop. in d. l. 4. gloss. fin. & Molin. Theologus de iust. & iure. 2. tract. disp. 221. col. 1364. in princ.*

Sed contra hanc sententiam gloss. Bart. & sequacium retorquetur eadem l. *post susceptam*, quatenus loquitur permissivè in illis verbis, *deponere tutelam potest*, idemq; clarè probat lex *vnic. C. qui morbo se excusant.* Ergo videtur relinqui eius arbitrio, vtrum velit se excusare, nec ne? ex quo ad id per legem non cogitur.

6 Nec † præstabit, si dicatur, verbum illud, *potest*, dict. legis *post susceptam*, exponendum esse, pro *debet*, vt exponitur *in l. 4. § penul. ff. de dam. infect. l. si mandavero, §. fin. ff. mandati, l. si ex causa, §. nunc videndum. ff. de minor. & alibi sapissimè.*

Responderi namq; potest, potius hoc verbum regulariter denotare actum voluntatis, quam necessitatis, præter quam si verba aliter verificari non possunt. *l. quibus diebus, §. dominus servo, & ibi Bart. ff. de condit. & demonstr. l. heredib. §. fin. ff. ad senatusconsultum Trebell. l. fundus qui locatus. ff. de fundo instruct. & c. l. mulier. ff. de condi. inst. cum simili.* quæ regula præcipuè procedit in specie *d. l. post susceptam*, de qua agimus, quæ subest titulo *de excusat. tutorum*, ex quo elicitur, quod si velit tutor, possit tutelam continuare, & pariter, si nolit, se excusare.

7 Secundo † contra opinionem gloss. & Bart. vbi supra facit, quia tutela & cura non vitiatur, si perveniat ad casum, à quo incipere non potuit, *secundum eundem Bart. per tex. ibi. in auth. vt hi qui oblig. & in princ. n. 2.* præcipuè cum à principio fuerit perfecta datio tutoris, habuitque semel effectum consummatum ad sui valorem.

Nam † quotescunq; res pervenit ad casum, à quo incipere non potuit, si dispositio est perfecta, non vitiatur actus, secus si dispositio non est perfecta, *l. plurib. §. & si placet, & ibi Dyn. Bart. & Dd. ff. de verb. obl.* ex quibus opinionem Bart. priorem veram non esse censet Ant. Ping *de tut. & curat. q. 3. n. 49. cum seqq.*

Ego vero magis probo opinionem gl. & Bart. præcedentem, tanquam veram, & tenendam in puncto turis. & in iudicando & consulendo, tum propter ipsorum auctoritatem, quæ magna quidem est, tum etiam ex ratione text. *in d. l. mutus scilicet*, quia non tantum loqui, sed audire tutor debet. Sed ad interponendam auctoritatem tutoris requiritur, quod ipse loquatur, *vt in l. 3. de auctorit. tutor.* Si enim hoc requireretur, tutor posset esse mutus, sicut potest esse procurator, *l. mutus in pr. ff. de procurator.* Cum igitur mutus non possit loqui, nec audire, nullo modo potest exercere tutoris officium, sive à principio sit mutus, sive ex post facto. Et idem in surdo, quia audire non potest.

Non † obstat modo dicta lex *post susceptam, ad fin.* 9
vt supra expensa, quia respondemus primo, quod impropriè potest dici excusatio, cum & si velint mutus & surdus id munus exercere non possint, ita gl. *in d. l. 1. §. mutus, ver. surdum, & in d. l. vnica, C. qui morbo se excus. in glossa vnica.*

Secundo respondeo, quod ex quo decidit, mutum & surdum deponere posse tutelam prius sumtam, non inde sequitur, nec exprimit, id remanere in suo arbitrio & voluntate, vtrum velit se excusare, nec ne? sed tantũ disponit textus ille, deponere tutelam posse: verùm si ipsam non deponat, auferri sibi iure poterit, aliisque decerni: quia cum sit mutus, vel surdus, nec loqui, nec audire potest, ac proinde non valet auctoritatem requisitam præstare: paria enim sunt, tutorem non habere, vel eum penitus inutilem habere: & sic impossibile est, vt officium tutoris prosequi possit: ergo tanquam inutilis, & ne minor absque tutore, defensore, & administratore remaneat, ei alter providendus, vel iure optimo hoc poscente, erit.

Nec obstat secundum fundamentum supra adductum contra gl. Bart. nempe ex doctrina eiusdem Bart. *per tex. an auth. vt hi qui obligat. se prohib. habere res mun. in princ.* nempe quod cum tutela & cura habuerint iam actum consummatum, etiamsi perveniat ad casum, à quo incipere non potuit, non vitiatur, *arg. d. l. pluribus, §. & si placeat.* Hoc namq; verum est, recteq; procedit in specie, in qua loquitur textus ille, ex quo eam deduxit & notat Bar. ibi nempe in *l. ille tutores*, qui † post tute- 10
lam susceptam fuit effectus debitor, vel creditor pupilli: tunc enim merito, vt non omnino removeatur tutor vel curator, nec extinguatur tutela vel cura, quia huiusmodi tutor vel curator, quamvis post susceptam tutelam vel curam efficiatur denuo debitor, vel creditor pupilli, vel adulti, nihilominus ipse potest loqui, & audire, ac proinde auctoritatem præstare in rebus minoris gerendis, & sic administrare: quia accidens superveniens debiti, vel crediti, non mutat, nec alterat substantiam, & radicem valoris dationis tutelæ vel curæ, sed tantum operatur, vt ad evitandas fraudes, & suspicionem earum, & obviandum malitiis hominum, ei coniungatur alter tutor, aut curator, quorum judicio, & opera minores, eorumque bona fideliùs integriusque gubernentur & regantur, quemadmodum in pluribus legum casibus invenitur, vt custodiat ille, scilicet secundus tutor vel curator, ne fiat adversus minorem aut eius substantiam ab eo, qui eum habet obligatum in medio, vlla maliguitas, vt expressè decidit textus *in dicta authent, vt hi qui obligat. in princip. in versic.*

seu ast quis iam curam, nempe quando legitimus tutor, vel testamentarius, vel dativus non est idoneus. *vt in §. interdum, Instit. de curator. & per totum. C. in quibus causs. tutor. vel curator. &c.* vel quando tutor vel curator est suspectus, tunc enim ei datur adjunctus, *vt infra suo loco dicemus.*

Caterum in casu nostræ quæstionis, mutus vel surdus, sive ante susceptam tutelam, sive post, non potest loqui, audire, nec auctoritatem præstare: ergo vtroq; casu non potest esse tutor, neque curator: quia semper adest eadem ratio prohibitionis, quæ omnino extinguit valorem tutelæ, & radicem ipsius, at, qui post susceptam tutelam efficitur debitor, vel creditor minoris, potest officium exercere, sed propter præsumptionem fraudis datur ei coadjutor.

Neque obstat, quod tutela, & cura non vitietur, si perveniat ad casum, à quo incipere non potuit: quia verum est in sua specie, nempe quando aliud non obstat, quod in totum eam extinguat, & sic concurrente eadem ratione, de qua *in dict. authen. vt hi, qui obleg. in præcip.* Verum si diversa adsit ratio, quæ omnino inhabilem reddat tutorem, vel curatorem ad administrandum, vtquia non possit auctoritatem præstare, quia efficitur mutus, vel surdus, sustineri minimè potest tutela, vel cura, vtpote deficiente ratione subsistentiali requisita necessario ad valorem ipsius tutelæ, vel curæ, & sic cõcurrente eadem ratione prohibitionis ex post facto, quæ à principio eam vitiaret. Habemus igitur ex prædictis ampliationem primam, ad primũ casum dict. legis Regiæ, dum prohibet, mutum & surdum tutores dari posse, vt procedat, etiamsi post susceptam tutelam efficiatur tutor mutus & surdus.

11 Secundo, † eadem conclusio ampliatur, vt procedat, etiamsi mutus, aut surdus intelligeret ad motum labiorum, quia adhuc loqui, nec audire potest, & audiri non dicitur, quod per sensum auditus nõ percipitur, *ita Bar. in d. §. mutus, quem sequitur Anton. Piagius, de tutor. & cur. at. qu. 3. num 55. cum seq.*

Nunc vero præfata conclusio declaratur, vt procedat in eo, qui penitus esset surdus, aut mutus, non vero in eo, qui minus audit, & sic est surdaster, vel parum au-
12 diens: hic † namq; bene potest esse tutor vel curator, quia loqui, audire, & auctoritatem præstare potest. *l. fin. incip. minus autem audiens potest, ff. de legit. tut. & ibi glo. vnica. Gr. Lopez, in d. l. 4 gl. 1. ad fin. tit. 16. par. 6. Molin. Theol. de just. & jur. 1. part. 2. tract. disput. 221. colu. 1363. vers. mutus*, vbi idem esse dicit de cœco, qui omnino visu est privatus, *l. luminib. C. qui tut. dare poss. cum simil. & l. 14. tit. 16. pa. 6.* Eandem declarationẽ sequitur Ant. Piag. *vbi sup. n. 57.* allegans ad eam leg. fin. *C. de legit. hered.* sed voluit allegare *d. l. fi. ff. de legit. tut.*

13 Sequitur † in text. Regio, *ni desmemoriado*, hunc Gr. Lopez. *in summa, d. l. 4.* tatuum exposuit, postea vero in gloss. *desmemoriado*, furiosum intelligit, dum citat *l. hereditas, §. furiosus, ff. de testam. tut.* & lic qui est mente captus, *vt supra explicauimus.*

14 Ex † quo text. nostra hæc lex Regia interpretari, & declarari debet. Inquit enim *d. §. furiosus*, si furiosus testamento tutor detur, siquidem cum furere desierit, recte tutorem esse datum Proculus existimat, quod si datus sit purè, negat Proculus valere dationem: sed est verius, (quod & Pomponius ait) recte videri datum, & tunc fore tutorem, cum sapere cœperit.

Si igitur furiosus simpliciter datus, ita intelligitur dari, cum compos suæ mentis esse cœperit, *vt ibi*, est q; etiam de hoc expressa *l. furiosus, ti. ff. de tutel. & §. furiosus, Instit. qui testamento aut. dar. poss.* dum nostra l. Regia decidit. *que el que fuere dado por guardador non deue ser desmemoriado*: hoc modo sine intelligenda est, nempe vt si furiosus datus tutor fuerit, ita dari intelligatur, cum sanæ mentis esse cœperit, *juxta prad. jura.* Et hæc interpretatio jure fit, vt actus valeat potius eo modo & tempore, quo valere potest, quam pereat, *leg. quoties, cum similib. ff. de rebus dub.* Interim ergo, quo furiosus tutor datus testamento simpliciter sanæ mentis esse cœperit, dabitur à judice curator, vt in minore dato in testamento infra dicemus.

Prodigus † etiam tutor vel curator dari non potest, *vt* 15
in d. l. Regia 4. Prodigi namq; furiosum habent exitum, eisq; dantur curatores, *vt in l. hu qui, §. divus, ff. de tut. & cur. dat. ab his & dicemus infra.* Ergo curator alteri' esse nõ potest. Qui n. est ferendum, eundem esse tutorem, & sub tutela cõstitui? & iterum eundem esse curatorẽ, & sub cura agere? Verba sunt text. *in l. fin. in vers. qui n. C. de legit. tut.* Sed & alia potest assignari ratio huius decisionis, nempe quod, qui nõ parcit sibi quoad personã suam, minus alteri parcitur esse creditur, *secn. Soc. jun. consil. 59. circa primum, nu. 41. lib. 3. quem ad hoc refert & sequitur Ant Piag. d. qu. 3. nu. 62.*

Male † morigeratus, quem l. nostra Reg. 4. appellat, & 16
de malas maneras, ideo prohibetur dari tutor seu curator: nam suspectum tutorem eum putamus, qui morib. talis est, vt suspectus sit, *l. suspectũ, ff. de suspec. tut. & l. 1. tit. 18. pa. 6.* vbi dicitur: *A quel guardador puede ser llamado sospechoso que es de tales maneras q̃ pueden sospechar cõtra el que dessaffara los bienes del huerfano, o q̃ le mostrara malas costumbres: e mayor este tal fuesse rico, e quisiesse dar fiador de guardar, e alinar los bienes del moço, por todo esso no le deuen dexar en su guarda, porq̃ tal fiadura no le toldria al guardador el mal entendimiento, o lamada voluntad que ouiesse en gastar lo del huerfano*, quæ l. cõcordat cũ *d. l. suspectũ, & cum §. suspectus, & §. fin. Inst. de susp. tut.*

Ex quibus hæc nostra *l. 4. tit. 16. part. 6.* in verbis prætatis, nempe, *de malas maneras*, declaratur, vt intelligatur, *juxta dict. l. 1.* vt *ex dict. leg. suspectum*, observavit Molina Theologus *de justitia & jure, 1. part. tractat. 2. disput. 221. colu. 1364. ad fin.*

Et † ita merito repellitur à tutela & cura ille, de quo 17
est timor, ne dilapidet bona minoris, nec vllatenus erit admittendus, etiam cum cautione, *vt in d. l. Reg. 1. tenet in terminis etiã Hier. Gratian. cons. 15. in præsenti causa, nu. 31. 1. pa. quem refert & sequit. Ant. Piag. d. qu. 3. nu. 64.* vel quia fortè in aliis tutelis male fuerit versat', *vt in l. 3. §. si autẽ. ff. de susp. tut. & d. l. 1 tit. 18. par. 6.* ibi, *an si como si alguno huuiesse fido guardador de otre huerfano, e ouiesse procurado mal los bienes del: o le ouiesse mostrado mala maneras*, & ita merito vtroq; modo intelligit nostram leg. 4. Gr. Lopez. *ibid. in gl. ni de mala maneras.*

Maior † 25. annis, *Dene ser el que fuere dado por guar-* 18
dador de huerfanos y varon, y no muger, inquit nostra lex *4. tit. 16. part. 6.* idem probat text. *in l. tutela, ibi, viralis sexus perfecta ætatis, juncta gl. ætatis, ff. de tutel. expressa l. fin. C. de legit. tut. & l. fin. in fin. C. de legit. hered.* ibi, *si fœl. si masculi sint, & perfectæ ætatis, tex. in §. furiosus*, ibi, *vel minor 25. annis, Instit. qui testa. tut. & ibi omnes, tex. in §. vnico, ad fin. Inst. de fidue. tute. ibi tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis*, quod nostra constitutio in omnib. tutelis & curationib. observari præcepit. quæ cõstitutio est, *d. l. fin. C. de legit. tut. & ibi Ang. Salyc. & alij, idem Ang. cons. 102.* ad idem est tex. *in §. item maior, vers. minores, Inst. de excusa. tut.* vbi etiã prædictæ cõstitutionis fit mentio, cuius verba hæc sunt: *Minores autem 25. annorum olim quidem excusabantur, nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam, vel curam aspirare: adeo vt nec excusatione opus sit.*

Ex † quo tex. dicebat Menoch. *cons. 478. nu. 21. in pri.* 19
nu. 5. quod olim permissum fuerat minori, alterius tutelam gerere. Nam si olim excusabantur: ergo non se excusando poterant tutelã gerere. In idem citat *l. non sõlũ, §. libertum, ff. de excus. tut.* vbi si minor 25. añis detur tutor,

tor, non molestatur, sed interim in locum eius creatur curator: ergo si ipse vellet, poterat tutelam gerere. Idem probat Cald. Pereira *in dd. si curatorem habent. in parte sine curatore constitutus, nu. 111.* vbi bene advertit Barbarum interpretem *in d. §. si libertus*, qui est penultim', bis erasse scribendo, *impubes* & *impuberem*, cum pot' *minor*, & *minorem* scribere & vertere debuisset, *secundum August. ibi, pag. 277. & 237.* qui error Accurs. ibi verbo. *impubes*, & alios vehementer torsit.

Nec contra proxime dicta obstant jura expressè dicentia, minores ante perfectam ætatem 25. annorum, à tutela omnino liberari, & auctores ipso jure non fieri, vt colligitur *ex l. tutela, ff. de tutel. ibi. perfecta ætatis*, est namq; perfecta ætas 25. annorum, *l. fin. C. de his qui veniam ætat. impet. l. cum filio, ff. de leg. 3. adjuncto ibi, descendunt*, quod verbum *aperte* indicat, neque ipso jure cõsistere tutelam in ipsorum persona, contra tex. *in d. l. fin. C. de legit. tut. & d. §. item major, & simil.* Nam põt dici Jureconsultos ibi duntaxat respexisse ad solum effectum, vt minores ante perfectam ætatem tutores cum effectu non sint, quia scilicet possunt se excusare, vt in juribus novioribus: Vel dicendum est, speciale esse in tutore fiduciario, de quo ea jura loquuntur, *secundum Baldum, in d. §. fin. Inst. de fidue. tut.*

Nec absurdum erit tentare, prædicto verbi perfectæ ætatis ex subjecta materia referri tantum ad puberta-
21 tẽ, *vt in l. prosp. Alex. in l. 3. Cod. de testam. tut.* illa similia, *suæ ætatis*, & apud Justinian. *d. §. fin. de Attil. tut. ibi, perfecta ætate, juncto ibi, alterius tutela*, & ita aliud significare temporis Consultorum in hac specie, aliud hodie post hanc novam constitutionem verba illa: *perfectæ ætatis*, ita Caldas *vbi supra, versicu. nec absurde*, quamvis fateatur, hoc difficultate maxima & violentia non carere, attenta verborum proprietate, & ideo deliberandum amplius esse. Ego superiores solutiones probo. Et hæc quoad minores 25. annorum, puberes tamen, & sic maiores 14. annorum.

20 Sed, † quod magis urget, est, Justinianum *in d. l. fin.* videri sensisse, pupillum, & impuberem potuisse olim ante ipsum ispo jure tutores esse, vt patet ex illis verbis: *qui enim ferendum est, eundem esse tutorem, & sub tutela constitui?* Videtur igitur non solum puberes minores 25. annorum olim potuisse esse tutores aliorum, quamvis ab hoc onere se excusare possent; quod verissimum est: quamvis hodie tales esse non possint, vt resolvimus: sed etiam impuberem potuisse olim esse tutorem alterius impuberis. vt patet ex prædictis verbis, *d. l. fin.* Hoc autem contra manifesta juris principia, *de quibus supra*, & ridiculum profecto videtur.

Nec obstat resolutio Calder. *d. nu. 111. vers. ceterum quatenus*, nempe nomen tutelæ *in dict. l. fin.* non accipi propriè & strictè pro tutela, quæ ætatis impuberis propria est, sed latius & generalius pro cura & administratione minoris ætatis, *l. 1. in princ. vers. tutela. ff. de minor. l. Seius Saturninus, in fin. verb. tutela, ff. ad Trebell. text. in §. fin. verb. tutela, de Attil. tut.* in quibus locis tutela vsurpatur, & ponitur pro cura.

Quoniam hoc ita intelligi minimè potest in specie, *d. l. fin.* quia statim post illa verba: *qui enim ferendum est, eundem esse tutorem, & sub tutela constitui*, adjiciuntur sequentia: *& iterum eundem esse curatorem, & sub cura agere*: Ergo prior a verba de tutela impuberis, & sic propriè intelligi debent.

Denique text. *in dict. §. item minor, vers. minores, de excusat. tut.* docet expressè constitutionem *d. l. fina.* loqui etiam de pupillis, his verbis: *quia constitutione cauetur, ne pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cum sit incivile eos, qui alieno auxilio in reb. suis administrandis egere nosc untur, & ab aliis reguntur, alterum tutelam vel curam subire.*

Potest tamen præcedenti difficultati respõderi, quod Justin. in illa sua nova constitut, hoc jus novum non induxit, quoad pupillos & impuberes, sed vetus confirmavit & declaravit, *ita Caldas, vbi supra n. fin. d. n. 111.* Non enim Justi. in principali sua decisione meminit de impubere seu pupillo: Sed tantum pro regula constituit, *quod nemo, neq; frater, neq; alius legitimus in tutelam sive ingenui, sive liberti vocetur, antequã 25. sua ætatis annum impleat.* Ex quibus verbis nullus sensus colligi potest, q̃ voluerit olim impuberẽ posse esse tutorem alterius impuberis. Et quãvis ex ratione suæ decisionis inferius posita & assignata, ibi, *qui enim ferendus est, eundem esse tutorem, & sub tutela constitui?* prima inspectione ille sensus deduci posse videtur: nihilominus tamen nõ ob hoc jus novum induxit, quoad pupillum, quod nõ possit esse tutor alterius pupilli, sed eam rationem adjunxit ad jus vetus confirmandum & declarandum.

Relinquitur † ergo ex suprædictis, quod impubes, tam 22
jure veteri, quam novo non poterat, nec potest esse tutor alterius impuberis, & sic pupilli vel adulti. Pubes tamen minor 25. annor. olim poterat esse tutor & curator alterius, habebat tamẽ excusationem. Hodie autem per constitutionem Justin, minor 25. annor. quamvis pubes sit, non potest esse tutor, nec curator alterius. Idem jure nostro Regio *ex d. l. 4.* probatum est.

Ratio est, quam prædiximus, tum *ex d. l. fin. C. de legit. tut.* tum etiam *ex d. §. item maior, vers. minores.* Præterea 23
cum † tutela & cura sit onus, *vt in l. tria onera. ff. de excus. tut. & in pr. & in §. item tria onera. Inst. de excus. tut. cum simil.* minorib. non committitur, *vt ex plurib. auctor. quos refert & tenet Ant. Piag. de tut. & cur. q. 3. n. 8.*

Jure † tamen fori Regii ille, qui fuerit ætatis 20. an- 23
norum, ad minus potest esse tutor vel curator, *vt in l. 1. tit. 7. lib. 3. fori Reg.* vbi Montalu. *in gl. 1.* inquit, quod servatur de jure huius Regni.

Sed † cum leges fori non sint propriè leges, sed po- 24
tius quædam scriptæ consuetudines, & ideo non habent vim legum, nec per eas ad judicandum, nisi quatenus per vsum receptæ fuerint, *vt in l. 1. Taur.* ibi: *Mandamos q̃ se guarden las leyes delos fueros, &c.* junctis verbis statim sequentibus, ibi: *En lo que son, o fueren vsadas y guardadas en los dichos lugares*, quam legẽ Tauri in hoc esse servãdam præcipit, nunc nova pragmatica posita *in pr. nova collect. Reg. circa fin. de pragm.* & pars secunda inferitur, *in l. 3. tit. 1. lib. 2. eiusdem nova collect. Reg.*

Quo † fit, vt allegans leges fori, incumbat onus pro- 25
bandi, esse vitatas, nõ vero negantis earũ vsum, *vt optime deduxit Rod. Suar. in proœm. l. fori, & sequit. Gr. Lopez. in l. 42. in gl. a treynta. tit. 15. par. 5. idem inl. 28. tit. 15. p. 7. & in gl. furto, & nos lib. 2. pract. q. 95. n. 2. & 3.*

Nisi probetur sua dicta legis primæ *tit. 7. lib. 3.* fori, standum erit prioribus juribus supra allegatis justissimè præcipientibus, vt minores viginti quinque annorum non possint esse tutores neque curatores aliorum minorum, vt vidimus. Sed vsus vel consuetudo in contrariũ valebit in hac specie, vt infra dicemus *hoc c. nu. 28.* Ego vero in his regnis semper vidi servari, vt minor 25. añor. non sit tutor vel curator alterius.

Quod † adeo locum habet, vt procedat etiã in matre, 26
quæ minor sit 25. an. non enim ipsa ad tutelã admittitur ex generalitate, *d. l. fin. C. de legit. tut. in pr.* ibi, *neq; alius legitimus, cum simil. tradat Bal. an l. omnes, n. 9. C. ad Sctũ tusconf. Tertullan. auth. eius ad pœnas, nu. 5. ceteri sequuntur, C. de secu. nupt. Boer. decis. 124. nu. 7. Bero. cons. 129. in fin. lib. 3. Ant. Piag. de tut. & cur. qu. 3. n. 10. Hond. cons. 88. n. 16.* licet cõtrariũ teneat Monterof. *in sua pract. fol. 196. col. 1.* quem citat Molina Theolog. in loco statim referendo. Eorum tamen opinio nõ est tenenda, sed præcedens cõtra matrem minorem viginti quinque annorum, quam etiam sequitur Cavalc. *de tut. & cur. nu. 185.*

Tutela

27 Tutela † tamen aut cura tunc temporis defertur dativo, *vt latè probat Philip. Corn. consil. 214. in præsenti consultatione, per tot, lib. 3.* & mater postmodũ maior effecta admittitur ad tutelam vel curam. Spes enim legitimi in hac materia multũ operatur, *l. 1. §. si apud hostes. ff. de legit. tut. §. furiosus, Inst. qui testa. tut. dar. poss.* & in specie ita tenet & sequitur Ant. Piag. *d. qu. 3. n. 10.*

28 Sed † limitari oportet, quod prædiximus de matre minore, quando consuetudo adesset, quod mater etiam minor assumeret tutelã, vel curam filiorum. Hoc enim casu præfata consuetudo admittenda & obseruanda est, *secundum Niculaum Boerium d. decis. 124. nu. 7. quem refert & sequitur Anton. Piag. vbi supra, num. 11.* Et hoc casu seruanda erit, & recte procedit decisio legis fori præcitatæ, secus vero consuetudine nõ stante, quia tunc iure clarissimo minor 25. annorum tutor, aut curator esse non potest, *vt prædiximus.*

29 Inquit † tamen Molina Tiecolbg. *de iustit. & iur. in 1. part. 2. tract. disput. 221. colu. 1364. versic. vtrum mater*, se suspicari, quod tam in illo Lusitaniæ, quam in Castellæ regnis sit consuetudo, vt mater minor 25. annorum ad tutelam admittatur, sed hanc suspicionem falsam esse credo in Castella, nisi postquam effecta fuerit maior 25. annorum mater. De regno Lusitaniæ nihil dico, quia in eo non sum commoratus.

30 Limitari † tamen debent superiora de tutore, vel curatore, quod debet esse maior 25. annorum, vt non procedant stante statuto requirente minorem vel maiorem ætatem, & sic dictante, quod ætas perfecta intelligeretur in maiore 15. vel 18. annorum, & quod tunc posset se obligare & contrahere, ac disponere, perinde ac si esset maior 25. annor. quod statutum facere potest † valet namq; abbreviare tempus legitimæ ætatis, & habilitare, inhabilem de iure communi ad certum tempus, *secundum Riald. in tract. statut. in versic. statuere, num. 12. hoc consil. 20. num. 11. vol. 1. & Dec. inc. ex parte, sub nu. 9. de appell. quos refert, & vtrumq; sequitur Cavalc. de tut. & curat. nu. 8. in vers. & prædicta.*

31 Quod † si tutor daretur minor 25. annorum, & ipse dolosè acceptaret tutelam, esset obligatus vt maior, nec restitutione in integrum adjuvaretur, *vt consuluit Ruin. consil. 97. circa primum, volu. 5. quem refert & sequitur Cavalc. d. num. 6. in princ.*

32 Illud † si tamen satis controverti vidi ex facto in praxi, in quadam tutela opulentissima nobilium, *an mater minor 25. annorum in testamento a patre relicta tutrix filiabus impuberibus, possit statim esse tutrix earum, decernit, deberet tutela, vt ministraret?* Etenim Porti. *in pr. Inst. de Attilia. tut.* tenet partem affirmativam, nempe minorem vigintiquinque annorum posse reliquis in testamento tutorem, quam etiam sequitur Monterosi. *in sua pract. in 7. tract. fol. 155. colu. 2.* & eam supponere videtur saltem de facto, Boer. *d. decis. 124. num. 8.* & probari videtur argumento textus *in princip. Institut. de satisdat. tutor. cum similib. supra allegatis*, quibus probatur, tutorem testamentarium non teneri satisdare, quia eius fides approbata est in testamento: ergo ita & persono ipsius atque ætas.

Verum contraria sententia, imo quod neque etiam mater minor 25. annis possit esse tutrix testamentaria, probatur clare ex litera nostræ *l. 4. tit. 16. part. 6.* in verbis supra relatis, ibi, *e dene ser mayor de 25. annos.* Loquitur enim hæc lex cum præcedentibus, & sequentib. vsq; ad leg. 9. exclusivè de tutoribus testamentariis, de quib. primo incipit agere, *l. 2. huius tit.* lex vero nona cum sequentibus, *vsq; ad l. 12.* exclusivè de legitimis: lex vero duodecima cum sequentib. de dativis.

33 Facit † etiam, quia mater minor 25. annis, nec alius minor, potest esse tutrix aut tutor, *leg. fin. C. de legit. tut. cum ceteris supra allegatis*, vbi generaliter id probavim*. Ergo cum cõtrarium in tutela testamentaria, velin matre tutrice non inveniamus jure expressum, idem in ea tenendum est: qui enim habent regulam pro se, habent intentionem suam fundatam in casibus nõ exceptis, *juxta gl. in l. omnis definitio, 203. ff. de reg. jur.* quam sequitur Dec. *in l. 1. nu. 6. ff. eod. tit.* vbi eius additio allegat Alex. & Tiraqu. idem tenentes. Est similis gl. *in rubric. eod. tit. lib. 6.* dicit communem plures allegans D. Covar. *lib. 2. var. resol. c. 12. nu. 4.* tenet etiam gl. *in l. in his qua contra, ff. de legib.* & ibi Paul. de Castro *num. 1. laso. in l. cetera, in princ. nu. 3. & 4. ff. de legat. 1.* quibus adde Rol. à Valle *consil. 15. num. 18. libr. 1.*

Tertio, hæc verior, & tenenda sententia apatrè probatur in juribus statim allegandis, pro declaratione ipsius, eamque de jure probavit Boerius, *vbi supra, dict. decisio. 124. numer. 7.*

Neq; obstat, quod tutor testamentarius, vti dicebamus, non teneatur satisdare, ergo sicut eius fides approbata est, ita etiam & persona atq; ætas eiusdem.

Respondemus namque, non esse hanc bonam consequentiam: siquidem præstatio satisdationis, à tutore alias exhibenda, suppleri potest per testatorem relinquentem eum tutorẽ in testamento, ex quo dando eum tutorem filiis præsumendum est, eius fidem approbasse, idoneumque ad id esse facultatibus. Quod si aliud contingat, nihilominus pro securitate & vtilitate minoris cogendus erit satisdare, *vt supra resolvimus, capit. 5. num. 4.* At vero personæ ipsius tutoris vel curatoris, & ætas, quæ alias à jure inhabilis est, atq; incapax, propter defectum ætatis legitimæ, & ipsius imbecillitatem, à testatore approbari non potest, nec hic defectus suppleri: licet enim aliquando contingat minorem 25. annorum à testatore tutorem vel curatorem relictum esse ita integri intellectus, sicut maiorem hoc non impedit, quin in eo eadem juris dispositio observanda sit, quæ in ceteris, nempe quod non possit esse tutor vel curator, nisi sit maior vigintiquinque annorum, *ex l. nam adea, cum materia, ff. de legib.* quare proculdubio tenenda est prædicta secunda sententia: non vero prima, nempe vt minor vigintiquinque annis, etiamsi sit mater, non possit esse tutor testamentarius.

Verum † hæc sententia intelligi debet, quod durante minori ætate talis minor non possit tutelam vel curam exercere neque administrare, sed dabitur à judice, interim curator, qui administret, & completa ætate legitima erit tutor vel curator, exercebitq; officium hic, qui talis relictus fuit in testamento. Ita probat text. *in §. furiosus, Institut. qui testam. tutor. dar. poss.* in hæc verba: *Furiosus, vel minor vigintiquinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.* Idem probat text. *in l. quæro, §. Lucius, in fin. ff. de testa. tut.* ibi, *tutela autem post legitimam ætatem onerari*, text. etiam *in l. non solum, §. si libertus, ff. de excusat tutor.* Ex quibus juribus apertè satisque manifestè probatur nostra prædicta sententia, de qua supra, in quæstione præmissa, nempe quod durãte minore ætate tutor testamentarius nõ exercebit tutelã, nec administrabit bona sui minoris, sicq; tutorẽ actu esse non posse, tametsi habitu talis dici possit, quousque potentia reducatur ad actum adveniente legitima ætate, hoc est, cum maior vigintiquinque annis fuerit factus, interim tamen à judice dari debet pupillo curator, ne pupillus eiusque bona indefensa & absque tutore remaneant, & loquens in matre, ita tenet cum aliis, Honded. *consil. 81. num. 29.* nempe quod ipsa completa ætate ad tutelam erit admittenda, remotis tutoribus interim datis ob matris minorem ætatem, *vt dicunt Speculat. in rub. de legit. tutor. num. 3. in fin. Corn. consil. 17. nu. 28. lib. 2. & Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 281. nu. 2.* & quod interim est locus tutori dativo (quem curatorem appellat d. §. *si libertus.*) vel legitimo, *secundum Spec. & Corn. vbi supra, & alios quos ibi citat.*

35 Et † quamvis lex nostra *4. tit. 16. part. 6.* in sua generalitate videatur probare indistinctè, quod minor vigintiquinque annis non possit dari tutor in testamento, juxta inductionem, *de qua supra*, quatenus probavimus, loqui in tutore testamentario: nihilominus intelligenda erit & limitanda, juxta prædicta, scilic. quod si testamento detur tutor minor, tunc admittendus sit ad tutelam & administrationem, cum factus fuerit maior 25. annis. Ita in terminis eam intelligit Greg. Lop. *ibid. in gl. mayor de veyntinueve annos, & in gl. madre ad fin.* Et quod matre minore 25. annis existente, interim deferatur tutela dativo, & postmodum ea maior effecta admittatur ad tutelam, diximus etiam supr. ex Ant. Piag. *de tut. & cur. qu. 3. nu. 10.* tenet etiam Spin. *in sua spec. testa. gl. 29. sub n. 14. ibi, vel quando mater est minor*, vbi quocunq; casu, sive mater debeat esse tutrix, sive in eius defectu, semper proximior in gradu dandus est à judice, *vt tenet Bart. in l. si tutor, §. si duobus, ff. de tut. & rat. distrab.* vbi tamen nihil dicit.

36 Verius † tamen est in prædicta specie, durante minore ætate tutoris testamentarii, non quidem dari alium tutorem, sed interim creari debere in eius locum curatorem, non tutorem, per regulã, quæ habet, *quod tutorẽ habenti, tutor dari non potest, sed curator*, text. *in §. interdum, Institut. de curat. l. 4. C. in quibus causs. tutor. hab. lan omnem, 15. ff. de tutor. & curat. dat. ab his secundum Pandect. Floren.* in quib. legitur, *curator dandus est, non tutor*, & in terminis nostris, de quibus agimus, est text. expressus *in d. l. non solum, §. penult. incip. si libertus. ff. de excus. tutor.* per quem text. hoc probavit in specie, Caldas Perei. *in tract. Dello. de rest. in integ. 2. pa. pag. 1137. sub nu. 111. versic. non obstat.* Erit igitur tutor ipso jure minor viginti quinque annorum relictus in testamento, quoad habitum, licet quoad exercitiũ, & effectum talis non sit, quousque sit perfectæ ætatis, & hoc modo concordantur jura, quæ alias inter se videbantur contraria, vt colliges ex eisdem, & ex Caldas, *vbi supra, & nu. 112.* vbi idem probat in tutore legitimo minore 25. annorũ *ex d. §. si libertus, versic. similis.*

37 Non † tamen credo indistinctè verum esse, quod ait Spino. *vbi supra*, nempe quod interim durante minore ætate matris relictæ tutricis testamentariæ proximior in gradu dandus sit à judice. Nam cum hic curator datus interim, sit datus à judice, nõ video, cur eum debeamus obligare, vt proximiorem in gradu dare debeat, quia jam non erit dativus, sed legitimus. Censeo igitur hoc pendere à recto judicis arbitrio, qui idoneorem curatorem dabit: si tamen idoneum extraneum dederit, relicto proximiore, puto sustineri eius dationem, nec revocandam esse: ceterum rectè facturum, si proximiorem idoneum præstiterit, nõ tamen ad hoc teneri, dummodo alium idoneum det.

38 Observandum † tamen est in proposito, quod minore effecto maiore, & ipso admisso ad præfatam tutelam, sive legitimam, sive testamentariam, cessabit officium curatoris interim dati, quia ad tempus fuit tantum datus, nec vltra dari potuit. Ergo post tempus curator amplius esse nõ poterit, quia stante tutela testamẽtaria, vel legitima cessat dativa, nec ei locus est amplius, vt probavimus *supr. c. 2. n. 6.* Non n. simul & eodem tempore cõpatitur dativa tutela cum testamentaria vel legitima, esset; nimis onerare pupillum, tutore dativo, & testamẽtario, aut legitimo, atq; absurdum.

39 Quod † autem masculus esse debeat tutor vel curator, non autem fœmina, *vt inquit nostra lex 4. tit. 16. p. 6.* jure etiam communi cavetur, quia tutelam administrare, virile munus est, *l. 1. C. quando mul. tut. officio fungi poss.* & vltra sexum fœminæ infirmitatis, *l. jure nostro, ff. de testam. tutel.* excipit † nostra lex Regia, *in versic. fueras ende, si fuesse madre, a la madre y abuela que fuesse dada por guardadora de sus hijos huerfanos*, sed quia multa vtilia Deo volente dicenda sunt circa tutelam, & curam matris, & aviæ, ne supra justum oneremus hoc caput, decrevimus alterum integrum atque præcipuum in hac materia tutelæ, & curæ matris, & aviæ constituere: quod est sequens.

SVMMARIA.

1 *Mulier tutelam gerere prohibetur: quia est officium virile, & propter infirmitatem intellectus, & imbecillitatem consilij, vt in nu. 2.*

3 *Dispositio testatoris vel inquentis tutorem ad electionem matris, vel mulieris non valet. valebit tamẽ præceptum, vt tutela de consilio mulieris administretur, quamvis tutor id sequi nõ teneatur. sed recte facit, si salubriter præstitum admittat, vt in nu. 4.*

5 *Consilij ea est natura, vt sequendum necessario non sit.*

6 *Fœmina poterant a Principe specialiter tutelam filiorum postulare.*

7 *Mater, & avia hodie jure recentiori tutrices filiorum & nepotum esse possunt.*

8 *Mater, & avia tutelam legitimam filiorum, & nepotum sui unum assumere possunt, observatis his de quibus hic.*

9 *Mater, vel avia intelligitur in proposito, sive sit legitima, sive natu alia.*

10 *Mater etiam filij spurij tutelam petere potest, nisi talis filius natus sit ex damnabili coitu, vel nisi mater sit illustris, vt in nu. 11. & dicta hic in matre habent locũ in avia, & aliis ascendentibus, vt in nu. 11.*

12 *Patre & matre naturali concurrentibus ad tutelam filiorum, præfertur pater quasi legitimus, licet sit naturalis tantum.*

13 *Avo & avia concurrentib. matre & avo paterno, item patre & avia, quis sit admittẽdus ad tutelam nepotum & filiorũ? & nu. seqq resolvitur, nu. 14. in prime casu quod avia volens simul cum avo materno admittitur: in secunda specie de matre, & avo paterno concurrentib. resolvitur, num. 15. quod mater præferatur avo paterno, in tertio casu de patre & avia concurrentib. resolvitur, nu. 16. quod pater præferatur avia paterna sive materna.*

17 *Proavia deficientibus matre & avia admittitur ad tutelam promptu filiorũ, quia proavia verbo est avia.*

18 *Mater & avia non coguntur invita suscipere tutelam filiorum & nepotum suorum, sed volentibus sibi a jure permittitur.*

19 *Mater & avia relicta tutrices in testamento, non egent confirmatione, sed solum habent tutelã a notescere coram judice renuntiando secun. nuptiis & Velleiano.*

20 *Matre & extranea datis tutoribus in testamento ulterij, erit tutor.*

21 *Matris & aviæ tutela est legitima & non dativa.*

22 *Verbum guarda, generaliter est, quam tutela, leg. 4. versic. fueras ende, ibi, se le puede bien otorgar la guarda, titul. 16. part. 6. comprehendit rectè tutelam & curam.*

23 *Mater & avia possunt esse tutrices filiorum, & nepotum suorum, nedum minorum ætatis, sed etiam furiosorum vel mente captorum, cum idem sit in cura, & ideo judex etiam in hoc debet matrem & aviam in ceteris præferre.*

24 *Mater & avia suscipientes tutelam, vel curam filiorum, vel nepotum suorum, debent renuntiare secũdu nuptiis, & Velleiano, non tamen exigitur juramentum de non nubendo.*

25 *Renuntiatio hæc aliarum nuptiarum requiritur pro forma substantiali valoris tutelæ matri facta, aliat non*

non valebit: quia non dicitur contingere levem solemnitatem, vt num. 27. idem in renuntiatione Velleiani, vt in num. 28.

26 Forma substantialis est, quæ dat esse rei.

29 Tutelam suscipere vna die, & alia die renuntiare secundis nuptiis & Velleiano, vel econtra primo renuntiare, & alia die tutelam suscipere non sufficit.

30 Omissio renuntiationis secundarum nuptiarū, & Velleiani præjudicat creditoribus pupilli, quibus mater promittit, quod pupillus eius debet, itē si mater constituerat actiones, non præjudicaret sibi, quia juvatur Velleiano adversus filium, postea contra ipsam agentem, quod non fecisset, si renuntiasset.

31 Differentia inter renuntiationes aliarum nuptiarum, & Velleiani ex constitutur, quod illa specialis esse debet, hæc autem sufficit generalis, sed verius est vtrāque specialem requirere expressionem.

32 Mater & avia suscipientes tutelam vel curam filiorum, vel nepotum suorum vltra renuntiationem aliarum nuptiarum, & Velleiani, debent quoq; omnia alij legum auxilio renuntiare.

33 Mater & avia suscipiente tutelam, vel curam filiorū, vel nepotum suorū, si renuntiaverint secun. nuptiis, & Velleiano, omnes alij legum auxilio, an possint pro debitore tutelæ, vel curæ incarcerari, refertur dua cōmunes opinionis cōtraria in hoc, sed negativa eligitur tanquam verior, & tenenda in praxi.

34 Mater vel avia habet privilegiū, ne cōveniatur vltra quam facere potest, cui renuntiari non potest, & cui hoc beneficiū competit, mitti non potest in carcerem, vt in n. 35, vbi etiam quod hoc privilegio gaudent omnes ascendentes, quib. honor & reverētia debetur.

36 Mater nulla capi potest pro debito non descendente ex delicto, nisi sit impudica.

37 Hypotheca expressa bonorum intervenire quoq; debet in instrumento tutelæ vel curæ, sed eius omissio non vitiabit dationem tutelæ vel curæ, cum sufficiat tacita hypotheca hoc casu in jure inducta.

38 Gesta per matrem & aviam, quæ non renuntiavit secundis nuptiis, & Velleiano, si non sit filio oppositum, valent idem in tempore prituris, & quæ cēsentur utilitatem pupilli, vt in nn. 41.

39 Mater & avia tutrices vel curatrices filiorum, vel nepotum suorū in testamento relictæ, an debeant renuntiare secu. nuptiis, & Velleiano? eligitur pars negativa.

(aclaris attenditur.

40 Consuetudo in creatione tutoris, curatoris, syndici, vel

42 Mater existens in montibus, & locis remotis in quibus nō potest facile consulere peritiores, excusatur, si non fecerit renuntiationem a jure requisitam ad valorē tutelæ, nempe aliarum nuptiarū & Velleiani, &c.

43 Mater vel avia tutrix tenetur jurare velle facere, & inutilia pretermittere, & inventariū conficere, vt in n. 44. & rationem reddere administrationis suæ, sive tutrix fuerit, sive non, vt in nn. 45.

46 Mater etiā bene & optime administrasset bona filiorum, si tamen non confecisset legitime inventarium, nec; possit reddere rationem, non ideo excusaretur, sed si non suscepta tutela male administraverit bona filiorum, mitius cum ea agatur: quam si suscepta tutela, pariter male, & non legitime confecto inventario administravit, vt in nu. 47.

48 Mater, quæ tutelam suscepit præter inventariū, librū etiam rationum conficere tenetur, in quo clare contineantur exactæ & expensæ, alias esset in dolo, & contra eam datur filius juramentum in litem.

49 Bona matris pro administratione tutelæ, vel curæ filiorum, sicut tacita hypotheca cinsq; dos retineri potest pro præstita administratione, donec reddat rationē: & retentio in dote hoc casu admittitur, vt in n. 50.

51 Hypotheca non retineri potest ratione hypothecæ.

52 Liberatio generalis facta à testatore ab obligatione reddendæ rationem, non prodest matri, nec alij administranti, si dolum committat, vel reliqua possideat, & quid operatur præsumptio liberatio, nu. 53. & n. 54.

55 Mater an testamento dari possit tutrix vel curatrix filio suo, superflua quæstio est, nisi in casu de quo hic.

56 Matre, vel avia relicta à patre tutrice in testamento imperfecto, confirmatio requiritur etiā in testamēto imperfecto inter liberos & n. 58. quod si judex requisitus id neglexerit, mater vel avia, vel alius tutor, sic relictus poterit administrare. vt in nu. 60.

57 Tutelæ est onus, sed munus honorificum.

58 Eadem solemnitas jure regio requiritur in testamento nuncupativo inter liberos, qua inter extraneos alias desideratur: quod procedit etiam in testamento, in scripto, vt in nu. 59.

61 Mater non potest dari tutrix aut curatrix per judicem tanquam extranea.

62 Mater vel avia intra quod tempus debeant petere tutelam vel curam filiorum, vel nepotum suorum, & num. seqq. præcipue nu. 63.

63 Agnatus proximior infra quatuor menses à die scientiæ debet petere tutelam vel curam.

64 Mater vel avia non removetur à tutela vel cura etiā si habeat litem cum minoribus, sed adjungitur eis alius tutor vel curator.

65 Ratio optima prohibitionis, ne mater assumens tutelā filiorum suorū transeat ad alias nuptias, scil. Porq; podria acaecer que cō el gran amor que avia a su marido que tomasse de nueuo: no guardaria tambien las personas ni los bienes de los mocos, o haria alguna cosa que tornara en gran daño dellos.

66 Matre tutrice filiorum transeunte ad alias nuptias, orphanus statum ab eius potestate auferendus est, ratione similis de qua supra, nu 65.

67 Mulier præsumitur amore magis ardere ad secundū virum, quam ad filios.

68 Judex non tenetur de necessitate providere tutorē petitum, & nominatū à matre cum transit ad sec. nuptias, sed est in eius arbitrio dare illū, vel nō: diligenter tamen super hoc inquirere debet judex, & facere, & hic dicitur in nu. 69. & vbi comperiet illū idoneum, quem proposuit mater, illum potius decernere debet, quā alterum quemvis, vt latius hic agitur. n. 69.

70 Tutor aut curator datus ex abrupto, & absq; causæ cognitione ad requisitionem matris transeuntis ad secunda vota, non potest esse tutor neque curator, sed loco illius legitimus admittendus est.

71 Mater transiens ad sec. nuptias, potest petere alīquē tutorem dari filio suo, nō solū generaliter nemine nominato, sed etiā nominatis plurib. vel aliquo ex iis sed filiū matris judicium nō est satis, sed inquisitione judicis opus est: & ideo inquisitione facta potest judex sequi consilia matris, vel alterius arbitrio dare, vt in n. 72. si tamen petitus à matre ex inquisitione, cōstat q; sit idoneus, debet dari à judice, & ad hoc tenetur, vt in nu. 73. licet n. electio sit judicis arbitrio permissa, hoc tamē arbitriū debet esse juris boni, & juris cōsoni, & si secus arbitretur, appellari pōt, vt in n. 74. vbi et q; in pari causa et aliquātō inferioris petitus a matre debet præferri legitimo præcipuè in avo materno petito a matre contra patruum, idem in omnibus sup. dictis dicendum est, in coadjutore dando tutori suspecto, vt in nu. 75. & an pater & frater matris trāseuntis ad secundas nuptias, possint ab eadem nominari in tutores filiis suis, num. 76.

77 Vitricus an possit esse tutor privignorum suorū ad nominationem matris? resolvitur regulariter negative, fallit primo, quando simul cōcurreret consensus parentū, vel contrarium testamenta, vt in 78. fallit 2. quando

quando ex inquisitione apparet utile esse minoribus dari vitricum tutorem eorum, vt in n. 79. fallit tertio quando hoc peteret ipse minor, maior tamen 14. annorum, & sic tam adultus, vt in n. 80.

81 L. fi. C. arb. tut. ambigua gl. 1. intellectus circa id, an vitricus possit esse tutor privignorum.

82 Tutor legitimus opponens se contra vitricum, ei præferendus est.

83 Pupillus educari non debet apud matrem transeuntem ad secundas nuptias, nec; apud eius maritum.

84 Decretum judicis decernentis tutelam filiorum matri transeunti ad secundas nuptias simul cum alio, vel disertive est nullum: sed si alter tutor decretus cum matre sibi sit sufficiens administrationis tutelæ, non debet alius dativus constitui, vt in n. 86.

85 Suspicio regulariter est contra matrem secundo nubentem, quod filios primi matrimony exoretabit propter novum virum: & suspicio illa est manifesta iuris præsumptione, vt in n. 89.

87 Mater quæ transivit ad secundas nuptias, testatore volente, an possit esse tutrix testamentaria communium liberorum? & nu. seqq.

88 Tutela testamentaria ipso iure finitur per transitum matris ad secunda vota.

90 Dolus veriu, nec præsumitus futurus remitti potest per testatorem.

92 Mater contrahēs sponsalibus an amittat tutelam, vel an ad eam admittatur, si adhuc eam non habebat?

93 Prohibitio secundarum nuptiarum in matribus viduis tutricibus filiorum suorum, est iuris publici in favorem ipsorum.

94 Voluntas testatoris tunc est lex, quando contra legem non disponit, alias secus.

95 Iudex non tenetur nec debet sequi voluntatē patris præcipientis, vt mater filiorum suorum etiā transiens ad secundas nuptias sit tutrix eorum, nisi aperte ostendatur, quod hoc cedat in utilitatem illorum.

96 Iudex non debet sequi voluntatē testatoris remittentis tutori confectionē inventarij, si apparet hanc remissionem esse contra utilitatem pupilli: quod etiā poterit facere ex aliis similibus & justis caussis, nempe recedere à voluntate testatoris, vt in nu. 97.

98 Ratio, quare requiritur, quod mater vel avia assumēs tutelam filiorum, renuntiet Senatusconsulto Velleiano.

CAPUT VIII.

De matre vel avia tutrice relicta suorum filiorum vel nepotum.

1 MVLIER† (vt in calce præcedentis, e. dicebamus) tutelā gerere prohibetur, vt in l. 1. C. quando mul. tut. officio fungi poss. & l. tutela, & l. vltima. ff. de tute. & l. jure nostro, ff. de testa. tut. & l. scire, in pr. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, & colligitur ex regula, l. 2. ff. de regu. juris, junctis l. Athleta, §. tutela, ibi, sed et vili, ff. de excus. tut. & l. 4. tit. 16. p. 6. quod prius legibus Solonis cautum fuisse refert Sylvester, in §. fin. n. 35. Inst. de legit. patro. tut. & refert Caldas Pertira inter tractā. dict. de an integ. restit. min. 2. part. pag. 1131. nu. 106.

2 Est namque officium hoc virile, vt in d. l. 1. & omnes eam esse rationem profitentur, prout constat ex Goza. cons. 18. n. 15. & cons. 63. n. 2. & Caldas, vbi supra. Sed vera ratio rationis est propter infirmitatem intellectus, & imbecillitatem consilii, vt colligitur ex l. fin. in fine. ff. quæ petant. tut. Si enim mulieri judicium deest ad eligendos pupillo tutores aptos & idoneos, vt fatetur jurisconsultus in d. l. vltim. multo magis deerit, ad ipsius tutelæ rectam expeditamq; administrationem: quod sensit Imperator in d. l. 2. ibi, fœminea infirmitatis, intelligendo de infirmitate non corporis, sed potius de fragilitate & imbecillitate consilii & intellectus, vt ait Tiraq. prim. lege connub. prim. part. gl. 1. nu. 74. & Caldas, vbi sup. probans idem esse in omnibus tutelis etiam testamentaria, secūdum glossam primam, ibi a testatore in l. fina. ff. de tutel. quam sequitur Montalu. in 3. tit. 7. libr. 3. fori gl. vltima, & tanquam ab omnibus receptum & indubitatum tradit Beroius. qu. 67. & ex multis probat Gramma, consil. 134. in civilibus, idemq; firmat. l. 14. tit. 16. p. 6.

3 Vsque† adeo, vt non valeat dispositio testatoris relinquentis tutores ad electionem matris vel mulieris, secundum Beroium. d. quæst. 67. & colligitur ex Conano, lib. 2. c. 4. nu. 7. Valebit tamen præceptum, vt tutela de consilio mulieris administretur. l. quidam decedens. §. 1. ff. de administ. tut. Dec. late in l. 2. n. 17. & 20. ff. de reg. jur. Bero. vbi sup. n. 5. & Catald. vbi sup. Nec ratio præfata d. l. fin. §. fin. ff. qui pot. tut. erit impedimentum administrationi, quoniam in præmissa specie tutor consilium mulieris sequi non cogitur, nec tenetur: licet recte faciat, si salubriter præstitum admittat, quod indicat Papin. in d. l. quidam decedens, §. 1. & ibi not. 4. gl. vers. integrū, Bart. Alb. & omnes per tex. in l. si Titium in pr. & ibi, glo. vers. dedisse, & Bar. eod. tit. † Natura enim consilii ea est, vt sequendum necessario non sit, † l. cum pater, §. mando, & ibi Bart. ff. de lega. 2. c. cum olim, de arbit. Rom. cons. 228. late Decia in ea. ex parte, n. 3. de Constit. Did. Cuv. in cap. quamvis pactum, in 2. par. §. 2. n. 6. & 7. vers. secundum, de pact. in sexto, quos ad hoc refert & sequitur Caldas vbi supra. 4 5

Poterant† tamen fœminæ à Principe specialiter tutelam filiorum postulare, vt inquit, l. fin. ff. de tutel. 6

Hodie† autem mater & avia jure recentiori tutrices filiorum & nepotum suorum esse possunt, text. in auth. matri & aviæ, C. quando mul. tut. officio fungi poss. & in corpore unde sumitur, l. 4. vers. fuerau ende tit. 16. p. 6. vbi dicitur, Que la madre o abuela que fuesse dada por guardadora de sus huerfanos se le puede bien otorgar la guarda si prometiere en manos del rey, o del juez del lugar do sin los huerfanos que entretanto que los tuviere en guarda no se casara. E otrosi si renunciare la definsion que el derecho otorga a las mugeres que no se puedan obligar por otro. Et assignat rationem prohibitionis secundarum nuptiarum: *Por que podria acaecer que por el gran amor que avria a su marido que tomasse de nueuo negnardaria tambien las personas ni los bienes delos mocos, o seria alguna cosa que se tornasse en gran damno delos.) por que sino renunciasse la defensa sobre dicha. Dudarian los hombres de morar, o fazer pleyto con ella, maguer viniesse menester de la fazer por guarda: e por acrecentamiento a o por pro de los bienes delos mocos.* Et hoc quando mater vel avia relinquitur vel datur tutrix in testamento: quo jure quotidie vtimur. 7

Idem† est in tutela legitima non stante tutore testamentario. Mater enim vel avia, si velit, potest assumere tutelam filiorum vel nepotum & præfertur legitimis, si inter gesta nuptiis aliis & Senatusconsulti Velleiani auxilio renunciaverit, vt in d. aut. matri. & avia & in corpore unde sumitur, C. quando mul. tut. offic. fungi poss. l. 9. ibi Si los mocos no oniesen madre ni abuela. tit. 16 p. 6. junctis verf. eiusdem. l. ibi, Mas si los huerfanos, &c. Quo fit, vt inferius dicēda habeant locum in vtroq; casu, vt probat Gregorius Lopez in d. l. 4. in glos. dada in prin. tit. 16. part. 6. 8

Nunc autem† singillatim declaremus verba, d. l. 4. circa officium tutelæ matris & aviæ, vt hoc ordine materiam vberiorem reddamus, & claro modo digestam. 9

Madre o abuela: Intellige† sive mater sit legitima, sive naturalis, vt in auth. vt sine prohib. matr. §. 1. in fine, collat. 7. l. §. C. quādo mul. tut. officio fungi poss. & ibi Dd. gl. in d. auth. matri & avia verb. matri, in pr. & ibi Bar. & cōmuniter Dd. secundum Greg. Lopez in d. l. 4. in gl. madre, in principio, & Ant. Gomez. in l. 14. Tauri, cum sequen-

tib. nu. 10, vers. item adde, vbi etiam loquitur in avia naturali; tamen idem Bartol. *in l. si quis sub conditione, n. 7. ff. de testam. tut. & ibi DD.*

10 Similiter † etiam mater filii spurii tutelam petere potest, quia quantum ad ea, spurietas nō inspicitur nec cōsideratur, *vt in §. vulgo, Inst. de succes. cogn. & in §. nouissime. Inst. ad Orficianum. ita gl. in d. l. fin. verbo, profecta, ibi: an autem spury, & ibi communiter DD. secund. Ant. Gome. vbi sup.* qui hoc verum intelligit, nisi talis filius sit natus ex damnabili coitu, *secund. Salycet. in d. §. quē etiam refert & sequitur Greg. Lopez. vbi supra.*

11 Secundo † fallit, si mater sit illustris, *vt tradunt DD. in d. §. & Bart. in d. l. si quis sub conditione. n. 7. Ant. Gomez. vbi supra in vers. item fallit*, addens, quod prædicta in matre, habent etiam locum in avia, & aliis ascendentibus, vt in dictis iuribus & ibi communiter DD.

Quod † si pater & mater naturalis concurrant, præfertur pater quasi legitimus, licet sit naturalis tantum, *iuxta gl. d. vers. matris vers. sed quid si mater, & pater, in d. authe. matri & auiæ, vbi Odofr. Alber. & Salyc. num. 3. vers. quarto. quos sequitur Gregor. Lopez, vbi supr. licet* Bart. aliud videatur sentire.

13 Quod † si sint avus & avia, ambos esse admittendos, probavit eadem gl. ibi: *item quid si*, secundum opinionē quorundam, & iuxta hoc inquit gl. *si fuerint mater & avus, præponitur avus paterno, cum sit legitimus, sed si sint pater, & avia, æqualiter admittentur, cum ille, vt legitimus, illa per auth. admittatur.*

14 Quod † primum, quando concurrunt avus & avia, maternus & materna, vel è converso legitimi, in quibus terminis procedit quæstio gl. licet Bart. *in d. l. si quis sub conditione, num. 9.* teneat, & nitatur probare, avum præferendum: Salyc. tamen *in d. auth. matri & auia, in 8. quæst. num. 10.* tenet, quod avia simul volens cum hoc avo paterno admittatur, cuius opinionem sequitur Gregor. Lopez *in d. l. 4. in gl. abuela.* & quod admittantur simul ad hæreditatem.

Probat text. *in auth. defuncto C. ad Tertull. & l. 4. tit. 13. p. 6.* & vtrumq; de hæreditate, & tutela probatur in authent. *de her ed. ab intestato venient, §. ex his.* Neq; obstat argumentum, quod ex eo text. pro se defumit Bart. Illud namque tantum probat, quod mater, & avia non præferantur aliis ascendentibus, non verò prohibet coniunctionem eorum, qui sunt in pari gradu. Imo vt prædiximus, text. ille probans, quod coniunguntur ad hereditatem, & tutelam, vt constat ex illis verbis, *mulieribus, enim etiam non inter decimus tutelæ subire officium, nisi mater, aut avia fuerit, his enim solis secundum hereditatis ordinem, & tutelam subire permittimus, si inter gesta, & nuptiis aliis, & auxilio Velleiani Senatusconsulto renunciant.* Sed ad hereditatem fit coniunctio habentium eundem gradum, ex æquo enim inter illos hæreditas dividitur, *vt in d. auth. de her ed. ab intest. ven. §. si igitur in vers. si autem.* Ergo & ad tutelam ascendentes habentes eundem gradum coniungendi sunt. Nam, *vt in §. ex his*, dicitur, vnumquemq; secundum gradum & ordinem, quoad hereditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis, etiam functionem tutelæ suscipere, nulla facta differentia agnationis, & cognationis, sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quiq; ex masculorum, quiq; ex fœminarum prole descendunt minori coniuncti. Idemque servandum est eadem ratione in ascendentibus, vt *in d. §. igitur in vers. si autem.*

Stantibus autem matre & avia, præfertur mater aviæ, *vt in dd. auribus authenticorum, ibi secundum ordinem, vbi gloss. & DD. expressa lege 9. tit. 6. p. 6. ibi, e si la madre no quisiere, &c.*

Quoad † secundum dictum, gloss. *in dict. authent. matri & auiæ, vers. matri*, de quo supra, nempe, quod concurrentibus matre pupilli & avo paterno ad tutelam illius, quod præferatur matri avus paternus, observādum est, quod quicquid hæc gl. dicat, mater debet præferri avo paterno minoris in prædicta tutela, *secundum Odofred. Alber. Bart. & Salyc. in d. auth. matri & auiæ, quos refert & sequitur Greg. Lopez in dict. l. 4. verbo madre, ibi præfertur etiam tit. 16. part. 6. & tenet etiam idem Bart. in l. si quis sub conditione. n. 12. ff. de testam. tutela.* Et ita fuit decisum in consil. Neapol. secundum Matth. de Afflict. *decis. Neap. 183. n. 1. & 6.* vbi hac opinionem iure probat, nec non eundem Matth. de Afflict. *decis. 281. per totam præcipuè in fine, hoc est n. 4.* Quæ sententia eo comprobatur fundamento, quia, *vt in superioribus probavimus*, tutela defertur, sicut ius successionis, *vt in leg. meminimus, C. de legitimis hered. l. 1. ff. de legit. tut. cum similib.* sed mater tanquam proximior proculdubio excludit à successione avum, vel aviam, *l. defuncto, C. ad Tertul. & probat Afflict. d. decis. 281. n. 1.* id, quod l. Regia 6. Tauri. *l. tit. 8. lib. 6. nov. collect. Reg.* est notissimū *ibi, por su orden, y line a derecha.* Ergo & in tutela idem erit observandum, præcipuè attenta auctoritate sacri concilii Neapol, quod his iam hoc ita pronuntiavit, vt constat ex Matth. de Afflict. vbi supra.

Quoad † tertium & vltimum dictum gl. suprad. nempe, quod si sint pater & avia, æqualiter admittantur ad tutelam, contrarium est etiam tenendum, imo quod in hac specie pater præferatur aviæ paternæ, sive maternæ. Et ratio est clarissima, quia pater excludit matrem pupilli, quæ est proximior, vt supra resolvimus. Ergo fortius aviam, quæ est remotior gradu, & quia simul cum patre ad eius hereditatem non vocatur, sed pater præfertur, vt patet ex supra adductis. Ita rectè probavit Salycet. *in d. auth. matri & auiæ, num. 7.* contendens, quod gloss. ibi non tenuit contrarium, nec decidendo id dixit, sed quod est secundum se inconveniens & absurdum, ad quos deducit quosdam, de quibus supra fecerat mentionem. & quod potius gloſſa vult, quod pater præferatur.

Nec † solum mater & avia admittuntur ad tutelam, & curam suorum filiorum vel nepotum, sed etiam eis deficientibus proavia. *Bart. in d. lege, si quis sub conditione, num. 6. text. in authentica de hered. ab intest. venientib. §. final.* quia proavia vere est avia, licet adiiciatur dictio *pro, vt in l. appellatione parentis, 51. ibi, sed & mater & avia, & proavia, ff. de verb. signif. cum similib.* & opinionem Bart. vbi supra sequitur Greg. Lopez *in dicta l. 4. in gloſſa abuela, in principio, late laſon allegans Bartol. in pluribus locis, in l. Gallus, §. instituens numer. 33. cum sequent. ff. de lib. & posthumis.*

Non † tamen mater & avia coguntur invitæ suscipere tutelam, sed volentibus à jure permittitur, vt patet ex text. *in dicta authent. matri & auiæ, & in corpore, vnde sumitur & ibi gloss.* & communiter Doctores, super illis verbis subire permittimus. Ergo non coguntur, & in d. l. Regia 4. ibi. *Estonce bien le puede otorgar la guarda de sus hijos, o de sus nietos segunque es sobredicho, Bart. in d. l. si quis sub conditione, n. 12. Ant. Gom. in l. 14. Tauri n. 10.* ibi, adde tamen: & probatur etiam expresse, *in l. 9. ibi. Mas si los huerfanos sobre dichos oviessen madre, o abuel a que quisiesse guardar los huerfanos, e sus bienes, entonce dezimos que la madre lo puede hazer ante que ninguno de los otros parientes, tit. 16. part. 6. & in l. 95. in prine. ibi, queriendo tener su hijo huerfano y los bienes del en su guarda. tit. 18. part. 3. & ibi notat Gregor. Lopez in gl. 1. Baeza de dot. tut. cap 4. num 39.*

Ex † qua verissima conclusione deducit Gregorius Lopez *in d. l. 4. in gl. dada*, quod cum mater vel avia detur tutrix in testamento, non indiget confirmatione, sed solum habet tutelam agnoscere coram iudice, renunciando beneficiis, de quibus supra dictum est, hoc est, secundis nuptiis & Velleiano. Quod etiam probari dicit ex dict. l.

dict. l. 95. ibi, *queriendo*, &c. tenet Barto. *in dict. l. si quis sub conditione, num. 24.* Et ita censeo esse tenendum, quando testamentum est solemne contra gloss. *in dict. authen. matri & auia, verb. testamentaviis, in versic. item quid si sola est data, iuncto versi. prima placet.*

Debet tamen sibi prius decerni administratio, nisi testator aliud jusserit, *vt supr. resolvimus cap. 5. num. 4.*

20 Quod si † mater & extraneus dentur tutores in testamento, uterque erit tutor, *ita gl. prædict. in prine.* iuxta opinionem Hi. quæ sibi placet, & ibi Salyc. *quæst. 19.* Bartol. *in dict. l. si quis sub cōditio. nū. 22. ff. de testament. tut.* & Gregor. Lopez, *in dict. leg. 4. in glo. verbo, dada tit. 16 p. 6.*

21 Quærit tamē † gloss. *in dict. authen. matri & auiæ, verb. permittimus*, an tutela matris & aviæ de qua ibi, sit legitima, vel dativa? Et arguens ad partes, inquit primo, videri legitimam, *ut in l. omnem, C. ad Tertull.* contra dativam, cum legitimi *per l. Iudicis*, eam præcedebant, *l. 2. C. quand. mul. tut. officio fung. poss. in vers. his demum, ibi tūc demum petenda tutela eius habet, cum tutor, vel testamentarius, vel legitimus defuerit*, (quasi vis hodie secus sit, *ut in dicta authen. matri, & auiæ, ibi solis, &c. & ibi etiā ante agnatos*) Præterea lex non dat matri tutelam, nisi ipsa se offerat, colligitur ex dict. *authē. matri, & auiæ*, quod nō sit in legitimis, *ut in leg. legitimis, in prin. ff. de legit. tut.* Deniq; non compellitur, nec periculū patitur, si non susceperit, *vt resolvimus sup.* Quare potest dici, inquit *glo.* non esse legitimā, nec dativam, sed extraordinariam, nisi dicas legitimam, id est secundum l. a judice datam. Tandem gloss. *in fin.* in ea residet sententia, quod videtur legitima. *ut in Authent. de her ed, ab intest. venient. §. ex his, & in auth. presbyteros. 2. C. de Episcop. & cleric. adde tu dict. authēt. matri & auiæ*, Et hoc ultimum probat Bart. *in dict. l. si quis sub conditione, nu. 13.* scilicet, quod sit legitima per jura authenticorum, non vero per leges duodecim tabularum, *diximus, supr. cap. 2. nu. 4. & cap. 5. nu. 8. cum communi*, critq; voluntaria, non vero necessaria: sicque legitima tutela, quædam est necessaria, quædam voluntaria: nec enim ex eo, quod sit voluntaria, desinit esse legitima; siquidem a jure authenticorum defertur, ut alias videmus in legitimis heredibus, quia quidam sunt sui & necessarii, quidam vero voluntarii.

Quod si mater, vel avia sit data tutrix testam. erit testamentaria voluntaria, *secundum Barto. ubi sup. n. 4.*

22 In † eadem l. regia, ibi: *Bien le puede otorgar la guarda de sus fijos*: hoc verbum *guarda* generalius est, q̄ si diceret tutelam, prout dicunt jura authenticorum, unde lex nostra regia utrumque recte & proprie comprehendit, nempe tutelam & curam, ex qua ampliatur dispositio prædictorum jurium, loquentium de tutela, ut procedant etiam in cura. Id quod jure etiam communi & æquitate probaverat, *glo. verb. tutelā, in dict. authen. matri & auiæ, & ibi communiter Doctores, & tenent omnes secundum Bartol. in dict. l. si quis sub conditione, num. 11. ff. de testamen. tut.* est; communis opinio, *ut constat ex Anto. Gom. in l. 14. Taur. nu. 10. in ver. & licet prad. jura, & Aviles, in proem. cap. prato. num. 42.* & probatur, *ut prædiximus in nostra l. regia ad fin.* nisi dicas, verbum *guarda dador y guarda*, propriè intelligi de tutore & tutela, q̄ de curatore & cura, juxta phrasin & modum loquendi nostrarum legum partitarum, ut constat *ex l. 1. dict. tit. 16.* ibi, tutela *tāto quiere dezir en romance, como guarda que es dada, y otorgada al huerfano libre menor de 14. annos: e a la huerfana menor de 12.* Nihilominus eadem est ratio & æquitas, in utraque scilicet tutela & cura.

23 Et † procedit hoc, sive filii sint minoris ætatis, sive sint furiosi, vel mente capti, cum idem sit in cura. Et ideo debet judex etiam in hoc matrem & aviam ceteris præferre, *ut probat late Gregor. Lopez. in dict. leg. 4. in gloss. La guarda de sus fijos.*

24 Sequitur † in textu: *Si prometiere en mano del rey, o del*

inez. del logar do son los huerfanos, que de mi atra que los mocos tovisse en guarda que no casara, e otroſi, renunciare la defension que el derecho otorga a las mugeres que no se puedan obligar por otri. Idem probat. *l. 95. tituło 18. partit. 3.* formā dilcernitionis tutelæ matri factæ præfigēs: ibi, *La qual Donna Hurraca prometio iuro a mi fulano escrivano publico recibiente por el huerfano de no se casar mientras tuviesse sus bienes e fu hijo en guarda*, Quæ il Regiæ concordant in hoc cum text. in dict. authent. *matris & auiæ, & in corpore unde sumitur*, præterquam in eo juramento de non nubendo, quod quidem non exigitur, sed promissio, & renūtiatio aliarum nuptiarum, ut constat ex text. *in d. authe. matri & auiæ, & ex authen. sacramentum statim seq. & in corpore unde sumitur, & titl. 1. 4. tit. 16. part. 6.* & in terminis observavit Greg. Lopez, *in dict. l. 95. in gloſſ. e tuvo*, & Anton. Gomez, *in dict. l. 14. Taur. num. 11. in princip.* Et quod debeat renunciare secundis nuptiis, & Velleiano, & omni legum auxilio, tenēt communiter DD. *in d. authe. matri & auiæ, & in dict. si quis sub conditione, & plures citant Boerium, decis. 124. num. 9. & Bacc. de decim. tut. cap. 4. num. 47. & Anto. Piagius, de tut. & curat. quæst. 7. num. 39.*

Hæc † renuntiatio aliarum nuptiarum requiritur pro forma subſtantiali valoris tutelæ matri factæ, alias non valebit, ut constat ex prædictis juribus, præcipue ex *dict. l. 4. ibi, si prometiere*, quæ verba sunt conditionalia, *ut probat Baccius, consi. 41. num. 26.* conditio autem inducat formam, *Decius consi. 58. num. 18.* forma autem subſtantialis est, quæ dat esse rei. *l. Iulianus, §. fin. ad exhib.* ergo forma non servata corruit actus, *Decius consi. 72. nu. 31. diximus libr. 3. prail. quæstio. 15. num. 7. & 11.*

¶ Et † hæc, de qua agimus, conditio non dicitur contineri levem solemnitatē, *Abb. & Deci. in c. ex parte, n. 3. & Franc. in 3. notab. de appellat. Boer. dec. 124. numer. 4. Bate. de deci. tut. c. n. 48.* & in terminis nostris ita tenet Bar. *in d. l. si quis sub condit. n. 13. ff. de testa. tut. & in d. auth. matri & auia, nu. 11. & ibi Bald. nu. 3. & Alb. col. 5. in vers. item quæro*, dicens, ita vidisse servari, & tenet etiam ibi Salyc. *qu. 12.* & Gregor. Lop. in *d. l. 4. in gloſſ. que no casara*, dicens eam l. esse mentē tenendam, cum vult, quod etiam si mater, sit tutrix testamentaria, teneatur renuntiare secundis nuptiis & Velleiano: & ita communiter practicatur, *teste Ant. Go. ubi supra* qui addit, quod alii auxilio non oportet de necessitate renuntiare, *secund. D'D. ibid.* sed Bart. *in d. l. si quis sub conditione, n. 16.* late disputans de hoc articulo concludit, quod si aliquid istorum † omittatur, omittitur res magni præjudicii. & non erit legitima tutrix, quod etiam suadetur ex eisdem juribus, ut cunquo simul & copulative requirentibus, & eisdem verbis, & præcipue *d. l. 4.* ibi, *Otroſi renunciare la defension que el derecho otorga a las mugeres que no se puedan obligar por otri.* quæ verba ita inducunt conditionem & formam, sicut præcedentia de renuntiatione aliarum nuptiarum. Sed hæc si omittatur, corruit tutela, vel cura. Ergo & † in illa quoque specie, si omittatur renuntiatio Velleiani, corruet, & ita hoc ultimum verius esse censeo & tenendum, ut cum aliis tenet Boer. *dict. decis. 124. sub dict. num. 9. & 10.* ubi addit ex gloss. in *cap. ut circa, verb. præstito, de elect. in 6.* quod non sufficeret una die suscipere tutelam, & alia die renuntiare & alia die tutelam suscipere, quem sequitur alios † allegans Baeca *dict. cap. 4. numer. 49. & Anto. Piag. de tut. & cur. quæstio. 7. n. 39.* eandem Bart. opinionem sequitur Gregor. Lop. *in d. l. 4. in glo. La defension, in prine.* ubi quod (ut exemplificat Saly.) præjudicaret eius omissio creditoribus pupilli, quibus mater promittit, quod † pupillus eis debet, item & si mater cōstitueret actorē, non judicaret sibi, qa juvatur Velleiano adversus filiū postea contra ipsam agentem, quod non feciſſet, si renuntiaſſet.

Illud tamen † interesse inter has duas renūtiationes, nempe

nempe aliarum nuptiarum & Velleiani, probat Bartol. *in dict. leg. si quis sub conditione, nu. 21.* quod illa aliarum nuptiarum, necesse est, quod specifice fiat & exprimatur, hæc autem de Velleiano sufficit, quod fiat generaliter nempe *omni beneficio*. &c. quia hoc Velleiani est beneficium mulieris, & ideo de necessitate cõcluditur sub generali renuntiatione, Posse autem transire ad secundas nuptias, non est beneficium, seu privilegium, sed est quædam facultas cuilibet competens, & illa sub generali renuntiatione non comprehenditur, unde necessario debet exprimi: tenet idem Bartol. *in dict. authen. matri & aviæ, num. 14.* Alexander *cons. 146. num. 3. vol. 7.* sed meo judicio merito de hac doctrina dubitavit Salyc. *in dict. authent. matri & aviæ. num. 16.* quoniam utraque renuntiationem in specie requirunt prædict. jura & postea clausula generalis adiicitur, ut patet ex *leg. fin. C. quando mul. tut. officio fungi poss. & in authenti. ut sine prohib. mat. § quia vero, collat. 7.* ubi autem forma non esset data, procedit ratio Bartol. Cum ergo iure communi & Regio pro forma & conditione requiratur, quod mater vel avia suscipiens tutelam vel curam, renũtiet secundis nuptiis & Velleiano, ut vidimus & cavetur, *in dict. leg. Regia 4. tit. 16. part. 6. cum simil.* non video, quomodo procedat aut tenenda sit prædict. Bartol. doctrina. Quo fit, ut potius credam proculdubio vitiari tutelam vel curam matris vel aviæ, si in eius susceptione specialiter non renuntietur secundis nuptiis & Velleiano. Ita namque demum à jure permittitur matri & aviæ, suscipere tutelam vel curam, si renuntiaverit secundis nuptiis & Velleiano. Ergo si hæc forma non observetur, nullo modo eis permittitur, neque ipsis decernenda est.

32 Quinimo † ultra istam renuntiationem secundarum nuptiarum & Velleiani, debet etiam mater vel avia, renuntiare omni alii legum auxilio, ut supra dicebamus ex *dict. leg. finali, C. quando mul. tut. officio fung. possit, dict. auth. ut sine prohibit. matrim. § quia vero, & tenet glossa in dicta authentic. matri & aviæ, verbo Velleiani*, & si non fiat, vitiabitur datio tutelæ *secundum Bartol. in dicta lege si quis sub conditione, numero decimoseptimo. ff. de testament. tutel.* ubi Bartol. ostendit, in quibus hæc renuntiatio possit prodesse, & Salycet. *in dict. authent. matri & aviæ. quæstion. decimaquinta*, admonet, quod, sis cautus, quod hæc omnia in actis scribi facias, & Alexander *cons. trigesimo secundo, in causa executionis, vers. secundo, principaliter moveur, volumine quarto*, ubi & refert aliud commodum huius renuntiationis, & omni alii legum auxilio, scilicet, quod videntur renuntiare beneficio excussionis, & quamvis *dict. leg. quarta, & nonagesima quinta, tit. decimooctavo, partit. tertia*, nihil dicant de ista renuntiatione generali, quia tamen iuro communi præcitato ea requiritur, semper ipsam apponi facias in actis. *ut admonet Gregor. Lopez, in dict. lege quarta, titulo decimosexto, parte sexta, in gloss. La defension. verficulo. an autem, ibi, ista tamen lex*, de quo idem *in gloss. penultim. eiusdem leg. quarta.*

33 Quod † si mater vel avia suscipiens tutelam vel curam prædict. renuntiationes fecerit, poterit pro debito tutelæ, vel curæ incarcerari, quoniam per talem renuntiationem privilegia mulieribus concessa tollũtur, mulierque redigitur ad similitudinem tutoris masculi, videturque per huiusmodi renuntiationem mulieri sublatum beneficium sibi iure concessum, *per authentic. sed hodie, C. de officio diver. judic. & in authẽ. hodie novo jure, C. de custod. reorum, ita tenet Bartolus in dicta authent. matri & aviæ. numero decimo tertio, & ibi Salycet. num. decimoquarto, idem Bartol. in dict. leg. si quis sub conditione num. decimooctavo, Roman. Alexander & Jason, num. trigesimo quarto, in leg. plerique. ff. de in ius voc. idẽ Romã. in leg. si vero, § de viro & in leg. alia, § eleganter, num. undecimo. ff. solut. matrimon, Baldus in tract. an de carcerib. capit. prim. numero tertio, Socinus de citation, artic. quinto, num. trigesimo nono, vers. decimosexto fallit, Matthesil. singular. centesimo nono, Socinus, regul. 259. fallen. septima, & regul. 229. fallen. secunda, & cons. 180. numero secundo, volum. secundo, tradit Boerius, decis. 249. nu. undecimo, & in repetitione legis consentaneum numero 141. C. quomodo, & quando judex, Hyppolit. singula. 248. Palat. rub. in leg. quinquagesima secunda Taur. numero quinto, & ibi Cyfuentes & Castel. in principio. & Antonius Gomez. numero secundo*, ubi dicit communem, idem Antoni Gomez. *in l. decima quarta Taur. numero undecimo, in vers. item adde, & congerit plurimos Bart. de decim. tut. capit. quarto, numer. quadragesimosexto, & sequuntur plurimi, quos refert Ioannes Matienc. in l. decima gloss. prim. num. quarto, titu. tertio, libro quinto, Novæ Collect. Reg.* Et hæc sententia supra citata receptior est, *secundum Covarru. libro secundo, Variar. Resolut. capitu. secundo, numer. tertio*, & auctoritate, & numero scribentium videtur communior, & omnino tenenda in judicando, & consulẽdo, *secundum Caldas Pereyr. in repet. l. si curatorem habens, in parte, sine curatore constitutus, numero 101. in vers. verum contraria sententia, C. de in integrum restitu. minor. ubi alios citat, refert etiam plurimos Prosper Farinacius in Tractatu, de Carcer. & carcerat. quæstione 27. num. 81.*

Nihilominus tamen proculdubio contraria sententia verior est, atque tenenda in judicando & consulẽdo, jure communi & Regio attento. Imo quod mulier etiã ob debitum tutelæ incarcerari non possit, licet prædictis auxiliis renuntiaverit, sufficienter: primo quia licet ob debitum tutelæ vel curę mulier alias incarcerari posset, habet tamen privilegium, ne cõveniatur ultra, quam 34
facere potest, cui renuntiari non † potest, *ut in leg. alia, § eleganter. ff. solut. matrimo. ita Bartol. in dict. leg. si quis sub conditione, numero 20. communiter receptus secund. Matien, ubi supra num. tertio, & Anton. Gomez. in dict. leg. decima quarta, Tauri. sub dict. nume. undecimo, & Farinacius ubi supra, numero sexagesimo tertio*, & est receptius, ut cum aliis probat atque affirmat Caldas *ubi supra dict. numero 101. versiculo ceterum.* † Et cui hoc beneficiũ competit, mitti non potest in carcerẽ. *milos, & ibi DD. ff. de re indic. Bal. loquens in milite. in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. pos. Alexand. in l. Cent. num. 25. ff. de vulg. & pup. Bacc. ubi sup. dict. cap. 4. num. 78. Matienc. etiam ubi sup. nu. 3. & nos de Iuram. Confir. 1. p. c. 16. nu. 42.* quo privilegio gaudent omnes ascendentes, quibus honor & reverentia debetur, *l. sunt, qui in id, cum l. seq. ff. de re ind. l. 1. tit. 15. p. 5.* ergo mater & avia etiam ob debitum tutelæ incarcerari non potest. 35

Secundo † ex dict. *l. 62. Taur.* quæ hodie est dict. *l. 10. tit. 5. l. 5. Novæ Collect. Reg.* quæ ita le habet: *Ninguna muger por ninguna deuda que no de ser ẽda de delicto pueda ser presa ni detenida si no fuere conoscidamente mala de su persona*, quæ dispositio cum sit generalis, ac comprehendat quodcumq; debitũ tutelę vel curę: & ita merito hanc opinionem, ut veriorem probarunt. Socin. *in l. plerig., nu. 40. ff. de in ius vocand. & ibi Ioan. à Monte Sperel. Præpositus in cap. ex parte C. nu. 11. de appellatio. Alber. in l. ubi adhuc, C. de iur. dot. Barbat. in cap. lator. nu. 4. de pignor. Pomatus ad Barto. in authent. matri & avia. C. quando mul. tut. officio fung. poss. Ioan. Baptista, Severi. in tract. de debit. suspect. & fugit. quæst. 5. num. 26. Hyppoli. de Marsil. in pract. crimin. § attingam, num. 65. Gome. in capit. 2. num. 22. de indic. lib. 6. Soarez in l. 2. titu. de los gouiernos, lib. 2. for. quæst. 5. num. 11. Covarr. dict. lib. 2. Varia. resolu. capit. 1. num. 3. Petrus Dueñas, in regul. 312. limitatio. 2. Aviles in proœm. c. prator. glo. prima, numero 27. Petrus Placa, in Epitom. delict. capitulo 34. n. 12. Menchac. de successio. creat. § 22. limitatione 18. numero 82. Bacc. de decim, tut. dict. cap. 14 numero 78.* & Matien. *ubi supra numer. 3. ad fin. qui. num. 4. ad fin.* inquit quod hæc opinio,

nio, apud nostrates est verior & receptior, atque ideo eam tenendam dicit, eandem jure nostro Regio, & communi, atque Lusitaniæ probavit Caldas, *ubi supra. dict. numer. 108. verficu. ceterum*, & Azeved. *in dict. lege 10. nu. 4.* referens se aliis locis: Hanc etiam, ut veriorem probat Farinac. *ubi supr. nu. 62. & 63.* dicens quod ab istorum opinione tanquam judicio suo, & æquiori & honestiori, atque etiam melioribus rationibus fundata, minime in iudicando ac consulendo recedendum esse consulit & judicat: Et profecto ego idem dico, imo censeo, omni dubio carere hanc opinionem, & minime posse eius fundamentis recte responderi: quam etiam sequuti sumus & latius probavimus *libr. 2. pract. quæstio. 26. per totam.*.

37 Intervenire † quoque debet in instrumento tutelæ, vel curæ hypotheca expressa bonorum, ut probari videtur in *dict. §. quia vero, in authent. ut sine prohib. matr.* & tenet Bart. *in dict. l. si quis sub conditione, num. 22.* idẽ Bart. & Salyc. *in dict. authent. matri & aviæ*, dicens Salyc. *quæstio. 18.* hoc non esse mirandum, cum tutela hæc exorbitet a iure communi, & ibi etiam dicit hoc procedere in tutela, quæ matri vel aviæ per l. defertur: nam si esset testamentaria tutrix, sufficeret tacita hypotheca, *per leg. inducta.*

Ego vero censeo, quod omissio huius expressæ hypothecæ non vitiet dationem tutelæ, cum hoc in legibus partitarum minime caveatur, & sufficiat tacita hypotheca, *ut in l. pro officio, C. de administ. tut. de quo infra late in hoc tractatu agemus*, nisi esset aliquis casus, in quo plus prodesse posset expressa hypotheca, quam tacita, ut cum judicio probavit Gregorius Lopez, *in dict. l. 4. in gloss. Que no casara ad fin. versic. adverte etiam, titu. 16. part. 6. quem sequor.*

38 Gesta tamen, † per matrem vel aviam, quæ non renuntiavit secundis nuptiis & Velleiano, si non sit sibi oppositum, valent & tenent, *argumento l. 1. & per totum, ff. quod fals. tut. autore, & in l. Barbarius Philippus, ff. de officio prator. ita tenet Alberic. in dict. authentic. matri & aviæ, columna penultim. quem refert & sequitur Anton. Gomez. in dicta l. 14. Tauri, sub numero 11. in versicu. unum tamen est.*

39 Tunc † videndum est, an dispositio nostræ l. Regiæ *4. titul. 16. partit. 6.* & similium, requirentium prædict. renuntiationes aliarum nuptiarum, & Velleiani, procedat etiam in matre avia vel proavia tutrice, vel curatrice testamentaria?

Et procedere quidem etiam in tutela, vel cura testamentaria patet ex eadem *l. 4. quæ, ut supra dicebamus*, & eam quoque intelligit Gregorius Lopez, in proprio loco in gloss. *maior de 25. annos, & in gloss. dada*: loquitur in tutela testamentaria, & in terminis hanc opinionem tenet Bartol. in *dict. lege si quis sub conditione. numer. 14. vers. quæro si mater: & in dict. authentic. matri & aviæ, column. fina. vers. quæro, quid si mater est data, num. 1.* & pro constituta eam tenet Gregorius Lopez, *in l. 5. in gl. sacar los mocos, ibi & constat hoc etiam. & Bacc. dict. ca. 4. num. 50.*

Sed nihilominus contraria sententia est de iure verior & tenenda, imo quod mater vel avia relicta tutrix vel curatrix in testamento, non teneatur renũtiare secundis nuptiis nec Velleiano, ne sit data superfluo tutrix, vel curatrix in testamento, & ne sit deterioris conditionis ipsis extraneis, ut in terminis tenet gloss. fina. *ibi exceptis testamentariis, in lege final. ff. de tutel.* cum qua transeunt Doctores. ibi, *nemine discrepante*, & est cõmuniter recepta, *gloss. alla secundum Laurent. de Pino, consilio 35. numero 3. & 4.* qui hanc opinionem late probat, & dicit, quod ea videtur magis communis, cum habeat auctoritatem glossæ communiter receptæ: Hanc etiam sententiam sequitur Albericus *in dicta authentica matri & avia, vers. nunquid data in testamento*, dicens, se ita vidisse determinari, & sentit Angelus, *cons. 50. incip. testator quidam*, & hæc opinio servatur de consuetudine *secundum Ioann. Fabrum, in dict. authentic. matri & aviæ, & Guid. Papæ. decisio. 330. ut refert Bour. decisio. 124. num. 13. & decis. 61. infra, & in § 6. de consuetud. jur. statut. per. quos etiam refert Bacca, de decim, tut. cap. 1. num. 27.*

Ego tamẽ hoc nõ invenio apud Guid. Papæ, *ubi sup.* Verũ inq; Boer. *dict. quæst. 124. quæst. 13.* quod usu prævalet hæc opinio, quia infinitæ mulieres juris ignaræ remanerent deceptæ, & etiam contrahentes cum eisdem.

Et † in creatione tutoris, curatoris, syndici, vel actoris, attenditur consuetudo, juxta glossam, quam ibi Doctores faciunt singulariter *in l. ita tamen, in principio. ff. ad Trebellian.* & Guido Papæ *in suo singular. 387. vers. in creatione alterius, & idem decis. 452.* dicens, quod in multis locis non semper servatur dispositio iuris in ipsis cõstituendis, & addit Boer. quod ita ibi Bordegallæ servatur, quia per producta acta coram judice agitata constabat, tutelas matrib' sine aliqua renuntiatione fuisse decretas. Et opinionem Boerii, *ubi supra*, nempe quod de consuetudine mater & avia relictæ tutores, vel curatrices in testamento non renuntient secundis nuptiis, nec Velleiano, sequitur Antonius Piagius. *de tuto. & curator. quæst. 7. num. 40. & Ioannes Baptista Ferret. cons. 312. cons. duodecimo, num. 4. in secunda parte.* Et ita censeo tenendam hanc secundam opinionem, ut veriorem, & communem, usuque approbatam. 40

Neque obstat inductio nostræ leg. 4. supra pro contraria parte facta, nempe quod loquatur in matre & avia in testamento relictis tutricibus, vel curatricibus, quia ipsa lex, non loquitur expresse in ea specie, ac proinde eam non decidit nec corrigit opinionem glossæ, communiter approbatæ, *in dict. l. fina. ff. de tutel. de qua supra*, Vnde standum erit in hoc juris communis decisioni, & determinationi magis communi Doctorum, de qua supra.

In iis † tamen, quæ sunt tempore peritura, vel, quæ 41
concernunt utilitatem pupilli, valent gesta per ipsam matrem, vel alium tutorem ante observationem solemnium, *ut est textus in lege final. & ibi Doctores, C. si tutor satis non de. & diximus supra capitu. quinto, num. 9. & 11.* & in terminis Boerii. *dicta quæst. 124. numero 19.*

Similiter † ubi mater est in montibus & locis remo- 42
tis, in quibus non potest facile consulere peritiores, excusabitur, si non fecerit prædictas renuntiationes à jure requisitas. *ita tenet Paul. Castrens. in lege 2. C. de in ius vocand.* dicens aliis consuluisse, & si haberet hodie, consuleret, *sequitur & probat Boer., ubi supra num. 20.*

Mater etiam † tutrix, vel avia tenetur jurare, utilia fa- 43
cere, & inutilia prætermittere, *juxta textum in lege fin. § defensionem, C. de administrat. tuto.* & in terminis ita observat Curt. Senior. *consilio sexagesimosexto. sapienter, column. decima septima, an versiculo, modo ex istis elicitur, Capicius decisio. quinquagesima, numero quinto, quos refert, & sequitur Bacc. de decim. tut. capitulo tertio, numero quadragesimo.*

Tenetur † etiam inventarium conficere, *ut per Do-* 44
ctores in dict. authentic. matri & aviæ. quod plures referens tenet Bac. *ubi supra, numero quadragesimo septimo, & cum gloss. & aliis Decian. consilio nonagesimoquarto, numero decimoquinto, volum., tertio*, ubi *numero decimo sexto*, quod alias tutor, quicunq; sit, qui non conficit inventarium, præsumitur esse in dolo, de quo infra alio capitu. late agemus.

Tenetur † etiam rationem reddere administrationis 45
suæ, sive tutrix fuerit, sive non, *Paulus de Castro in lege omnem, C. ad Tertul. Corneu. cons. 198. column. final. libr. prim. & cons. 255. eodem libro, allegat alios Bacca, ubi supra, numero quadragesimo tertio, dicemus latius infra in*

tertia parte capitulo primo, in principio.

46 Quinimo † etiamsi mater bene & optime administrasset bona filiorum, & tamen non confecisset legitime inventarium, neque posset reddere rationem, non ideo excusaretur. *secund. Bald. in leg. precib. n. 18. C. de impube. & alii subsistit, in vers. sed quid si mater delatam sibi tutelam; & in leg. matres, C. ad Tertull. in vers. nunquid mater excusetur, sequitur Corneus, consilio 175, columna secunda, in tertio, & consilio 113. in quarto volumine, & Gozad. in cons. 17. num. 4. cum sequenti, quos ad hoc refert & sequitur Decian. dict. cons. 94. num. 17. volumine tertio, sicut do Arina Bald. in leg. cum oportet, §. final. versicul.*

47 *modo incidenter quæro, C. de bon. quæ liberis.* ubi † inquit, quod si mater male administraverit bona filiorum, non suscepta tutela, minus cum ea agitur, quam si suscepta tutela, pariter male & non legitime confecto inventario, administraverit: quia quando tutelam non suscepit, non dicitur spreviſſe tutelam & juramentum, quod pro ea ritè gerenda præstitit: sed quando eam suscepit, & non confecit inventarium, & male administrat, tunc omnia spernit & ideo gravius peccat: quam doctrinam sequitur Decius *cons. 591. num. 5. dec. 5. Rodeman. 51. Decianus, ubi supra, num. 17.*

48 Tenetur † quoque mater, quæ tutelam suscepit, præter inventarium, librum etiam rationum conficere, in quo clare continentur exacta & expedita, alias dicitur esse in dolo, & contra eam datur filiis juramentum in litem de eo, in quo damnum passi sunt, ut probat late pluret allegans Decianus, *dict. consilio 9. 4. numer. 18. cum sequentib. volum. 3.*

49 Insuper † pro tali administratione bona matris sunt tacitè obligata. *vt in leg. pro officio, & ibi notatur, C. de administratione tut. Decius consilio 349. consultus excellentissimus Doctor, num. decimo, Socinus, consil. 110. colum. prim. libro secundo, quos refert & sequitur Baeca, ubi supra, num quadragesimo quarto.* ubi etiam quod eius dos retineri potest pro administratione, donec reddat rationem, *vt per Socin. & Dec. ubi supra.*

50 Quoniam licet † non admittatur, retentio in dote, *vt in l. unic. §. iterat, C. de rei vx. act.* hoc non procedit, quando est legitime hypothecata *vt per Socinum, & Baec. ubi supra.*

51 Res † enim hypothecata retineri potest ratione hypothecæ *juxta notata in leg. quamvis, C. de distr. pign. & in leg. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indeb. & in l. final. C. de commodat.* de quo latius agemus, *infra alio cap.*

52 Adeo autem † mater tenetur reddere rationem, ut ei non prosit liberatio ab obligatione reddendi rationem, si dolum committat, vel reliqua possideat, *Decius dict. consilio 349. colum. final. quem ad hoc refert & sequitur Baeca, dict. capit. quarto, numer. quadragesimo quarto, ad finem.* Quod est generale in quocunque tutore, quia etiamsi sit ei remissa rationis redditio, & etiam si testator legaverit ei totum illud, in quo contigerit condemnari, nihilominus tenetur reddere, quicquid apud eũ fuerit, ex rebus pupilli, tenebiturque etiam de dolo, non obstante legato quantumvis amplissimis verbis facto, *vt in leg. quidam decedens, in principio, & in leg. qui plures, ff. de administrat. aut. leg. non solum, la segunda, §. si heres, leg. final. § inter cetera, ff. de liberatione legat.* Ita plurib⁹ rationibus concludit Alexander *cons. sexagesimo secundo, seremissimus, num. 8. lib. 4. Salycet. plura adducens, in leg. cum necessitatem, C. de fideicommiss. Decius, ubi sup. & cons. 418. num. vigesimo, & cons. 178. num. secundo & tertio,* ubi dicit communem, *atque idem Decius, cons. 192. numero quarto, & late eam probat Aymon. cons. 193. nu. nono, libr. prim. & Carol. Molin. alios allegans in consuet. Paris. §. 6. gloss. 6. num. 20. Boer. decisio. 124. num. 8. Baecam, de decim. tut. capit. 2. num. 100. Anton. Gomez, in 3. tom. Varia. resolut. capit. 12. de legat. numero 12.* ubi generaliter probat, quod si quis gessit officium, administrationemve, vel negotia alterius, & dominus fecit ei liberationem generalem, & prohibuit exigi ab eo rationes, tunc non tenebitur gestor ad res † vel bona deperdita 53 vel consumta ex negligentia, vel culpa levi, vellevissima: sed tantum tenebitur ad ea, quæ sunt deperdita, vel consumta dolo & malitia eius, &c. *vt ibi per eum.*

Ergo in præmissa specie, si tutor non fuit in dolo, licet administratio sit culpabilis, aut temeraria, non tenetur de administratione, *vt voluit pulere Angel. consilio 102. testator adultum*: quia potius imputanda est heredi fatuitas, *vt ibi, per eum, quem refert & sequitur Boer. ubi supra.*

Operabitur autem † tale legatum, quod scrupulosa 54 specificatio, vel probatio non debebit exigi, nec ratione negligentiæ sive levis culpæ poterit condemnari, *vt est pulcher text. in leg. si servus vertitur, ff. de legat. 1. & ibi Barto. & pulcre Salyc. in dict. leg. communeesse tatum, C. de fideicommiss.* ubi Corneus expressim vult, latam culpam non esse remissam, *sequitur Carol. Molin. ubi supra, dict. numero vigesimo, ad med. & de hoc agemus latius infra in tertia part. capit. prim. de redditione rat.* Debet igitur mater administrare juxta leges tutoribus impositas, *Corneus cons. 164. licet videatur, libr. secundo, quem refert & sequitur Baec. de decim. tut. capit. 4. numero 47. ad finem.*

Ex prædictis † in hoc cap. superflua videtur illa quæ- 55 stio, quam decimo octavo loco examinat Anton. Piagi⁹ *de tutor. & curator.* an mater possit dari tutrix, aut curatrix in testamento filio suo, quis enim unquam dubitavit de hoc? præterquam quod legibus nostri Regni expedita est, præcipue hac nostra lege quarta, in verbis, quæ nunc exponimus, *ser vatis solemnib⁹*, de quibus supra.

Sed & crude atque indigeste ipsam resolvit Piagius, si quidem inquit, quod ratio ista valet præsuppositæ confirmatione judicis, hoc namque contrarium est juribus disponentibus, patrem filiis impuberibus, quos in potestate habet, posse testamento tutorem dare. Plus namq; manifestum est, tunc nullam requiri confirmationem, minusque in matre & avia, ut probat nostra *lex. 4.* ibi, *Estance bien le puede otorgar la guarda de sus hijos, o de sus nietos segun que es sobre dicho*, & ibi expresse tenet Gregorius Lopez, *in gloss. dada*, dicens, quod cum mater vel avia datur tutrix in testamento, non indiget confirmatione, sed solum habet tutelam agnoscere coram judice. *secundum Bartol. in leg. si qui sub conditione, colum. quinta, ff. de testament. tut.* Et quod satis probatur *in dict. leg. quarta, & in leg. 9. eodem titu. & in leg. nonagesima quinta, titul. decemoctavo, partita tertia*, probatur etiam *in leg. prim. ff. de confirmatio. tut. & ibi Bartol. & Doctores, & in leg. tertia, ff. eodem titul. Barto. & Doctores in l. filio, §. si quaratur, nume. prim. in princip. ff. eodem titul.* Resolutio igitur Piagii, in hoc præcitata, ita indistincte intellecta falsa est in casu modo narrato.

Potest tamen procedere in matre vel avia relicta tutrice filiis, vel nepotibus impuberibus à patre, qui eos in potestate non habebat, vel curatrice adultis, tunc enim confirmatio judicis requiritur, *ut supra alio capite probavimus.*

Vel etiam, † quando mater vel avia tutrix relinquitur 56 à patre testamento imperfecto: tunc enim tutor dat⁹ à patre testamẽto invalido confirmatur *dict. l. 3. ff. de confirmat tutor.* Quod procedit etiam in testamẽto imperfecto inter liberos, si tutor extrane⁹ datus sit: secus, si unus ex liberis, quia testamentum imperfectum valet, jure communi tantum inter liberos, non vero quoad extraneos, *leg. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis, leg. final. C. famil. ercis. cum similib⁹*, ita tenet Bart. *in dict.*

in dict. l. 3. num. 2. idem Bart. in d. §. si quaratur, numer. 1. ubi ita distinguit, quod tutor datus in testamento minus solemni, olim debebat indistincte confirmari, hodie debet distingui. quod aut testamentum est nullum, ex caussa præteritionis, vel exheredationis, aut ex defectu solemnitatis. Primo casu non eget confirmatione, sed valet hodie, *per auth. ex caussa. C. de lib. prat. vel exhered.* Secundo casu, aut datur tutor unus liberis, & non eget confirmatione hodie, *vt in d. §. ex imperfecto*, aut est datus extraneus, & tunc eget confirmatione, & sic Bart in hoc loco idem tenet, quod *in d. l. 3. incip. qui a patre, nu. 2.* ubi Alberic. *colum. 1. vers. item oppone*, huc etiam probavit, & hanc distinctionem sequitur Alexand. *in d. §. ex imperfecto. col. 1.* ubi Curt. iun. *numer. 26.* testatur, eam esse communem.

Contrarium tamen tenuit Cuman. *in d. l. qui a patre, n. 2.* qui in ultimo casu secundi membri, scilic. quando datur tutor extraneus liberis in testamento minus solemniter, nempe, quod valeat tutoris datio, & non egeat confirmatione. cum adhuc sit provisio filii impuberis, sicut quando altet ex filiis relinquitur tutor: utroque enim casu vertitur favor filiorum, non vero extranei tutoris, cum tutela sit onus, *vt in §. 1. Instit. de excusat. tutor. Ias. in l. si quis à filio, §. si quis plures, n. 13. ff. de legat. 1. Marian. Socin. in repet. l. cum pilio. n. 41. ff. de legat. 2. Baez. de decim. tut. c. 1. n. 25.*

Et prædictam opinionem Cumani sequitur Ias. *in d. §. ex imperfecto, in fin.* & voluit prius ita indistincte gl. *in d. §. ex imperfecto, verbo, liberos, & in l. 1. C. de testament. tutel.* sed tamen defendendo communem distinctionem Bart. dicimus, quod licet tutela sit onus.

57 Nihilominus † tamen munus honorificum est, *l. testamento centurio, ff. de testam. manum. Bart. & Bald. in l. penult. C. de verbor. signific. Soc. in l. utrum, §. cum quidam, ultimo notabili, ff. de reb. dub.* & inter munera publica computatur, *l. 1. ff. de munerib. & honor. Baec. ubi supra, nu. 26.* præcipue in his regnis Hispaniæ, in quibus consuetudine atque usu cõmuni, & antiquissimo, recepta tutoribus decima pars fructuum bonorum minorũ in præmium assignatur, *vt infra in tertia parte dicemus, ad finem operis.* Magnum igitur commodum, & honoris, & pecuniarum tutori provenit ex administratione tutelæ: ergo non valet tutoris extranei datio in testamento patris imperfecto liberis fais, nisi confirmetur. Ita defendi potest præfata communis Bart. distinctio.

58 Hodie † tamen in his regnis Hispaniæ proculdubio tutor in testamento imperfecto, etiam inter liberos indistincte confirmatione eget, cum per legem tertiam Taur. *in princip. qua hodie est l. 2. tit. 4. lib. 5. nove collect. Reg.* eadem solemnitas requiratur in testamento nuncupativo inter liberos, quæ inter extraneos desideratur, *vt eam legem in hoc expendunt ibi Cisneut. n. 7. Palat. rubr. num. 4. Castell. in gloss. entre los hijos, Ferdinandus Arias gloss. 2. num. 5. Anton. Gomez. numero 50. Calatayud. & Salon de Paz, ibidem numero 69. & 113. Tellus Fernandez prima parte, numero 13. Roder. Suarez, in l. quoniam, in prioribus, in 9. & ultim. quæstio. princip. num. 10. C. de inoffic. testam. Greg. Lopez. in l. 7. in gloss. a los hijos, tit. 1. partita 6.* Et hæc est communis & recepta opinio, *secundum Matien.* qui prædicta refert *in d. l. 2. tit. 4. glo. 1. num. 3. libr. 5. nov. collectio. Reg. idem tenet Molin. lib. 1. de primog. Hisp. cap. 12. num. 24. Azevedo in d. l. 2. num. 1.* non tamen opus est, hoc interpretum notorium auctoritate & opinione comprobare, cum habeamus expressam legem Regiam corrigentem in hoc jus commune in testamento nuncupativo inter liberos conditio, de quo *in d. §. ex imperfecto, cum simil. & d. l. 7. part. nempe d. l. 3. Tauri*, quæ habetur *in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. nov. collect. Reg.* in illis verb. *o a sea entre los hijos o descendientes legitimos, o a sea entre herederos estranos.*

Quod nedum † procedit in testamento nuncupati- 59 vo, vulgo, *dicho abierto*, de quo nunc paulo ante loquitur *d. l. 3. Tauri, in princip.* sed etiam in testamento in scriptis, quod vulgo dicitur, *cerrado*, mutuoque enim loquitur, & intelligenda est prædicta lex Regia, secundum veriorem & receptiorem nostrorum sententiam, nempe, ut eadem solemnitas requiratur in testamento inter liberos in scriptis, quæ inter extraneos, ut patet ex versicul. *Pero en el testamento cerrado*, ubi postquam in verbis præcedentibus æquaverat solemnitatem requisitam in testamento nuncupativo inter liberos & extraneos, subdit: *Pero en el testamento cerrado, que en latin se dize*, in scriptis, *mandamos que intervengan alomenos siete testigos*, &c. quæ verba necessario referenda sunt ad testamentum in scriptis inter liberos factum, quoniam verba continuata inducunt repetitionem præcedentium, *vt in l. in repetendis, ff. de legat. 3. l. avia, in princip. ff. de condit. & demonstrat.* Ergo in utroque testamento, nuncupativo, & in scriptis, adæquata est hodie solemnitas inter liberos & extraneos. Et ita hanc opinionem tenet Cisuent. *in d. l. 3. Tauri, n. 7.* & eam esse in praxi receptam testatur & late probat Ferdinandus Arias, *ibi, num. 5. cum pluribus seqq. usque in fin. gloss. 2. & Castell. ibid. in gloss. entre los hijos, & Anton. Gom. in n. 39. & 40. & Gregor. Lopez, in d. l. 7. in gl. alos hijos, & Covarr. de sponsal. 2. part. c. 8. §. 4. num. 13. in fin.* Eandem sequitur & latissime alius comprobat urgentissimis fundamentis Matienc, *in d. l. 2. gl. 1. numer. 5. cum seqq.* ubi quod hæc opinio vecior & receptior est contra Calatayud. Salon. de Paz, & Mench. contrarium tenentes levibus fundamentis. Et quidem in praxi nunquam de eõi prædicta sententia vidi dubitari, quia compertum est. eam esse certam.

Relinquitur ergo ex supra dictis, quod tutor datus à patre in testamento minus solemni inter liberos, sive nuncupativo, sive in scriptis, eget judicis confirmatione. An autem in hac specie requiratur ulla inquisitio, & quando æqualis esse debeat, consulendus est Bartol. late distinguens *in d. l. si filio, §. si quaratur, sub n. 1. versic. sed advertendum. ff. de confirmat. tut.*

Quod † si mater vel alius tutor testamentarius in te- 60 stamento minus solemni relictus, petierit à judice confirmationem, & judex neglexerit tutelam confirmare, poterit administrare, *vt voluit Bart. in d. l. qui a patre, n. 4. ff. de confirmand. tut. Angel. in §. sed si emancipatio, nu. 4. Instit. de tutel. Antonius Piagius de tutor. & curato. quæst. num. 4.*

Mater † autem non potest dari tutrix, aut curatrix per 61 judicem, tãquam extranea, quia tutela est virile officiũ, *l. tutela plerumque, ff. de tutel. l. fœmineæ, ff. de regul. juris, & ibi late Doc.* & non permittitur, nisi ut matri, & aviæ, *vt proximus*, non vero tanquam extraneæ, *ita Paul de Castr. cons. 413. incip. viso d. casu, n. 2. lib. 2. quem refert & sequitur Anton. Piag. de tut. & curat. q. 18. n. 4.*

Vlterius † videndum est, quod tempus habeat mater 62 vel avia in terminis *in d. authent. matri & aviæ. C. quando mulier tut. offic. fung. poss. & leg. 9. tit. 16. part. 6.* nullo, nẽpe tutore testamẽtario exist ẽte, sed legitimo, cui fuit decreta tutela per judicẽ, tanq̃ proximiori, vel dativo, ad petendã prædictam tutelam, excluso legitimo, vel dativo, cui prius fuerat decreta, *juxta tradita per Bart. in l. si impuberi, n. 5. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & aliosDd.*

Et † quidem in agnato proximiori decisum habem⁹, 63 quod infra quatuor menses à die scientiæ debeat petere coram judice, se admitti in tutorem & curatorẽ, & quod alias dicto tempore elapso non admittatur, *vt tenet Bar.* & *Salycet. in auth. presbyteros, la 2. per tex. ibi, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud judicem competentem in scriptis declaraverint, se alem administrationem suscepisse, C. de episcop. & cleri.* loquitur nam-

que in clericis: & *in auth. de sanctiss. episcop. §. Deo autē, collat. 9. tenet Bart. in l. tutor si petit⁹, n. 4. ff. de tut. & cura. datis ab his. idē Bart. in d. authent. matri & aviæ, nn. 18. & ibi Dd. Ioann. Anan. cons. 100. visa, Alex. cons. 140. super testamento, nu. 5. vers. aliud etiam videtur, vol. 1. & cons. 161. super primo, vol. 5. & cons. 109. viso statuto, n. 1. cum seqq. vol. 3. Dec. cons. 16. n. 7. quæ refert & sequitur Caval. de tuto. & cur at. 200.* qui est videndus *à n. 197.*

Sed in matre & avia aliud probat Decius, *ubi supra* nempe ut possint etiam ultra quatuor menses petere administrationem, *secundum Bald. in d. authent. presbyteros*, sed nihilominus in matre & avia adhuc idem videtur dicendum, quod in agnatis, *per supra dicta*, nempe, ut intra quatuor menses tutelam petere debeant, non vero admittātur, si eo tempore elapso eam petant, quia iam sunt in mora, *vt inquit Bart. in d. l. tutor si petitus, n. 4.* ideoque non est tutum, quod Bald. & Dec. *ubi supra* in contrarium tenent secundum Caval. *a. d. n. 200.*

64 Mater † præterea vel avia non removetur à tutela vel cura filiorum, vel neporum, etiam si hæ personæ habeant litem cum minoribus, sed adiungitur eis alius tutor, vel curator, *vt tenet Bald. Salyc. & alii Dd. in d. authent. matri & aviæ, quos refert & sequitur Matth. de afflict. decisio. Neapol. 207. n. 1.*

65 Sequitur in textu Regio: † *E la razon por que defendemos que no cesse de nuestra que los moços tuviere en guarda es esta: por que podria acaescer que por el gran amor que avia a su marido que tomasse de nuevo, no guardaria tan bien las personas, ni los bienes de los moços, o faria alguna cosa que se tornaria en gran danno dellos.* Est etiā altera lex Regia optime idem probans *in l. 19. tit. 16. part. 6.* ubi agens lex illa, apud quem debet educari pupillus, & præferens in hoc matrem eius, si mulier bonæ famæ fit, & in viduitate permanserit, inquit, *mas luego que casare deuen sacar el huerfano de su poder, por que dixeron los sabios que la muger suele amar tanto al nuevo marido, que no tan solamente de la ria los bienes de sus fijos. mas aun consentiria en la muerte dellos, por fazer placer a su mari-*
66 *do.* Præsumitur † namque amore ardere magis ad secundum virum, quam ad filios, *l. lex. qua tutores, C. de administr. tut.* & mulieres diligunt viros, etiam ultra filios, *Bart. in l. pater Severinam, §. penultim. ff. de condit. & demonstr. quem refert Greg. Lopez. in d. l. 4. in glo. amor que avia a su marido.* Eādē ratione, quod amore secūdi mariti, vel ei⁹ causa non bene gubernabit bona filiorū, adducit Anto. Gomez. *in l. 14. Tauri, n. 11. in vers. item adde.*

67 Ex quibus † merito supra resolvimus *c. 5. nu. 12.* iudicem non teneri de necessitate providere tutorem petitum, & nominatum à matre, cum transit ad secundas nuptias, sed esse in eius arbitrio dare illum, vel non: siquidem amore nimio secundi viri præsumitur nominasse, quem ipse voluerit, quem forte non expediat pupillis tutorem habere, & qua ratione lex nostra prohibet, ne mater vel avia transeat ad secundas nuptias, dum habet filios vel nepotes sub tutela, vel cura, scilicet: *Por que podria acaescer que por el gran amor que auria a su marido*, &c. ut supra retulimus, eadem profitendum est, non teneri iudicem in hoc sequi voluntatem mulieris, volentis transire ad alias nuptias, & sic approbare nominatum ab ea tutorem vel curatorem eisdem filiis, vel nepotibus, sed eum dare, quem magis expedire iudicaverit minoribus: ex eo, quod mater posset fraudulenter eligere, ad rationes fraudandas, *l. divus, §. si quidem. ff. qui pet. tutor.* Et hæc est magis communis opinio, *secundum Greg. Lopez. in l. 5. in gl. al mas cercano, in vers. sed an cum mater, tit. 16. part. 6. eamq; sequitur Cravet. cons. 190. nu. 8. & plures referens Menoch. de arbit. iud. libr. 2. cēt. 2. casu 151. num. 2. cum sequentibus, quos addere poteris, quos supra dicto cap. 5. num. 12. ibidem citavimus.* Et ita est tenēdum reiecta distinctione Bald. *in capit. ex parte, el 2. n. 4. de appell.* tenentis, quod tutor petitus à matre tutricē testamentaria præfertur legitimis, quia testator tacite excluſit eos, sed si non erat tutrix testamentaria, legitimos anteferri, si essent idonei: hæc namq; differentia iure non probatur, ac proinde verior est, & tenēda præfata resolutio magis communis, cum sit etiam radicalis, & concernens utilitatem pupillorum.

Diligenter † ergo super hoc inquirere debet judex, 68
quem in hoc casu tutorem eligat, & non male, sed bene ac prudenter aget judex, si agnatos, & cognatos, & notos pupilli ad hoc citari faciat, ut ab illis de propositi à muliere tutoris, vel de alterius conditione informationes habeat, ut admonuit Salyc. *in authenti. sacramentum, in fin. C. quando mul. tute. officio fung. posst.*

Vnde ubi † comperiet illum idoneum, quem propo- 69
suit mater, illum potius decernere debet, quam alterum quemvis, *vt sensit gloss. in leg. si quis sub conditione, ff. de testamen. tuto. quam secutus est Speculator à Salycet o relat⁹, idem respondit Decius cons. 674. num. 4.* dicens, tutorem à matre ista nominatum esse cum inquisitione dandum, alioquin ei legitimum esse præferendum, *sequitur Greg. Lopez, ubi supr. ad idem citans Curt. Sen. cons. 46. super controversia. & Bald. in l. omnem, vers. quæro, an dativus, C. ad Tertull.* ubi tenet, quod est prædictū, & limitat, quādo dativus daretur perfunctorie, & legitimi sint magis idonei, inquitque, sētūc intelligere, dari per inquisitionem, quando vocatis vocandis datus esset. Verba namque appolita per tabelliones dicentes, *quod judex vidēs & cognoscens eum idoneum*, &c. non probant, quod sit datus ex inquisitione, sed solum quod sit idoneus ex aspectu, & quia quilibet præsumitur idoneus ex generali conjectura, quæ sunt verba gravia, & singularia *secundū Gregor. Lopez, an fin. d. gl.* ubi etiam addit videndum eundem Bart. *cons. 82. statuto. volum. 2.* Eandem resolutionem in effectu sequitur & probat Menoch. *ubi supra n. 3. & 4.* & nos quoque probavimus omnia supr. *d. cons. 52. n. 17. cum seqq.*

Vnde tutor † aut curator datus ex abrupto, & absq; 70
causæ cogaitione, ad requisitionem matris transeūtis ad secunda vota, non potest esse tutor, neque curator, sed loco illius legitimus admittendus est. *Decius d. cons. 674. in testamento Bernardi, in fin. quem ad hoc refert & sequitur Anton. Piagius de tut. & cur at. q 3. n. 44.*

Cum igitur † mater transiens ad secundas nuptias, 71
possit petere aliquem tutorem dari filio, non solum generaliter nemine nominato, *vt in l. 92. C. qui pet. tuto.* sed etiam nominatis pluribus, vel aliquo ex eis, *idrvus, ff. eod. titu.* sed & unum nominatim, *iuxta gl. d. l. si quis sub conditione, & Speculat. in titu. de tutel. anomal. in fin. & notant omnes in d. auth. sacramentum, C. quando mul. tut. effic. fung. poss. & patet ex supr. citatis*, & resolvimus, cum cōmuni, deducitur quod solum matris judicium, quoad electionem tutoris, non est satis, sed inquisitio fieri debet à judice, ut etiam patet ex prædictis, & probatur *in l. final. C. qui pet. tu.* matris enim est petere, judicis eligere. *Bald. consil. 470. quidam, vol. 3.* & hoc est communiter receptum, *teste Hieron. Gabr. cons. 27. n. 31.*

Idcirco inquisitione † facta potest judex sequi consi- 72
lium matris, vel alium suo arbitrio dare, *Cyn. in authent. matri & aviæ. q. 7. C. quādo mul. tut. offi. fung. poss. Ang. n. 5. in dict. auth. sacramentū, & alii, quos refert & sequitur Hieron. Gabr. ubi supr. n. 4* tutor tamen petitus à matre, si ex inquisitione constet esse idoneum, debet dari à judice, † & ad hoc tenetur, ut bene probat, dicens, esse ve- 73
rissimam opinionem Hieron. Gabr. *ubi supr, num. 5.* ubi etiam, quod ceteris paribus est præferendus, quem mater elegerit. Imo, dummodo esset idoneus, quamvis aliquanto magis idoneus alter esset, idem est dicendum juxta communem opinionem, *teste eodem Gabriele ibid.* Licet enim electio sit judicis arbitrio permissa, hoc tamen

74 men arbitrium debet esse viri boni, † & iuri consonum, & si secus arbitretur, appellari potest, ut ibi bene probat *num. 6.* resolvens opinionem Cyni & aliorum supra citatorum, putantium, non cogi judicem sequi consilium matris, sed posse alium dare, procedere, cum petitus à matre non est æque idoneus, & iterum *num. 7.* inquit in pari causa, etiam aliquanto inferiori, petitum à matre debere præferri legitimo, *& num. 7. cum seqq.* late comprobat hoc præmaxime procedere in avo materno, petito à matre, qui præferendus est patruo contradicenti, tutelamque petenti, licet ex vi statuti patruus avo in successione pupilli præferretur. Quod procul dubio in his nostris regnis Castellæ procedit, in quibus avus præfertur patruo in successione pupilli, ut est notissimum. Igitur & tutela.

75 Supradicta omnia † eadem ratione procedunt in coadjutore dando tutori suspecto: licet enim prima facie videtur, quod mater, cum sit jam nupta, non possit eum nominare, sicut nec tutorem; attamen, quia mater, postquam nupta fuit, relicto tutore filio suo, accusaverit eū de suspecto, & judex coadiutorem eidem dandum esse decreverit, merito, quod eadem mater nominare possit prædictum coadiutorem, licet judex non arctetur, semper eum admittere, sed tunc demum, cum pupillo expedire ex inquisitione arbitratus fuerit, alias secus, ut probavimus *dicto cons. 52. num. 21.* Vbi quod quidam judex, qui in hac specie reservavit nominationem coadiutoris in voluntate matris, rectius fecisset, si in prædicta reservatione, quam fecit in favorem matris, adiecisset, dummodo idoneum nominet arbitrio judicis ordinarii, & ita merito in illa met eadem causa in regali Cancellaria Vallisoletana in gradu appellationis adiectum fuit, ut coadiutor iussus nominari per dictam sententiam à matre, non sit maritus eius, dummodo, si ipse vellet, posset esse præsens rationibus reddendis, *vt retulimus dicto consilio quinquagesimo secundo, num. vigesimo septimo.*

76 Fit etiam ex supradictis, † quod pater & frater matris transeuntis ad secundas nuptias ab ea nominati, sunt evidenter suspecti, *secundum Decium dicto cons. 674. nu. 5. & 7. & in capi. ex parte, num. 6. de appellat.* Hoc autem falsum esse affirmat Menochius, *ubi sup. num. 5.* ea tantum ratione, quoniam potest mater vitricum pupilli tutorem nominare. Si ergo tutor dari potest vitricus, à fortiori frater ipsius mulieris. Hæc tamen ratio de vitrico firma non est contra opinionem Decii, quia ex infra dicendis apparebit, quod vitricus regulariter non potest esse tutor privigni: adest tamen altera ratio fortior contra Decium, nempe, quod in patre & fratre mulieris cessat ratio prædict. leg. 4. partit. ob quam mulier nubens non potest esse tutrix filiorum suorum, Hi namque non debent plus diligere, novum maritum filiæ, vel sororis, quam suos nepotes, & ideo cum ipsi sint cognatiipsorum, ac proinde legitimi tutores, præsumendum potius est, eos recte gesturos personas, & bona minorum, ac proinde cum sint nominati, & petiti ab ipsa matre, judicem saltem cum inquisitione (nisi aliud ex ea appareat) debere eos confirmare, tutoresque dare pupillis. Et ita mihi videtur tenendum & resolvendum in hoc articulo & puncto, salva censura rectius sentientis, prout etiam resolvimus *d. cons. 52. num. 29.* Quod si Decius indistincte aliud tenuit, forte nisi fuit ex sola ipsa inquisitione, in suo casu non observata, *vt recte advertit Menoch. ubi supra.*

77 Superest nunc, ut videamus, † & examinemus quæstionem illam utilem, & in praxi frequenter contingentem, *an mater tutrix filiorum transiens ad secundas nuptias possit nominare filiis suis tutorem vitricum, hoc est novum maritum, quem ducere intendit, vel assumitur.* Ex quidem planum & consequens videtur necessarium ex ratione *dictæ leg. Regiæ*, quam supra literaliter retulim⁹, ipsum vitricum tutorem esse non posse privignorum suorum, etiamsi eum in talem mater eorum nominaverit, antequam ad secundas nuptias transiret: *Porque podria acaescer que por el gran amor que auria a su marido que tomasse de nueuo, non guardaria tan bien las personas, nin los bienes de los moços, o faria alguna cosa, que se tornaria en gran danno de ellos.* Ergo à fortiori novus maritus eius non poterit esse tutor privignorum suorum, cum in eo militet eadem, & maior ratio prohibitionis, & propter quod unumquodque tale, & illud magis, *vt in auth. multo magis, cum simil. C. de sacrosanct. Eccles.*

Præterea vitricus erit suspectus ad rationes fraudandas, & reddendas, ut patet: ergo judex non debet eum admittere, *iuxta supra dicta.*

Et in terminis, quod vitricus non possit esse tutor privignorum suorum, tenet *gl. 2. ad fin. ibi, alii dicunt, quod à patre dari potest tutor, non a judice, C. ubi pupillus educari debet*, & hoc esse verius, nisi de consensu parentum, quod vitricus habeat, prout communiter faciunt, affirmat Boer. *decis. 124. n. 12. in fin.* Idem esse de consensu tutorum testamentariorum, voluit Bald. *in auth. eisdem pœnis, vers. sed pone, quod ista mater vult exheredare, C. de secund. nupt. & in l. omnem, vers. sed nunquid ista nubens, C. ad Tertull. quem refert & sequitur idem Boer. decis. 266. n. 3.* & quod vitricus regulariter non possit esse tutor privignorum, tenet Cavalcan. *in tract. de tut. & cur. num. 289.*

Nihilominus tamen gloss. 1, per text. ibi, *in l. fin. C. arbit. tut. ubi si pater tuus*, quem privigni sui tutelam administrasse proponis, notat, vitricum posse esse tutorem privigni. Idem tenet Speculator *in tit. de tuto. §. nunc videndum, num. 4.* licet privignus non debeat apud ipsum ali. & Cravet. *cons. 190. n. 7.* Et quod vitricus cum inquisitione dari tutor possit, *per l. ultimam, & ibi Bald. C. de contrar. iud. tut.* tenet Menoch. *libro 2. de arbitr. cent. 2. casu 151. num. 4.* ubi etiam citat Curt. iun. *cons. 94. num. 7.* & Boer. *decis. 266.* idemque probat textus *in l. nonnunquam, in fin. 32. ff. de adopt. & l. 2. C. de interdict. matr.* ubi notat gl. Bald. Salyc. *& communiter omnes. secundum Cald. Pereyra. in repet. in l. si curatorem habenti in parte fine curatore constitutus, nu. 110. versicu. quoniam verum, C. de in integrum restitutio. minor.* ubi etiam quod vitricus prohibetur esse educator privigni, & eum alere, *vt in l. 1. C. ubi pupill. educari deb.* secundum intellectum gl. 2. ubi Bald. Salycet. & communiter omnium, ibi & utrumque iste ibi examinat, præcipue hoc, de quo agimus, an vitricus possit esse tutor privigni, & refert aliorum diversas sententias; & tandem dicit, veriorem esse quartam & ultimam Cuiacii *lib. 6. observationum, c. 29.* existimantis, vitricum regulariter à tutela vel educatione pupilli nullatenus prohiberi, & quod judex, qui semper inquirere debet, & utilitatem pupilli inspicere, si viderit suspicionem cessare, poterit vitricum tutorem creare, nec minus ei educationem pupilli committere: sin minus, ab utroque poterit eum repellere, & tandem inquit Caldas, quod tanquam receptam hanc sententiā sequuntur omnes, ubi supra, & quod si prius tutor constitutus fuerit, & demum vitricus factus, eadem causa, & nova suspicione superveniente, inspecta utilitate pupilli, tantum dē judex facere poterit, & tutorē removere.

Pro hac etiam parte facit cautela, quam nonnulli Dd. assignant, ad hoc, ut vitricus possit esse tutor privignorum, nempe, quod mater vadat ad judicē, & dicat, qualiter intendit, velle transire ad secundas nuptias, & quod petit dari in tutorē, quem desiderat accipere in virum; tunc namque poterit esse tutor vitricus privigni sui, si iudex illū admittat, *vt dicit Sylva nupt. li. 2. n. 51. in vers. imo si contraxisset, Carol. Ruy. cons. 87. nu. 1. & 8. volum. 3. Aymon. Crave.* ubi supra dicens, quod licet possit esse tutor, pupillū tamen educare non debet, *sequitur Caval. de*

tuto.

tutor. & curat. n. 289. Arbitrio igitur judicis relinquitur decernitio tutelæ vitrico facienda, *ut patet ex prædictis*: Quid tenendum?

Ego quidem censeo, & doceo, priorem opinionem esse tenendam regulariter, nempe quod vitricus non possit esse tutor privignorum suorum, nec si a matre ipsorum sit nominatus, & petitus, nec ei decernenda sit per judicem tutela ex rationibus, de quibus supra, quæ quam urgentissimæ sunt, atque potentes, præcipue illa, quam assignat dicta *l. patrissa* supra relata, quæ hanc opinionem convincit, neque enim eam viderunt exteri, qui contrariam opinionem tenuerunt. Quamvis enim jure communi eadem ratio considerari posset, & considerata fuerit per eos, nihilominus expresse assignata a nostra lege Regia magis premit, & urget ad hanc opinionem probandam, juxta quam jam obtinui in praxi, in gradu appellationis in regali Cancellaria Vallisoletana, ubi pronuntiatum fuit, auferendam esse tutelam a judice decretam vitrico per nominationem matris pupillorum in coadjutorem tutoris suspecti, ut pluribus rationibus probavimus *d. cons. 52. n. 22. & nu. 27.* de prædicta praxi affirmavimus.

78 Fallit † primo ista sententia, quando simul cum nominatione, vel datione vitrici intuitorem, concurreret consensus parentum, vel tutorum testamentariorum, *ut per Boer. ubi supra.*

79 Fallit secundo, † quando ex inquisitione apparet, utile esse minoribus, dationem tutelæ fieri eorum vitrico, alias nunquam, nisi per inquisitionem tutela decerni non potest vitrico, *secundum Guliter. & (ju. in l. nonnunquam, ff. de adopt. Bald. cons. 310. in primis, lib. 4. quos ad hoc refert & sequitur accursius idem Cravet. cons. 18. nn. 20. sequitur etiam Caldas, ubi supra d. n. 110. ad fin. in vers. judex ergo* ubique tanquam receptam hanc sententiam sequuntur omnes, nempe dictam opinionem negativam cum hac limitatione.

80 Fallit tertio, † nisi adultus minor, & sic maior 14. annorum, petiisset dari sibi in curatorem vitricum: tunc namque vocatus ab ipso adulto præfertur cuicunque legitimo, nisi judici videretur fuisse inductum a matre, vel simplicitate sua ad eligendum vitricum, aut redundare in damnum ipsius minoris, quod arbitrio judicis relinquitur, *ut per Alciat. de præsumt. reg. 1. præsumt. 12. n. 4. ubi refert Albor. in l. fin. de contr. jud. tut.* dicentem, le ita obtinuisse de facto, prout eos refert & sequitur Cavalc. *d. n. 289. ad fin. & n. 308.* ubi alios allegans etiam limitat, quando illa persona electa a testatore, vel ab adulto, deteriorem fecerit eius conditionem, & esset inhonesta, prodiga, & suspecta, quia tunc posset a judice repelli pro utilitate pupilli.

81 Neq; supradictis † obstat *l. fin. C. arbit. tut. juncta glo.* ibid. supr. in contrarium adductis, quia ibi potius factū, quam jus refertur, iure autem tenendum est, quod prædictum cum limitationibus supra adductis, in quibus vitricus tutor esse potest privignorum. Et in his procedere potest opinio contraria tenentium, hoc simpliciter, & tanquam perfunctorie, non vero ex professo agētium, quibus præferendi sunt Dd. distinguentes, prout sunt tenentes partem negativam cum prædictis limitationibus.

82 Non † obstat etiam cautela Dd. supra relata: quia, præcedit, alio legitimo tutore non opponente: nam si legitimus tutor id opposuerit, & voluerit præferri vitrico, & extraneo, ipse erit admittendus, *ut Alex. cons. 138. supr. primo, vol. 3. & in terminis consuluit Francus de Pisis, inter cons. Bartol. cons. 145. saltum sic se habet, vol. 1. quem ad hoc refert & sequitur Cavalc. de tuto. & cura. sub d. n. 289.*

83 Pupillus † tamen educari non debet apud matrem transeuntem ad secundas nuptias, neque apud eius maritum & sic vitricum, *ut in l. 19. ff. tit. 16. partita 6.* ubi Deo volente dicemus.

Vltimo † ex dicta ratione assignata a *d. l. partit. tit. 16. part. 6.* quam supra retulimus, deducitur etiam, quod si iudex matri transeunti ad secundas nuptias stulte quidē & inepte decreverit tutelam personæ, vel bonorum minoris ipsi matri simul cum alio, vel discretive matri tutelam personæ, alii vero bonorum, huiusmodi decretum esse nullum, nam per transitum ad secunda vota mater ipso jure definit esse tutrix, *text. in authent. de nupt. §. si autem tutelam, Ang. per illum text. in auth. ut sine prohib. mater, &c. in vers. mox, &c. ex parte, ubi gl. & Dd. de appellat. glo. ult. in l. omnem. (. ad Tertul. l. 5. ubi dicem⁹ late. tit. 16. p. 5.* & cum hac opinione transeunt communiter Dd. secundum Carol. Ruyn. *cons. 87. n. 2. vol. 1.* 84

Ratio est triplex: prima propter mores inhonestos: secunda ratione mutatæ affectionis: tertia ratione præsumtæ de extero dilapidationis, *Bald. cons. 96. hic plura, columna 1. lib. 4. Boerius alios allegās dec. 266. nu. 1.* ideo cum ipso jure cadat a tutela per secundas nuptias, & tutrix esse prohibeatur, judex ordinarius non potest eam tutricem personæ, nec bonorum decernere, quia ad Principem hoc spectat, *l. fin. ff. de tutel.* & iudex aliter faciens videtur reus læsæ maiestatis. Ita in terminis tenet & probat Cravet. *d. cons. 18. per totum præcipue, nn. 1. cum seqq.* Regulariter enim est suspicio contra matrē secundo nubentem, quod filios primi matrimonii † excoriabit propter novum virum, *l. lex, qua tutor. C. de admin. tut. Bart. in auth. matri & avia, colu. 3. circa med. (. quādo mulier tutel. offic. fung. possit*, id, quod lex quarta nostra expresse approbat in prædicta sua ratione. 85

Quare in specie præmissa † de qua agimus, si alter tutor decretus cum matre solus est sufficiens administrationi tutelæ, non potest judex alium tutorem dativum constituere in locum matris remotæ a tutela per subsequens matrimonium, *iuxta gl. in l. 1. de testam. tut. Socin. cons. 183. n. 9. lib. 4. quem refert & sequitur Cravet. d. consil. 18. n. 3.* 86

Ex quibus altera insurgit dubitatio, † *utrum mater, qua transivit ad secundas nuptias testatore volente, possit esse tutrix testamentaria cōmunium liberorum?* Et Bald. quidem *in c. ex parte, el secūde, nu. 2. ad fin. de appell.* tenet, q̄ mater transiens ad secunda vota, perdit tutelam ipso iure, nec distinguitur, utrum esset testamentaria, vel anomala, nisi testator hoc mulieri cōcessisset expresse, quod tutela soluta posset accedere ad secunda vota, *ex text. notabili in auth. de nupt. §. disponat, & cum Bal. ubi sup. tráscribit ibi Philip. in 3. not. ab.* quod ea ratione probari videtur: nam mater per secundas nuptias efficitur suspecta propter novum maritum, a quo præsumitur posse seduci, *facit lex, qua tutores, C. de admin. tut.* melius dicta lex Regia in sua ratione, sed secūdus vir, qui vitricus dicitur, potest tutor dari privigno in testamento, *l. fi. C. de contrar. jud. tut, & ibi not. gl. & Dd.* Ergo etiam mater poterit tutelam assumere & retinere volente testatore. 87

Nihilominus tamen in quæstione præmissa contrarium est tenendum ex decisione expressa nostræ *l. 4. tit. 16. partita 6.* in tutoribus testamentariis loquentis, *ut supra probavim⁹ junct. l. 5. statim sequenti.* Testator namq; facere non potest, quin leges in suo testamento locum habeāt, *l. nemo potest, cum materia. ff. de legat. 1.* Secundo, quia iure antiquo mater non poterat dari tutor in testāmēto, *l. iure nostro, ff. de testament. tut. l. fin. ff. de tutel.* hodie vero dari potest & durat tutela, donec transeat ad secunda vota. Illis vero contractis amittit tutelam ipso jure, ut dicebam⁹, *text. in auth. matri & avia, & in auth. sacramentum, C. quando mul. tut. officio fung. possit. l. 4. & 5. tit. 16. partit. 6.* & sic a iure antiquo non est recessum, nisi solum durante viduitate matris, quia vult lex, quod tunc possit esse tutrix etiam ex testamento, sed postquam vidua esse desiit, ius antiquum non reperitur immutatum, nec iure tamen, quod tunc possit mater dari tutor filiis, 88

filiis, imo potius contrariū, *ut prædiximus.* Ergo durat etiā jus antiquū, ex quo nō mutatur, *arg. l. præcipimus, in fin. C. de appell. & l. sancimus, in fin. C. de testa.*

Tertio, quia secundum opin. Joan. † & Azon. magis communiter approbatam, de qua per gl. *in d. l. omnem, gl. fin.* tutela testamentaria ipso jure finitur per transitū ad secunda vota, *ut diximus sup.* quæ gl. secundum verā interpretationē Car. Ruin. *d. cons. 87. nu 4.* rejecta & reprobata: alia Salyc. *in d. l. omnē*, vult, q̄ ideo per transitum ad secunda vota finiatur tutela matris ipso jure: q̄ a jure antiquo, à quo (vt dictum est) non est isto casu recessum, prohibetur tunc esse tutrix, quæ ratio militat, & etiam locum habet testatore volente, quod salva sit tutela, quia dicto jure testatoris voluntas in hoc non attenditur, nec servabatur, *vt in d. l. jure nostro.* 89

Quarto † confirmatur etiam ratione hæc opinio. Lex namq; removet matrem à tutela post secundū matrimonium contractū propter fraudem, & dolum præsumtū, & tanquā suspectam, *vt notatur in d. auth. sacramentū. (. quādo mul. tut. offic. fungi poss. & probat nostra l. 4. tit. 16. p. 6. in sua ratione expressa*, & quia suspicionista est manifesta juris præsumptione, & ideo removetur mater a tutela per transitū ad secunda † vota ipso jure, & sententia nō est necessaria, *secund. Raphael. & Modern. in d. l. omnem.* Non ergo potest testator velle, quod salva sit tutela per transitū ad secunda vota, qui hunc † dolū præsumtū de futuro non potest remittere, sicut verus dolus remitti nō potest, *l. cōvenire, ff. de pact. dota. l. si vnus, § illud. ff. de pact.* vbi Paul. de Cast. vult, quod etiā dolus præsumtus remitti non possit, sicut nec verus. 90

Quibus sit, vt hæc nostra sent. sit vera, & tenenda indistinctè, prout eam eandē tenet & firmat Carol. Ruin. *vbi sup. n. 4. cum seqq.* tametsi prius, *n. 3.* voluerit distinguere in hunc modū, sc. vt quādo mater fuerit pure data tutrix, & sic quādo durante etiā viduitate cœpit esse tutrix, etiā si transeat ad secunda vota, remaneat tutrix, si testator voluit, & salva remanente tutela posset transire ad secū. nuptias, quo casu inquit loqui Bal. *in d. c. ex part.* supr. pro contraria parte à nobis citatus. 91

Si vero mater non fuit à principio data tutrix pure & simpliciter, sed casu, quo transiret ad secunda vota, voluit testator, vxorem suam esse tutricem filiorum suorum, & sic durante viduitate non cœpit esse mater tutrix testamentaria, quamvis dicto tempore esse potuerit legitima, *vt in d. auth, matri & avia*, non valeat isto casu talis datio.

Et ratio diversitatis secundum Carol. Ruin. est, quia primo casu tutela testamentaria durante viduitate valuit, & valida esse cœpit, ideoque de facili conservatur, etiam post secundum matrimonium, si testator velit, & tutela duret, sed in secundo casu, in quo tutela per testatorem confertur expresse in tempus secundi matrimonii, valet, quia quod hoc tempore possit inchoari tutela, non reperitur permissum, sed prohibitum: facilius ergo conservatur, quando certum est, quod ab initio valuit, quam quod novè inchoatur, *l. patre furioso, ff. de ritu, qui sunt sui vel alien jur.*

Quæ ratio comprobatur ex doctrina Specul. *in titul. de tut. §. nunc dicendum, in vers. quid si nondum*, vbi tenet, quod † mater cōtractis sponsalib. non debet admitti ad tutelam, si adhuc eam non habebat. Sed si illam habebat, non perdit eam, & facilius quis impeditur habere, quam habitam perdere, *arg. l. 1. casum, ff. de postul. & l. 2. ff. de adult. & Specul. sequitur Salyc. in d. auth. sacramentū, qu. 2. C. quando mul. tut. offic. fung. poss.* & dicemus latè *infra c. seq. nn. 2. cum seqq.* 92

Nihilominus tamen præfata distinctio vera non est, sed meo judicio falsa omnino. In vtroque etenim casu militant fundamenta, supra jacta pro nostra sententia negativa, vt patet: & præterea reijcitur prædicta distinctio, quoniam jus commune & nostræ leges Regiæ de hoc loquentes supra citatæ, non solum decidunt atque præcipiunt, matrem per transitum ad secunda vota perdere tutelam filiorum, sed etiam, quod ita demum, eis viduis existentibus decernatur sive legitima, sive testamentaria, si secundis nuptiis renuntiaverint, adeo quod si prædicta renuntiatio omittatur, sit nulla de jure decernitio tutelæ, vt supra resolvimus & probavimus cū cōi sententia. Ergo si facta d. renunciatione decernatur, & sit mater vidua tutrix, durante viduitate, transeundo ad secūdas nuptias, amittit tutelā, licet testator ꝓceperit eā retinere. Nā decreta à principio ita demū vim habēt, vt cōtractis secundis nuptiis finiatur: nō ergo pōt testator contrarium, jure ipso adversante, ꝓcipere seu ordinare.

Secundo † quia prohibitio hæc secundarū nuptiarū in matribus viduis tutricibus filiorum suorum, sive testamentariis, sive legitimis, est iuris publici, in favorem ipsorum tā in personis, quām in bonis, *vt patet ex d. l. 4. Reg. in ratione sup. non semel repetita.* Expedit enim reipubl. vt personæ & bona pupillorum rectè tueantur & defendantur, quia concernit bonum commune totius reipublicæ: jus autem publicum renuntiari non potest, *vt in l. jus publicum. cum simil. ff. de pactis.* 93

Ratio præterea diversitatis supra relata assignata per Carol. Ruin fragilis est, siquidem in vtroq; casu distinctionis militat eadem prohibitionis ratio: Deinde quāvis Ruin. dicat, quod in primo casu, quando mater fuit purè data tutrix, & sic tutela testamentaria, durante viduitate, valida esse cœperit, id quidem non est simpliciter verum, quoniam à principio ita demum valuit simplex datio tutelæ, scilicet si ipsa mater renunciaverit secundis nuptiis, vt prædiximus, & constat ex prælegatis iuribus, præcipueq; ex legibus Regius supra citatis, & ideo ipsis secundis nuptiis secutis non conservatur, etiamsi testator contra iuris prohibitionem aliud disposuerit. At secundus casus prædictæ distinctionis raro eveniet, vnde Metaphysicus videtur, quia nunquam testatores relinquunt vxores tutrices liberorum communium, postquam ipsæ contraxerint secundas nuptias, & non antea. Quamimo valde stulti essent, atq; insani, qui hoc modo disponerent: nec enim præsumendum est, ipsos talem voluntatem habituros, sed imo potius naturaliter abhorrere damnum filiorum suorum. Licet enim aliquando contingat, ipsos iustis ex causis motos permittere vxoribus, eisque licentiam impertiri secundo nubendi, nusquam tamen legitur, nec vidimus disposuisse, vt sic secundō nuptæ retineant tutelam filiorum communium, nec quod personæ & bona eorundē intrent sub imperio vitricorum: quod si id facerent, minimè essent audiendi, nec iudex deberet sequi eorum voluntatem, tanquam pupillis maximè nocivam, vt statim dicemus. 94

Doctrina Speculatoris supra relata nobis non obest, quia loquitur in sponsa, quæ potest sponsalibus renuntiare, vt ipsemet Speculator exprimit.

Superest igitur, vt præfata distinctio Car. Ruini, nec eius ratio diversitatis vera sit vllo modo, ideoq; ipsemet Car. Ruin. eius auctor resipiscens, *d. n. 4. in prin.* inquit, *vel dici etiam potest, & quidem rationabiliter*, quod dictum Baldi in hoc casu non sit verum, & contrarium iudicio meo sentit gl. communiter approbata *in d. l. omnē C. ad Tertull.* Itaq; hoc loco Car. Ruin. latè fundat nostram sententiam negativam indistinctè, quam sup. probavimus, nempè vt testator præcipere non possit, quod mulier relicta ab eo in testamento tutrix filiorum, contractis secundis nuptiis, retineat tutelam. Quare prædicta voluntate non obstante tutela privabitur iure optimo per suprædictas: sicq; non obest opinio Bald. contraria, quia est falsa, vt patet ex eodem.

Nec obstat ei † *d. §. disponat, in auth. de nupt.* quē allegat

gat Bald. pro se: quia tunc demum voluntas testatoris est lex, vt ibi dicitur, quando contra legem non disponit, alias secus, *vt inl. testandi 13. C. de testam.* vbi dicitur, testandi causa de pecunia sua legibus certis facultas est permissa, non autem jurisdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare cuiquam permissum est.

Non etiam obest, quod vitricus possit esse tutor privignorum, quia regulariter contrarium est verius, vt supra resolvimus.

Præterea vt ponamus gladium ad radicem, † considerandum est, quod dato, sed non concesso, quod dato tutelæ, de qua agimus, esset valida propter voluntatem expressam testatoris, iudex tamen non tenetur, nec debet eam sequi: nisi aperte ostendatur, quod hoc cedat in vtilitatem pupilli, *vt in l. vtilitatem, & in l. in confirmando, & ibi Dd. ff. de constit. tut. & diximus in rep. l. nemo potest, ff. de legat. 1.* in quibus locis, *& in l tutor, qui repertorium. ff. de administr. tut.* communiter concludi- 96 tur, † quod quamvis possit testator remittere tutori cõfectionem inventarij, *in l. fin. C. arbitr. tutel.* nihilominus si appareat hanc remissionem esse contra vtilitatem pupilli, non debet iudex eam voluntatem sequi ex dictis iuribus, quinimo, non tantum ex causis, de quibus ibi potest iudex recedere a testatoris voluntate, † sed etiam 97 aliis similibus & iustis causis, secundum Aret. *in d. l. nemo potest*, dicentem, hoc esse de intentione Bart. est que textus optimus pro hoc, *in l. 3. §. si pater, cum vers. seq. vsq; ad §. quod in tutoribus ff. de administrat. tutor. & sequitur Carol. Rain. vbi supr. d. cons. 37. nu. 9. vol. 5.* qui ex hoc idem probat à fortiori in nostro casu, quia in eo præsumtio doli & fraudis, quæ est contra matrem tranſmittetur ad probandum contrarium, quia indistinctè repellitur à tutela, nec iure cautum reperitur, quod adeuntem ad secundas nuptias, est juris & de jure, nec admittatur ad purgandam suspicionem, quæ est contra eam, imo evidenter & manifestè apparet de damno, & evidenti præiudicio pupilli, *arg. l. licet Imperator, ff. de legat. 1. cum similib.* & ideo iudex non debet sequi voluntatem testatoris in hoc, quamvis mater sit tutrix, sed eam tanquam suspectam removere, quamvis ante, quã removeatur à iudice propter voluntatem testatoris, tutela sustineatur, quia in hac specie ipso iure non privatur mater tutela, *ita Carol. Ruin. vbi supra n. 10.* dicens, quod effectus est maximus, quia interim est tutrix, & 98 valent gesta per eam.

Sequitur nunc ratio legis nostræ regiæ quartæ, *tit. 16. partit. 6.* quare requiratur, quod mater & avia, volentes agnoscere tutelam filiorum, & nepotum suorum, renuntient Senatusconsulto Velleiano, scil. *Por que si no renunciasse la exception sobre dicha, dudarian los omes de meter car, o de fazer pleyto con ella, maguer ouiesse menester lo facer por guarda, o por acrescẽta miẽto o pro de los bienes de los mocos.* Hæc ratio fuit prius Azon. *in sum. C. quando mulier tutor. officio fungi possit, vt refert Greget. Lopez in d. l. 4. in gl. dudarian los omes.*

SVMMARIA.

1 *Matre tutrice filiorum nubente, iudex loci, vbi hoc contigerit, statim debet eos a sua tutela & potestate extrahere, consanguineoq; eorum proximiori, viro probo & suspicione carenti, atq; aliàs à jure non prohibito tradere.*

2 *Mater an per sponsalia solum contracta amittat tutelam, quam antea habebat filiorum suorum?*

3 *Mater tutrix filiorum volens transire ad secundas nuptias, si fecerit filios dari alium tutorem, non recuperabit tutelam, si mutato consilio non nubat.*

4 *Mater tutrix filiorum transiens ad secundas nuptias, an amittat tutelam ante traductionem ad domum? & numerus sequentibus latè examinatur, & deciditur affirmative.*

5 *Nuptiæ non concubitus sed consensus facit.*

6 *Sponsus & sponsa de præsenti revera vir & vxor dici possunt.*

7 *Matrimonium primum per verba de præsenti contractum præfertur secundo, etiam secuta copula consummato.*

8 *Maritus & vxor, quamvis cæpto matrimonio significatione nominis intelligantur, dotalis tamen prædictatu proposito, idem ius tam de vxore, quam de sponsa observare debet.*

9 *Sponsas vocabulo Hispano propria significatione appellantur quoq;, los que son casados, licet non dicantur velados, & inter eos dicitur esse matrimonium ante velationem.*

10 *Mulier sponsata iure quoq; eos dicitur maritata.*

11 *Vxor à sponsa quid differat.*

12 *Maritus an dicatur ante consummationẽ matrimonij.*

13 *Leges huius regni punientes concubinas coniugatorum, locum etiam habent, si illi sint tantum desponsati.*

14 *Mulierem deprehensam in adulterio potest sponsus propria auctoritate occidere.*

15 *Nuptiarum vbi sit mentio, non sufficit nubilis ætas, sed oportet, quod matrimonium re ipsa contrahatur.*

16 *Mater per transitum ad secundas nuptias nedum amittat tutelam, vel curam legitimam, sed etiam testamentariam.*

17 *Glossa vlt. in l. omnem 6. C. ad SC. Tertull. ibi, sed Ioan. & Alciati contra intellectum.*

18 *Princeps indulgere potest, vt mater tutrix filiorũ transiens ad secundas nuptias, retineat tutelam eorum.*

19 *Mater luxuriosè viuens amittit tutelam filiorum.*

20 *Matre transeunte ad secundas nuptias, vel luxuriosè vivente, ad quem transeat tutela filiorum, & n. seq.*

21 *Legitimè stante ad tutelam, non pervenitur ad dativũ.*

22 *Pater legitimus administrator filiorum, licet secundò nubat, non perdit prædictam legitimam administrationem filiorum.*

23 *Mulieri luxuriosè viventi potest fieri interdictio bonorum per iudicem tanquam prodigæ secus in viro: quia masculus constantior & fortior est, & in eo non tantũ ardet stimulus & concupiscentia carnis, sicut in muliere, vt in n. 24. sed hoc quomodo intelligatur, declaratur in n. 25.*

26 *Mater expulsa à tutela filiorum suorum propter transitum ad secunda vota, si iterum viduetur, an possit reassumere tutelam filiorum suorum.*

27 *Tutorem idoneum pupilli tunc dicuntur non habere, quando non habent ex legitimos nisi suspectos, secus verò esset, si ali essent tutores testamentarij, quia tunc matre transeunte ad secundas nuptias, tutela patius rediret ad eos, si essent sufficientes, quam ad matrem iterum viduam effectam, vt in n. 28.*

29 *Bona matris & mariti cum ea contrahentis secundum matrimonium, sunt tacitè hypothecata pro reddenda ratione tutelæ filiorum prioris matrimonij: sed hoc locum habet, quando mater administravit bona filiorum tanquam eorum tutrix, secus alias, vt in n. 30.*

CAPUT IX.

De matre transeunte ad secundas nuptias, quod amittat tutelam filiorum.

MAtre tutrice filiorum nubente, † judex loci, vbi 1
hoc contigerit, statim debet eos à sua tutela & potestate extrahere, consanguineoque eorum proximiori viro probo, & suspicione carenti, atque alias à jure non prohibito tradere, & bonam matris, quam viri eam in vxorem ducentis sunt obligata filiis pro debito tutelæ. Ita disponit regia *l. 5. tit. 16. part. 6.* incipiens, *Casando la madre, &c.* concordans cum auth. *sacramentum, C. quando mul. tut. officio fungi poss. & l. fin. tit. 7. lib. 5. fori.*

Ex quibus

Ex quibus juribus hoc probant & tenent plures Doct. quos citat Bac. *de decim. tut. c. 4. n. 51.*

2 In primis eum † nostra lex dicit: *Casando la madre, de mientra sus hijos touiesse en guarda, &c.* hic habemus legem probantem opinionem Speculatoris *in tit. de tutor. §. nunc dicendum, in vers. quod si nondum, num. 3. & 4.* tenentis, quod mater contractis sponsalibus, licet non admittatur ad petendam tutelam, eam tamen, quam prius habebat, non amittit, cujus opinionem sequitur Salice. *in d. auth. sacramentum, colu. penult. vers. quæro, an contractus, & alios allegans Cassaneu. in consuetud. Burg. rub. 6. §. 8. in princip. num. 2.* Unde secundum eundem Speculatorem, licet mulier vadat ad judicem, & dicat, se velle nubere, non ex hoc statim desinit esse tutrix, cum leges dicant, quod contractis nuptiis expellatur, non vero dicant, cum animum nubendi habuerit, & pœnæ sunt molliendæ, non vero extendendæ, *vt in l. interp. ff. de pœn. cum simil.*

Contrariam tamen sententiam in utroque tenebat expresse Bart. *in l. si quis sub conditione, n. 28. ff. de testam. tut. quem sequitur Bald. in l. omnem. n. 30. C. ad Tert.* limitans, nisi simulate mater dixerit, se velle transire ad secundas nuptias, *sequitur etiam Lucas de Penna in l. mulieres, 1. col. in vers. sed cum mulier, C. de incol. lib. 10. & voluit Dec. in 2. a. parte, cl. 2. n. 6. de appellat.* ubi alios allegat ad hoc, quod mater statim, quod vadit ad judicem, & dicit, se velle nubere, desinit esse tutrix, non tamen agit, an habeat locum pœnitentia, sed Bart. sequitur Gozad. *cons. 54. n. 8.* & Tiraq. *de causa cessant. limitat. 19. n. 10.* Et quod mater per declarationem, quod vult transire ad secundas nuptias, debeat tutela privari, aut ad eam non debeat admitti, cum Matth. de Afflict. tenet Cassan. *ubi sup. §. 8. in princ. nu. 25.*

Nihilominus tamen prima opinio Speculatoris & sequacium jure communi & Regio verior est, & tenenda in judicando, & consulendo, ex *d. authen. sacramentum, & in corpore, unde sumitur*, ibi contractis secundis nuptiis expelli eam à tutela convenit, hoc est, si contraxerit secundas nuptias, & non alias, quia ablativus absolutus importat conditionem, *l. a testatore cum simil. ff. de condit. & demonstrat.* Eodem modo expendo *l. nostram Reg. ibi, Casando la madre, &c.* Ergo ante quam nuptiæ contrahantur, mater non perdit tutelam, licet vadat ad judicem, & petat tutorem filiis, dicens, se velle nubere, quia non sufficit ad hoc voluntas, & animus nubendi, sed requiritur, quod nuptiæ cum effectu sequantur. Unde nec sponsalia de futuro excludunt matrem à tutela filiorum, quousque nuptiæ revera contrahantur. Hoc namque modo intelligo opinionem Speculato. & Salycet. *ubi supra.* ut constat ex ejus dictis: & ita merito opinionem Speculatoris & Salycet. adversus Bart. sequitur, dicens, sibi videri justam, nempe ut habeat locum pœnitentia. Matth. de Afflict. *in constitut. regni Siciliæ, lib. 3. verb. honorem, num. 10.* & in eam inclinavit Senatus Neapolit. *secundum eundem, decis. Neapol. 357. n. 3. & 4.* cæmq; sequitur adversus Bart. & alios Boer. *decis. 266. n. 4.* dicẽs, quod videtur magis æqua, & quod magis placet, & Sylva nuptial. *lib. 2. in vers. ampliant. 1. n. 50.* Gregor. Lopez sic intelligens speculatorem, scili. contractis sponsalib. de futuro, *in l. 5. tit. 16. partita. 6. gl. 1. & Menoch. lib. 2. de arbitrariis judic. centur. 2. casu 151. n. 7. & Anton. Peagius de tutor. & curator. quæst. ultima. num. 29.* ubi quod hæc sponsalia de futuro contracta impediunt susceptionem tutelæ, *arg. l. oratio. ff. de sponsal. & l. si uxor. de adult.*

3 Quod si in † specie Bartoli mater fecisset dari liberis alium tutorem, non recuperaret tutelam, etiamsi mutato consilio non nubat, *secundum Bald. & alios, quos refert & sequitur Bacc. de decim. tut. c. 4. n. 12.* & hoc casu limitanda veniunt superiora, & salvari potest opinio Bartol, contraria, alias non tenenda, eandem opinionem Bald. alios allegans sequitur Boer. *decis. 266. n. 4.*

4 Imo scribit † Roman. *singul. 229. in fine, quod mater, &c.* Mulierem contractis sponsalibus, & matrimonio, nondum tamen traductione facta ad domum mariti, tutelã non amittere, & cum eo transit Sylu. *nupt. ubi sup. num. 30.* qui ita ex facto Mediolani evenisse scribit. *Sequitur Goz. ad dict. cons. 18. num. 4. & Nicolaus de Ubald. de succ. ab intest. 2. part. n. 21. & Boer. alias plures citans dicta decis. 266. num. 5.* qui hoc intelligit verum, nisi matrimonium fuerit consummatum ante traductionem, dicens, hanc esse benigniorem, & de jure veriorem opinionem, cum qua transit Menoch. *de casu 1. n. 8.* & pro hac sententia allegatur text. *in l. sancimus la 2. C. de nupt. ibi, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas*, ubi probatur, quod facta mentione nuptiarum in quocunque pacto, non aliter conditio est implenda, vel non extenuanda, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas.

Contraria tamen opinio est vera & tenenda in praxi, non solum jure communi attento, sed etiam & procul dubio, secundum jus nostrum Regium. Primo, quia cũ contractis secundis nuptiis mater amittat tutelam filiorum, *ut in juribus supra allegatis*, eam amittere debet mater, quæ sponsalia de præsenti per verba, verum consensum exprimentia, contraxerit coram parocho, & testibus, juxta decisionem sacrosancti Concilii Tridentini *sessione 24. c. 1.* de reformatione matrimonii, etiam † ante 5
copulam, & traductionem ad domum, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit, *ut in l. nuptias cum simil. ff. de regu. jur. ubi Philip. Dec. num. 1.* not. ex ea. leg. quod consensus facit matrimonium, non concubitus & citat ad idem text. *in auth. de nupt. §. nuptias itaq; collatio. 4. & in auth. quib. mod. natur. effic. antur legitim. §. illud. & in l. fi. in princip. C. de re jud.* solo namque consensu matrimonium contrahitur. *c. cum locum, de sponsalib. c. sufficit, & c. matrimonium, cum similib. 27. q. 2.*

Secundo, † quia sponsus & sponsa de præsenti revera 6
vir & uxor dici possunt, quia vere inter eos est matrimonium contractum per verba de præsenti, *cap. ultimo, in fin. de sponsa duorum. c. 1. cum locum, c. 2. ne, c. 2. ua, de sponsal. & in cap. si inter virum, eod. tit. lib. 2. in fin. tit. 1. part. 4.* ubi probat tex. impropric hæc dicti sponsalia, sed verum potius & legitimum matrimonium, *& in d. cap. 1. sessione 24. concilii Trident.* per quæ jura ita tenet Matien. *in l. 8. gl. 1. n. 4. tit. 1. & in l. 4. gl. 1. n. 2. tit. 2. lib. 5. nov. 2. collect. Reg.*

Hinc est, † ut matrimonium per verba de præ- 7
senti contractum præferatur secundo matrimonio, etiam secuta copula consummato, *text. in cap fin. de sponsa duorum.*

Tertio hæc † eadem pars probatur optime *ex l. non si-* 8
ne 5. C. de bon. quæ lib. ibi, quamvis ergo significatione nominis mariti vel uxor possit captum matrimonium intelligatur, & ibi de dotali prædio tradita proposito idem jus, tam de uxore, quam de sponsa observare arbitratus sit: ex quo textu, dum æquiparat uxorem, & sponsam de præsenti, inquit Curt. Junior *in l. 1. n. 9. C. unde vir & uxor*, esse communem opinionem, quod ille textus habeat locum in sponsa de præsenti.

Quarto facit, † nam vocabulo nostro Hispano propria 9
significatione sponsati appellantur quoq; *casados*, licet non dicantur *velados*, & inter eos dicitur esse matrimonium ante velationem. *ut in d. l. 2. in fin. tit. 1. & in l. 26. tit. 11. partita 4.* & nominatim notat Joan. Lup. Decanus Segovien. *in tract. de legit. & matrim. col. 2. Matienc. ubi supra in d. l. 4. gl. 1. n. 2. tit. 2. & Avend. resp. 10. num. 4.* dicens, quod cum dependeat à jure, quis dicatur, *casado* & non consuetudine vulgi, sufficit, quod sponsatus dicatur *casado*, per jura hujus Regni. Nam & jure communi mulier sponsata per verba de præsenti, dicitur maritata,

10 *ut notat* † *Guili. Benedict. in c. Raynutius, verbo, duas, el 1. n. 161. de testam.* & probatur *in d. l. non sine, in verbis.* & decisione text. supra relatis. Et ita licet homines, communiter loquendo de uxore, uxorem ab † sponsa, quæ consensum conjugalem de præsenti præstitit, in hoc solum distinguant, quod sponsa ante benedictionem nuptialem appellatur, postea vero uxor, & non solum homines vulgares sic distinguunt, sed etiam Pontifices ita distinguunt uxorem ab sponsa, ut patet ex text. *in c. ex publico, de conversi. conjugat.* Sed revera hujusmodi sponsæ uxores dicuntur propriè & vere, ut elegantissimè divus Hieronymus ostendit *lib. 6. de perpet. virginit. beata Maria Virginis, adversus Evidium.* Et ad hoc propositum congerit etiam multa Gratian. 27. *q. 2. ut refert Petrus de Ledesma, de matrimon. q. 63. artic. 1. pag. 91. column. 1.*

Neque obstat secundum Avenda. *nbi supra numer. 5.* quod notat Anchar. *in capit. 1. de consist.* quem sequitur Hippol. *cons. 61. n. 4.* dicens, quod appellatione nuptæ, vel matrimonij, non venit sponsa de præsenti, quia illud est verum attento sermone Latino, secus in sermone Hispano: Sed melius responderet Avenda, si diceret, non esse veram hanc Anchara. opinionem, ut patet ex modo proximè dictis.

Similiter ex eisdem non videtur vera altera ejusdem Petri Anchar. doctrina, qui *cons. 81. n. 8. ad fin.* (& *volunt Lucas de Penna in l. fin. C. de inoffic. lib. 10. & Cassan. in consuet. Burg. in rubr. 4. §. 1. n. 1.*) tenuit, quod † verbum, *maritus*, & de jure communi & secundum communem usum loquendi debet intelligi consummato matrimonio. Nam ante talem confirmationem jura appellant sponsum, & sponsam, & non maritum, & uxorem, *ut patet in toto tit. de sponsal. quos ad hoc refert & sequitur idem Avenda in sua dictionario, verb. otorgamos, in fin.* nisi prædictam doctrinam Anchara. & sequacium salvemus intelligendo eas. quando ex mente disponentium in materia, de qua agitur, id constat, aut apparet, hoc est, secundum subjectam materiam, juxta quam verba regulariter sunt intelligenda, *l. bono, cum simil. ff. locat.* nempe, ut appellatione nuptæ vel maritæ non veniat sponsa de præsenti, ut quia ei quid rare, vel convenire non possit dispositio, quia disponentes voluerunt inter eas differentiam constituere, & hoc casu verè sint, & rectè procedant prædictæ duæ doctrinæ Anchar. & sequacium, scil. quoties in materia, de qua agitur, est diversa ratio inter maritaram, & sponsam de præsenti. Ceterum eadem ratio prohibitionis militat in sponsa de præsenti, quæ in uxore, idem jus in utraque servandum est, *arg. l. aliud, cum simil. ff. ad l. Aquil.* Et quia, cum quid prohibetur, censetur prohibitum omne illud, per quod pervenitur ad illud, subsistente eadem ratione, *l. oratio. ff. de sponsal.* ubi loquitur in oratione Imperatorum Antonii, & Commodi, quæ quasdam nuptias in persona Senatorum inhibuit, & licet de sponsalib, nihil locuta est. rectè tamen dicitur etiam sponsalia comprehendere, ut sint nullius momenti ipso jure, ut suppleatur, quod orationi deest. Idem probat text. *in l. si quis tutor, versic. quamvis, ff. de ritu nupt.* ubi inquit text. quamvis verbis orationis cautum est, ne uxorem tutor pupillam suam ducat, tamen intelligendum, ne de sponsa quidem posse. Ex quibus juribus communiter notatur regula prædicta, quod cum quid prohibetur, prohibitum censetur omne illud, per quod pervenitur ad illud, quia prohibito matrimonio censentur etiam sponsalia prohibita, quia per ea pervenitur ad matrimonium, quia subsistit eadem ratio, secus si diversa militaret inter matrimonium, & sponsalia, *ut late probavimus in nostro tract. de juramento confirmatorio, 2. par. c. 51. n. 9. 10. & 11.*

At in proposito nostræ quæstionis, de qua agimus, matris tutricis filiorum sponsalia de præsenti contrahentis eadem ratio prohibitionis nuptiarum, de qua *in d. l. 4.* ubi: *Es la razon por que defendemos que no case demientra que los mocos tuvieren en guarda es esta. Por que podria acaescer que por el gran amor que auria a su marido que tomasse de nuevo non guardaria tan bien las personas, nin los bienes de los mocos: o faria alguna cosa, que se tornaria en gran danno dellos*, militat (ut omnibus patet) in matre contrahēte secunda sponsalia per verba de præsenti coram parocho & testibus, juxta formā Concilii Tridentini, quæ in maritata. Imo fortior in sponsa de præsenti ante consummationem matrimonii videtur adesse ratio, cum amor inter sponsos ut plurimum ardentior sit.

Sic videmus, † quod leges nostri regni punientes concubinas uxoratorum, locum etiam habent, etiamsi illis sint tantum desponsati per verba de præsenti, quod apud nos ita esse judicandum testatur *l. 12 styli. secundum Avend. de responsio. 10. num. 5.* 13

Sic etiam † sponsam per verba de præsenti in adulterio deprehensam potest sponsus propria auctoritate occidere, sicut & maritus uxorem, *l. 2. tit. 20. lib. 8. novæ collect. Reg.* ubi dicemus Deo volente. 14

Quinto pro eadem parte veriori, † & tenenda expendo in terminis prima verba nostræ *l. 5. tit. 16. par. 6. ibi, Casando la madre, &c.* non enim loquitur de nuptiis, sicut loquitur *d. auth. sacramentum*, hoc est, *de las bodas*, quia non dicit, *si contraxerit segundas bodas*, quasi hoc referendum esset ad populum, & traductionem ad domum, sed dicit, *Casando*; at *Casar* matrimonium propriè significat, ut supr. probavimus jure cōj, & Regio. Eodem modo & phrasi loquendi utitur l. 4. præcedens, ut patet ibi, *si pro metiere en mano, &c. que no casara.* 15

Sexto & ultimo hanc sententiam eo inconcusso, & fortissimo fundamento probo, quia ratio, quare mater tutrix filiorum † prohibetur secundas contrahere nuptias, est, quam prædiximus ex *d. l. 4. Regia*, sed illa ratio potissimum & præsertim convincit, idem esse statim contracto matrimonio per verba de præsenti ante copulā, & traductionem ad domum, ut patet ex illis verbis: *Por el gran amor que auria a su marido que tomasse de nuevo.* Hæc namq; lex tantum considerat amorem maximum, quem suscipit mulier erga maritum, quem de novo recipit: *Tan si solo recibiesse de nuevo por marido basta para que perdia la madre la tutela de su hijos que antes tenia, y no se requiere copula, ni traduction ad domum. y en el desposorio por palabras de presente su recibe el uno al otro por esposo y marido, es esposa y muger*, & quod nostra lex *supr.* loquatur in casu *l. 4.* præcedentis, patet ex eadem l. 5. ibi, *segun dixi mas en la leyantes desta*, ex ratione autem in l. expressa ejus dispositio regulanda ac declaranda est, ac si ita expresse dispositum esset, *juxta late à nobis adducta lib. 3. tract. q. 17. nu. 78. cum pluribus seqq.* 16

Et ne auctoritate careamus (præterquam, quod ex prædictis fundamentis jam claret veritas hujus opinionis) hanc nostram sententiam *sup.* fundatam contra Romanum & sequaces voluit Spec. *ubi supr. n. 5* dum loquitur, quando mater nondum contraxit matrimonium, sed sponsalia, *ut C. de bon. quæ lib. non sine, ibi, post cœptum matrimonium, &c. & l. oratio. ff. de sponsal.* per sponsalia n. initiatur matrimonium, *ut ibi, & in c. cum initiatur 27. q. 1. hæc sunt verba Spec. ubi sup.* Ex quib. primo illud expresse colligitur, nempe loqui manifeste Specul. in matre contrahente sponsalia de futuro, prout eum intelligit clare Greg. Lopez. *ubi supra.* Secundo deducit Speculator in prædictis verbis innuere à contrario sensu, secus esse in matre sponsalia de præsenti contrahente. nempe ut hæc tutelam, quam habet filiorum, amittat, copula, vel traductione ad domum minime exspectata, cum indistincte loquatur Speculator, quem sensum tacitum etiam recipit, habet Gregorius Lopez, *ubi supra*, atque expresse

presse ita intelligit Speculatorem, *ubi supr.* & tenet hanc opinionem Guiliel. Benedict. *in c. Raynutius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, n. 82. de testam.* tametsi Boer. *ubi supra*, alleget Speculatorem, *ubi supr.* pro prima opinione contraria, quam ipse postalios, quos ibi pro ea citat, tenet, & defendit, ut prædiximus, & dicat, quod Guiliel. Benedict. dum citat Speculat. pro hac 2. parte male eum vidit: meo tamen judicio melius illum vidit & intellexit Guiliel. Benedict, quam Boer. ut patet ex verbis formalibus Speculator. modo fideliter relatis, quæ licet præcedant allegationem de Speculato, factam per Boer. *ubi supr.* tamen in *nu. 4.* statim sequenti Speculator (quē citat Boer.) loquitur successive, & sic contractis sponsalibus, de quibus supra locutus fuit, nempe de futuro.

Sed & hanc secundam partem ut veriorem probavit Bart. *in d. auth. sacramentum, n. 3. ubi, idem puto, & Baldus in Lomnem, vers. quæro, quid si sit amulier, n. 10. C. ad Tertul. idem Bald. consil. 268. ex ore mater, quæ transit ad secunda vota, vol. 4.* ubi etiam tenet, privari successione filiorum, etiamsi petierit tutorem eam secundam sententiam Anton. Piagius *in tract. de tutor. & curator. quæst. final, n. 29. in versic. declara*, & hæc sententia longe verior est. & tenenda meo judicio, tam in puncto juris, quam in praxi: qua retenta non obstat, *l. sancimus (. de nupt.* supra in contrariū adducta, quia nihil contra nos probat in hac parte, imo si rectè expendatur, pro nobis facit, & contra adversam opinionem. Hoc namq; solum intendit, & expresse decidit, scilicet, quod ibi in quocunque pacto fit mentio nuptiarū, non sufficit nubilis ætas, sed oportet, quod matrimonium re ipsa contrahatur, secundum Baldum ibi, vel secundum Salycet. quod conditio nuptiarū impletur per actum, & rem ipsam, non per habitum, & potentiam, ut patet ibi, *nisi ipsa nuptiarum accedat fictivitas*, junctis verbis statim sequentibus, & non esse tempus inspiciendum, in quo nuptiarum ætas, vel fœminis post 12. annum accesserit, vel masculis post 14. annum completum, sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. Itaque non sufficit habitus in prædicta specie pacti ad matrimoniū contrahendum, & sic ætas legitima, sed quod vota nuptiarum re ipsa procedant. Ergo secutis re ipsa verbis de præsenti inter sponsos solemniter verum matrimonium facientibus, indubium est, pactum adimpleri, & sic habemus intentum, & quod ita interpretandus & intelligendus sit textus ille, non vero quod requiratur copula, seu traductio ad domum, præterquā quod ex jus litera patet, probatur ex decisione dictæ leg. *non sine, C. de bon. quæ lib.* ubi probat text. quod proposito tractatu de dotali prædio, idem jus tam de uxore, quam de sponsa observandum est, sed & eadem nostræ sententia probatur quoq; *ex d. l. 5. tit. 16. partit. 6. ibi, deue sacar los mocos luego de su guarda*, ubi probatur, matrem transeuntem ad 2. vota statim ipso jure amittere tutelam, vel curam legitimam filiorum, & ex text. *in auth. ut sine prohib. matr.* ibi, *mox tamē*, ut secundas contraxerit nuptias, repente expelli à tutela, *& in auth. de nupt. §. sive autem tutelam, collatio. 4. & ibi Ang. in gl. fin.* Et hæc est magis communis opinio, ut relol vimus *supr. 2. præcedenti, n. 88.* & Anton. Gomez. *in l. 14. Tauri n. 11. vers. item adde.* 15

Superiora omnia, † quæ habent, quod mater per transitum ad secundas nuptias amittat tutelam filiorum, nedum procedunt in tutela, vel cura legitima: sed etiam in testamentaria, cum in utraque militet eadem ratio, ne scilicet fiat præjudicium filiis, eorumque bonis secundum opinionem Joann. & Azon. relatam per gloss. ult. *in l. omnem 6. C. ad Senatusconsult. Tertul. ibi, sed Joan. & Alb. contra, &c. quam ibi sequuntur Cyn. Bar. & Bald.* & dicit communem Corne. ibidem, eamq; tenent communiter Dd. secundum Boer. *decis. 124. num. 12.* & magis communiter Dd. *secundum Carol. Ruyn. consil. 87. num. 2. volum. 5.* qui *num. 4.* dicit, prædictam glossam esse communiter approbatam, & est etiam magis communis secundum eundem Boer. *decis. 206. nu. 4.* dicit etiam communem, & tenendam in judicando & consulendo plures allegans Anton. Gom. *in l. 14. Tauri, num. 11. in vers. item adde*, est communis secundum Tellum Fernandez *in l. 60. Tauri, num. 30. & 31. sequitur eam Gregorium Lopez in d. l. 5. in gloss. sacar los mocos*, & est magis communis secundum Baec. *de decimis tutor. cap. 4. num. 51.* qui alios citat, & ampliat. ex Guid. Pap. *decis. 529.* etiamsi testator dixerit, quod sit tutrix per totam vitam, sequitur cum aliis Cassaneus *in consuet. Burgund. Rubric. 6. §. 8. in prin. num. 6.* cujus rei eam affignat in glossa prædata † rationē, 17
quod in testamento secundum hæc jura dari non potest mater tutrix, *ut in l. mater, ff. de testam. tut. nisi in casu l. fin. ff. de tutel.* nempe à Principe filiorum tutelam postulans, quam rationem glossæ Salycet. ibi declarat, dicens, quod voluit sic arguere, Mater jure isto non poterat dari tutrix in testamento, sed confirmabatur per judicem, & erat dativa, potius vero cessabat tutela per transitum ad secunda vota, sicut cessabat & legitima. Verum hanc gl. intelligentiam improbat ex duobus Carol Ruyn. *d. consil. 87. nu. 4. volum. 5.* ubi aliam assignat, dicens, glossam hoc voluisse dicere in sua ratione, nempe quod ideo tutela matris finiebatur ipso jure per transitum ad secunda vota, quia mater non poterat illo jure dari tutrix in testamento, quasi dicat, quod ab illo jure tantum hodie sit recessum durante matris viduitate, & quod remanet talvum, postquam definit esse vidua, quia jure cautum non reperitur, quod post secundas nuptias à jure antiquo recedatur, & propterea, dum glossa dicit, quod isto jure non poterat mater dari tutrix in testamento, sensit, quod etiam dictum jus duret adhuc in casibus, in quibus ab illo non est recessum expresse, prout ab eo non invenitur recessum post contractum secundum matrimonium: & hoc modo exponenda atque intelligenda est ratio prædictæ gloss. & si ipsa id ita non aperiat. Utcunque sit, ejus opinio in quantum remanet cum sententia Ioan. & Azon. verissima est, atque communis, & tenenda, scil. quod mater tutrix filiorum testamentaria per transitum ad secunda vota amittit tutelam prædictam testamentariam.

Cautela tamen est ad hoc, † quod mater, quæ transit 18
ad secundas nuptias, possit hoc non obstante retinere tutelam filiorum, nempe, ut porrigat preces Principi, ut concedat sibi, ut tutelam filiorum possit retinere, hoc namque princeps facere potest. *Secundum Carol. Ruyn. consil. 125. est primo videndum, in princip. lib. 5. quem refert & sequitur Ant. Piagius de tutor. & curat. q. fin. n. 30.*

Procedit † etiam decisio nostræ *l. Regia. & d. auth. sa-* 19
cramentum, quæ habet, ut mater per transitum ad secundas nuptias amittat tutelam filiorum, in matre luxuriose vivente, licet non transierit ad secundas nuptias, ea enim ita amittit tutelam filiorum, ac si secundas contraxisset nuptias, *l. fin. C. quando mul. tut. offic. fung. poss. ibi, sed pudicitiam suam intactam conservet, ita tenet gl. ind. auth. sacramentum, verbo, a tutela, quam ibi sequuntur Bart. Salycet. & communiter Dd. idem Bart. in l. si quis sub conditione, n. 26. ff. de testam. tut. Palat. Rub. in repetitione rubricæ de donat. inter vir. & uxor. §. 67. n. 10. Greg. Lop. in l. 4. in gl. madre, ibi, item intellige, titu. 16. partita. 6. Aviles in proœmio c. prat. n. 41. Cassaneus in consuet. Burg. rubr. 6. §. 8 in pr. n. 3.* est communis, *secundū Anton. Gom. in l. 14. Tauri, nu. 13.* ubi alios allegat, & aliis argumentis comprobat & citat, *l. si præsumo 9. titu. 16. part. 6. ibi, solo que sea buena muger, e de recado* sequitur Andr. Gail. *in pract. observ. lib. 2. observ. 98. n. 16.* est communis etiam. & lege Lusitaniæ probata, *secundū Mulin. Theolog. de justi-*

tia & jure, secundo tractatu, disputatione 220. colum. 1358. ibi, an vero.

20 Nunc vero disserendum est, † ad quos redeat tutela, vel cura matris transeuntis ad secundas nuptias, vel luxuriosè viventis? Et ad dativum redire adinstar ejus, qui in locum suspecti, vel remoti datur, *argum. d. l. si quis sub conditione ff. de testam. tutel.* tenuit glos. ultima *in d. auth. sacramentum, C. quando mulier tutor. officio fung. poss.* præcipue cum ipsa mater transiens ad secundas nuptias debeat petere tutorem filiis, *ut in auth. de nupt. §. si autem tutelam, collatione 4. & in l. omnem, C. ad Tertull.* sitque in arbitrio judicis eum dare, quem mater nominaverit, debeatq; dare, quem magis pupillis expedire judicaverit, *ut supra alio capite resolvimus.* Hanc opinionem gl. *d. auth. sacramentum* sequuntur Cyn. Alber. Ioan. Faber, & Angel. *in d. auth. matri & aviæ. C. eodem tit.* et q; communis, *secundum Alber. ibid. in vers. expeditus quæstionib. prout eum ad hoc refert Greg. Lopez. in d. l. 5. in gloss. al mas cercano, tit. 16. part. 6.*

21 Sed † contra hanc opinionem facit regula communis, & vera, quæ habet in hac materia, quod do nec reperiatur legitimus, non pervenitur ad dativum, *ut in l. si tutor reipublicæ. §. 1. ff. de tutel. & rat. distr. & in l. non solum, §. si libertus. ff. de excusa. tutor.* & patet ex ordine tit. ff. de instit.

Quæstio est difficilis, & cum semel olim contigisset pro tutela filiæ Bernardini Comitis Marcianæ, fuit commissa Bononiæ quatuor Doctoribus, nempe Ricard. de Malumbre, Jacob. de Beluiso, Jacob. Butrigario, & Raynerio de Forlivio, qui fuerunt discordes, duo n. tenuerunt, quod locus erat tutori dativo, cum gl. *ubi supr.* alii vero, quod legitimo, *ut refert Bar. in d. auth. sacramentum, & in d. l. si sub conditione, n. 27.* ubi his opinionibus omissis, ipse in hunc modum distingmit, scil.

Primo, quod si mater nunquam assumsit tutelam, sed vadit ad judicem, & dicit, *nolo esse tutrix, & peto tutorem dari filio meo*, & tunc non est dubium, quod defertur tutela legitimo. *ex l. 2. ff. qui per. tut.*

Secundo, quando mater assumsit tutelam, & postea desiit esse tutrix, vadens ad judicem, dicens, *ego intendo transire ad secunda vota, detis tutorem filio meo*, & tunc est locus tutori dativo, & in hac specie loquitur gl. ultima, *d. auth. sacramentum.*

Tertio, quando mater non curaret de judice, nec de filiis, sed simpliciter ad secunda vota tranfivit, tunc ipso jure, per legem, non vero per judicem desinit esse tutrix, *ut in d. authen. sacramentum.* & tunc devenitur ad legitimum tutorem, non vero ad dativum, *ut in d. l. si quis sub conditione*, hanc distinctionem Bartoli sequuntur *in dict. auth. sacramentum*, Baldus *columna 1.* Salyc. *2. & 3. colu.* & eos referens Anton. Gomez. *in l. 14. Tauri, num. 12.* & Paulus de Castr. *consil. 127. ex capite, num. 2.* & Villalob. *in suo erario commun. opin. lit. T. nu. 133.* Et hæc opinio est etiam communis secundum Greg. Lopez. *in d. l. 5. in gl. al mas cercano, ad medium, ubi, non videtur recedendum ab opinione Bart.* quæ etiam est communis. Eandē quoque communem dicit Hieron. Gabr. qui eam sequitur, *consil. 27. n. 2. ubi citat Rom. consil. 125. vol. 5. & Bero. q. 66. eandem sequitur Anton. Piagius de tutoribus & curatorib. q. 9. n. 9.* ubi *n. 10.* ait, quod deficiente legitimo tutore, servanda est distinctio supra posita, quoad testamentarios tutores, de qua supra egimus, *c. 3. in vers. rursus observandum erit*, & hæc de jure communi.

Jure autem nostro Regio per *d. l. 5. tit. 16. partita 6.* videtur reprobata opinio glos. *in d. auth. sacramentum*, & sic probata opinio Alberic. Jacob. Butrig. & Raynerii, nempe, quod in prædicta specie non sit locus tutelæ dativæ, sed legitimæ indistincte. Inquit namque les Regia, *Casandola madre, de mientra que sus hijos tuuiessen guarda segun dixímos en la leyante desta, el tuez del lugar do*

acaescere, deue sacar los mocos luego de su guarda, e de su poder, e dar los a alguno de sus parientes de los mocos al mas cercano que omere que sea omebueno, e sin sospecha, &c. Ecce legem indistincte decidentem, quod transeunte matre tutrice filiorum ad secundas nuptias, tutela debet dari legitimo, hoc est, consanguineo propinquiori pupillorum. Ergo cum ipsa lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, *juxta jura vulgaria.*

Sed re maturius considerata videtur, quod hæc nostra lex Regia solum loquatur in tertio casu distinctionis Bartoli, nempe, quando mulier, hoc est, mater nupsit, secundo simpliciter non adeundo judicem, quia non exprimit illum casum, ubi prius petiit tutorem ordinari, *ut in d. aut. de nuptiis, §. si autem tutelam.* Imo ex prædictis verbis patet, quod loquitur de ea matre, quæ non dato tutore filiis transit ad secunda vota, dum dicit, *de mientra que tuuiesse sus hijos en guarda.*

Quando vero mater, antequam transiret ad secundas nuptias, ivit ad judicem, & petiit tutorem filio suo dari, habet locum ratio, quæ ponitur *in d. l. si quis sub conditione, & in l. 5. §. quæri potest ff. de legit. tutor.* & sic est locus dativo. Cum enim factum judicis duret in hac specie in tutela renovenda, in eaq; durent reliquiæ priotis tutelæ, & non desiit mater tali casu ipso jure esse tutrix, antequam tutor alius detur, merito, ut quamdiu ipsa est tutrix, non sit locus legitimo, neq; postea, quia iste, qui datur a judice, subrogatur loco matris, quæ alios legitimos excludit, & sic cum subrogatus in hoc casu assumat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, *ut latius declarat Salyc. in d. aut. sacramentum.* Videtur, quod debeat limitari d. l. Regia, cum ipsa non loquatur in hac specie, sed in priori, nempe, quando mater tutrix filiorum simpliciter non petito tutore, nec judice super hoc adito, transivit ad secundas nuptias, quo casu cum ipso jure statim amittat tutelam, merito, ut ad legitimos deferatur, hoc est, ad proximiorem idoneum, ut in ipsa l. Regia cavetur, & disponitur: secus vero, quando mater ivit ad judicem, & dixit, se intendere ad secundas nuptias transire, adeoque petiit tutorem filiis suis dari, qui casus a nostra l. Regia omittitur, vel saltem in eo expresse non loquitur, ideo remanere debet sub dispositione juris communis, nempe, ut sit locus tutelæ dativæ, non vero legitimæ, juxta opinionem gl. & Bart. in hoc convenientium communiter approbatam. Ita nostram l. Regiam intelligendam & limitandam esse censet Grego. Lopez. *ibidem, in gl. al mas cercano*, quam etiam l. Regiam juxta prædictam Bartoli distinctionem dicit esse intelligendā Villalob. *ubi supr.* cum Gregor. Lopez, quem sequitur. Et recte judicio meo.

Superiora † omnia dicta de matre tutrice filiorum, 22
quod per transitum ad secundas nuptias perdat tutelam, limitanda sunt, ut non procedant in patre legitimo administratore filiorum. Is enim, licet aliud contrahat matrimonium, non tamen amittit prædictam administrationem legitimam, quia in eo cessat ratio prohibitionis, quæ in matre adest, & militat. Animus enim viri præsumitur constantior & firmior, & non subiicitur fœminæ, sicut ipsa subiicitur viro. Hanc opinionem probat text. *in l. generaliter, ad fin. C. de secundis nuptiis, ibi, negotia vero liberorum patri utiliter administrare concedimus*, quem textum ad hoc reputat sing. Angel. *in auth. de non eligendis secundo nuben. §. quia vero, collatione 9.* Secundo hoc idem probat per *l. ultimam, C. de bon. mater.* ubi pater legitimus administrator filii per transitum ad secunda vota non amittit usumfructum bonorum, quem habet in bonis filiorum: ergo per consequens nec legitimam administrationem. Tertio idem probatur extext. *in auth. de nuptiis, §. si vero spectet, in verfic. nam sic, & ille filios habens, coll. 4.* Et in terminis, quod non perdat tutelam, vel legitimam administrationem, tenet Joannes de

Imo.

Imo. *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. subst. & Phil. Corn. in l. jubemus, num. 4. Fulgos. num. 6. C. ad Trebell. Boer. decis. 266. num. 2. Anton. Gomez. in l. 14. Tauri num. 15.* & plures referens Arias Pinellus *in l. fin. num. 15. de bon. matern.* sequitur alios referens. Baec. *de decim. autorum c. 4. n. 51.* vbi pro ea allegat *l. 4. tit. 7. lib. 3. fori.* & ita est tenendum, tametsi Castan. *in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 8. n. 8. in princ.* simpliciter dicat, quod de jure pater perdit tutelam filij per transitum ad secunda vota, sicut mater: hoc enim nec verum est, nec ipse ibi hoc probat aliquo juris fundamento.

Quin imo licet mulieri † luxuriosè viventi fieri pos- 23
sit interdictio bonorum per judicem, tanquam prodigæ, quia sicut prodiga est sui corporis, ita etiam præsumitur esse rerum, *l. & mulieri, ff. de cur. furios. & ibi gl. & communiter Dd.* & declarat bene Anton. Gomez. *in d. l. 14. Tauri num. 13. in versic.* Et quod magis est: & refert alios idem tenentes Arias Pinellus *in l. fin. n. 20. C. de bon. mater.* in masculo tamen hoc locum non habet, quia licet is luxuriosè vivat, non tamen ex hoc fit sibi interdictio bonorum, quia sexus muliebris & debilior & fragilior. Vnde cum illo vitio & improba vita præsumitur, quod magis prodigaliter effundet bona sua, masculus verò constantior & fortior est, & in eo non tan- 24
tum ardet † stimulus & concupiscentia carnis. Ita tenet originaliter Specul. *in tit. de actor. colum. 5. in versic. sed vtrum masculo, n. 12. & ibi Ioan. Andr. in addit.* est que communis opinio vera & tenenda, *vt constat ex Ant. Gomez. vbi sup. n. 14.* vbi eam defendit ab impugnationibus Baldi & aliorum tenentium contrarium. Eandem priorem sententiam in masculo luxuriosè viveute, vt nō hat ei interdictio bonorum suorum, magis communem appellat Arias Pinell. *vbi sup. n. 24.*

Hæc † tamen magis communis sententia vera est, & 25
procedit in bonis propriis ipsius masculi, secus respectu bonorum filiorum, quorum pater est legitimus administrator, quia in his propter luxuriosam & inhonestam vitam, & malos mores, auferitur sibi administratio bonorum filij, non verò propriorum bonorum. Ita probat text. *in l. fin. §. minores, C. de sent. pass. ibi, nam si patria potestate ad eorumpendi arg. effundendi patrimonij licentiam abuteretur, vt furiosè ac dementi, item prodigo, libidinum, omniumq; vitiorum servio, non est eorum pecunia committenda: & ibi notant Dd. & tenet Anton. Gomez. in dicta lege 14. Tauri, numero 14. ibi, nec obstat textus, &c.*

Illa † tamen quæstio in proposito non minimam dif- 26
ficultatem habere videtur; *an si mater, quæ fuit expulsa a tutela filiorum suorum, propter transitum ad secunda vota, videtur, possit reassumere tutelam filiorum?* In qua reperio duas opiniones contrarias, sive diversas.

Prima est Speculat. *in tit. de tutel. §. nunc videndum, in vers. quid si mater, num. 7.* dicentis: quod si res est integra, & pueri nullum habent tutorem, vel habere possunt, tunc admittatur: secus si alium tutorem legitimum habent, vel habere possunt: quem sequuntur Angel. *in auth. matri & aviæ, C. quando mul. tut. offic. fungi poss. & Io. Faber in auth. sacramentum, eiusd. tituli. & Alex. in addit. ad Bart. in l. sciant, C. ad Tertull. sequitur Marant. in repetit. l. 15. potest, n. 253. de acquir. hered.*

Contrariam tamen sententiam, & sic secundam, imò quod huiusmodi mater in præmissa specie post mortem secundi viri, tutelam reassumere non possit, tenet Petr. quem sequitur Cynus *in d. auth. matri & aviæ, num. 8. & vlt. quæstione*, quia cum suspecta abierit a tutela filiorum, adhuc durat secundum ipsos ipsa suspicionis causa, propter sobolem ex secundo viro susceptam, quam verisimile est, prædiligere, & in crastinum poterit ad alia convolare vota. In eadem namq; specie delicti semel malus, semper præsumitur esse malus, *l. sicut, §. fin. ff. de accusat. in reg. semel malus, de reg. iur. in 6.* iuxta eiut communem sensum & intellectum. Hanc etiam opinionem sequitur Hypp. de Marsil. *in l. etiam si reddition, vers. patet etiam hoc, n. 6. ff. de quæst. & Masuerius in sua praxi tit. de tut. in vers. item si mater habens tutelam.* Et ita fuit decisum per Dominos Cameræ Imperialis, *secundum Mynsing. singul. observ. cent. 3. observatione 83. numero 2.* vbi addit contra Baldum, *in d. auth. sacramentum.* quod si mater deposuerit tutelam, quia sit nupturra, si tamen non nubat, possit tutelam recuperare, *secundum Salyc.* cuius opinio velut æquior est sequenda, vt affirmat ibidem Mynsing.

Has duas opiniones concordabat Raymundus, dicens, priorem procedere, quando mater non habet liberos ex secundo viro: secundam vero, quando filios ex eo habet: sed hanc concordiam meritò improbat Salyc. *in dict. authent. sacramentum, num. 3. in versic. quarò etiam ab extra.*

Quid ergò tenendum? Resolvo opinionem Specul. esse veram & tenendam; dum vult, matrem admitti in subsidium, vbi pupillus alium non habet tutorem, nec habere potest, vt probant leges ab eo allegatæ: & sic intelligendo ipsum non contradicit Petro, sed potius limitat illum. Id namque, quod Petrus dicit, nempe, *matrem nunquam admitti*, intelligi debet, nisi in subsidium, hoc est, cum alium tutorem idoneum habere non possit, quod raro evenit. Ita concordat has duas opiniones & bene Salyc. *vbi supra.* Quare potius sunt diversæ, quam contrariæ, & ipsum sequitur Boer. *decis. 266. col. fi. vers. quare alio modo*, concludens matrem, quæ per transitum ad secunda vota tutelam perdiderat liberorum primi matrimonij, resumere eam posse in subsidium, si alium idoneum tutorem non habent, vel habere non possunt, simul cum tutela liberorum secundi matrimonij. Et ad declarationem prædictam Salyc. *vbi supr.* in hoc passu lectorem remittit Greg. Lopez *in d. l. 5. in gloss. sacar los mocos, in vers. quid autem si mater*, & sic eam probare videtur, & ad Boerium, *ubi supr.* idem facit Baec. *de decim tut. cap. 4. sub numer. 52. ibi, & an recuperare possit, &c.*

Tunc autem secundum Boerium, † ubi supra, pupilli non haberent, nec habere possent tutorem idoneum, 27
quando non haberent legitimos (nisi suspectos, quamvis judicio Salyceti, *ubi supr.* Specular. sumit generaliter, nec curat, sit dativus, vel legitimus) secus vero erit, si alii essent contutores testamentarii, quia tunc potius tutela rediret ad eos, si essent sufficientes, quam ad matrem; nec alios legitimos: Cum enim adsint alii tutores testamentarii, mater transiens ad secunda vota non tenetur petere alium subrogari, sed solum judici notum facere, se velle ad secunda transire vota, & renuntiare tutelæ, ac reddere rationem administrationis contutori, *ut inquit Baldus consilio 429. puncto quæstionis, volumine 4. Dectus consilio 246. requisitus ab illustri gubernatore, in fin. num. 7.* Quinimo isto casu, quando mater est data tutrix in testamento cum aliis, quamvis perdat tutelam per transitum ad secunda vota, alii contutores remanentes administrare possunt, etiam matre non petente, si sufficientes sunt, *secundum Dd. prallegatos*, quos & alios ad hoc refert & sequitur Boer. *ubi supra ad fin. decisionis.*

Sequitur in litera nostræ legis quintæ: † *E que no sea* 28
de aquellos aquien defienden las leyes deste nuestro libro que no lo pueda ser: Scilicet *l. 14. eod. titul. 16. part. 6.* ubi late de eis agemus.

Ibi: † *Y si el tuez hallare que alguna cosa deue dar la ma-* 29
dre a los mocos por razon de sus bienes que tuuo en guarda, o por otra manera qualquier fincan por ende obligados tambien los bienes de ella, como los de aquel que caso con ella. De bonis ipsius matris id ē probat *l. 23. in vers. e aun decimos, & ibi Greg. Lopez in gloss. de los guardadores ei, & l. 26. tit. 13.*

partit. 5. in vers. Esso mismo decimos: De bonis secundi mariti est etiam expressa *d. l. 26. in d. vers. ibi: E aun de los de aquel con quien, caso fuera que aya guardador e que les den cuenta e recaudo de lo suyo*, & jure communi idem cavetur *in l. 2. C. quando mul. tut. officio fung. possit, & in l. si mater, Can quib. caus. pupp. tacit. contrah.* & ibi dicunt, cavendum esse marito contrahenti matrimonium cum vidua habente filios prioris matrimonii, & Gregor. Lopez. *in d. l. 26. in gloss. Lor de aquel*, quas leges citat etiam ad idem D. Spino. *in suo Specul. Testament. gl 29. n. 70.* & jure communi hoc etiam probat Neguſant. *de pignor. 2. part. 4. num. 19. cum sequentib.* & *Marant. de ordin. judic. 6. part. ultimo actu. num. 53.* & declarat Bolognin. *in d. l. fin. mater, in primis interpretat. & Boer. in consuet. Bituricens. tit. de jure per fin. § fin. column. 2. & in decis. Burdegal. 200. num. 2. quos refert Barr. de decim. tut. cap. 4. n. 35.* & *Anton. Plag. de tut. & cur. at. quæst. nit. num. 29.* † hoc tamen tunc locum habet, quando mater administravit bona filiorum tanquam eorum tutrix, secus alias, *secundum Bolognin. ubi supr. & Boer. quos ad hoc refert & sequitur. Barr. de decim. tut. q. 7. sub n. 16. column. 2. illium n. 1.*

SUMMARIA.

1 *Servus relictus tutor in testamento a domino filiorum suorum licet antea non fuerit manumissus, liber ex hoc efficitur, si fuerit major 25. annorum, quod si minor fuerit, licet remaneat liber, non tamen erit tutor, donec sit ætatis 25. annorum. Servus autem alienus relictus tutor filiorum, nec liber, nec tutor erit. Tutor autem à patre filiorum relictus, debet nominatim designari, ita ut possit certo sciri, qualis sit: alioqui si duo nominati sint ejusdem nominis, ita ut dignosci non possit, de quo eorum senserit testator, nullus eorum tutor erit. Ita decidit l. 7. tit. 16. part. 6. quam ad supra dicta citat Molin. Theolog. de just. & jur. in 2. tract. disput. 221. in princ.*

In textu ibi, *Fazer le libre*, concordat cum *l. quæro, § Lucius. ff. de testam. tut.* textus *in princip. Instit. qui testam. tut. dari poss. l. penult. § cum igitur, C. de necess. serv. hæred. instit.* Unde hac ratione, quod remaneat liber, tutor esse potest, non quod tanquam servus sit capax hujus officii, *ut in d. § cum igitur, uti observarunt Anton. Plag. de tut. & cur. q. 4. n. 32. vers. amplia*, ubi loquitur etiam servo relicto à domino tutore vel curatore.

Ex quibus juribus & aliis, nec non ex nostra præfata d. l. Regia 7. jam clare patet, competere servo directam libertatem in ea specie, tanquam in necessarium antecedens, *arg. l. illud. ff. de acquir. hered. & l. 2. ff. de jurisdict. omn. jud.* quasi testator, qui directo & ipso jure servum proprium tutorem fieri voluerit, etiam directam libertatem dedisse videatur, sine qua directa libertate tutela non potest competere, *l. an servili, C. eod. tit. & l. tutore. 7. & l. qui tutel. § 1. ff. de testam. tut.* Hæc est sententia Justiniani apertè probata *in d. princ. Instit. qui testam. tut. vers. sed scendum. & in l. quidam vers. 1. C. de necess. servis hered. instit.* & ante ipsum expressè idem voluit Paul. *in d. l. quæro, § ult. ff. de testam. tut. verb. vindicare*, quod refertur ad directam *l. mater § non est dubitandum, vers. aut qui ff. ad Trebell. & verius ibi: liberum ab adita hereditate, & sic diversa, l. si legato, § cum in testamento, & l. testamento manumissus. ff. de manumiss. testam. l. directis 10. C. de fideicommiss. lib. d. si nemo. ff. de regul. jur.* idemque sensit Papinianus *in dict. l. qui tutelam, §. tabi, verbis fideicommissi a contrario sensu.*

Ulpianus tamen *in d. l. si hereditas 10. § fin. vers. quid enim interest. ff. de testament. tut.* hoc casu censet, solam fideicommissariam, non vero directam libertatem competere, ut † sic servus hujusmodi, postquam ad libertatem perductus fuerit, tutor esse incipiat, *juxta tex. in d. l. qui tutela, §. 1.* idem expressius probarunt Impp. *in l. si non scripta, in princ. C. de fideicommiss. liber.* 2

Hæc antinomia JCtorum adeo ingens est, ut ingenue fateantur omnes, hæc jura prorsus contraria esse, præcipue Hottoman. & Cujacius *in d. princ.* quorum alter putat, sententiam Justiniani veriorem, alter vero contrariam aliorum Imperatorum.

Sed ex variis solutionibus ad illas jura relatis per glossas, receptior est illa, quæ distinguit inter codicillos & testamentum, *secundum Portium in d. princ. Instit. qui testam. tut. & sequitur Æquinarius*, quasi ex Codicillis non sic directa libertas vel tutela possit competere, sicut ex testamento, sed divinat hic intellectus. Ceteros intellectus glossarum refellunt Dd.

Sed & alias solutiones novas & intellectus ad illa jura pro eorum concordia assignant, *Cujac. & Hottomann. ubi supr. & Conanus lib. 2. cap. 4. num. 7. nec non & Emanuel Costa, lib. 1 select. c. 25. n. 3. 4. & 6.* quas omnes nuncupatim improbat Caldas Pereyra Lusit. *in repeti. l. si curatorem habens, super illis verbis, sine curatore constituto, num. 109. col. 2. & 3. C. de integr. restit. minor.* qui tandem *in fin. illius n. 1.* inquit, nullam in tanta difficultate conciliationem afferri, quæ recte conveniat, & ideo maturius deliberandum & cogitandum relinquit.

Ego vero censeo, non esse vexandum intellectum super hoc, sed uno verbo concludo, atque resolvo, quod

quod si Jurisconsulti antiqui, supra relati, varii atque contrarii in hoc fuerint quod libenter fateor (solent enim illi, ut ceteri homines contrarium opinari, & in diversas inter se sententias ire, & noviores antiquiores corrigere, ut passim videmus) nihilominus sententia Justiniani decidentis, in præmissa nostra specie libertatem directam competere, hodie tenenda est, correcta contraria ceterorum Imperatorum, existimantium contrarium, nempe fideicommissariam libertatem, non vero directam esse. Et ita tenet Salycet, Fulgos. Sylvest. Aldobran. Balduinus, Æguinat. Hottoman. & Mynsinger. relati per Caldas. *ubi supra, sub dict. num. 109. in versiculo, ideo omnes glossæ, ibi existimantes cum gloss. &c.* ex quibus scribentibus receptius videtur, & omnino tenendum, prævalere in hac specie directam libertatem, *esse eodem Calda, ubi supra, ibi, & ita ex scribentibus.*

Neque obstat, hoc jus non esse novum Justiniani cum prius illud introduxerit Paulus Jurisconsultus, ut constat ex dict. *leg. quæro, § final. ff. de testam. tut. supra allega.* quoniam in hac requievit animus respondendo, quod Justinianus ultimus Jurisconsultus & Imperator atque legislator sequutus est sententiam Pauli contra judicium & sententiam Ulpiani: Unde vere dici potest, eam correxisse Justinianum, approbando illam, quæ fuit Pauli: Jure quoque nostro Regio sententia Justiniani approbata est, *nostra l. 7. tit. 16. partit. 6.*

3 In text. † ibi, *Fasta que sea de la edad sobredicha*, Nota textum Regium pro ea sana doctrina, quam supra, *cap. 7. num. 34. & 35.* adduximus & defendimus, scilicet quod mater minor 25. annorum relicta tutrix filiorum suorum à marito (vel alius adultus relictus etiam tutor testamentarius) licet interim non possit tutelam exercere, neque administrare, completa tamen ætate legitima, erit tutrix vel tutor, exercebitque officium ut talis tutrix vel tutor testamentarius: interim tamen alius tutor à judice dari debet, ne pupilli eorumque bona indefensa & sine tutore remaneant, *ut ibi etiam diximus.*

4 Ex quibus † eadem declaratio applicanda est ad hanc nostram legem Regiam, nempe ut servo minore 25. annis relicto à domino tutore testamentario filiis suis, interim quod complet legitimam ætatem, & quo medio tempore tutor non est, ut in nostra leg. Regia dari debet à judice alius tutor dativus, qui interim personas & bona pupillorum tueatur, curet & administret: cessabit tamen officium hoc dativi, statim quod servus minor relictus tutor, ætatem 25. annorum compleverit, ut patet ex nostra l. ibi, *Fasta que sea de la edad sobredicha*, ut ibidem in simili quæstione matris probavimus.

5 In eadem † l. Regia, ibi, *Mas si dexa ser siervo agena, no valdria mi fera guarda dello*: Concordat cum *§ 1. Instit. qui testament. tutor. dar. possunt*, ubi ita disponitur, servus autem alienus pure inutiliter datur tutor, sed ita, cum liber erit, utiliter datur.

Sed contra hanc decisionem, imo, quod servus alienus pure tutor dari possit filiorum, utiliter facit, quia tunc tacite subintelligitur præfata conditio, cum liber erit, *ut in leg. si hereditas decimo § ultimo versiculo, quinimo ff. de testament. tutor.* ita ut per fideicommissum manumissus censeatur, & demum liber factus tutor esse incipit, *leg. 9. versic. prim. C. de fideicommiss. libert. juncta, leg. qui tutelam. § prim. ff. de testament. tutel.* Ergo necessario consequitur dationem tuteli servi alieni, sive pura, sive expressa conditione, semper utilem futuram: ac proinde nullum casum existere, in quo præfata differentia Justiniani *in dict. § prim.* possit procedere: in qua difficultate cogitandum reliquit Sylvest. ibi, *num. prim. & tertio*, & tanquam hæc jura prorsus contraria sint, sententiam Ulpiani, ut veriorem probat Hottomannus *enuntiat. quarta.*

6 Sed † omissa divinatoria conciliatione Conani, *lib. 2. cap. 4. num. 9.* & alia Contii in notis *dict. § 1.* aliter accipientis verb. *pure*, ibi aliter *dicto § fin. n.* verior interpretatio est glossi *1 dict. § 1. & dict. § ultimo, vers. cum liber.* intelligentis, conditione non expressa inutilem esse tutelæ dationem, ut valeat eo modo, quo datur, scilicet *pure*, & considerato præsenti statu, ut sic servus statim tutor esse incipiat: at vero expressa conditione, *cum liber erit*, utilis dicitur eo modo & tempore, quo datur. nempe in futurum impleta conditione, postquam servus fideicommissariam acceperit: Sic enim Jurisconsultus in *dict. leg. qui tutelam, § 1. & § nit.* & Justinianus, *in § finali quæ testament. tut. dari poss.* frustra & inutiliter datum tutorem dicunt respectu temporis præsentis, cum tamen postea, sequuto effectu idem tutor utilis efficiatur: quem intellectum & concordiam sequitur Bartol. *in dict. § final.* Alberic. *in dict. leg. si quis tutorem, in fine, eodem titulo.* Balduinus, Mynsingerus & Cujacius *in dict. principio*, concedens, hæc jura sic intellecta non esse contraria, pront eos refert & sequitur Caldas Pereyra *ubi supr. n. 110.* quibus fit, ut eodem modo, & juxta eandem distinctionem intelligenda sit decisio generalis nostræ l partitæ, quæ habet, quod servus alienus non potest relinqui tutor filiorum; quod si relinquatur, non erit tutor illorum, intelligendo hoc modo, scilicet, ut valeat eo modo, quo datur, nempe pure & considerato præsenti statu, ut sic servus statim tutor esse incipiat, non enim ita erit: sed tacite subintelligetur præfata conditio, *cum liber erit*, ita ut per fideicommissum manumissus censeatur, & demum liber factus, tutor esse incipiat, *ut in juribus supra allegatis*, ut sic jura juribus concordentur, eo potissimum, cum leges Regiæ partitarum, ut plurimum in dubio non censeantur jus commune corrigere, sed potius cum eo concordare.

In text. † ibi, *Caso acaeciesse que nombrasse a uno por guardador y quisiesse y otro que oviesse el mismo nombre, &c.* junctis finalibus verbis ejusdem, *leg.* ibi, *Esconce lo deue ser ninguno dellos*: consonat cum *l. duo sunt Titii trigesima. ff. de testament. tutel.* Periculosum enim esset pupillo, si esset ei tutor ille, doquo pater non sensit, ut inquit gloss. ultim. *ibi. sed dic ibi, in l. si quis à filio 32. § final. ff. de legat. prim. & ibi Dd.* 7

Ampliator † hæc decisio, ut procedat etiam in eo, qui aliquo futuro eventu veniret certificandus, secundum Bartolum *in lege quidam, num. 2. ff. de rebus dub.* licet valeat legatum incerte factum, quo ad personam exinde certificandam, *ut notatur in leg. prima, ff. de legat. 2. Ioann. Faber in § tutor autem, Instit. de legat.* secus tamen est in nostro casu, adeo ut in eo declarationi alterius stari non debeat. *secundum Bald. in dict. leg. quidam*, utrumque refert & sequitur Anton. Piagius *de tutor. & curator. quæst. 3. num. 46.* 8

Limitanda † tamen est eadem decisio, in tutore aut curatore incerto, à testatore relicto, & à matre conscia voluntatis testatoris declarato, hic enim omnino confirmandus est, *secundum Philipp. Cornenum consilio 210. repertorio divino numine, num. 2. libr. 3. & Anton. Piagi, d. quæst. 3. num. 47.* 9

Limitari † etiam debet & secundo, nisi ex conjecturis apparet, de quo testator senserit, ut puta propter amicitiam, quam habebat magis cum uno, quam cum alio: vel si adsint aliquæ conjecturæ, de quibus *in leg. si patronus pluribus. § final. ff. de legat. primo*, ubi si numerus nummorum legatus sit, nec apparet, quales sint legati, ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde, regio, in qua versatus est, exquirenda est, sed & mens patrisfamilias & legatarii dignitas & caritas, necessitudo item earum, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur summarum scripta, sunt expectanda: cujus textus argumento idem probat in nostra specie tutoris per 10

amicitiam, quam testator habebat, magis cum uno, quã cum alio, & propter alias conjecturas. *Bart. in dict. l. duo sunt Titii, in versiculo quæro, quomodo & Antonius Piagius ubi supra num. 48. voluit etiam Bartol. in dict. l. quidam, num. 4. ff. de reb. dub. ibi quia tunc valeret, si constaret, de quo testator senserit, ut in dicta leg. duo sunt Titii,* Pro qua limitatione facit nostra *l. Regia*, ibi, *si no pudiessen sabar ciertamente, qual dellos fuera su intencion que lo fuesse.* Ergo cum constare non possit de mente testatoris, servanda est. Constare autem de mente proprie dicitur, quando per conjecturas de ea apparet. Alias enim, si verbis exprimeretur, vel clara ejus voluntas probaretur, jam non diceretur tantum de mente constare, sed & de ejus expressa & manifesta voluntate, & quod quando sunt duo ejusdem nominis, recurrendum sit ad cõjecturas, pro specificanda persona, & in tali casu, solet etiam plurimum valere probatio, quæ fit per commune usum loquendi, de qua tradit Baldus *in leg. de quibus, num. 233. colum. 2 penultima, ff. de legibus*, quem refert, & sequitur Franciscus Caleti. *in additione ad Patianum, de probat. t. tom. c. 78. lit. X. folio 148.*

11 Sed cum † nostra lex, septima dicat, quod cum sunt duo ejusdem nominis, nullus debet esse tutor, *si non pudiessen saber ciertamente qual dellos fuera su intencion que lo fuera*, inquirendum hic erit, cui incumbat in hac specie onus probandi unum, vel aliud? Et videtur primo quod debet probari ab allegante, duos esse ejusdem nominis.

12 Pluralitas † namque nominis non præsumitur, *Socinus. consilio 28. visis testamento, num. 7. volum 3. & consilio 40. num. 7 ejusdem voluminis* & in terminis nostris cum Socin. ubi supra, ita tenet Greg. Lopez. *in dict. l. 7. in gl. onisse y otro*, inquit tamen postea ipse Gregorius, videndũ, quod in hoc notat Abb. *in capitul. cum Ioannes, de fide instrum. & Decius consil. 101. colum. 1. ad fin.* Quare pro perfecta hujus rei cognitione radicitus declarare oportet, an pluralitas nominum præsumatur, nec ne? ut hoc cognito perveniamus ad decisionem nostræ quæstionis.

13 Et † pluralitatem nominum non præsumi constat ex Abb. *in dict. cap. cum Ioannes, num. 16. in versic. sed extra, glossa quæro & Felin. in cap. auditus, sub num. 27. in versic. item in quantum, Abbas solemniter reassumit de præscript.* ubi refert Cardinalem, dicentem se obtinuisse in quo de reprobando instrumento agebatur, Nam licet testes, qui examinati dicebant se non interfuisse, vocarentur eisdem nominibus, & cognominibus, quibus scripti in testamento vocabantur, tamen subjungit, hoc non sufficere, nisi probetur amplius, scilicet, quod illi testes essent illæ, & eædẽ personæ, quæ fuerunt descriptæ. Potuerunt enim isti testes, *ut inquit Abbas ubi supra*, sibi mutare nomina, estque etiam possibile, quod tempore confecti instrumenti essent alii, qui vocarentur eisdem nominibus, qui dicto in instrumento interesse potuissent: idcirco non sufficere probare identitatem nominis, & cognominis, nisi etiam probetur, quod tempore confecti instrumenti, isti, qui nunc producuntur, vocabantur eo nomine, & quod tunc non erant alii, qui vocarentur illis nominibus. Idem sequitur Alexander *consil. 190. plura narrata, num. 33. versic. 2. respondeo volum. 6. & Felin. in d. cap. cum Ioannes, colum. 2. versic. postea signanter dicit, & Decius consil. 56. pro tenui facultate mea, sub num. 4. versic. nec obstat, quod notarius, & consil. 101. in versic. bene facit, quod dominus, colum. 2, Iason. consil. 13. videtur, volum. 2. versic. item in dicto presbytero, volum. 3. Menoch. de arbitrar. jud. libro 2. cent. 2. casu 105, num. 4. versic. præterea,* Petrus Follerius *consil. 140. præsuppono num. 15. versic. 2. libr. 1. inter consilia criminalia diversorum, quos pro hac parte citat Patianus de probation. libr. 1. cap. 48. num. 81. folio 147. & alios, Mascard. de probat. 3. tomo conclus. 1174. num. 28.*

Bald. autem *consil. 70. cum apparet de condemnatione, vel 4. inquit*, non esse necesse, ut articuletur de corporis identitate, quando non constat esse plures ejusdem nominis, quoniam ubi est nominis conformitas, ibi præsumitur corporis identitas, nisi aliter probetur: quod idem notavit Alexander *consilio 125. visis processu, num. 7. in versiculo, confirmantur præallegata. volum. 7.* ubi tradit, quod pluralitas nominis alicujus hominis, ultra quam apparet, non præsumitur. Idem tenet Paulus Castrens. *consilio 60. pro evidentia ejus, column. secund. volum. 1.* ubi dicit, quod si ostendatur unus, cui nominatio congruat, præsumitur esse illa, & quod nullus alius sit, quam ille, nisi contrarium probetur: & Iaf. *in l. eum qui, §. in popularibus, numero 15. versic. similiter in nomine, ff. de jur. jurand.* ubi inquit, quod neque in nomine hominis, neque in nomine civitatis, neque in nomine villæ præsumitur pluralitas: & ante ipsum hoc tenuit Bartol. *in leg. si rem, numero prim. in versic. nota ergo, ff. de rei vindic. & in leg. si quæ servum, §. si inter duos, in fine. ff. de legat. 2. Anton. de Butrio in cap. 2. sub num. 8. vers. in quantum dixi nomen, de libell. oblat. Abbas consil. 6. num. 12.* addens incumbere onus probandi dicenti, in aliqua cognatione vel descendentia plures ejusdem nominis existitisse, cum in nomine hominis, & minime pluralitas præsumatur, & tenent alii plurimi, quos congerit Patianus *ubi supra num. 82.* & nonnullos Mascard. *etiam ubi supra, numero 24. cum sequentibus.*

Inter has † duas opiniones sic dissidentes Aretinus, 14
consil. 105. in causa & quæstione, num. 3. in fine secundi dubii, distinguit: aut quæritur de nominibus, quæ plerunq; sunt in usu, & tunc procedit opinio, pro qua consuluit Decius *consil. 13. num. 9.* & sic prior supra posita; aut quæritur de nominibus, quæ non solent frequentari, & tunc procedit, secundã opinio, quæ distinctio videtur etiam fuisse de mente Baldi, & cum ea transit Mascard. *ubi supra num. 29.* Verum mihi non placet, cum simus in materia præsumptionis, & in dubio pluralitas nominis præsumi non debeat.

Alii † dicunt, quod prior opinio Cardinalis procedat 15
in casu valde arduo, prout est in reprobatione testamenti, & in salvando notarium à falso, in quo probationes magis exactæ requiruntur ut ait Jason sic respondendo ad Cardinal. *in consil. 34. ad motiva, num. 19. versic. & auctorsatem, volum. 1. & Felin. in dict. cap. auditis sub num. 27. versic. considerã utrum Cardinalis de præscript. & iterum Iason consil. 13. num. 23. versic. quia respondetur. volum. 3. & Natta consil. 97. volum. 1.* In criminalibus enim identitas non præsumitur, licet in civilibus præsumeretur, *ut ait Philip. Cornæus consil. 223. lit. B. volum. 3. & Aymon. Cravet. 4. consilio 224. in causa inquisit. num. 2. & Soler. d. consil. 140. num. 17. vers. & ubi alius. vol. 1. Burfat. consil. 116. ex alia n. 29. versic. rursus, identitas, volu. 1.*

Hæc tamen opinio non videtur esse tuta, quoniam in casu arduo, ubi de vita hominis agebatur, loquitur etiam Baldus, *ubi supra, dict. consil. 70.* & tamen voluit, ut corporis identitas præsumeretur, ubi nominis conformitas reperitur; cujus opinionem sequuntur plures ex supra relatis, & in causa falsi, & de reprobando testamento, hanc eandem opinionem sequutus est Gargiareus *inter consilia criminalia consil. 123. & si dubita, n. 25. versic. ultim. non obstat volum. 1. & consil. 126. suasus fui num. 102. versic. ad quintum decimum. volum. 1.* quem refert & sequitur improbans præcedentem opinionem aliorum Pacianus *ubi supra, num. 84. versic. sed ista opinio non videtur esse bene tuta.* Quid tenendum?

Articulus † hic meo judicio ita est resolvendus, quod, 16
aut constat, plures ejusdem nominis reperiri, & tunc procedit opinio Cardinal. & sequacium: & sic prima opinio, aut non constat, quod alii sic appellentur, & tunc in dubio ex nominis conformitate præsumitur corporum identitas, & alleganti pluralitatem incumbit onus id probandi. Ita distinguit respondendo ad Cardinal. Socinus *dict. consilio 28. visis testamento, num. 7. in versic. sed ad hoc respondetur, volu. 3. & Felin. in dict. c. cum Ioannes, sub num. 9. versic. in quantum dominus Cardinalis, de fide instrument. & Natta consilio 97. num. 15. volum. prim. Gargiar. dict. consil. 123. num. 25. & dict. consil. 126. num. 102. volum. 1.* ubi dicit hanc esse communem opinionem, prout *eum ad hoc refert Paci. ubi sup. nu. 85.* ubi quod hæc sententia receptior, & verior esse censetur, & procedit magis sine dubio, quando nominatus in instrumento id habet, & producit, tunc enim adest ex hoc altera, & secunda præsumtio, quod sit idem in eo contentus.

17 Hæc † itaque resolutione in genere sic suppositã, tanquam veriore, & receptiore, superest, ut eam observemus etiam in specie nostræ l. Regiæ, nempe, ut alleganti duos Titios, vel alios esse ejusdem nominis, quando non constat, quod alii sic appellentur, & sic in dubio incumbat onus probandi, duos esse ejusdem nominis: si autem constet plures esse ejusdem nominis, & cognominis, non sufficiat nominis conformitas, & identitas, nisi aliter probetur, actorem, scilicet, & sic petentem tutelam esse contentum in eo testamento *per supra dicta.*

SUMMARIA.

1 *Pater potest filio naturali herede instituto, vel extraneo patrem non habenti dare in testamento tutorem, quem (scilicet extraneum) heredem instituit, confirmari tamen debet per judicem antequam administrationem suscipiat, & num. 3. & 4.*

Tutor potest dari in testamento pure, vel ad tempus, vel sub conditione, juxta voluntatem testatoris, ut in dict. num. 1. & num. 5.

2 *Pater non potest dare tutorem in testamento filio suo spurio.*

6 *Judex tutorem dare non potest ad tempus, nec sub conditione: & num. 7. de ratione differentiæ in hoc inter testatorem, & judicem: illudque de jure intelligitur de conditione, quæ sit extra actum: secus de illa conditione, quæ tacite inest datione tutelæ, veluti, si satisfecerit, ut in num. 8.*

9 *Conditio, quæ tacite inest actui si exprimatur, nihil operatur & sic non facit actum conditionalem.*

10 *Mater etiam potest tutorem filiis suis in testamento dare ad tempus, vel sub conditione. Imo & extraneum cum minorem heredem instituit, & tutorem, vel curatorem ad tempus, vel sub conditione eidem reliquerit.*

CAPUT XI.

De tutore à patre filio naturali relicto, vel ab extraneo ei, quem heredem instituit.

1 PATER potest † filio naturali heredi instituto, vel extraneo patrem non habenti, dare in testamento tutorem, quem (scilicet extraneum) heredem instituit. Confirmari tamen debet per judicem, antequam administrationem suscipiat: item tutor potest dari in testamento pure, vel ad tempus, vel sub conditione juxta voluntatem testatoris, *ita decidit lex 8. titul. 16. part. 6.* quæ concordat, cum *l. naturali. ff. de confir. tut. & l. fin. C. eodem titul. Dost. Molin. Theolog. de Iustitia & Iur. Tract. 2. disputatione 220. colum. 1356. versic. fallit etiam & in versic. sequenti.*

2 Spurio † tamen filio non potest tutor dari in testamento per patrem, *gloss. & ibi Bart. in l. 1. ff. de testam. tut. gloss. 1. super verb. parentibus, ibi, spurio nullo modo. cum nec filius dicatur, sequitur idem Bartol. in l. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. & ibi, Ioan. Oroſe. num. 8. Greg. Lopez. in dict. l. 8. gloss. 1. ad fin.*

3 In textu † ibi, *Otrosi decimos que si algun home esta obligado en su testamento, ' por su heredero a algun huerfano estraño que le puede dar guardador en aquel mesmo testamento.* Idem probat. *l. si patruus 4. ff. de confirm. tut.* ubi † ea assignatur ratio scilicet, quia non male diceretur judicium ejus sequendum esse, qui & personam ejus, quem tutorem esse voluit, noverit & impuberem ita dilexit, ut eum heredem instituerit. Confirmari tamen debet hic tutor à judice, priusquam se ingeratur tutelæ, *ita gloss. vers. sequendum esse in dict. l. si patruus, & approbatur an dict. l. 8.* ibi, *Este guardador a tal dene ser confirmado del juez segun dixemos del otro, scilicet, del que fue dado por el padre a su hijo que ono de barragana.* 4

In † textu, ibi, *En un dezimos, que los guardadores que* 5
son escriptos en los testamentos pueden ser establecidos simplemente e a tiempo cierto o so condition segun que fuere su voluntad del fazedor del testamen. concordat cum, *§. ad certum tempus. Inst. qui testam. tut. dare poss.* hoc autem intelligendum est de tutoribus datis in testamento, *ut in dictis juribus*, hi namq; sub quacunq; conditione etiam extra actum dari possunt in testamento, Socin. Juni. consideratis verbis, *num. 5. libr.* quem ad hoc refert & sequitur Anton. Piagius *de tutor. & curator. q. 3. num. 43.*

Secus † est in tutore dato à judice, qui eum ad tem- 6
pus, nec sub conditione dare potest, *l. muto, §. 1. ff. de tutel.* ibi inquit text. *sub conditione à præsidibus provinciarum non posse dare tutorem, placet. & si datus sit nullius esse momenti dationem, & ibi Bartol. gloss. & DD. in verb. posse dari, in dicto §. ad certum, & ibi DD. Cardinal. Paris. consil. 11. cum ille infans, num. 7. lib. 2. Anton. Piagius dict. qu. 3. num. 42. versic. limita.*

Ratio † est secundum Speculat. *in tit. de tut. & gene-* 7
raliter, un. 14. & 15. quia datio tutoris est actus legitimus, qui non recipit diem, nec conditionem, *l. actus legitimus. ff. de reg. juris, sequitur Greg. Lopez, in dict. l. 8. gl. fin.* Hæc tamen ratio, licet in se vera sit, non tamen tollit difficultatem, vel saltem aliam differentiæ Rationem requirit inter testatorem, & judicem, quare hic non possit tutorem dare, ad tempus, vel sub conditione: ille vero, hoc est testator, possit, Et ideo Petrus. & Cyn. quos refert, & sequitur Bartolus. *in dict. l. muto, §. ad finem, num. prim.* eam assignat rationem differentiæ, quia factum testatoris in eo, quod defecit, potest suppleri per judicem: sed factum judicis, non debet suppleri, nisi per judicem, ideoque injungitur sibi, quod pure & perfecte det.

Hæc ratio ita explicatur: Cum enim testator dat tutorem, vel curatorem minori ad tempus, vel sub conditione, non bene providet: Unde tunc succedit provisio judicis, qui conditione nondum purificata de tutore, vel curatore providet, quamvis legitimum tutorem pupillus habeat, quia quamdiu testamentaria tutela speratur, legitima cessat, *l. si quis sub conditione in principio. ff. de testamen. tutor. & in §. 1. Inst. de Attil. tutor*, sicq; minor hoc casu nunquam repertetur, sine tutore vel curatore: At in eo, qui sub conditione per judicem datur, secus est, quia pendente conditione, minor tutore, vel curatore carebit, quod minori valde damnosum erit, cum alius sibi non provideatur, *ut cubi Angel. in dict. §. ad certum, explicat Ant. Piag. de tut. & curat. d. q. 3. num. 43.*

Quod † autem prædiximus, tutorem vel curatorem à 8
judice dari non posse sub conditione, intelligendum est, de conditione, quæ sit extra actum, secus vero erit de conditione, quæ tacite inest datione tutelæ, veluti est illa, si satisfecerit. *ut in l. muto, §. 1. ibi hanc autem adjectionem, quam præsides provinciarum faciunt, tutorem dato si satisfecerit, non conditionem in se habere, sed admonitionem: non aliter enim ei tutela committi, quam si satisfecerit, hoc est, non aliter ei gerere permittendum, quam si rem salvã fore caverit*, & ibi gl. *ver. sub conditione*, ubi alia exemplar refert, quam ibi sequitur Bart. *statim post n. 1. Dec. in c. significasti, n. 14. de elect. idẽ Dec. alios allegãs in dd. act. legit. n. 8. & 9. An. Piag. d. q. 3. n. 41.* quia condit. quæ tacite inest

ineſt actui, ſi exprimatur, nihil operatur, & ſic non facit
9 actum conditionatem, † *ſecundum Alexand. Dd. in l. qui liberos in princip. ff. de vulgar. & pupil. l. 3 & ibi Dd. ff. de legat. 1.*

10 At quod † inteſtamento tutor vel curator dari poſſit ad tempus, vel ſub conditione, non ſolum procedit in patre, de quo præſumitur, quod benefaciat, & lex multum de eo confidit, ſed etiam in matre eadem ratione: imo & in extraneo, cum eum heredem inſtituit, & tutorem vel curatorem relinquit ex ratione *l. ſi patronus, 4. ff de confirmand. tut.* & ita conſtat expreſſe ex noſtra *l. 2.* in verbis, quæ nunc explicamus in ſua generalitate, ut vere obſervavit Greg. Lopez, *glaſ. fin. ad medium in d. l. 8.*

SUMMARIA.

1 *Legitimi tutores ſunt conſanguinei proximiores pupillorum deficientibus tutoribus teſtamentariis, matre & avia, & quid debeant jurare, idem eſt decedentibus teſtamentariis in vita patris pupillorum vel ipſe mortuus impubere adhuc filio, vt num 3.*

2 *Legitimi tutores in Francia, quomodo exterminentur.*

4 *Tutor alius dari poteſt in locum tutoris teſtamentarii, qui deceſſit vel in civitate eſſe deſiit, quando duo, vel plures fuerint tutores teſtamentarii: ceterum ſi nullus ſuperſit, legitima tutela ſuccedit, hæque alii caſus ponuntur de tutore teſtamentario excuſato, & remoto, & aliis.*

5 *Nulla cura eſt legitima niſi furioſi & prodigi.*

6 *Cura non reperitur niſi una ſcilicet dativa: eſſe tamen trium nam q. curator non ſuſtinetur niſi ſubſequuta fuerit judicis confirmatio.*

7 *Curatores fatuo, dementi & mente capto non legitimi, ſed dativi aſſignantur.*

8 *Curator teſtamento relinqui non poteſt, teſtamento datus tutor in eo confirmari poteſt à judice, vt in num. 6. limitatur primo in curatore furioſi, qui teſtamento per patrem dari poteſt, & tunc non ſatisfat, vt in numer. 8. ſecundo limitatur de lure canonico, ſed hæc limitatio non eſt vera, vt in num. 9.*

10 *Legitimi tutores debent ſatisfdare: non tamen requiritur iſta ſatisfdatio ad inchoationem naſcentis officii, ſed ad exequutionem ipſius jam in eſſe producti & ideo in alia die, quam in die data tutela & in alio inſtrumento præſtari poteſt, vt in num. 11. & ibi quid jure Regio in hoc ſtatutum ſit, & num. 14. praxis in hu regnu ſervata refertur, forma ſatisfdationis, num. 12. ponitur.*

13 *Exſequutio, vt fieri poſſit in omnes fidejuſſores tutorum, cautela conceptionis inſtrumenti aſſignatur.*

15 *Tutor legitimus ante præſtitam ſatisfdationem, nec, procuratorem, neque actorem in judicio facere poteſt, nec per ſe ipſum comparere, alias proceſſus erit nullus, neque adminiſtrat, niſi tempore peritura, vel niſi forte patrimonium pupilli ſit modicum.*

16 *Mater vel avia ſuſcipientes tutelam filiorum vel nepotum ſuorum, an teneantur ſatisfdare?*

17 *Patronus ejus, liberi ſuſcipientes tutelam liberti an teneantur ſatisfdare?*

18 *Pater tutor filii emancipati an teneatur ſatisfdare?*

19 *Tutor legitimus etiam valde dives tenetur ſatisfdare.*

20 *Fidejuſſor valde idoneus ſupplet inopiam debitoris.*

21 *Satisfdationis tutelæ de ſubſtantia non eſt, quod patrimonium tutoris, vel curatoris valeat tantum, quantum facultates pupilli, vel adulti.*

22 *Fidejuſſor tutelæ debet eſſe locuples ſecundum qualitatem inventarii?*

23 *Legitimus tutor etiam ſi ſit perſona nullum ſida & honeſta adhuc ſatisfdare tenetur, niſi quando non inveniret fidejuſſores, vt in num. 24.*

25 *Tutor dativus ſatisfdare tenetur rem pupilli ſalvam fore, & num. 26. duæ limitationes aſſignantur, num. 27. ſed ibi reprobantur.*

28 *L. teſtamento, ad fin. ff. de teſtament. tut. intellectus.*

29 *Tutores plures dati à judice pro rerum exigentia, amnet ſatisfdare tenentur.*

30 *Satisfdationis omiſſio inducit nullitatem tutelæ & in num. 33. niſi in caſibus de quibus num. 32.*

31 *Tutores jurare debent, quod hic continetur. Sed an requiratur pro forma, & valore tutelæ quod tutor juret non ſolum utilia facere, & inutilia pratermittere, ſed etiam addere quod pupilli defenſionem abſque ulla dilatione ſuſcipiet, alias tutela non valeat: late agitur, d. numer. 31.*

34 *Tutor ſi non fecerit inventarium, non valet auctoritas ejus.*

35 *Juramentum tutoris requiritur pro validitate tutelæ.*

36 *Inventaris omiſſio non vitiat tutelam, neque geſta per eum.*

37 *Quæſtio promiſſionis de faciendo utilia & pratermittendo inutilia non vitiat tutelam.*

CAPUT XII.

De legitimis tutoribus.

DECEDENTE † patre ab inteſtato, vel cum teſtamento, non relicto tutore filiis ſuis, vel tutoribus relictis, decedentibus in vita ejuſdem patris, ſi filii matrem, ſeu aviam non habeant, vocantur ad tutelam eorum conſanguinei ipſorum proximiores, qui ſint in uno eodemque gradu, & hi dicuntur tutores legitimi: debent tamen præſtare idoneos fidejuſſores judici loci, quod bene & fideliter bona minorum, ipſorumque fructus adminiſtrabunt: & inſuper jurare debent, omnia ſe facturos, quæ utilitatem minorum concernant & ſint, non vero, quæ in damnum eorum vergant. Et quod fideliter perſonas & res minorum tuebuntur & conſervabunt: Si tamen pupilli matrem vel aviam habeant, ipſæ volentes præ aliis conſanguineis erunt tutrices, dummodo tutrix hæc ſit mulier bona & cauta, promittatque ad alias nuptias non tranſire & renunciet auxilio Senatusconſulti Velleiani: quod ſi mater nolit tutelam filiorum ſuſcipere, poteſt tunc avia habere tutelam nepotum. Ita ad literam cavetur *in l. 9. tit. 16. part. 6.* quæ concordat cum *l. inteſtato ff. de legitim. tut.* 1

In † Francia autem mortuis parentibus, aut uno eorum ad inſtantiam & requæſtam procuratoris Regii, citantur omnes parentis conſanguinei coram Ballivo, qui cum inquiſitione ſummaria, quæ fit per eos & vicinos inter eos præſtito per eos ſacramento in manibus judicis, quod magis idoneum ex eis eligent, eligunt proximiores, qui eſſent alias legitimi, quibus datur tutela per judicem, & hæc dicitur ibi tutela dativa, jungendo legitimam cum dativa, *teſte Caſſan. in conſuet. Burg. rubric. 6. §. 4. n. 7. fol. 215. & iterum, d. rub. 6. §. 6. num. 3.* ubi quod ex hoc inolevit in pract. quod cogunt eos tutores ſatisfdare, & quod hæc practica eſt bona. 2

In † textu ibi, *O ſi les dexaſſe guardadores e ſe murieſſen anteque el padre:* Idem obſervandum erit, ſi deceſſerint mortuo patre, impubere adhuc filio, *vt in dict. l. inteſtato, in fine ff. de legitim. tut.* ubi inquit text. idem dicemus, ſi tutor teſtamento datus adhuc filio impubere manente deceſſerit, nam tutela ejus ad agnatum revertitur: & ibi gloſſa *verb. deceſſerit*, hoc verum intelligit, cum unus ſolus erat tutor datus in teſtamento, nam ſecus eſſet, ſi plures, † *vt in l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam. tut.* Poterit tamen, ſi duo, pluresve fuerint tutores teſtamentarii, in locum ejus, qui deceſſit, vel in civitate eſſe deſiit, alius tutor dari: Ceterum ſi nullus ſuperſit, vel in civitate ſit, legitima tutela ſuccedit, *vt in verſiculo plane ejuſdem, leg.* notat Philip. Corneus, *conſilio 175. licet in præſenti litera F. in verſiculo & tunc non obſtat. lib. 103. Rotæ, de decim.* 3 4

capit. 8. numero 25. Quod ſi ſemel ad teſtamentarium devoluta ſit tutela, deinde excuſatus ſit tutor teſtamentarius, adhuc dicemus in locum excuſatialium dandum, non vero ad legitimum tutorem redire tutelam, idemque erit, ſi fuerit remotus, nam & hic idcirco abiit, ut alius detur: ſed ſi tutor teſtamento datus deceſſerit, ad legitimũ tutela redit, *vt in d. l. ſi quis ſub conditione*, Quod ſi unus fuit legitimus, & deſiit, ſequens legitimus erit tutor, quocunque modo deſinat primus, *ſecundum gloſſ. ibi vero in civitate eſſe: ubi item, quid ſi fuit legitimus, &c.* ſed in hoc diſtinguit Barto. *ibi num. 2.* ad quem & alios DD. ſe remittit Greg. Lopez *in l. 2. titu. 16. partit. 6. in gl. mas cercano*, Et de ratione differentiæ inter præductos caſus *dict. l. ſi quis ſub conditione*, agit late Cald. Pereyra *in repetitione l. ſi curatorem habens in parte ſine curatore conſtitutus, num. 114. C. de integrum reſtitutione minor.*

5 Deinde † obſervandum eſt, quod nulla cura eſt legitima, niſi furioſi. *l. de creationibus. C. de epiſc. and. l. ſcire oportet, & l. ventri. § fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his, & l. ſed & milites, & l. amiciſſimos. ff. de excuſat. tut. text. in l. fin. §. ſed cum antiquitas, in verſ. ſin autem, ibi, lex autem curatorem, utpote agnatum vocaverit. C. de curat. furioſ.* ita tenet Bartol. *in Rubrica. ff. de legat. tutor. & in authent. ut hi, qui oblig. & c. §. final. collatione 6. Alexand. in l. curatorem, num. 2. C. de negot. geſtis, & conſi. 221 ponderatis verbis, ſub num. 5. volum. 9. Anton Piagius de tut. & curat. qu. 2. n. 19. & 28. Gregor. Lopez, in dict. l. 2. in gloſſ. ſupra citata. ibi, & adverte.* Idem eſt in curatore prodigi, *ut cum aliis tenet Anton. Piagius de tut. & curat. q. 2. num. 20. & 31.*

6 Licet † namque tutela diſtinguatur in tres ſpecies, ſcilicet, teſtamentariam, legitimam, & dativam, *ut ſupra diximus cap. 1.* cura tamen non reperitur, niſi una, ſcilicet, dativa tantum, *ſecundum Speculat. in tit. de curat. §. cum autem, num. 19. Bar, in dict. Rubr. ff. de legit. tu.* teſtamentarius namq; curator, ſicut tutor non reperitur. Quod ſi fuerit in teſtamento relictus, vel datus, talis datio ipſo jure non ſuſtinetur, niſi judicis fuerit ſubſequuta confirmatio, *vt in l. 1. in fin. ff. de confirmat. tut. & in l. curatorẽ, C. de neg. geſt. d. penul. in fin. C. de teſtam. tut. l. 3. in verſic. an autem. ff. de confirmat. tut. §. ſed curato. Inſtit. de curat. l. 13. verſic. otroſi decimo, tit. 16. part. 6. Bart ubi ſupra, Alexan. conſil. 3. in cauſa, & lite vertente, num. 8. l. 2. refert, & ſequitur Anton. Piagius dict. quæſt. 2. num. 12. & 13.* ubi quod ſi ante confirmationem adminiſtrationi ſe ingeſſerit, negotiorum geſtorum non curatoris nomen merebitur, *ſecundum Soci. junior. conſi. 79. perſpectis omnibus, numero 21. libr. 2.*

7 Curatores † tamen fatuo, dementi, & mente capto, non legitimi, ſed dativi aſſignantur. *ſecundum Bart. in l. furioſi, C. de nup. poſſ gl. 1. in §. 1. Inſt. de curat.* voluit Gregorius Lopez *ubi ſupra*, dum dicit, & adverte, quod nulla cura eſt legitima, niſi furioſi, & expreſſe idem *in l. 13. gl. 1. titu. 16 part. 6.* ibi, *quia cura furioſi eſt legitima, mente capti vero eſt dativa:* Sed hæc opinio mihi non placet ex textu *in dict. authent. ut hi, qui obligatis*, ubi ad literam probatur, dari curatores à leg. non tantum dari prodigis & furioſis, verumetiam amentibus, & hujusmodi dein de, quia cum tales curatores dentur perſonæ principaliter, ut eſt notum, plus compatietur talibus agnatus, quã extraneus, majoremq; in eo gubernando adhibebit diligentiam, & patientiam. Qua ratione videtur juberi perlegem, aſſignari curatores furioſis, & prodigis, etiam licet in ceteris caſibus lex ſiluerit. Cum ergo eadem hic militet ratio, quæ in illis, idem jus in utriſque ſtatuendum erit, *juxta l. illud, cum ſimil. ff. ad l. Aquil.* Ex quibus merito contra Bartol. ubi ſupra tenet Anton. Piagius, *q. 2. num. 24.* ubi reſpondit ad gloſſ. ſup. in contrarium adductam, quod loquitur ſimpliciter, & non per dictionem taxativam, & quod quando etiam ita loqueretur, nihilominus caſus ſimiles nunquam eenſerentur excluſi, juxta gloſſam communiter approbatam, *in l. ob eas alienum tantum, C. de prad. & aliis reb. min.* & cum hac ſecunda opinione tandem remanet Greg. Lopez *in d. l. 13. ibi debet tamen judex mente capto curatorẽ dare legitimũ.*

Quod † autem diximus, curatorem teſtamento dari non poſſe, limitatur primo, in curatore furioſi, qui per 8
patrem teſtamento dari poteſt. *l. fin. §. ſed cum antiquitas, verſic. & ſiquidem, C. de curat. furioſ.* ubi expreſſe etiam cavetur, ſatisdationem hanc in ſpecie ceſſare, patrono teſtimonio pro ejus ſatisfdatione ſufficiente, dum tamen in actis coram præſide provinciæ, & antiſtite loci, & tribus primatibus tactis ſacroſanctis ſi evangeliis edicat omnia ſe reſte, & cum utilitate furioſi agere, & neq; prætermittere ea, quæ utilia furioſo eſſe putaverit, nec admittere, quæ inutilia exiſtimaverit: quod nunc generale eſt circa omnes curatores, ut jurent quidem, non tamen à rationibus ſunt exemti. Idem eſt in tutore, *ut in authent. quod nunc ibidem inſerta, & in corpore unde ſumitur*, & cavetur *in l. noſtra 9.* ibi, *e ſobre todo denen jurar.* &c. Inſuper, & quod inventario, cum omni ſubtilitate publice conſcripto, res ſuſcipiat, & eas ſecundum ſui opinionem diſponat, ſub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad ſimilitudinem tutorum, & curatorum adulti, *ut in verſic. & inventario ejuſdem, §. & legu.*

Secundo † limitat Johan. Andreas *in cap. finali de in- 9
die. libr. 6.* in novellis, ut non procedat de jure canonico, *prout eum ad hoc refert, & ſequitur Antonius Piagius de tutor. & curat. quæſt. 2. num. 17.* dicens, & hic non temere videmus in foro quotidie curatores in teſtamento relictos, & tamen de eorum ratione non occurrit dubitandum, cum ſimus in terris eccleſiæ, in quibus jus canonicum ſervandum eſt, *juxta tradita per Philippum Decium conſilio 452. viſa, numer. 6. & per Carol. Ruin. conſilio 70. quod primum, ſub numero 5. lib. 4.*

Hæc limitatio in his Regnis Hiſpaniæ inutilis eſt, tum; quia non video jus Canonicum hoc expreſſe diſponens; nempe, ut curatores in teſtamento dari poſſint, tum etiam quia ſumus in terris noſtri Regis: Quod ſi ſunt nonnulla oppida eccleſiarum, hoc eſt, epiſcoporum. & capitulorum eccleſiaſticorum, vel religioſorum, in eis ſervatur jus commune Regium: in foro autem eccleſiaſtico non poteſt contingere inter laicos lis ſuper hoc, cum non cognoſcat judex eccleſiaſticus de eo, ſed ſolus laicus.

In text. Regio ibi, *que los parientes mas cercanos que euieren, e que eſtuuieren en vn meſmo grado ſean guardadores de ellos, e de todos ſus bienes*, idem probat, *lex 2. eodem titulo 16. partit. 6.*

Ibi, *Ca eſtonce los leyes otorgan que ſea guardador del huerfano el que mas cercano pariente:* diximus plura ſupra, *cap. 2. num. 7. cum ſequentibus.*

In textu, ibi, *Pero dezimos que ante que vſen de los bienes de los mocos de uen dar fiadores valioſos al inez. del logar que prometan e ſe obligen por los guardadores que ellos alimaran e guardaran bien eſealmente los bienes de los huerfanos e los fructos dellos*, ſuper hoc verſ declarabimus per ordinem materiam, & praxim fidejuſſionum tutorũ.

Et primo videndum eſſet de tutoribus teſtamentariis, *an & quando teneantur fidejuſſores præſtare. niſi de eis eſſet jam dictum ſupra cap. n. cum ſequentibus*, ubi reſolvimus de jure, & in praxi eos regulariter fidejuſſores præſtare non teneri.

Secundo † de tutoribus legitimis: Et hic eſt proprius 10
locus eorum, de quibus, lex noſtra Regia præcipit in verbis iam relatis, ut fidejuſſores præſtent. *Antes que vſen de los bienes de los menores en la forma que aqui ſe contiene y hemos refirido*, Debẽt n. tutores legitimis ſatisfdare rẽ pupilli ſalvã fore, *ut ibi, & in l. legitimos. ff. de legit. tut.*

& ibi gloss. & Bart. Bald. in l. 1. ff. rem pup. salu. fure. & antea non possunt quicquam administrare, *vt in l. 13. & final. C. tutor. vel curat. qui satis non ded. Bart. in l. multe. §. sub candit. num. 3. col. fin. ff. de tutel. Greg. Lop. in dict. l. 9. in gloss. fiadores, in princip. & in l. 94. in gloss. por fiador, in princ. tit. 18. p. 3. Baeza de decim. tit. 2. apit. 2. num. 72. & 73. Doctor Spino in suo Specul. testament. glossa 29. num. 33. Anton. Piagius de tutor. & cura. q. 7. num. 23.*

11 Non † tamen requiritur ista satisdatio ad incoationem nascentis officii, sed ad exlequutionem ipsius jam in esse producti, & ideo in alia die, quam in die datæ tutelæ, & in alio instrumento præstari potest. *Bal. in addit. ad Specul. in tit. de tutor. quem refert & sequitur Gregor. Lopez. ubi supra.*

Jure tamen nostro Regio hæc forma scribitur, *Que el juez auiendo hecho emplazar a los parientes del huerfano o escoie a los que de ellas, e parezcanque lo han a mostar por ser hombres buenos e de buen testimonio, y desembarazados para ello, que son los parientes mas propinquos del huerfano y los otorga por sus guardadores segun que lo prometen y juran al escriuano publico viuiendo por el huerfano, estando presente de facer y cumplir todas las cosas que son buenas e prouechosas, &c.* Et postea in eodem instrumento præstant fidejussorem, qui promittit & se obligat in forma, ut nuncupatim caveatur *in addi. l. 94. titu. 18. partit. 3.*

12 Forma autem † sub qua debet concipi obligatio fidejussoris, assignatur *in dict. leg. 94.* scilicet simpliciter, ut ibi in defectum tutoris: scilicet, quod tutore non solvente ipse solvet, & bona est utraque forma, *vt in leg. non est ambigui & ibi Bald. C. de fidejussion. aut.* tutior tamen & præstantior est forma obligandi se fidejussorem simpliciter simul cum tutore, & in solidum cum renunciatione legum & authentic. *de fidejussoribus*, in forma solita, ut sit quotidie: quam vis in Lublidium, & defectum tutoris, *vt advertit Gregor. Lopez, in dicta leg. 94. in glossa. por fiador, ad finem*, quoniam concepta obligatione fidejussoris hac forma legis Regiæ poterit fidejussor ipse conveniri tutore non excusso: si vero alia forma obligatio fidejussoris concipiatur, vel sub forma indemnitatis, nihil obstabit renunciatio dict. authent. quia non tenebitur nisi tutore excusso, ut declarat Salycet. *in dict. l. non est ambigui, & Gregor. Lopez ubi supra, in fine gloss. sequitur etiam Parlad. libro 2. rerum quotid. capit. 6. 4. part. §. 7. num. 7.* consulit etiam Bald. *in dict. l. non est ambigui in*

13 *fin.* quod ut in omnes fidejussores † exlequutio fiat, facias eos promittere, non solum respectu contractus, sed etiam respectu judicii, ut promittant debitum & solvere judicatum, *argumento l. fin. C. de iudic. ubi gloss. refert & sequitur Gregor. Lopez, in dict. gloss. por fiador. ad medium in l. 94. tit. 18. partit. 3.*

14 Praxis † tamen, quam semper in hiis Regnis vidi servari, est, ut in eodem instrumento, eadem die & momento, quo tutela discernitur, imo prius in ordine instrumenti, quam tutela discernatur, præcedit fidejussorum præstatio & obligatio: judexque his visis discernit tutori vel curatori tutelam legitimam vel curam, nihilominus tamen si satisdatio præstaretur alia die, vel in alio instrumento, valeret lecundum Gregor. Lopez, *ubi supra*, Et merito, quia hoc modo satis sit fini & rationi, quibus fidejussores prestari præcipitur à tutoribus & curatoribus.

15 Ante † tamen præstitam prædictam satisdationem, tutor neque procuratorem, neque actorem in judicio facere, nec per se ipsum comparere potest & si compareat processus reddetur nullus, secundum Sebast. Vantium *de nullitat. sententia ex defectu inhabilit. seu mandat. comparent. num. 128.* neque administrat, nisi tempore per jura, *secundum Bald. in leg. tutor qui, in princip. C. de tuto. & curator. qui satis non dederit. Anton. Piagius, de tut. & curator. quæst. septima. num. 23. & 24.* vel nisi forte patrimonium pupilli sit modicum, *secundum Alberi. in l. scio, ff. de integrum restituend. Firmian. in tractatu de episcop. lib. 4. quæst. 12. post principi. quos refert & sequitur Baez. de decim. tit. 6. 2. num. 72.* dicens, quod hæc res arbitrio judicis videtur relinquenda: ante satisdationem etiam potest tutor utilia facere, *lege fina. C. de tutor. & curator. qui satis non deder. not at Iacobin. in leg. si tutor, num. 13. C. in quibus caus. in integrum restitutio non est necess. Guido Pap. decisio. 330. quos refert & sequitur, Baez. dict. capit. 2. nu. 74.* ubi *num. 75.* an qui non satisdedit, possit prosequi causam, si post satisdet.

Dubium tamen † optimum est in proposito, *an mater vel avia suscipiens tutelam filiorum suorum, vel nepotum teneatur hanc satisdationem præstare?* Et ipsam non teneri probari videtur ex hac nostra *leg. nona* Regia, junctâ *l. quarta ejusdem tit. 16. partit. 6.* ad quam eandem *leg. 9.* se refert: In his namq; legibus nihil cavetur expresse in matre & avia de præstanda hac fidejussione, sed tantum de promissione, non transeundi ad secundas nuptias, & de renunciatione Vellejani: Ergo cum dict. *lex 9.* præcipiens, quod tutores legitimi præstent fidejussores, vel satisdationem, rem pupilli salvam fore, ulterius procedat disponendo, *Que si los huerfanos ouieren madre, o abuela que quisiere guardar los huerfanos, e sus bienes que la madre lo pueda hazar ante que ninguno de los otros parientes, solo que sea buena muger de recate, e que les deuer haz ar perme ramente tal figurança como de suso se dixo en la ley sexta antes desta*, ubi nihil de satisdatione disponitur, consequens fieri videtur, ut nullâ in matre vel avia, tutrice testamentaria, vel legitima requirat, vel exigat satisdationem, sed tantũ promissionem non transeundi, ad secundas nuptias, & renunciationem Vellejani. Quod in testamentaria tutela procul dubio verum est, & procedit ex regula generali, de qua supr. *dict. c. 7.* quæ habet, quod tutores testamentarii non tenentur satisdare.

Ceterum quatenus attinet ad tutelam legitimam matris vel aviæ, contrarium dicendum est, nempe ipsam teneri in hac specie satisdare, rem pupilli salvam fore; sicut reliqui tutores legitimi, ex regula generali, dictæ *leg nonæ*, quæ etsi id non præcipiat nuncupatim in matre & avia, non tamen contrarium dicit in eis, sed remanet res sub dispositione juris communis tanquam casus omissus, *argumento legis commodissime, ff. de liber. & posthum. cum simil.* & quod non mutatur, quare stare prohibetur? *lege præcipimus, C. de appellatio. cum similib.* sed jure communi, hoc est expressum, scilicet ut mater vel avia suscipiens tutelam legitimam filiorum, vel nepotum teneatur prædictam satisdationem præstare, ergo habemus intentum: Quod autem eam teneatur præstare, deciditexpresse text. *in authentic. ut sine prohib. mat. §. fina. collatione septima ibi, & fidejussionibus dandis*, ubi glossa dandis scilicet, rem pupilli salvam fore, per quem text. ita in terminis tenet Azo *in summa. C. quando mulier tutor. officio fungi possit in final. verbis. & Albe, in authent. mater & avia. ejusdem tit. colum. 2. & in rubri. C. de tutor. & curator. qui non satis deder. & in lege de creationib. C. de Episc. audient. quos refert & sequitur Gregor. Lopez, in d. l. 9. in gloss. diximus & eis non relatis D. Spino, in suo Speculo testamentorum gloss. 29. num. 35. & 36.*

Neque repugnat *dict. l. 9.* ut supra pro priori parte expensa, imo facit (ut prædiximus) quod teneatur satisdare, cum in legitimis hoc requirat, idemque præcipit, *d. l. 94. tit. 18. partit. 3.* & mater vel avia est legitima, vellicet dicatur anomala, saltem non potest negari, quod participet de legitima, *ut tenet Gregor. Lopez, ubi supra, & diximus etiam supra cap. 2. num. 2.* Quod autem, *dict. l. 9. & 4. tit. 16. part. 6.* non exprimat nec exigat ullam satisdationẽ præstandã à matre vel avia, tutelam filiorũ vel nepotum suscipiente, sed tantũ promissionẽ secundu non nubendi, & renunciationem Vellejani, ideo fuit, quia solũ agunt de addendo hæc duo specialia, quæ requirũtur, ut tutela

tutela eis deferatur, non vero in aliis tutorib. legitimis, de quibus prius generaliter loquuntur prædict. ll. Regiæ, nec illis conveniunt. Et dum loquuntur de matre & avia, non agunt de ceteris requisitis communibus omnibus tutoribus, veluti de satisdatione, de inventario & reliquis ab eis faciendis, quia hæc eisdem & aliis legibus caventur, & tamen certum est, matrem & aviam ad ea teneri, ut in persequutione hujus aperis docebimus. Quinimo ipsa l. 9. in sua generalitate eas comprehendit, scil. matrem & aviam: ergo & satisdare tenentur.

Superest igitur ex omnibus supradictis ampliatio ad regulam generalem nostræ l. 9. præcipientis, quod tutores legitimi teneantur satisdare, rem pupilli salvam fore, ut procedat etiam in matre vel avia tutelam legitimam seu anomalam filiorum vel nepotum suorum suscipiente, secus in testamentaria.

17 De patrono † patronaque liberis contingit dubitari, *an hi teneantur prædictam satisdationem præstare, cum vocantur ad tutelam liberti?* Et etiam eos ad hoc teneri plerisque visum fuit: nihilominus tamen hoc causa cognita judicem statuere debere, melius est, ut si persona honesta sit, remittatur ei satisdatio, & maxime si substantia modica sit: si autem patroni persona vulgaris, vel minus honesta sit, ibi dicendum est satisdationem locum habere, ut, aut motus tutelæ, aut per causa admittat satisdationem, ita decrevit Ulpia. *in leg. legitimos, in prin. ff. de legit. tut. gl. in 8. item ex inquisitione, ver. idoneis, Instit. de satisdat. aut.* Idem inquit Salycet. *in l. 7. C. de tutor. & curat. qui satisdat, non dederit.* dicendum est in patre, qui majus esse tribuit filio, quam patronus liberto, nempe ut causa cognita satisdet, non vero alias, quod etiam tenuit Alber. *in rub. ejusdem titu.* agens in patre tutore filii emancipati, dicens considerandum esse, quod si patrimonium filii sit amplum, & persona patris indigens & suspecta, quod satisdare teneantur, alias non, *ut colligitur ex d. l. legit. §. 1. & 2.* Et quia si hoc est in patrono, fortius in patre, & quia eisdẽ privilegiis utuntur parentes circa filios, quib. patroni circa libertos, *l. fi. C. qui & adverſ. quos, l. si quis à liberis, §. silent, ff. de liber. agnosc.* Et horum sententiam sequitur Greg. Lopez. *in d. l. 9. gl. magna, verb. Fiadores, in verſiculo tu. ibi*, & idem dicit Salycet. dicendum in patre, & Baez. *de dec. tut. c. 2. n. 78.*

19 Ampliatur † etiam dispositio nostræ l. 9. de satisdatione præstanda per tutores legitimos, loquens, ut etiamsi tutor sit valde dives, hanc satisdationem præstare debeat, quamvis tunc sufficiat qualiscunq; fidejussio, etsi nihil habeat in patrimonio hujusmodi fidejussor. *gl. Bald. in l. mulier, in utraq; scilicet A. C. de jn. dor.* sicuti e contra fidejussor valde idoneus supplet moptam debitoris, *gloss. si. §.* 29 *plures, §. 2. ancip. præterea, verb. aggregando. ff. de fidejuss. Bald. in d. l. mulier*, ubi dicit illam gl. non esse alibi. *Joan. de Plat. in l. 1. C. de pericu. nominand. lib. 11. & in l. quicunq; la segunda, C. de judic patrim. l. 11.* ubi quod tutor, quantumvis dives, satisdare debet, & quod non procederet in alio administratore publico, *ut in dictis ll. & tradit Paul. de Castr. in l. 1. ff. qui satisd. cog.* sequitur hanc ampliationem Greg. Lopez *in d. l. 9. gl. magna, verb. Fiador. an verſ. quid autem si tutor sit valde dives, &c. & Baez. de decim. tit. 2. num. 79. & Spino. ubi sup. gl. 29. nu. 34. & 36.* dicens de stylo & praxi hoc servari, & quod hoc arbitrio judicis relinquitur, *ut resolvit Firmianus in tract. de episc. 4. part. lib. 4. q. 12. post princip.*

21 Non tamen † est de substantia satisdationis tutelæ, vel curæ, quod patrimonium tutoris vel curatoris valeat tantum, quantum facultates pupilli vel adulti, *secundum Bal. in d. l. mulier, in 1. dettura, & sequitur Gregor. Lopez. ubi supr. in d. gl. magna. ver. & nota.* Non enim hoc requiritur à nostra lege, sed quia tutor præstet satisdationem idoneam, qua præstita sufficerit tuti à lege prætenso, nempe, ut res pupilli salva sit.

Fidejussor † autem tutelæ debet esse locuples, secundum quantitatem inventarii, *ut in l. fin. & ibi Bald. C. de magist. conven. Bart. in l. 2. §. idoneus, ff. ad Tertull.* & probat nostra *l. 9. ubi fiadores valoſos*, ubi Greg. Lop. *in gloss. magna, in verſ. & advertetiam, Baez. d. cap. 2. num. 79.* 22 non tamen vitiatur tutela, etiamsi fidejussor non sit idoneus, *Bal. in d. l. mulier, & in l. 6. C. de magist. convent Bar. in l. legitimos, n. 8. verſ. quæro quid si dederit, de legit. tut. Greg. Lop. ubi supra, & Baez. sub d. n. 73. in ver. non tamen.*

Ampliatur † & tertio deinde decisio nostræ l. 9. de fi- 23 dejussoribus præstandis loquens, ut procedat etiam, si tutor legitimus persona sit multum fida & honesta, adhoc ne, satisdare teneatur, ut probatur ex *l. 94. tit. 18 part. 3. ibi, Por que los fallaron que eran omes buenos y de buen testimonio y de sembargados.* juncto verſ. inferiori ejusd. l. ibi, *Tuieron fiador*, per quam l. ita voluit Greg. Lop. *in d. l. 9. in gl. magna ad fin.* licet tandem relinquat cogitandum: & hoc est cautius attenta prædicta nostra l. Regia.

Jure autem communi contrarium probat Bald. *in d. l. legitimos, & in leg. tutores, secundo not ab. ff. eod.* cenet argumento illius l. quod multum fido & honestiori remittitur satisdatio: Prodest namque ad satisdationem non præstandã præcedens vita laudabilis, *ut per Joan. de Plat. in leg. agentes, nu. 3. verſic. sic etiam prodeſt tutori, C. de agent. in rebus. lib. 12. & Jaſ. in l. si quis stipulatus, §. 1. n. 3. ff. de verbor. oblig.* Et licet opinionem Bald. ubi supra, sequatur Jaſ. *in l. jubemus, num. 13. C. de judic.* & eum probet Anto. Piag. *de tut. & cur. qu. 7. num. 23.* & adhuc attenta Lnostra Regia Baez. *d. cap. 2. nn. 80. cum ſeq.* respondens eidem non obstare, quoniam ibi factum narratur non jus præfinitur, & quod licet vir bonus, ibi, dederit fidejussorem; non ideo infertur, quod non posset absque fidejussore admitti ad tutelam, & quod deinde verba illius legis non probant virum optimum teneri dare fidejussorem, sed solum significant, virum bonum dandum in tutorem; non turpem, nec sceleribus infamem, *ut in leg. 1. titul. 1. libr. tertio, fori.*

Nihilominus tamen præcedens nostra sententia securior & verior etiam est, attenta nostra lege Regia, quæ si non expresse, mente tamen & virtualiter eam probat, si quidem adhuc à bonis & fidis, idoneisque tutoribus electis à judice exigit, vel saltem refert, fuisse datum fidejussorem, ergo ipse erit præstandus.

Poterit tamen forsan † procedere opinio Baldi con- 24 traria (ut ipse voluit) quando tutor legitimus non invenit fidejussores, tunc enim secundum ipsum judex præcedente inquisitione posset ei administrationem decernere, faciendo in suo decreto mentionem de hoc, & de tali fidelitate & honestate, quod dicit esse notandum ipse Bald. ibidem.

Et sufficeit tunc juratoria cautio pro fidejussione, *secundum Palat. Rub. in repetit. cap. per vestras. sextonat ab. §. septimo, quem refert & sequitur D. Spino, d. gl. 29. n. 36. ad fin.* licet hi simpliciter loquantur, scil. quando legitimus tutor est persona multum fida & honesta: verum attenta d. lege Regia non videtur eorum opinio posse procedere, *ut dximus*, nisi talis persona non inveniat fidejussorem: caute tamen judex tunc procedat, ne alias ipse teneatur de damno.

Tertio videndum est de tutore dativo, hoc est, dato 25 à judice, an teneatur satisfidare rem pupilli salvam fore sicut legitimus? Et in hoc gl. *in auth. ut hi, qui obligat se per hib. hab. res minor. §. fin. ver. agat.* tenet quod tutor cum inquisitione datus à præside, vel prætore, satisdare debet, rem pupilli salvam fore, secus si à defensore civitatis sit datus, quia hic non satisdabit, quam ibi. Bartol. *num. 1.* dicit notandum, *text. in princip. ad fin. Instit. de satisdat. tutor. vel curator.* ubi ita disponitur. Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt, sed quod dati à mi-

noribus jù dicibus satisdent, probat text. *in §. nos autem, ad fin. de Attil. tut.* quem sic intelligit Joan Faber *in §. final. in fin. Instit. de satisd. tut.* Hanc eandem distinctionem sequitur Salycet. *in l. 1. C. de tutor. & curat. qui satis non dederit* ea ratione: quia propter majorem auctoritatem, qua nititur fides, approbata dicitur. *refert Barc. de decim. in cap. 2. sub num. 36. in verſic. item datus, & Doctor Spino in suo specul. testament. glossa 29. num. 33. & Anton. Pinguis de tutor. & curator. qu. 7. num. 27.* est communis, *secundum Greg. Lopez. in d. l. nona.* glossa magna, ibi, de jure communi approbatur per Dd. communiter, d. glos. Lex præterea, *12. tit. 16. partit. 6.* quæ loquitur de tutore dativo, nullam exigit in eo satisdationem.

26 Hodie tamen † ex constitutione Græca, quæ refertur *in d. §. nos autem, Instit. de Attilian. tut.* omnis tutor dativus tenetur satisdare, *ut inquit gl. verb. idoneus, verſi. sed hodie, in leg. 1. C. de tutor. vel curat. qui satis non dederit. & tradunt Dd. communiter in l. si nemo, §. hoc edictum. ff. de testament. tut. secundum Anton. Piagium de tut. & curat. quæst. 7. num. 27.* ita etiam tenet Speculat. *in tit. de tutor. §. si autem, num. 3.* Et ita videmus in praxi indistincte à tutoribus dativis exigi satisdationem, & forte ideo, quia ista inquisitio, qua dantur, non est ita in usu, *secundum Greg. Lopez ubi supr. ubi in practicat tamen, & Barc. d. c. 2. nu. 77. & Speno. d. gl. 29. num. 34. & Molin. Theol. de justit. & jure, 2. tract. disput. 223. colum. 1374.* referentes ad hoc Greg. Lopez *ubi supra.* Et ita erit observandum, licet Guid. Pap. *dec. ff. 330. num. 6. ad fin.* dicat, quod de stylo Curiarum illius patriæ Delphinatus tolerantur gesta per tutorem, etiam si non satisfecerit.

27 Hanc tamen † sententiam communem limitat Piag. *ubi supr.* in duobus casibus. Primo quando mater dat filio curatorem, *ut in l. 1. C. de confirmand. tut.* Sed lex illa non facit ad rem, quia præterquam, quod non loquitur in tutore dativo, sed in relicto in testamento matris, & ex inquisitione confirmato, non agit de satisdatione. Secundo limitat Piagius, quando tutor vel curator est locuples, ex *l. testam. circa fin. ff. de testam. tut. ubi, nec satis non dantes temere repelluntur*, quia plerunque bene probati & idonei, atq; honesti tutores, etiàsi satis non dent, non debent rejici, quinimo nec jubendi sunt satisdare.

Hæc tamen limitatio vera non est, ut constat ex supra dictis, *num. 19. ver. ampliatio etiam*, & in terminis contrarium probat D. Spino. *d. glos. 29. num. 34. in princip.*

28 neque obstat *d. l. testamento, ad finem*, in verbis supra relatis. Lex namque illa tota, atque integr, aut ex eius patet litera, loquitur in tutoribus testamentariis, in quibus pro regula cavetur principio ejusdem legis, quod tutores testamentarii non sunt cogendi satisdare rem pupilli salvam fore: sed nihilominus inquit text. quod cum quis ex pluribus offert satisdationem, ut solus administret, audiendus est, sed si ceteri velint quoq; satisdare, non debent excludi alterius oblatione, sed impleta ab omnibus satisdatione, omnes gerent: & qui contentus est magis satis accipere, quam gerere, securus esset: non autem omnimodo is, qui satisdat, præferendus est: si enim persona suspecta sit velturpis, non debet ei committi tutela, etiam cum satisdatione, vel si multa flagitia in tutela admisit. Deinde inquit lex illa (& nunc intrat versiculus sup. allegatus pro contraria parte) nec satis non dantes temere repelluntur, quia plerunq; bene probati & idonei, atq; honesti tutores, etiamsi satis non dederint, non debent rejici, &c. Agit itaq; lex illa, ut patet in tutoribus testamentariis, in quibus nimirum, si non satisdent, nec repellentur ab administratione, licet ceteri contutores, vel aliquis eorum satisdationem offerant. Nos vero nunc hic agimus de tutoribus dativis à judice, & recte contendimus, etiamsi sint locupletes, comprehendi sub communi regula generali, quæ habet, quod hodie omnis tutor dativus satisdat. Præterea ideo & secundo in casu dictæ legis, testamento plerumque bene probati & idonei, atque honestiores, non debent rejici, nec compellendi sunt satisdare, quia habent alios contutores satisdantes, quorum cautela res minoris salva fiet, ut patet ex tenore & continentia ejusdem legis, & præcipue in fine, ibi, *duplex igitur caussa cognitio est, una ex persona ejus, qui obtulit satisdationem, quis & qualis sit, alia contutorum, quales sint, num forte ejus existimationi, vel ejus honestatui sint, ut non debeant hanc contumeliam satisdationis subire*, qui text. in hoc est singularis, secundum Alberic. *in rubric. numer. 1. ff. qui satisdar. coguntur.* Hoc autem non contingit in nostro casu, in quo tutor unus datur à judice, qui solus administrare debet, non vero à testatore. Ideo licet dives sit, satisdare tenetur, cum hodie omnis tutor dativus id teneatur facere. Quinimo censeo, quod etiam si plures tutores dati essent à judice pro rerum exigentia, omnes satisdare tenentur ex regula communi & generali supra dicta, tametsi aliqui eorum essent bene probati & idonei.

29 Deinde observandum est, † quod omissio satisdationis inducit nullitatem tutelæ, text. expressus *in l. si tutor, C. in quibus causs. in integrum restitutio non est necessar.* cujus verba sunt hæc: *si tutor tuus, qui pro tutelari officio non caverat judicio expertus est, contra eum lata sententia jure tuo officere non potuit, nec ea, quæ ab eo gesta sunt ullam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutioni auxilio desideras, quando ea, quæ ab eo gesta sunt qui legitimæ administrationis personam sustinere no potuit, ipso jure irrita sunt.* Idem ad literam cavetur. *in leg. in dubium. C. de tutor. vel curat. qui satis non dederit.* majoris namq; momenti est satisdatio, quam alia requisita, quia inanis esset actio contra tutorem, si non exstaret persona aliqua idonea ad solvendum, contra quam posset agi: *leg. nam. ff. de dol. ita Jacob. Mandel. consil. 21. num. 6. & Marc. Anton. Eugen. consil. 19. num. 17.* ubi *num. 18.* hoc limitat in testamentario tutore.

In text. † ibi, *E sobre todo deuen jurar los guardadores* 30 *de fazer todas las cosas que sean apro de los huerfanos que han en guarda, e de no se entremeter de fazer cosa que se torne a danno dellos:* hæc lex dirimere videtur illam difficilem quæstionem, quam jure communi late examinant Dd. nostri. *An requiratur pro forma & valore tutelæ, quod tutor juret non solum utilia facere, & inutilia præmittere, sed etiam addere, quod pupilli defensionem absq; ulla dilatione suscipiet, ita ut nisi hæc verbis rite concepta defensionem promittat, tutela non valeat: vel sufficiat, eam per verba æquipollentia præmittere & jurare, licet in specie de ipsa non exprimatur, veluti facere utilia, & inutilia præmittere?*

Textus namque † *in l. final. §. omnem. C. de administrat. tut.* ad tollendam omnem dubitationem pro de- 31 fensione pupillorum & adultorum sancivit omnes tutores vel curatores non alias creari, nisi prius cum aliis solemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum tam in gestis, quam in cautionibus ab his scribuntur, & hoc specialiter expresserint, quod omnimode sine ulla dilatione defensionem pupillis & adultis, aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est: Ergo nisi hæc verba formaliter addantur, tutela non valet. Plura namque tutores jurare solent coram judice præsente tabellione, cum tutelam suscipiunt, & sibi ipsa discernatur. Primo quod pupillum, ejusque bona, bene & fideliter administrabunt. Secundo, quod utilia procurabunt, & inutilia evitabunt, sicque rem pupilli salvam fore. Tertio, quod de bonis pupillorum certum & verum inventarium facient: Quarto, quod de administratis suo loco & tempore rationem reddent, & reliqua solvent, quæ omnia, licet sic juraverint, nisi quoque addant in specie, se defellioné pupilli vel adulti sine ulla dilatiõe suscepturos, corruet tutelæ datio sive decernitio, ut pro-

ut probari videtur manifeste *ex d. §. omnem*, & in terminis ex illo text. ita tenet Bart. *in l. legitim. in princ. num. 8. verſic. quintum quod requiritur. ff. de legitim. tut.* dicens, quod antiqui non ponebant istud, propter quod jam vidi multas tutelas cassari, sed hodie hoc in qualibet apponitur. Et quod licet jure antiquo hoc esset præcipuum officium tutoris, sc. pupilli ipsum indefensum non relinquere, ut *in l. tutoris præcipuum. ff. de administrat. tut.* tamen lex ultima, quod hodie tutor hoc expresse promittat, idem Bart. *in l. prator. in princ. ff. de nov. oper. nunciat.* ubi Jas. *n. 9. verſic. juxta prædicta*, testatur hanc esse communem sententiam, quam etiam sequitur idem Jason plures referens, *in l. 1. num. 21. ff. de lib. & posthum.* & Guido Papæ *q. 330. num. 6. verſic. 5. item nm ad fin. nu. 6.* ubi quod tutores semper promittunt pupillum indefensum non relinquere, & tenent communiter Dd. *teste Philip. Corn. consil. 164. videatur, litera D. lib. 4.* Et communis secundum Grat. *consil. 156. n. 2. lib. 2.* & secund. Barc. plures referentem de decimis tutorum, *c. 2. n. 67.* & inquit Mathesil. *notab. 107.* Nota tex. singulare, antiquos practicos in hoc errasse, observantes, quod loco promissionis defensionis sufficeret præfferta promissio, sc. utilia facere, & inutilia præmittere. Eandem principalem sententiam sequitur, & probat, alios allegans, & dicens, hoc nullam habere difficultatem Ant. Piag. *de tut. & curat. q. 8. n. 29.* & Joan. Bapt. Ferretus. *consi. 312. n. 12. in 2 part.* ubi quod omnes in hoc concordant. & quod est communis opinio, & per omnes celebrata, & in judiciis practicata, *secund. Bart. & Jas. & alios quos refert.* Et pro hac communi sententia adest nobis regnicolis hodie bona lex 94 tit. 18. partit. 3. ibi, *Los quales guardadores prometeran, e juran ten ante el fiel ano escribano publico recibiente por el huerfano que estuuo delante de fazer, e cumplir todas las cosas que son buenas e prentechosas a aquel huerfano, e le defatar, e no fazer las que le fuessen dannosas, e de guardar bien, e lealmente la persona del huerfano, e todos su bienes: e otrosi de buscar todo su pro dellhuerfano. &c. e de defender, e amparar, a buena fe sin mal eganno: los derechos del huerfano en juyzio, e fuera de juyzio, expende verba illa, defender, e amparar, &c.*

Sed contrariam sententiam, imo quod tutela & gesta per tutorem valeant, etiamsi defensio non fit promissa per ea verba, sed per æquipollentia voluit Cyn. *in d. l. fin. §. omnem. & ibi Bald. in d. l. legitimus, & in l. 1. & 2. C. de tut. & cur. qui satis non deder.* cujus tanta videtur esse auctoritas, ut quando illius decisionem habemus, non videatur laborandum, *secundum Phil. Dec. consi. 165. pro tenui facultate, ad fin.* quem refert Piagius, *ubi sup. nu. 30.* licet adhuc contra Baldum teneat in hoc priori opinióni adhærens, eum salvans quodammodo, hanc etiam secundam opinionem probat Marcus Mantua, *sing. 570. & Capell. Tholosan. decis. 89.* quoniam jura considerant effectum verborum non formam, *l. quoniam indigunt. C. de testam.* idem alios allegans sequitur, & latè probat Barc. *d. c. 2. num. 88. cum seq.* & nos late probavimus propter virtutem juramenti, & alia de juramento confirmatorio, *1. par. cap. 23. per totum*, & nobiscum D. Spino. *in suo Speculo testamentorum, gl. 29. n. 28.* cum tribus seqq. & nouissime eandem sententiam probat Patianus, *de prob. lib. 1. c. 26. n. 20. fol. 70. & Jacob. Mand. consi. 21. n. 11.* hit hanc opinionem probat text. *in auth. ut hi, qui oblig. &c. §. fin. collat. 6.* ibi, *etiam jusjurandum eum dicere sacrosanctæ Dei Evangelia tangentem, quia per omnem pergens viam utilitatem adolescentis agat. &c.* sed & expressius approbatur hæc sententia in nostra lege, *9. tit. 16. par. 6.* in verbis, *pranarratis*, in quibus nihil formaliter exprimitur de defensione, sed satis æquipollenter, & virtualiter in eis comprehenditur. Unde hoc sufficit, quia veritati standum est, non vero apicibus verborum. Litera namq; occidit, spiritus autem vivificat, ut inquit D. Paulus *2. ad Corinth. cap. 3.* Et ideo hanc secundam partem amplector & probo, utpote jure veriorem, & nostræ legi approbatam, quæ etiam comprobatur ex his, quæ in hac hujus capitis dicemus.

Neque obstat *d. l. fin. §. omnem*, quia loquitur in judice, ne scilicet creet tutorem, qui non promittit defensionem absq; ulla mora suscipere: non tamen inquit text. quod tutela alia forma decreta non valet, neq; quod tutor formaliter hoc promittere debet. Itaque licet id requiratur ex parte judicis, non tamen ex parte tutoris. Ita respondet Barc. *ubi supra num. 89.* fel sufficit, quod faciat juramentum per verba æquipollentia, juxta formam nostræ *l. 9. in verbis supra relatis.*

Similiter non obstat *leg 94. tit. 18. partit. 3.* in verbis supra relatis addicta pro priore opinione, quoniam ibi factum narratur potiusquam necessitas præcisa inducatur. Non enim lex illa requirit, quod verba ibi posita ad literam ponantur, neque addit sine dilatione. Ita respondent & bene Barc. *ubi supr. num. 71.* & Spin. *n. 31.* id quod probatur in nostra l. 9. quæ novioris loco posita est in hoc opere septem partitarum, quoniam ea verba non apposuit, neque eorum meminit, sed tantum, quæ nunc explicamus; ergo illa non sunt de forma substantiali, ita quod omissa vitient tutelam, sed sufficit, quod juramentum tutoris contineat, quæ in nostra l. exprimuntur, quibus sufficienter, & efficaciter comprehenditur defensio pupillorum.

Ultimo observandum erit, † quod in his, quæ dilatio- 32 nem non recipiunt, vel quæ principaliter ad commodum pupilli spectant, gesta per tutorem valent, etiamsi prædictum juramentum non præstiterit, neque cetera solemnia observaverit, *ita Bart. in l. legitimus, in princ. n. 9. ff. de legit. tut. & consulas Socin. consi. 153. n. 3. & 5. volu. 3. & tenet Guid. Pap. q. 330. nu. 6. & Aug. Beros. q. 68. nu. 1. & 2. Sylvest. Aldobran. in princ. Instit. de agnat. tut. n. 41. & alios referens Barc. de decim. tut. cap. 2. n. 64. & 65.* diximus supra non semel.

Quinimo dicebat Spec. *in tit. de tut. §. generaliter, n. 4.* 33 quod licet tutor non juraverit (intelligo extra prædictos casus) valent tamen facta per eum, quia cum multa gerit, decepti essent, qui cum eo contraxissent, *arg. legis Barbarius Philipp. ff. de offic. prat.* hæc tamen opinio Specul. vera quidem non est, quoniam *d. l. Barbarius*, non habet locum, nisi in officiis publicis auctoritate & utilitate, non in privatis & sic gesta a tutore putativo communiter reputato valido, non valent, nec regula *dict. l. Barbarius*, in tutore locum habet, ut probat Barc. *de decimis tutor. c. 12 n. 2. & 9.* & Arcu. *in l. 2. sub. n. 13. tit. 9. lib. 3. & in l. 2. tit. 3. num. 33. & 36. lib. 5. nov. collect. Regiæ.*

Sic etiam Bald. *in addit. ad eundem Speculat. tit. de cu-* 34 *rat. circa fin.* tenet, quod si tutor non fecerit inventarium, non valet auctoritas ejus, quia omissio unius, vel formæ vitiat actum, etiam favorabilem, *l. qui Roma. §. Flavius. ff. de verb. oblig.* etiamsi communis error adsit.

Præterea Bart. † ubi supr. & communiter Dd. pro for- 35 ma valoris tutelæ requiruat juramentú tutoris. & istud servatur, quia in omnibus decretis tutelarum judices faciunt jurare tutores, *ita Guid. Pap. d. q. 330. num. 6. verſ. 3. requiritur.* Ergo eo omisso omnia male sequuta erunt nulla, præterquam in duobus casibus specialibus supra dictis in hac ultima observatione. Et ita meritò contra opinionem Speculatoris, ubi supra, tenete, aut saltem remanere videtur Greg. Lopez *ubi d. l. 9. in gl. per ea.*

Tametsi circa omissionem † inventarii veritus exisli- 36 mem contra Bald. *ubi supr.* ut non vitiet tutelam, quinimo gesta per tutorem ante confectionem inventarii valeant: siquidē omissio inventarii præstat caullam removendi tutorem ergo interim est tutor, & valent gesta per eum, ut concludit Bart. *in l. tutor, qui repertorium, col. 2. ver. contrarium puto. ff. de administ. tutor. Abb. consi. 90. in 2. par. consilii, & alios allegans Mandel. consi. 21. n. 7. & ite-*

remus latius infra suo loco, sequitur etiam cum aliis Marc. Ant. Eug. d. consil. 19. n. 16. ubi *n. 19.* quod † multo magis idem concludendū est de omissione promissionis de faciendo utilia, & præter mittendo inutilia, quia non reperitur jure cautum, *secundum Alb. consil. 25. n. 11.* quod ista omissio operetur nullitatem tutelæ, cum sit promissio modici momenti, & licet hoc lex requireret, non tamen est novum, quod lex aliquid requirat, vel prohibeat, & tamen actus non sit nullus, si illud non observaretur. *vt late docet Iaso in l. pater furiosi, col. 3. 4. & 5. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* quē refert & sequitur Eug. *d. consil. 19. n. 20.*

SUMMARIA.

1 Dominus manumittens servum impuberem erit ejus tutor, & num. 2. ubi quod ex his tabularum tutela hæc ad patronos liberosq; eorum pertinet.

2 Patronus non præfertur in tutela matri & avæ, & multo minus avo materno, vel paterno, de jure regni Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ, filiberi sint.

3 Patronus ejusq; liberi non tantum satisfidare si eorum persona vulgaris, vel minus honesta sit, alias secus.

4 Pater emancipans filium suum impuberem debet esse ejus tutor, est q. tutela legitima.

5 Pater hic tutor filii sui emancipati, non debet satisfidare, nisi causa cognita. ut hic.

6 Pater non erit tutor filii sui, quando ejus mater, qui de marito moribus secus suspicatur, filios suos sub ea conditione instituit heredes si a patre emancipati fuerint.

7 Frater impuberis emancipati patre decedente erit ejus tutor, & hæc appellatur fiduciaria tutela.

CAPUT XIII.

De patrono tutore liberti, & de patre tutore filii emancipati.

1 DOMINUS † manumittens servum suum impubem, erit ejus tutor, quia si decedenti sine heredibus, qui de jure succedere debeant, heres exsistit universorum bonorum. Pater etiam qui filium suum impuberem emancipavit, ejus tutor esse debet: Patre autē ante pubertatem filii decedente, frater pupilli minor 25. annis, debet esse ejus tutor loco patris sui. Ita decidit *l. 10. tit. 16. partit. 6.*

2 Ibi *l. Seynor deue auer en guarda a el e a sus bienes*, ex l. namq; 12. tabellarum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosq; eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si legis verbis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumq; si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos liberosve eorū pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, cum & agnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eosdem & tutores esse instituit, quia plerunque, ubi successionis est emolumentum, ibi, & tutelæ onus esse debet, *text. in prine. Inst. de legit. patron. tut.* ubi quod ideo dixit, *plerunq;* quia si fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor, *secundum ibi scribit, C. de legit. tut.* ubi quod sicut hereditas agnatione non in speciem proximis defertur, sic & tutelæ onus comitatur emolumentum, si masculi, & perfectæ ætatis sint, & nulla lege prohibeantur suscipere.

3 Observandum tamen † est in proposito, patronum non præferri in tutela matri, aut aviæ, & multo minus avo materno, aut etiam paterno de jure regni Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ regni, si liberi sint, *ecce Molina Theologo de justitia & jure, 2. tract. disputation. 220. ver. Patronus, pag. 1360.*

4 Patronus hic & patroni liberi coguntur latisdare, si eorum persona vulgaris, vel minus honesta sit: quod si honesta fuerit, remittitur ei latisdatio, ita que causæ cognitio prætoris in hac specie necessaria est, *juxta l. legit. in prine. ff. de legitim. tutor. diximus supr. in c. præcedenti.*

In text. ibi, † *Otrosi dezimos que si el padre saca al hijo de su poder que es menor de quatorze annos que ello den e auer en guarda a el e a todos sus bienes.* Hæc tutela exemplo patronorum recepta est, quæ & ipsæ legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit, *ut in prine. Inst. de legit. parent. tut.* cum quo concordat *l. nostra Regia hac in.* Pater autem † hic non debet latisdare nisi causa cognita, veluti si patrimonium filii sit amplum, & persona patris indigens & suspecta, ut resolvimus sup. cap. præcedenti. 5 6

Limitatur decisio supradictæ nostræ legis in casu *leg. filius matrem, 25. C. de inoff. testam.* nempe, quando mater, quæ de mariti morib. secus † suspicata, filios suos sub ea instituit conditione heredes, si a patre emancipati fuerint, tunc enim pater hic filios emancipans non erit eorum tutor, *secundum Bald. abrd. num. 5. quem refert & sequitur Greg. Lopez in d. l. 10. gl. el padre, in fine.* 7

In text. ibi, *E si el padre † muriesse en ante que el moco fuesse de edad si el huer fano tuuiesse otro hermano, que fuesse mayor de veynticinco annos elle deue auer en guarda en lugar de su padre:* hæc appellatur fiduciaria tutela, *text. in prine. Inst. de fiduciar. tut.* à quo nostra lex Regia emanavit, ubi quod patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores. 8

SUMMARIA.

1 Tutoribus plurib. constitutis, aut datis, ortaq; discordia inter eos super administratione bonorum pupilli, omnium consensu potest uni eorum administratio committi, & per judicem decerni cum cautione, quolibet autem administrare volente eligat judex unum ex eis, & in numeris seqq. quomodo hoc intelligatur.

2 Et præcedit tam in tutoribus testamentariis, quam legitimis & dativis.

3 Tutorib. plurib. relictis in testamento a patre filiis suis, administrabit ille, quem pater destinaverit, ceteri vero tutores non administrabunt, sed erunt honorarii tutores, qui tenentur de his, de quib. hic. Si autem non est ab testatore electus tutor, aut gerere nolet, tunc is geret, cui major pars tutorum tutelam declaraverit, & quod erit officium judicis in hac specie hic differitur. Si a. fuerint plures tutores legitimi, & expediat per unum tantum geri, tunc unius eorum potest reliquos compellere, vel quod satisident, vel recepta satisdat. ab eo consentiant, quod ei gestio committatur, quod si inter eos non conveniat, quis eorū gerat, judex eligat meliorem & utiliorem pupillo, & præstita satisdatione decernet is administrationem.

4 In patronis circa administrationem tutela non oportet admitti provocationem, nisi ex magna causa.

CAPUT XIV.

Pluribus contutoribus dissentientibus, quis eorum tunc administrare debeat?

ORta † discordia inter plures contutores super administratione bonorum pupilli, omnium consensu potest uni administratio committi, & per judicem decerni cum cautione, quolibet autem eorum tutelam administrare volente, eligat judex unum ex eis: Ita latius cavetur *in l. 11. tit. 16. parth. 6.* 1

In text. † ibi, *filos guardadores de los huerfanos fueren muchos. &c.* dum diponit, *que si se lanantare de sacuerdo entre ellos de manera que no se puedan todos ayuntar a fazer aquello a que son tenudos de fazer e guardar de ellos e de sus bienes, que es tonce el uno de ellos puede dezir al otro que el quiere dar recado, e obligar se complir lo que antes todos de cumplir si lo otro lo tuviere por bien, e si ninguno lo haga alguno dellos. e que si acordaren en esto que deue el tuez tomar tal recado del como se dixo en la ley antes desta.* Adde quod procedit † tam in tutoribus testamentariis, quam 2 3

quam legitimis & dativis, *ut observavit Greg. Lop. ubi gl. 1. in prine.* in testamentariis probatur ex *l. testamento 17. cum l. seq. ff. de testam. tut.* ubi præmittitur ordo habendus, quando unus ex tutoribus testamentariis offert satisdationem, ut solus administret, & idem quando ceteri contutores velint satisdare, *ut sup. retulimus c. 12. præced.* quod si plures satisdare parati sunt, tunc idoneor præferendus erit, ut & tutorum personæ inter se & fidejussorum comparentur, *ut in leg. quod si plures, 18. ejusdem vit.* Quod lex nostra in versic. *seq.* approbare videtur, orta tamen super hoc inter eos discordia, ut patet ibi, *Y si descordaren de manera que cada uno quiera obligar se a esto, e quiera auer en guarda los bienes de los mocos, estonce el tuez deue escoger aquellos que le bien mandare, que sea mas pronechoso a los mocos e omar tal recado del como si bredicho es, e dar le poder que el solo los pueda auer en su guarda, e alumar, e aprouechar los bienes dellos:* tunc demum igitur data ista electio judici, quando tutores non concordant, ut unus eorum gerat, sed omnes velint gerere, *ut patet ex dictis verbis nostræ l. & præter ea tenet Gregor. Lopez ibidem in gl. escoger. ubi, & adverte.*

3 Sed ut res hæc apertior fiat, distinctione uti opus est, de qua *in l. 3. per totam usq; in fin. ff. de administrat.* uempe. quod quando plures tutores dati sunt in testamento per patrem, & dubitetur, quis eorum gerere debeat, si pater, qui in potestate habet, destinavit testamento, quis tutorum tutelam gerat, ille debet eam gerere, quem pater destinavit, mens toq; patris fuit voluntati, qui utique recte filio prospexit: Idem est de his, quos parens destinavit testamento, & præter eos confirmavit, ut si parens declaravit, quem velit tutelam administrare, ille solus administret; ceteri vero tutores non administrabunt, sed erūdi, quos vulgo *honorarios* appellamus, qui possunt convenire excussione præcedente bonorum illos, qui gessit: dati sunt n. quali observatores actus ejus & custodes: importabitur q; eis quandoq;, cur simile eum conversati videbant, suspectum non fecerint, assidue igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & sollicite curare qualiter conversetur, & si pecunia sit, quæ deponi possit, curare, ut deponat ad prædiorum comparationem: blandiuntur n. sibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri, tenentur n. secundū ea, quæ sup. ostēdimus. Ita cavetur *in d. l. leg. 3. in tote suo princip.*

Nonnunquam tamen ab hoc receditur, ut in casibus expressis §. 1. *ejusdem l. 3.* de quibus supra egimus. Apparet igitur prætori curæ fuisse, ne tutela per plures administretur, quippe. & si pater non destinaverit, quis gerere debeat, attamen id agit, ut per unum administretur, facilius enim unus tutor & actiones exerret, & excipit, ne per multos tutela spargatur.

Si autem non est à testatore electus tutor, aut gerere nollet tunc is geret, cui major pars tutorum tutelam declaraverit. Prætor igitur jubebit eos convocari, quod si non coibunt, aut coacti non deserent, causa cognita ipse statuet, quis tutelam geret: si vero consentiant tutores prætori, sed velint omnes gerere, quia fidem non habent electo, nec patiuntur, ut succedanei sint alieni à periculo, omnes gerent: quod si velint inter se tutelam dividi, velin partes, vel in regiones audiendi sunt, & quilibet tuctur sexceptione prorea parte, vel regione, quam non administravit. Ita probat text. *in l. 3. § sin. cum leg. seq. ff. de administr. tut. & ibi notat Alber.* Et inquit ibi Bartol. *n. 1.* quod si unus vult dividere, & omnes alii velint administrare, tunc fiet divisio ceteris invitis per ostium judicis: Et præfatam distinctionem, quæ legalis quidem est, sequitur Greg. Lopez *in d. l. 1. an gl. escoger, ibi, & adverte hic tit. 16. par. 6.*

Si autem sint plures tutores legitimi, & expediat per unum tantum geri, tunc unus corum potest reliquos compellere, vel quod satisident, vel recepta satisdatione ab eo, consentiant, quod ei gestio committatur, *ut in leg. legitimos. § 1. ibi, & ibi notat Bald. ff. de legit. tut.* & si inter se non concordent, quis eorū gerat, judex eligat meliorem & utiliorem pupillis, & præstita satisdatione decernet ei administrationem. ut is solum personam, & bona pupillorum sub sua tutela, & custodia habeat, *juxta l. nostram regiā 11.* quæ indistincte in plurib. tutorib. orphanorū loquitur, nec distinguit, an sint testamentarii, legitimi, vel dativi. Ergo in omnibus his locum habet. & in terminis. Ita tenet Greg. Lop. *abrd. in gl. verb. escoger. ad fin.* & in dativis idem probaverat ead. gl. *1. ibidem.*

In patronis † autem non oportet admitti provocationem, nisi ex magna causa: ne quis spem successionis diminuat, *juxta text. in d. leg. legitimos. § primo, ibi puto in patronis.* 4

SUMMARIA.

1 Plures tutores simul constituti non solum viriliter obligantur, sed in solidum etiam ut quilibet eorum in solidum conveniri possit, quod late hic jure probatur, & est prima regula.

2 Procedens juris regula procul dubio procedit, quando unus tutorum gessit tutelam mandato aliorum contutorum, tunc namq; indubie omnes in solidum tenentur ubiq; beneficio ordinis.

3 Procedit etiam, licet tutores non sint legitime constituti.

4 Procedit multo fortius, quando tutores non administrantes sunt in dolo.

5 Procedit non solum in favorem pupillorum, sed etiam creditorum hereditariorum.

6 Fallit autem prædicta prima regula in duobus casibus, de quib. hic. 1. quando testator tutelam divisit, 2. si a judice divisa fuit nisi in casibus, de quib. hic.

7 Fallit tertio, quando sunt tutores diversæ speciei, unus testamentarius, & alius dativus, quo casu pro sua quisq; parte tenetur.

8 Fallit quarto in casu l. 1. C. de divid. tut.

9 Differentia tamen est in hoc inter tutores, & eorum fidejussores, de qua hic.

10 Tutores plures licet in solidum teneantur regulariter, habent tamen inter se quatuor juris beneficia. Primum est beneficium ordinis. Secundum divisionis. Tertium cessionis actionis. Quartum utilis actionis.

11 Beneficium ordinis competit, quando sunt plures tutores, quorum alii qui gesserunt alios minus gerentibus.

12 Beneficium ordinis non datur, nec competit, ubi, qui non gesserunt tutelam sunt in communi, vel proprio dolo.

13 Beneficium ordinis non datur, nec competit, ubi gerentes gesserunt ex mandato eorum, qui non gesserunt: non tamen sufficit in hac specie simplex permissio, ut in n. 14.

15 Beneficium ordinis, non datur pro negligentia, in his enim omnia aqualiter sine beneficio ordinis tenentur.

16 Beneficium divisionis impenditur tutoribus omnibus gerentibus, vel nulle gerentibus, ut aut non sit locus ordinis beneficio, ut obligatio inter omnes dividatur, quo solvendo reperti fuerint.

17 Beneficium divisionis competit etiam fidejussoribus eorumdem sint in solidum obligati.

18 Beneficium divisionis competit fidejussoribus & tutoribus, non solum in modum exceptionis, sed etiam per officium judicis possunt impetrare, ut inter eos dividatur obligatio.

19 Beneficium divisionis an pertineat ad tutores, qui ex communi dolo conveniuntur, & numeris sequentibus refrunturi diversa sententia: affirmativa eligitur rejecta concordia, de qua n. 21.

20 Pupillo competit actio adversus unumquemque magistratuum in solidum absque beneficio divisionis, quando ipsi magistratus dolo pupillo non prospexerunt.

22 Beneficium divisionis facilius conceditur, quam utilis actionis.

23 Beneficium ordinis non competit pro neglectis, & dolose administratis, quia differentia sunt hæ beneficia.

24 Actio eadem, licet competat contra tutores, & contra magistratus, sunt tamen à jure distincti.

25 Magistratus male professi tenentes pupillo de tutore, licet mero jure teneantur ei in solidum, ex æquitate tamen competit illis beneficium divisionis.

26 Tutor conventus non ex communi, sed ex proprio dolo, non habet beneficium divisionis.

27 Magistratus præponens tutorem, pupillo excutiendus est prius, quam agatur contra tutores non gerentes, sed hoc recusit ne aut scrutinium, & usus illud non admisit amplius, sed immediate convenitur ipse tutores.

28 Beneficium cedendarum actionum datur tutoribus solventibus pro contutoribus, ut ibi solventibus cedantur à pupillo actiones negotiorum gestorum, competentes illis adversus tutores, ut eos possint exigere, si quando solvendo esse reperti fuerint.

29 Beneficium cedendarum actionum competit tutori convento ex communi culpa, vel ex culpa alterius, secus si conveniatur ex communi dolo, vel alterius.

30 Beneficium cedendarum actionum, non comprehenditur sub renunciatione generali omnium beneficiorum, nisi specialiter renunciatur.

31 Beneficium utilium actionum datur tutoribus conventis atq; ex actis contra alios tutores, quo casu actiones ab eo, qui pupillus fuit, cessæ non sunt.

32 Beneficium cedendarum actionum nihilominus necessarium fuit, non obstante beneficio utilium actionum ex ratione, de qua dictis.

33 Transactio facta cum quibusdam administratoribus, certis, cum quib. non est transactum, non prodest.

CAPUT XV.

Pluribus tutoribus constitutis, quomodo singuli teneantur?

SUperioribus in cap. proxime præcedenti dictis consonum est, ut de pluribus tutoribus ejusdem pupilli, vel eorundem pupillorum simul relictis, datis, vel constitutis, quomodo unusquisque teneatur, & conveniri possit, agamus, & in hoc.

1 REGULA † juris est, quod plures tutores simul constitutinon solum viriliter obligantur, sed ita etiam, ut quilibet eorum in solidum conveniri possit: gerunt n. negotium publicum auctoritate, licet utilitate privatum, *ut in princ. Inst. de exc. tut.* & sunt rei plures debendi, licet non in omnibus & per omnia, & in solidum obligentur. *l. tres tutores, in princ. 56. ff. de administ. tut.* ibi inquit tex. *tutoru pupillo dati sunt, unus tutelam gessit, & solvendo non est: secundus Titio rerum mandavit, & Titius quadam administravit: tertius nihil omnino gessit, quæritur est, quatenus quisq; eorum teneatur? & tutorum quidem periculum commune est in administratione tutelæ, & in solidũ universi tenentur:* Addit cad. l. *in verſic. non ſolum:* quod non solum gessisse tutelam creditur is, qui alii gerendam mandavit, sed & qui satis à contatore accepit rem salvam pupillo futuram, eiq; permisit administrationem totius tutelæ, nec potest se defendere constitutionibus, quæ jubent, ante conveniri eum, qui gessit, ité in eo, quod nemo gessit, non utiq; ejus periculum est, qui quædam gessit, sed communiter omnium: exigi autem ab eo solo periculũ ob alia, quæ non gessit, non oportet, nisi quę talia sunt, quæ vel consummationem ceptorum ab eo desiderabant, vel ita conjuncta fuerunt, ut separari nõ debeãt.

Secundo principaliter ead. juris regula probatur *ex l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. distrab.* ubi inquit tex. *nunc tractemus, si plures tutelam pupilli administraverint, pro qua quisq; eorum parte conveniendus sit? & quidem omnes gesserunt tutelam, & omnes solvendo sunt, æquissimum erit dividi illum pro portionibus virilib. exemplo fidejussorum, sed & si non omnes solvendo sint inter eos, qui solvendo sunt, dividatur actio: sed prout quisq; solvendo est, poterunt convenire, & si fiete quis ex facto alterius condemnatus præstitit, vel ex communi gestu, nec ei mandata sunt actiones, constitutum est à D. Pio, & ab Imperatore nostro, & divo patre ejus, utilem actionem tutori adversus contutorem dandum.*

Tertio idem probatur ex *l. 2. C. de divid. tut.* ubi inquit textus si divitio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco, seu provincia constitutos, necdum fuerit, licentiam habet adolescens, & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: cessione videl. ab eo adversus ceteros tutores seu curatores actionũ ei competentium facienda.

Ex quibus juribus merito hanc juris regul. probarunt gl. Cyn. Fab. Bar. Bal. Ang. Salyc. Alex. Jal. Ruin. Seysel. Curt. & Alc. *in l. 1. C. de transact.* & *ibi Padilla num. ſſimum, n. 6.* & est communis *ſecund. Ronch. in l. eand. in princ. n. 218. ff. de duob. reis, Boe. dec. 59. in princ. ant. par.* quos ad hoc refert & sequitur excepto Padilla, Mar. Ant. Eugen. *d. cap. 19. n. 24.* ubi quod alibi passim.

Quæ quidem, † juris regula procul dubio procedit, 2
quando unus tutorum gessit tutelam mandato aliorum contutorum, tunc namq; indubie omnes in solidum tenentur ab ipso beneficio ordinis. *gl. in d. l. tres tutores, & in d. l. 1. C. de transact. Boer. d. decis. 59. n. 6. Eug. d. cons. 19. nu. 23. & 27.* & est text. expressus *in d. l. tres tutores, in princ.* ut videtur. & dicemus infra.

Procedit etiam, licet tutores non sint † legitime constituti. *leg. tutores 8. cur. ar. ubi Bar. ff. de admin. tut.* & in terminis consuluit Aret. *cons. 19. col. 2. ad fi. ver. & ſi dicatur, & ſub n. 3. quem refert & ſequitur Eug. d. cons. 19. n. 24.* 3

Tertio † procedit multo fortius, quando tutores non 4
administrantes, sunt in dolo, qua tunc quisq; proprii delicti pœnam in totum meretur. cum delinqui non nisi in solidum possit, *d. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tu. & rat. distrab. & leg. ſi plures. ff. de admin. tut. la ſecunda,* ex veriori sententia, quã probat Ronch. *in d. l. eand. ſub n. 221. verſ. ſed major dubium eſt, & in l. 3. §. ubi duo, ſup. 2. 9. Bar. ff. de duob. reis. & Eug. ubi ſup. n. 40. & 51.* ubi n. 41. *cum ſeq.* late probat de dolo constare, quãdo tutor præpositus ab aliis contutorib. administravit, non confecto inventario, *& n. 55. & 56.* ponit exempla culpæ tutoris administrantis, de qua ceteri contutores tenentur, *ut ubi per eũ, & n. 58.*

Et prædicta procedunt † non solum in favorem pu- 5
pillorum, sed etiam creditorum hereditariorum, ut probat *Eug. ubi ſup. n. 71.* Nunc autem referamus non nullos casus exceptos à prædicta juris regula, in quibus tutores non tenentur in solidum, sed unusquisq; pro parte.

Primus est, † quando tutor tutelam divisit: Secundus, si 6
à judice divisa sit, nisi per dolum, aut culpam, suspectum non removerunt, vel tarde suspicionis rationem moverunt, cum alter eorum non solvendo effectus est, vel suspicionis causam agendo sua sponte jura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis dicentibus, cum contutorem suum non administrasse res pupillares. Ita decidit text. *in l. 2. ver. an diviſionem. C. de divi. tut.* ubi idem in textu inquit, quod si ipsi tutores inter se tutelam diviserint, non prohibetur adolescens unũ ex his in solidum convenire, ita ut actiones, quas adversus alios habet, ad electum transferat, & tenent gl. & Dd. *in d. l. 2. & in d. l. 1. C. de transact. Ronch. in d. l. eandem, n. 222. Decia. conſ. 11. nu. 55. vol. 1. Eugen. d. conſ. 19. num. 1. junctis num. 35. cum ſeq.*

Tertius casus est, † quando sunt tutores diversæ speciei, 7
quorũ unus est testamentarius, alius dativus, quo casu pro sua quisq; parte tenetur, *d. l. Lucius, §. cum teſtam. ff. de admin. tut.* ubi eum tex. ita interpretatur Bar. *idem Bar. in d. l. 1. n. 4. C. de transact. & ibi Jacobin. n. 11.* & communem esse testatur hunc intellectum Alex. *ibi, n. 3. Cur. Senior, n. 10. & Padilla, n. 5.* contra gl. existimantem divisionem ibi fuisse factam à testatore, sed arguitur ejus intellectus, quod tex. ipse inquit in illis verbis, *ac ſi teſtamẽto in partes dimidias tutores dati eſſent.*

Quartus

8 Quartus casus est in specie *l. 1. C. de divid. tut.* cujus verba ita se habent, *ſi poſt finitum adminiſtrationis officium collegatus indemnitati præſtandæ dare fuerint, poſſeque dum non conveniuntur minus idonei effectus ſunt: vitium ætatis ceſſationis ad deſpectum tuum pertinere. jure ratio non patitur,* & ibi gloss. *ver. non patitur, alias jura allegat l. 3. C. de probat. Fulgoſ. Alciat. num. 15. Purpur. 55. & Padilla. num. 16. in d. l. 1. C. de transact.* constituentes in hoc differentiam inter fidejussores & tutores: licet enim inter utrosque obligatio dividatur, ac proinde tutor conventus divisionem postulans, teneatur probare, contutorem solvendo esse, *l. ſi duobus tutor in princ. ff. de fidejuſſor.* fidejussori necesse est probare alterum fidejussorem solvendo esse tempore litis contestatæ, *ut in §. ſi plures, de fidejuſſor.* Tutori tamen satis est, si probet, contutorem fuisse solvendo tempore depositæ administrationis, *ut in juribus ſupra allegatis.* 17

9 Sed † quamvis tutores in solidum regulariter teneantur, habent tamen inter se quatuor juris beneficia, ne in solidum exactentur. Primum est beneficium ordinis: Secundum beneficium divisionis: Tertium beneficium cessionis actionis: Quartum beneficium utilis actionis.

10 Beneficium † ordinis competit, quando sunt plures tutores, quorum aliqui gesserunt, alii minime gerentibus. Nam si non gerentes conveniantur, beneficio ordinis poterunt impetrare, ut primo qui gesserit, ejusque heres, conveniatur. *l. 2. in princ. C. ſi tutor. non geſſ. l. 2. in princ. & l. fin. C. de admin. aut l. cum inter dictæ. C. de arbit. tut.* Naturali namq; æquitate fuit introductum, ut primo reddat rationem, qui administravit, quam, qui non administravit atque ad gerentem prius manus porrigatur, *ita Bald. in d. l. 1. fin. verſic. ſic demum quæritur, Cod. de tranſact. quem ad hoc refert & ſequitur Padilla, ibi n. 7.* ubi quoque, quod hoc ordinis beneficium, & ad heredes non gerentium extenditur, *ut in l. pater, verſ. primo, C. de hered. tut.* 18

11 Sed † hoc beneficium ordinis non datur, nec competit, ubi qui non gesserunt tutelam, sunt in communi vel proprio dolo, ut probare nititur Eugenius, *d. conſil. 19. n. 6. cum ſequent.*

12 Secundo limitatur, quod diximus de beneficio ordinis, ut non procedat, si gerentes gesserint ex mandato eorum, qui non gesserunt, tunc enim omnes gessisse videntur, *l. communem, §. geſſiſſe, ff. de adminiſt. tut. gloſſan. d. l. tres tutores. ff. de adminiſt. tut. & in d. l. 1. C. de tranſact. Boer. d. deciſ. 58. num. 6. Padilla in d. l. 1. num. 2. Marc. Ant. Eugen. d. conſ. 19. num. 21. cum ſequenti.* 19

principaliter detur pupillo, *l. in copulandis, C. de nupt.* pro quo videtur textus in *l. propter litem, § fin. in prin. ff. de excusat. tutor. ubi, licet datus tutor ad unum versum patrimonium datus sit, &c.* Namque si exprimeret, quod dabat etiam ad patrimonium extra territorium judicis, tunc talis datio respectu rerum, quæ non sunt in territorio sibi subdito, non valeret, *ut late tradit Ang. in d. l. 1. Cod. qui pet. tut. quem refert & sequitur Greg. Lopez. in d. l. 12. gl. Alias. dell Ingar. ubi & sit cautus judex.* Et quod administratio tutoris porrigatur etiam ad bona sita extra territorium ejus, qui tutorem dedit, tenet quoque Bart. *in l. legitimas, num. 5. ff. de legitim. tut.* ubi, quod decretum super actu voluntario à judice ordinario interpositum, valet etiam super rebus extra territorium sitis, *per text. in l. magis puto, §. illud. ff. de rebus eorum & l. 1. Cod. qui pot. tut. & dict. l. propter litem. & licet. ff. de excusat. tutor.* concludens, ex hoc, quod judex, sub quo est pupillus, potest interponere illud decretum, quod extenditur ad bona ubicunque posita. si contradictorem non habet: sed si contradictor esset, ita quod haberet necesse mitti in possessionem per ministros judicis, tunc non sufficeret litera alius judicis, sed deberet scribi illi judici, sub quo res sunt, *idem Bart. in l. pupilla, numero primo ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Rald. in lege final. numer. 46. C. de edicto D. Adrian toll. Alexand. consil. 128. num. 4. volum. 1. Decius consil. 207. numer. 1. & hos referens Andreas Gail lib. 2. pract. observ. observatione 123. numer. 8. pag. 240. colum. 1. & Cavalcan. de tutor. & curator. num. 281. Martianen. cons. 7. num. 58.*

7 Quod † si pupillus fuerit dominus loci, in quo habitat, & habet domicilium, non tenebit datio tutoris eidem facta per judicem ab eo ibi positum, quia requiritur, quod persona pupilli sit judici subdita, qui dat ei tutorem, *ut in d. l. 1.* & quia actus tutelæ videtur potius actus contentiosæ jurisdictionis, quam voluntariæ, unde apud seipsum, sive ejus judicem fieri non potest. *d. si consul. ff. de adopt. l. iff. de tut. & curat. dat. ab his, l. ille a quo, §. tempestivum. ff. ad Trebell.* Unde recurrendum esset tali casu ad judicem originis propriæ, vel paternæ, vel ubi habet majorem partem suarum facultatum, *ut in d. l. 1. & in d. l. 12. Regia. 7. part.* vel ad Regem, qui jubeat ei provideri de tutore, *secund. Greg. Lopez. ubi sup ad finem gl.* ubi etiam refert Bald. *in l. 1. solum 1. Cod. de emancip. li-*

8 *ber.* dicentem, † quod jurisdictio dandi tutores, potest prorogari de consensu partium, cum sit actus voluntariæ jurisdictionis: sed stante nostra *l. Reg. 12.* credo non posse procedere hoc dictum Baldi, cum per eam tres judices prædicti constituantur pro discernenda tutela, & præterea præcipiatur in verb. *mas si el tuez, que si el tuez que da el guarda dor no uuiesse por si alguna de las razones sobredichas, (que sin domicilio, o naturaleza del pupillo, o de su padre o existencia de la mayor partida de los bienes del huerfano) no puede estonce el que fuesse puesto por mandado de tal tuez auer la guarda del moço.*

Et quamvis lex hæc nuncupatim non loquatur in casu, quo adsit, vel non adsit prorogatio partium, nihilominus tamen ex sua generalitate, & quia non excipit casum prorogationis de consensu partium factæ in alium judicem, quam præd. tres, procedere quoque videtur, etiamsi jurisdictio alterius judicis incompetentis prorogetur de consensu partium: alias enim, quilibet judex extraneus posset dare tutorem non subdito de consensu partium, quod esse videtur contra mentem nostræ legis, cum ipsa ad hoc constituit unum extribus judicibus, & annullet dationem tutelæ ab alio, quam in ea contentis factam, fierentque præterea in hoc mille fraudes in damnum pupillorum, si aliud diceremus, & quia facto privatorum jurisdictio dari non potest, *ut in juribus vulgatibus.*

9 Denique † verius esse censeo, dationem tutelæ potius esse actum jurisdictionis contentiosæ, quam voluntariæ, quia tutores dativi discernuntur per judices habentes jurisdictionem ordinariam non delegatam, & sic per judices civitatum secund. *Bar. in l. 1. in prine. ff. detut. & cur. dat. ab his n. 4. Alex. & Jas. in l. 1. ff. de jurisd. omnium judic. idem Jas. & Dec. in l. 1. ff. de offic. ejus, prout eos refert, & sequitur Ant. Piag. de tut. & cur. q. 5. n. 5 & Greg. Lop. in d. leg. 12. in gl. que se amenor:* Et præterea, quia in tutela discernenda requiritur plerumque causæ cognitio, *ut sup. in aliis, dximus.* Item solent oriri contentiones inter plures tutelam prætendentes: Deniq; tutores nonnunquã exculantur, & tutelæ onus subire contendunt: Alii vero eam prætendunt contra alios, super quibus magnæ lites causantur, rixæ; & contentiones. Ergo cum hæc omnia indicis decreto diffinienda sint, atq; pendeant ab ipsa datione tutelæ, consequens est, ut datio tutoris sit actus jurisdictionis contentiosæ, non vero voluntariæ.

10 Ratione † tamen necessitatis, (ut quia minor originarius unius civitatis, habens etiam ibi facultates suas, ab ea bannitus est, & habitat in civitate vicina, & ibi cõvenitur) potest judex civitatis habitationis illi dare tutorem, quamvis alias non liceret, *secundum Joannem Andream in addit. ad Specul. in rubr. de curat. in verbo. sciat ergo, ubi allegat Guido. de Suzar. quem refert, & sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 12. in glossa, do nascio el moco, o el padre del. ad finem.*

11 Omnia supradicta in datione † tutelæ videntur quoque procedere in datione curæ, tum ex nostra lege regia 12. ad finem ibi, *e de alli adelante deuen los suz gadares dar, e otorgar al moco otro guardador, quellamen en latin curator &c. los suz gadares.* Namque videtur intelligi hoc casu de supradictis ab eadem l. assignatis ad dationẽ tutelæ, cum ipsa lex aliud in curatore dando non exprimat, nec dicat tum etiam ex identitate rationis, & quia nulla differentiæ ratio assignari potest in hoc inter dationem tutelæ & curæ: Ergo idem ius in utrisque est statuendum, *argum. l. illud. cum simil. ff. ad l. Aquil.* pro quo est text. *in rubr. & nigro, C. ubi per tut. vel curat.*

12 Ex quibus corruere † videtur distinctio Anton. Gomez. *2. tom. var. resol. cap. 14. de restit. min. nu. 17. verbo. ex quibus,* quæ habet, quod si agatur de dando tutore alicui minori, debet dari in loco originis, & non in loco ubi habet patrimonium, & bona sua: quia talis tutor datur principaliter personæ, & virtus & effectus tutelæ extenditur ad alia loca: Si vero ageretur de dando curatore, quilibet iudex prædictorum locorum posset dare, quia principaliter datur rebus & non personæ, *ut ibi per eum, de quo infra latius agemus,* sed nunc eam differentiam improbamus, contendentes tam ad dationem tutelæ tres iudices esse competentes, de quibus *in d. l. 12.* quam ad dationem curæ ex prædictis.

13 Procedit etiam † nostra *l. 12.* loquens in tutoribus dativis, in tutoribus legitimis. Judex namq; pupilli tripliciter modo consideratus, *ut in eadem nostra l. Reg. 12.* legitimis tutoribus tutelam deceruet, cum in hoc insp icienda sit persona pupilli: Judex etiam originis pupilli, vel ipsius patris iuxta nostram leg. Regiam † potest dare minoribus tutorem vel curatorem, ut in ea vidimus, & de origine patris idem etiam probat *l. unic. C. ubi pet. tut.* ubi gloss. prima concordantia iura allegat.

15 Quod si pupilli vulgo † concepti essent, inspicienda est propria sui origo, vel ex persona matris, & in eo loco petuntur tutores vel curatores, *secund. Greg. Lopez. in d. l. 12. in gloss. do nasco, el moco, o el padre del, in prine.* sed contra iudicem originis in hoc casu faciunt tradita per Anto. Galeaz. Maluas. *consil. 37. sub num. 22. col. 3.* Sed nihilominus tenendum est, quod prædiximus, etiam iure communi attento, *ut per Maluas. ubi supr. num. 24. cum seqq.* & præcipue iure regio per nostram leg. Regiam 12. Similiter iudex loci, ubi maior pars hominum fuerit, potest

potest tutorem vel curatorem dare minoribus, *ut in nostra lege 12.* ibi, *esso mismo puede, &c.*

17 Dubitari tamen contingit † circa intellectum hujus conclusionis, ad hoc, quod judex loci, ubi est major pars bonorum minoris, possit ei dare tutorem, requiratur, quod ibi quoque minor habeat domicilium, ita quod alias non sit judex competens ad id.

Et quidem Doctores communiter *in l. prim. Cod. ubi pet. tut.* hanc partem tenent, licet eorum rebus ibi existentibus dare possit, *ut in leg. juris peritus, §. ornandum. ff. de excusat. tutor. teste Anton Gomez. ubi supra.* qui eam sententiam quoque probat, & sequitur Judex namque, qui dat tutorem, debet habere jurisdictionem in personam pupilli, quam jurisdictionem non habet judex, ubi tantum sunt res pupilli.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, imo, quod judex loci, ubi est major pars bonorum pupilli, sit competens ad dandum ei tutorem, etiamsi ibi minor domicilium non habeat. Primo, *ex l. 1. in prin. C. ubi pet. tut. ibi, vel ubi eorum sunt facultates, &c.*

18 Secundo, quia † eo ipso, quod minor habet in eo loco majorem partem fortunarum suarum, videtur pupillus ibi habere domicilium, *ut tradit Paulus Castr. in l. 2. num. 2. ubi & etiam, Cod. ubi Senat. vel clariss.* Unde licet Pupillus alibi habeat aliud domicilium, seu habitationem, poterit provideri de tutore per judicem, ubi est major pars sui patrimonii, *ut voluit Azo,* cujus opinio approbatur expresse in nostra lege Regia, per quam, & tertio, hæc pars expresse, & procul dubio decidit, dum tres judices ad dationem tutelæ, vel curæ constituit, & quemlibet ipsorum, nempe judicem loci, ubi minor domicilium habet, vel habitat, judicem originis propriæ vel paternæ, denique judicem loci, ubi est major pars bonorum minoris: Judex igitur hic ultimus, ita judex est, sicut primus domicilii, & sicut secundus originis minoris, vel paternæ: Quare merito hanc partem probavit Gregorius Lopez, *in dicta l. 12. in gloss. la mayor partida de sus bienes, ad fin. ibi, sed tu dues,* & eam sequi videtur Molina Theologus *de justitia & jure, 2. tractatu prima parte, disputat. 120. col. 1361. ibi, sed Paul. Castrens.*

Quæ adeo procedunt, ut non sit necessarium redire jure domicilii, in alterum prædictorum locorum, ut magistratus det minoribus tutores, *ut in dicta l. 12. & in dicta leg. 1. & tenet Azo in summa, Cod. ubi pet. tutor. & Gregorius Lopez. in dicta l. 12. in gloss. do nascio el moco, ibi, item etiam.*

19 Sic † etiamsi minor habeat domicilium in uno loco ratione originis, & in alio ratione habitationis, & in alio, in quo nullum habet domicilium, res est sita, & expediat ei eam vendere, quilibet judex prædictorum locorum potest decretum interponere super venditione dictæ rei, *text. est singularis & unicus in lege magis puto, versicule. illud quæri, ff. de rebus eorum, & ibi Dyn. Alber. Baldus, & Cuman. Antonius Gomez, ubi supra,* eam reddens rationem, quia judex originis, & habitationis illud interponit ratione jurisdictionis personæ minoris, quæ extenditur ad aliud territorium, judex etiam loci, in quo res sita est ratione ipsius rei, quam habet in suo territorio, & jurisdictione, *ut in l. si pradium, 16. ibi, sine decreto præsidis provinciæ, in qua situm est vendidisti, Cod. de præd. minor. & ibi communiter Doctores.*

20 Prædicta † de judicibus circa dationem tutorum vel curatorum procedunt, quando tutor vel curator dandus esset pupillo, vel adulto laico: secus si clerico: tunc enim dari debent à judice ordinario ecclesiastico, non autem à laico, quia non habet jurisdictionem in illum, *Bartolus in lege prima, numer. 5. ff. de tutoribus & curatoribus dat. ab his. Carolus Ruin. consil. 89. incipit, quam-*

vis capiose, num. 1. vol. 3. Anton. Piag. de tut. & curat. qu. 3. num. 6.

Poterant etiam jure communi † tutores, & curatores 21
dari à judicibus Cartularijs, habentibus potestatem à Principe, vel à Comite Palatino, cui Princeps concessit, *ut tenet Bartolus in dict. l. 1. num 3. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Angelus in §. actionum, num. 70. Iesit. de all. & Antonius Piagius ubi supra, n. 3.* Sed hodie jure nostro Regio non procedit hæc doctrina, attenta prædicta lege 12. partitæ, *in verbis supra relatis,* quibus prædictis tribus judicibus id conceditur, non vero aliis.

Judex † tamen competens dationis tutelæ, vel curæ, 22
existente matre, (adde tu, vel avia, non debet devenire ad tutorem dandum, nisi ea citata: quo facto, si apparebit eam esse negligentem, judex dabit tutorem, legitimo non existente, *ita Piagius dicta quæstione 3. numero 8. citans ad hoc Bartol. in lege tutor, numero quarto, ff. de tutoribus, & curatoribus dat. ab his,* ubi tenet, quod non valet datio tutoris facta à judice, alio petente, non facta mentione matris, & *numero 7.* tenet, quod si de matre est facta mentio in petitione, debet ipsa requiri, si tutor daretur ex inquisitione: sed si judex vellet dare tutorem absq; inquisitione, tunc sufficeret coram eo esse narratum: nec enim habet necesse inquirere, quod habet, quia potest fieri, quod hic loco, & tempore, *ut in leg. qui habet, §. penult. ff. de tutelis, & numer. 6.* quærens, quid si judici narratum fuerit de matre, & tutorem sine inquisitione dederit, an matri postea tutelam volenti prætjudicet? Inquit, quod hoc casu est tenenda distinctio Odofredi, quod aut mater fuit in mora, aut non: Primo casu sibi præjudicet, & præteratur dativus: in secundo vero casu, quando mater non fuit in mora, neque est, quid sibi imputetur, tunc præfertur ipsa, & tacendo mater per quatuor menses, est in mora, *ut per eundem Bart. ibi d. nu. 4.*

Nihilominus tamen semper erit optima praxis, ut 23
priusquam detur tutor à judice, mater requiratur: Si autem hoc omittitur, & de matre non fuerit facta mentio, corruet datio tutoris: si vero de ipsa fuerit facta mentio, & datio tutoris fit ex inquisitione, necessario debet ipsa requiri, ut patet ex doctrina Bartol. *ubi supra.* Quod si datio tutoris fiat sine inquisitione, licet mater non debeat requiri, quando in petitione de ipsa fuit facta mentio, utile tamen erit, ut requiratur ad hoc, ut in mora constituatur, & ut sibi imputetur, si tutelam non petierit. Idem videtur dicendum respectu ceterorum consanguineorum agnatorum deficiente matre, cum agitur de dando à judice tutore, qui dicitur dativus minoribus, ut hoc petentes debeant asserere judici, quomodo proximiores consanguinei, sive agnati cessent petere tutorem pupillis, cum sint admoniti, ne erretur in causa facti: id quod probare videtur nostra lex duodecima, ibi, *de mas de temos, que si los parientes fuessen negligentes en demandar guardador ad huerfano sobredicho, o si non oviesse parientes que lo pidiessen, entonces los amigos del moco, o otros qualesquier del pueblo deuen pedir al juez que de al huerfano guardador, &c.* Ergo constare debet de negligentia consanguineorum prius, quam deveniatur ad tutorem dativum: & à fortiori de negligentia matris vel aviæ, ea stante, vel utriusque, si utraque adsit.

Illud præterea † observandum est in proposito quod 23
tutor, vel curator magnatis, debet dari & provideri per solum nostrum regem, *ut in leg. 14. titulo 5. libro 2. Novæ Collect. Regiæ,* quæ ita disponit: *Mandamos que quando quiera que en nuestras audiencias se pediere por parte de algun grande tutor, o curador para su persona y bienes, o para litigar en nuestro Presidente y Oydores de las dichas nuestras audiencias, lo remitan a vuestras personas reales, para que aquello y a nos de proueer y cumple a nuestro servicio.* Jure

autem communi, qui judices essent competentes ad providendum illustribus & clarissimis personis, tutores vel curatores decernit, *lex unic. Cod. de tutor. vel curat. illustr. person.* Unde in his regnis, nec auditores regii, nec Regis prætores, nec domini vasallorum absque Regis consultatione & commissione possunt tutorem, vel curatorem magnati providere, ut patet exillis verbis, *(Pues aquello es a uos de prouer, cumple assi a nuestro seruicio,* per quam leg. ita in terminis tenet Bardabilla, *en su Politica de Corregid. libr. 2. capitulo 16. numero 207. pag. 374. columna 1.*

24 Debet autem judex † competens per se dare tutorem, & non per alium si substantia minoris fuerit ultra quingentos solidos, secus si infra eos, ut in nostra leg. duodecima, ibi, *E eliuez lo deue hazer per si, non por otro entendo el mocoen su valida no se de quientas marauedis mas ouiesse menos, bien puede mandar a otro iuez, que sea merino de si quo dilo sea en lugar dei.*

25 Sic jure communi in usu erat, † quod Romæ præfectus urbi, vel prætor secundum suam jurisdictionem, in provinciis autem præsides, ex inquisitione tutores, vel curatores crearent, vel magistratus jussu præsidum, si non erant magnæ pupilli facultates, *ut in §. fedroc jure, Instit. de Attil. tutor.* Unde licet jus dandi tutores, *per leg. jus dandi, tertiam, ff. de tutoribus & curatoribus dat. ab his*, datum esset omnibus magistratibus municipalibus, hoc intelligi debebat jussu præsidis, *ut in dicto §, sed hoc jure:* Non enim illis suo jure competebat, nisi substantia esset infra quingentos solidos, *ita glossa prima, in dicta leg. jus dandi, & in leg. prim. verbo, mandari, ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict.* ubi eam sequuntur Bartol. *numer. 6. Oros. numero vigesimo nono.* Est communis secundum Curtium Junior. *ibi. numero 53.* qui latissime eam examinat, tenet etiam glossam *leg. prima, verbo, tutoris ff. de jurisdict. omn. judic. & ibi Doctores*, dicit communem Joan. Orosc. *in leg. & legati, numero 1. ff. de officio procunsul. & leg. sequitur cum Decio Antonius Peginus, de tutor. & curator. quæst. 1. numero 5.*

26 Justinianus autem *in §. nos autem, qui est penultimus de Attil. tutor.* per constitutionem suam hujusmodi difficultates hominum resecavit, nec exspectata jussione præsidum disposuit, ut si facultates pupilli, vel adulti usque ad quingentos solidos valeant, & defensores civitatum, ma cum ejusdem civitatis religiosissimo antistite, vel alia publica persona, id est, magistratus, vel juridicus, Alexandriæ civitatis tutores, vel curatores crearent, legitima cautela. secundum ejusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo. quia eam accipiunt, per quem tenet glossa, *in dict. leg. prima, verbo, mandari, ibi, hodie autem ff. de officio ejus, cui mandat. est jurisdictio*, quod hodie jure magistratus competit jus dandi tutores, sine jussu præsidis, vel legis, si pupilli substantia sit infra quingentos aureos, similis glossa, *in dict. l. jus dandi*, loquens de quingentis solidis.

27 Datio igitur † tutoris mixti semper imperii est, alias majoris, alias minoris (*ut ait Bartol.*) secundum crebriorem opinionem, ut refert ex Purpur. *in lib. 1. num. 664. ff. de officio ejus, cui mandat. est jur. Joann. Orosc. in libr. 1. numero 55. ff. de jurisdiction. omn. jud.* & delegari non potest, nisi pupilli facultates ultra solidos quingentos non sint, vel ei delegatio fiat, qui alioquin jurisdictionem habeat, ut cum Accursi. communiter Doctores concludunt *secundum Socin. numer. 16. in dict. leg. 1. ff. de jurisdict. omn. judic. ubi Joann. Orosc. numer. 57. & Purpur. in dict. leg. 1. numero 667, & 669. ff. de officio ejus, cui mandat. est jurisdict.* quæ distinctio jure quoque regio probata est *in dicta leg. duodecim. verficul. E eliuez, &c.* ut vidimus.

Et in † curatore quoque tenenda est, *ut in dicto §.* 28
nos autem, & tenent Angel. & Socin. column. 4. in dict. l. ff. de jurisdict. omn. judic. quos refert & sequitur Orosc. ibi d. numer. 57.

Sed cum text. † *in dicto §. nos autem.* inquit caute- 29
lam legitimam esse præstandam, eorum periculo, qui eam accipiunt: glossi, ibi verbo, *eorum*, exponit, scilicet, *tabellionum & aliorum*, non vero iplorum majorum judicum, qui habent potestatem dandi tantum.

Joan. tamen Faber, *in §. fin. in fine Instit. de satisdat. tut.* dicit illum text. & d. §. *final.* esse intelligendos de minoribus judicibus. & non credit, quod tabelliones ad hoc se intromittere debeant, nisi eis committeretur, nec hoc jure aliquo reperitur.

Ego autem intelligo cautelam illam legitimam, hoc est, latisdationem esse periculo judicum dantium tutores, vel curatores, & admittentium fidejussores, *ut patet ind. §. notautem, in fine, in verbu supra relatu. & in l. 9. tit. 16. part. 6. dize, Deuen dar fiadores al iuez, del lugar* præsertim cum juxta praxin, quam supra retulimus, circa discernitionem tutelæ, prius præstatur satisdatio, & judex visis promissione, juramento. & obligatione tutoris, atque latisdatione ab eo præstita, ei discernit tutelam, ergo ad ipsum judicem admittentem fidejussores, & discernentem tutelam, quasi eos approbantem, spectat periculum: ad tabellionem vero, qui eius rei tantum est nudus minister, minime: in aliis autem fidejussionibus, quas tabelliones ex commissione expressa vel tacita accipiunt, ad eos spectabit periculum, non vero ad judicem: sed in datione tutelæ, judicem tanget per supra dicta, & nuper observata à nobis, *sup. c. procedent, versic. ad tertium, & versic. ultim.* Quæ hic iterum memoria recolenda erunt.

Sed jure nostro Regio, *per dict. leg. 12. titul. 16. part. 6.* tres judices ad dationem tutelæ sunt competentes, *ut supra vidimus*, & non alii, nempe judex loci, & originis pupilli vel paternæ, & loci ubi pupillus habuerit matorem partem bonorum suorum: sicque cessant in his regnis dispolita à jure communi in hoc.

Debet † autem esse tutor vel curator dativus, *Bueno è rico e que entienda el iuez que lo resciue mas propria del moco que de si mismo*, ut in dicta leg. 12. ibi, *Quele de guardador a tal, &c.* & iterum ibi, *Que si a tal que alli- 30*
ne el pro del moco. Hoc ideo dicitur, ut detur cum inquisitione, & sic datus non satisdat, *ut in princip. Instit. de satisdat. tutor.* sed hodie in praxi omnis tutor dativus satisdat, *ut præduximus*, & cum dicit *Rico*, intelligit Gregorius Lopez, *ibidem in glossi. Bueno y Rico*, quod sit ita dives sicut pupillus: Sed hoc non est de substantia satisdationis tutelæ, vel curæ, *ut cum Baldo docet idem Gregorius Lopez, in leg. 9. in glossa fiadores, post medium ibi, & nota, quod non est de substantia titul. 16. part. 6.*

Ultimo † circa prædictum primum articulum, supra 31
propositum & tam pene explicatum, quis, scilicet sit judex competens ad dandum tutorem, illud superest videndum, *quid si reperiantur plures tutores vel curatores dati minoribus à diversis ex præductis judicibus cujus datio tenebit & præferenda erit?*

Et quidem, ut breviter meum insinuem judicium, censeo, quod cum quilibet ex prædictis tribus judicibus, sit competens ad dationem tutoris vel curatoris, dationem eius, qui ex his prævenerit, esse potiorem & præferendam, cum per eam præcludatur via ceteris judicibus, & non sit dandus tutor vel curator, cum tam habenti, ut habet regula iuris generalis, de qua *infra suo loco* agemus: Quod si forte contingeret, ut eodem die fuerit tutor vel curator datus à duobus vel tribus judicibus

tibus competentibus, nec constet de prioritate, tunc Alber. post Dyn. *in l. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & in leg. 1. Cod. ubi petat. tut.* tenet, quod præferatur datio originis, *ut refert & sequitur Gregor. Lop. in dicta leg. 12. in gloss. delan teo no. ad finem.* Ego vero crederem datum per judicem domicilii, præferendum esse ex nostra *l. Reg. 12.* arguendo ab ordine literæ, quod argumentum validum est, *l. quoties, in principio, ubi est text. notab. ff. de usufruct. l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommiss. lib.* allegat alia jura *Everard. in Centuria legal. loco primo ab ordine, versicul. 2. istud argumentum, &c.* & in *vers. 5. qui in vers. 5.* istud argumentum probat, etiam quod ex ordine arguitur prærogativa.

Quantum ad secundum principale, quomodo mater & ceteri consanguinei pupillorum teneantur, eis petere tutorem, & qua pœna puniantur, si id negligant, atq; præstermittant, inquit lex nostra:

De lamparado fineando el moco que fuesse menor de tatorze annos de guisa que su padre no le ouiesse dado guardador en su testamento nin oviesse pariente cercano que loquisiesse guardar estance, la madre e los otros parientes que heredaran a este moco si muriesse sin testamito, deuen pedir al iuez del lugar que e le de guardador, &c. Essos tales no piden guardador a tal moco como sobredicho es, pierden porende aquel derecho que auian de heredar en los bienes del huerfano si muriesse sin testamento.

De iure communi in matre, quod ad hoc teneatur, & alias cadat à successione, & sequentibus in gradu deferatur, probat *l. 2. §. si mater ff. ad Tert. & in §. sed quemadmodum, Instit. cod. titul. & leg. matris, & l. cum à matribus, C. qui pet. tut. & leg. 2. ff. eodem titulo. ubi Bartol. late agit de hac materia. Paris. consil. 41. volum. 2. Mantua. consil. 335. & latissime Marant. in repet. Lit. potest, num. 219. cum pluribus sequentibus, Sylva nupt. Joan. Neviz. lib. 1. num. 33. Anto. Gabriel. lib. 8. communium opinionum, conclus. 1. de Tutel. & Cyruent. in l. 6. taur. n. 3. cum seqq. & alii infra citandi.*

De aliis vero † omnibus consanguineis successuris 33
ab intestato pupillo, idem probat & concordat *l. sciant. 16. C. de legit. hered.* cuius verba sunt hæc:

Sciant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem ex secundum legem non petierint intra annum, omnes ei, sive ab intestato sive jure substitutionis successionem ejus, (si impubes moretur) denegandam esse. Bart. in l. 2. §. confestim, in fin. ff. ad Tertul. Nicolaus de Vvald. in tractatu de successib. ab intest. 2. part. in tertia limitatione Marian. Socin. Junior. consil. 16. volum. 2. Calcan. consil. 33. idemin agnati & cognati ponit Odofred. in dict. l. sciant. & ibi Paul. de Castr. dicens, idem esse in omnibus consanguineis, & Salycet. & Corneus *in princ. idem Corneus in l. matres, C. ad Tertul. in prine. Ancharan. cons. 104. & alios allegans Anto. Gabr. ubi sup. num. 3. & 4. ubi n. 5.* Idem in avunculis probat ex Signorola de Homodeis *cons. 168.*

Et † ex *dict. l. sciant*, supplenda & interpretanda est 34
nostra leg. 12. nempe, ut quamvis ipsa non aperiat, intra quod tempus mater & alii pupillo coniuncti teneantur ei petere tutorem, id tamen facere debeant, & teneantur intra annum mater & alii consanguinei, *ut in dict. l. sciant*, ubi magis communiter hoc tenent Doctores respondentes ad *l. 2. §. confestim. ff. ad Senat. consult. Tertul.* quæ videbatur aliud probare secund. Gregor. Lopez *in d. leg. 12. in gloss. No piden guardador*, statim post principium.

Sed quia ista materia læpissime in praxi cõtingit, estque utilissima, longaque habet radices, ideo eam, claro stylo (more solito) explanare intendo atque radicitus, prout fiet (annuente Deo) per ampliationes & limitationes tam ex textibus deductas, quam ex DD. infra citandis recollectas.

Sit igitur prima ampliatio, ut dum hæ † leges loquuntur de matre, procedant etiam in avia, *ut in leg. 2. §. fin. mater, in versicul. quid si nepotibus, ff. ad Senat. consult. Tertullian, leg. 2. ubi Bartolus, ff. qui petant tut.* & in hoc non 35
est difficultas, *secundum Tellum Ferdinand. in leg. 6. Tauri, num. 31. versicul. alter casus*, & in avia, avo & patruo, Cornel. *consil. 113. volum. 4. Petrus Ancharan. consilio 258. & in avia, Paris. consilio 83. volum. 2. & Marian. Socin. Junior consil. 19. volum. 2. quas refert, & sequitur Ant. Gabriel, ubi supra num. 1.* ubi *n. 6.* idem esse ait in proavo materno.

Est tamen differentia inter matrem & † aviam ex una 36
parte, & alios consanguineos sperantes successionem pupilli ex altera: quia licet mater prius veniat & avia posterius, annus tamen currit ambabus, & ambæ excluduntur, si intra annum tutorem non petant: quia una & eadem caussa, scilicet, naturalis pietas eas adstringit, non tamen avia debet prævenire matrem præcipiti festinatione; nec detineri in oratoria cunctatione, sed cum viderit matrem negligentem, ipsa debet excitari & petere: non sic in aliis successionem sperantibus, qui annus non curut nisi ei, qui tenet primam caussam, hoc est, primum locum successionis, *secundum Paul. Castrens. in dicta leg. sciant, sub numer. 2. & Bartol. in dict. leg. 2. column. fin. ff. qui pet. tut. sequitur Gregor. Lopez, ubi supra, in glo. No piden guardador*, ibi, *est tamen differentia, refert plures pro & contra Ant. Gab. ubi supra num. 11.* Et ideo non est tuta nec vera hæc differentia, *ut inf. dicemus, n. 39. & 116.*

Unde & si tenentes † primum locum excludantur, se- 37
quentes non excludentur, & si non petant tutorem intra illum annum, *ita tenet gloss. final. in fine, in l. 2. ff. qui pet. tutor. & gloss. 1. in l. nepotibus, ibi non tamen obest, si non petierit, cui forte mater se præsserit, Cod. qui pet. tut. & Angel. & Paul. de Castr. in dict. l. sciant, numer. 2.* est communis secundum Corn. *cons. 113. lit. C. & lit. E. volu. 4. sequitur Greg. Lop. ubi sup. versic. nota etiam.* & omnes idem concludunt, ita, ut in hoc nulla sit controversia apud DD. maxime primo vivente, *ut per Mant. consilio 262. teste Anto. Gabr. ubi sup. nu. 8.* & est communis vera & tenenda sententia, *secund. Ant. Gom. in l. 14. taur. n. 18. in versic. item etiam limita.* ubi hoc intelligit, quando proximior in gradu vivebat, secus vero si mortuus sit, quia tunc sequens in gradu tenetur petere pupillo tutorem intra † annum a tempore mortis primi, quia cum 38
jus successionis ex tunc sibi incipiat competere, similiter sibi incumbit onus & tempus petendi tutorem, *sequitur plures referens Anton. Gabr. ubi supra num. 13. & Sylv. Nupt. ubi supra limi. 11.*

Sed quod † maiorem difficultatem habet, est, an la- 39
pso primo anno, per quem primus excluditur, alius sequens in gradu excludatur per lapsum alterius anni? In quo Calcan. *consilio 33.* tenet, quod alius annus currit ad præjudicium sequentis in gradu. Idemque voluit Bart. *in l. nepotibus, Cod. qui pet. tut.* ubi inquit, quod si mater fuit negligens per annum, ita quod certum erat, eam à successione esse exclusam: si alius conjunctus fuerit negligens per alium annum, putat, eum à successione excludi. Idem sentit *in l. 2. §. confestim. ff. ad Tertull. juncta declaratione Natel. in Concordia, Bart. 108. & Angel. consil. 37.* dum dicit, quod ideo non excluditur patruus, quia periculo suo tes pupilli stabant, & clarius idem *consil. 108. in fin. & sentit Baldus in Auth. si captivi, versic. breviter dico, Cod. de Episcopis & Clericis, & Ancharan. consil. 440.*

Sed contrarium voluit gloss. prælegata *dict. l. nepotibus*, dum indistincte loquitur sine præfinitione temporis. Et idem Bart. *in l. 2. nume. 5.* ibi, *si ergo primus excluditur propter non petitum tut. alias ad quem incipit pertinere spes successionis, non privatur ea si tutorem non*

petiit. quia lex illa hoc non dicit, nec debet extendi, cum sit contra ius commune. Et hanc secundam partem sequitur plures citans & appellans eam communem, & magis communem, Anton. Gabriel, *dict. conclus. 1. de tut. lib. communium opinionum, n. 9. per totum.* Et ita est tenendum cum veriori hac & magis communi sententia adversus priorem, cum declarationibus Gabrielis, *ubi supra num. 10. 11. & 12.* quarum præcipua est, quando prior in gradu mortuus esset, quia tunc mortuo priore in gradu, incipit currere annus sequenti, ut prædiximus: quod in matre mortua, vel secundo nubente absq; petitione tutoris, infra etiam probabimus *in 17. limitatione, num. 116.*

Secundo † principaliter ampliatur decisio horum iurium, dum loquuntur de matre, ut procedat uedum in 40
matre legitima, sed etiam in matre naturali tantum, quæ tenetur petere tutorem filio suo naturali, alias privatur eius successione ex text. in hoc expresso, in *l. ultim. Cod. qui pet. tut.* ac proinde non est opus citare auctores, qui hoc tenent, est enim planum, si tamen eos adhuc habere & videre volueris, consulito Ant. Gabr. *ubi supra. nu. 2. post Bart in l. 2. §. si mater, ff. ad Tertul.*

Tertio ampliatur, ut procedat † non solum, quando 41
mater fuit negligens in petendo tutorem, sed etiam si petiit tutorem, & deinde ille tutor non administravit, vel non fecit inventarium, vel alia solemnia à iure requisita. Nam si mater non solicitavit, ut administraret, vel faceret inventarium, similiter privatur successione, ac si non petiisset, *text. & ibi gloss. verb. nec legitime, in l. 2. §. si mater, versic. quod si pater, ff. ad Tertul.* sed est text. clarior *in vers. quid si non compulit eos, §.* ubi dicitur, *quid si non compulit eos miscere se tutelæ?* & cum plenum officium à matre desideremus, & hæc ei curanda sunt, ne in hereditate ei obstent, & tenet Bart. *in l. ultima, §. personis. C. de administr. tut. Marant. in repet. l. 21 potest, n. 221. ff. de acquirend. hered. Greg. Lopez. in d. l. 12. verb. No piden guardador, ad fin. ibi, adverte etiam:* intellige & declara, *ut infra n. 107.*

Et † hæc tertia ampliatio procedit in tutore petito à 42
matre non administrante, vel omittente facere inventarium, vel alia solemnia: Secus namque est in tutore testamentario, vel legitimo, quia in eo mater non tenetur esse solicita, ut administret, vel inventarium conficiat, unde tunc non punitur, *ut probatur in l. 2. ff. qui pet. tutor. & ibi Bartol. num. 3. idem Bart. in dicto §. personis & Bald. in l. precibus, num. 18. Cod. de impub. & aliis substit. Socin. consil. 20. n. 4. volum. 1. Marant. ubi sup. n. 222. Gregor. Lopez. in dict. l. 12. in gloss. No piden guardador, ad fin. ibi, quid autem si mater.* Idem constat ex text. *in d. l. 12. in principio*, dum loquitur, *Quando el padre del menor no le oviesse dexado guardador en su testamento, ni oviesse parente cercano que lo quisiesse guardar:* Ergo stante tutore testamentario vel legitimo non tenetur mater tutorem petere filio suo, nec curare, quod administret, quod etiam tenuit in terminis, Bald. *consil. 403. in 4. volu. quem refert & sequitur Marant. ubi supra, nume. 251.* & stante tutore testamentario idem probant Abb. *consil. 90. volum. 2. Aretin. consil. 107. Marian. Iunior consil. 16. volum. 2. prout eos refert & sequitur Anton. Gabriel. ubi supra, num. 26.*

Vnde conclusio principalis supra posita, de cuius ampliatione agimus, procedit, quando ob istum defectum dandus est tutor dativus, veluti quia testamentarius tutor est remotus vel excusatus, vel eo casu, quo proximior esset inhabilis inhabilitate temporali, vel aliis casibus, quibus locus est dativo. Ita declarat *Bart. in l. 2. n. 2. vers. oppone ista necessitas, ff. qui pet. tutor. & refert Gregor. Lopez, ubi supra, in gloss. No piden guardador, ibi adverte etiam.*

Contrariam tamen sententiam in hoc tenet Lucas de Penna, *in leg. nullus, Cod. de proxim. sacro. scrin, lib. 12. versicul. 3. quæritur*, nemqe, quod etsi sit testamentarius tutor, vel legitimus, qui tamen non administret, adhuc mater teneatur instare, ut administret & inventarium faciat, cum finis legis sit provisio pupilli, & lex non debeat imponi verbis, sed rebus, *l. 2. Cod. commun. de legat.* & ex aliis fundamentis, quæ ibi adducit, cuius opinionem refert Gregor. Lopez, *ubi supra, in versic. Lucas tamen de Penna*, qui tandem se remittit ad ea, quæ in fine illius glossæ ipse dicit. ubi tenet priorem sententiam Bald. & aliorum. Quid tenendum?

Ego in hoc puncto potius adhæreo priori sententiæ negativæ, tanquam veriori, quæ, ut prædiximus, colligitur ex verbis nostræ leg. ut supra expensis: & denique quia cum simus in pœnalibus, servanda est nostra lex cum similibus stricte in terminis, quibus loquitur, nec extra eos trahenda est, quia odia restringi & favores cõvenit ampliari, & non habemus legem expressam, quæ aliud probet, aut dicat in tutore testamentario: præsertim cum in specie nostræ principalis tertiæ ampliationis sint opiniones diversæ Doctorum, quas refert Sylva nuptial. *1. part. num. 55. limitatione quart.* Sed nihilominus censeo tenendam prædictam tertiam ampliationem cum sua prædict. declaratione & restrictione, ut non procedat, quando tutor testamentarius vel legitimus non administrat, vel inventarium, aliave solemnia conficere omisit, per supradicta contra Lucam de Penna: non tamen excusatur mater à petitione tutoris filiis suis eo solum, quod post eam extent consanguinei, quibus legitima tutela defertur, nisi intra annum renuntiet expresse tutelæ filiorum, *ut infra latius agemus, numero 99.*

Illud tamen † observandum est in proposito, quod si 43
tutor esset datus in testamento minus legitime, adeo qꝫ indigeret confirmatione iudicis, si mater non petierit ipsum confirmari per prætorem, privabitur successione, tex. est de hoc expressus *in l. credendum, in princ. ff. qui pet. tut.* Et idem est ia alio successuro, ut tenet Maran. *ubi sup. n. 224.*

Si † autem pluribus tutoribus idoneis datis, unus eo- 44
rum, vel decesserit, vel temporalem excusationem accepit, mater, quæ propterea in locum eius alium non petit, quia numerus reliquorum administrationi tutelæ sufficiebat, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia excusatur, *ut in d. l. credendum, in versicu. si autem pluribus.*

Sed si suspecto tutore † pupilli accusato, decretum e- 45
rit, ei adiungi alios, mater eos quoque petere debet, alias incidit in sententiam constitutionis, ut ibidem quoque deciditur, *in versic. sed si suspecto*: secus vero erit, si suspectum tutorem non fecit, *ut ibidem probatur, in vers. quæ autem.*

Quarto † ampliatur eadem decisio, ut procedat et- 46
iam in substituto pupillari: is namque tenerur petere tutorem pupillo intra annum, alias regulariter privatur iure substitutionis, & sic non succedit, textus est *in dicta leg. sciant. C. de legitim. hered. & tenet Bartol. in l. 2. colum. 4. num. 1. & 9. ff. qui pet. tutor.* ad quem se remittit Gregorius Lopez *ubi supra in versicul. & quid si exstent mater, & substitutus pupillaris, leg. cohæredi, §. cum filia ff. de vulgar. & pupill. substitut. & sequitur Marant. in d. l. 21 potest, n. 223. & alios allegans Ant. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 7.*

Non tamen † hoc procedit in substitutione fideicõ- 47
missaria, quia mater sic substituta, non privatur fideicommisso, licet non petierit tutorem pupillo, quia ex alieno iudicio succedit, cum per fideicommissariam substitutionem non succedatur pupillo gravato, sed ipsi testatori, à quo emanavit substitutio, *ut in dicta l. cohæredi, §. cum filia*, text. est expressus pro hac limitatione *in dict.*

in dicta l. credendum, in versic. si vero maritus, ubi notat Bartol. post antiquos, & in dict. l. sciant, qui, & ibi communiter DD. Marant. ubi supra, num. 223. in versic. quod ultimo. est communis secund. Anto. Gomez. *in l. 14. Taur. n. 18. in vers. item etiam limit.* ubi loquitur in matre, & aliis consanguineis, & tandem Emanu. Costa, *in rep. c. si pater, in 2. parte, in verb. verbus, num. 4. & 5.*

48 Quinto † ampliatur, ut procedat non solum in tutore petendo, sed etiam in curatore, quia si mater non petit curatorem filio suo pupillo in casibus, in quibus est necessarius curator pupillo, veluti, quando tutor legitimus non est idoneus, *ut in §. interdum, Instit. de curat.* privator successione filii, textus expressus *in leg. 1. ff. qui pet. tutor. & in l. 2. §. si mater, versic. quid si curatorem. ff. ad Tertullianum.* Secus est, si haberet filium adultum, quia non tenetur ei petere curatorem, *ut in dict. leg. 1. & in l. mater his, Cod. eodem titul. Marant. in dict. leg. 21 potest, numer. 226.*

49 Sexto ampliatur, ut † procedat etiam in matre prægnante, quia nihilominus tenetur petere curatorem bonis, alias si posthumus nascatur & moriatur, ei non succedit, *text. & ibi Bartol. in dict. §. si mater, vers. quid si cum prægnans.*

50 Idem nonnulli probant, † si mater prægnans non petiit curatorem dari ventri, per *dict. §. si mater. vers. quid si curatorem.* licet tutelam susceperit, & posthumus statim decesserit, *ita Bald. in d. l. matrem, colum fin. C. ad Tertull. Maran. in rep. l. 21 potest, num. 227. ff. de acquir. hered.* ubi limitat, *ut ibi per eum, sequitur etiam Nicol. de Ubal. de success. ab intest. 2. part. num. 20.* ubi quod ad hoc non habet ãnum, sed tempus præfinitum à *l. 1. §. sed si maritus, ff. de lib. agnosc.* Alii vero prorsus contrarium probant, nempe, quod mater non privatur successione ob non petitum curatorem ventri: *statuence Baldus sibi contrarium, consil. 282. ad finem, volum. 2. & in lege matrem, num. 2. Cod. ad Tertullianum*, Ioannes Andreas *in addition. ad Speculato. titulo de tutor §. nunc dicendum, in additione finali*, dicens, quod textus in dicto *§. si mater, versicul. quid si cum prægnans*, loquitur de curatore bonis dando, non vero de curatore dando ventri: Unde si mater manst in bonis mariti, & eo mortuo, nec petiit se mitti in possessionẽ nomine ventris, nec petiit curatorẽ ventri, ex hoc non perdit jus succedendi, quod refert Gregor. Lopez, *in d. l. 12. in gloss. non piden guardador, ibi, quid autem de muliere*, nihil tamen decidit: Mihi videtur, quod text. *in d. §. quid si cum prægnans*, non sit extrahendus à suo casu, cum sit pœnalis: non enim loqui potest text. ille in curatore ventri dando intra annum, cum posthumus ante annum nasci debeat: sed in curatore bonis dando intra annum. Opinio ergo Joan. Andreæ prædicta vera esse videtur, dummodo mater petat curatorem bonis intra annum, ut caveturin illo textu, ubi reddens rationem inquit: *nam & si apud hostes habuerit impuberem, dãbit dicendum.* Ad effugiendas tamen opiniones, cautius faciet mater prægnans, si intra annum petierit curatorem dari bonis, ac ventri, tametsi hoc ultimum petere non teneatur sub prædicta pœna privationis successionis, ut resolvimus cum Joan. Andrea.

51 Septimo ampliatur, ut procedat † etiamsi mater petiit tutorem, sed minus idoneum, & inhabilem, quia habetur, ac si non petiisset, & punitur privatione hereditatis, *textus est in dicta l. 2. §. si mater statim. in l. finea, ibi, idoneos, & in versic. ergo, sive non petierit, sive non idoneos petierit, punietur etiamsi dati fuerint minus idonei prætore errante. ff. ad Tertull.* nisi statim alios petat, *ut in vers. sed & si prioribus ejusdem, §. sed ita demum, si dolose animo movendi pupillo minus idoneum petat*, ut cum Salyc. *in d. l. sciant, col. 2.* & ibi cum Corneo tenet Sylva nuptial. *ubi supra n. 35. ampliat. 9.* & alios referens Anton. Gabriel, *d. conclus. 1. de tutel. num. 20.*

Idoneus autem intelligitur, dummodo sit locuples facultatibus, licet non moribus, *ut in d. §. si mater, vers. idoneus, Maran. in d. l. 21 potest, n. 229.*

Octavo ampliatur, ut † non sufficiat tantum petere 52
tutorem, sed requiritur, ut id fiat cum effectu taliter, quod tutor detur, & administret cum effectu, *ut notat glossa, & observare licet in l. matrem, C. qui pet. tut. Mara. ubi supra, num. 230.*

Nono ampliatur, † ut mater privetur omnino here- 53
ditate filii propter non petitum tutorem in casibus prædictis, & in aliis, quibus ibid. ea privatur, etiam quoad legitimam, *secund. Bald. cons. 140. volum. 3. quem refert & sequitur Marant. ubi supr. num 231. Barbat. cons. 87. vol. 3. & Anton. Gabr. etiam ubi supr. num. 13.*

Decimo ampliator † in matre non petente tutorem, 54
vel curatorem filio furioso, *text. in d. l. 2. §. si mater, vers. quid si furioso, ff. ad Tertul.*

Undecimo ampliatur, † ut procedat etiam in ma- 55
tre, quæ data opera petiit defunctorie, vel privilegio munitum, vel oneratum tribus tutelis, *dicta leg. 2. §. si mater, versicul. non solum autem*, præterquam si tales petiit, & susceperunt nihilominus, vel detenti sunt, quia tunc excusatur mater, *ut ibidem probatur versicul. quid ergo.*

Duodecimo ampliatur, † ut si quidem mater indi- 56
gnos, seu minus habiles ad tutelam petierit, cum sciebat, prætorem eos non daturum: vel si dedit eos prætor, matris petitionem sequutus, tunc licet jam quidem prætoris delictum sit, matris etiam punitur consilium, Igitur si forte recusati sint illi, vel improbati, debet mater alios sine mora petere, *ut in dicto §. si mater, versicul. quid si indignos.*

Decimo tertio ampliatur, † ut procedat etiam in ma- 57
tre, quæ prioribus tutoribus excusatis, vel rejectis non confestim, hodie intra annum, *ut in dicta l. sciant*, & expresse *in §. penultimo. Instit. ad Tertull.*) aliorum nomina ediderit, intellige, & fuerit sollicita, ut administrent, & solemnia confiantur, *juxta supradicta in tertia ampliatione*, privatur in amissione juris succedendi pupillo impuberi decedenti, etiamsi non fuerint omnes excusati, vel rejecti, *ut in dicto §. si mater, versic. sed & si prioribus*, nisi cum reliqui sufficiunt, *ut in l. credendum, ff. qui pet. tut.*

Idem est, si quidam decesserint: licet † enim verbã 58
constitutionis deficiant, sententia tamen ipsius locum habebit, *ut ibidem probatur vers. quid si decesserit.*

Et † quod si dictum est de tutoribus nominatis reje- 59
ctis, procedit etiam, tam in non datis à prætore, quam in remotis ut suspectis, vel ob negligentiam, vel ignaviam repulsis, *ut in versiculo, sed quod diximus ejusdem: §. si mater:* ubi secus dicitur esse, si latitent, quia potest eos prætor edicto adesse jubere, & suspectos eos removere, si deessent: non tamen imputatur matri, si tutores datos suspectos non fecerit, ut ibidem cavetur, & *in dicta lege credendum, versiculo, quæ autem, ff. qui pet. tutor.* Quod si suspecto tutore pupilli decretum erit, et adjungi alios, eos quoque petere debet mater, & si non petiit, incidit in pœnam dictæ constitutionis. *ut in d. l. credendum. vers. sed si suspecto*, & erit eadem pœna secundum glossam ibi, *verb. in sententiam, ut in leg. nominatu, §. 1. ff. de verb. signif.*

Decimo quarto † ampliatur, ut procedat etiam in 60
matre, quæ tutorem petit filiis tempore debito, verum hoc fecit compulsa à libertis, vel cognatis, non vero, si cum petere non cunctaretur, ab eis admonita est, *text. in d. l. 2. §. si mater, statim post principium, versic. quid ergo si petiit. ff. ad Tert.*

Decimo quinto ampliatur, † ut procedat etiam, quan- 61
do pater pupillis prohibuerat peti tutorem, quoniam per matrem rem eorum administrari voluit. Incidet

namque tunc in pœnam prædictam mater, si nec petat, nec legitime tutelam administret. *ut in vers. quid si pater, statim sequenti eiusdem §. si mater*, ubi limitatur, quando penitus egenis filiis non petiit tutorem.

Decimo sexto † ampliatur, ut non solum filiis, sed et- 62
iam filiabus matre tutorem petere teneatur, sicut & filiis sub eadem pœna, *ut in dict. §. si mater, vers. sicut filius autem*.

Decimo septimo ampliatur, † ut procedat etiam in 63
matre, quæ forte absens à libertis prætenta est, vel ab aliis, sed ita demum, si forte id fecit cum frustraretur, alias secus. *ut in d. §. si mater, vers. sed si forte*.

Has prope omnes ampliationes deduximus ex *dicta lege 2. §. si mater, ff. ad Tertullianum*, sed ideo eas figil- 64
latim secimus, ut clarius materia liqueret: licet etiam eodem† fine limitationes præfatæ conclusionis ab eodem textu deducemus: Omnes tamen prædictæ ampliationes, & limitationes procedunt eadem ratione in ceteris consanguineis, qui successuri sunt pupillo ab intestato, & ideo tenentur eis petere tutorem infra annum, sicut in matre, quamvis plerumq; de ipsâ loquamur more Iurisconsulti *in dicto §. si mater*. *ita tenent Bartolus, Angel. & Doctores in dict. l. sciant, & alibi citant Sylva Nupt. lib. 2. n. 13. in princ. volu. 6. tract. tuæ diversorum DD. in antiquis*.

Decimo octavo † ampliatur, ut procedat etiamsi ita- 65
lis debens petere tutorem esset lex agenarius, & sic quod possit excusari à tutela: adhuc namque à petendo tutore non excusatur, secundum Curt. *quem refert & sequitur Sylva Nupt. ubi supra vers. amplia 3.* Imo etiam masculus, seu fœmina attingens annos septuaginta, & ultra, privatur ob non petitum tutorem, neque excusatur prætextu ætatis, *ita Bald. in l. matres, C. ad Tertul. & Ant. Gabriel. d. conclus. de tutel. n. 14*.

Decimo nono ampliatur, † ut procedat, etiamsi ma- 66
ter, ut tutrix recte administrasset bona pupilli, quia tûc non est legitima gestio, licet bene administraverit, *ita Salycetus, in d. l. sciant, qui, n. 2. Cod. de legitim. hered. in vers. quare mater, ex l. in lege 2. §. si mater. vers. quid si pater, verb. nec legitime, per tex. ibi, incidet. si nec petat, nec legitime tutelam administret. ff. ad Tert. sequitur plures referens Sylva Nupt. ubi supra in 4. ampliat.*

Hoc tamen † verum intelligit Salycetus, quando ex 67
abrupto ut tutrix administravit. Nam si ei, per iudicem esset decreta administratio, licet in ceteris fiendis esset defectus, excusaretur, cum potius secundum eum sit culpa iudicis, qui satisdationem non exigit, & alia requisita, quam culpa matris iura & alia requisita ignorantis, *sequitur Gregorius Lopez. in dict. leg. 12. in glossa, pierden, vers. addat etiam Salycet. tit. tut. 16. part. 6. & alios allegans Antonius Gabriel. dict. conclusion. 1. de intel. n. 23. & 24.* ubi *n. 25.* limitat 2. in muliere rustica, quæ non potuit consulere peritiores, quia excusatur, licet tutorem non petierit, si modo utiliter administravit, *ut tenent Doctores, quos ibi refert, & alios, quos infra citabimus in limitationibus*.

Vigesimo ampliatur, ut procedat, etiamsi mater elap- 68
so tali anno intraret monasterium: secus si eo durante ingrederetur. *Præpos. post Bald. in c. ex parte, el. 2. coin. 2. de appellat. & cum eis Sylva Nupt. ubi supra in 6. ampliat. & Ant. Gabr. ubi supra n. 19. & 22.* ubi ampliat, etiam si efficiatur de tertio ordine.

Vigesimo primo ampliatur, † ut procedat, etiamsi 68
mater, vel consanguineus elapso anno vellet moram purgare, *ita Salycet. in dict. l. sciant, qui, colum. final. n. 70. de legitim. hered. Antonius Gomez in l. 14. Taur. n. 18. in vers. fil. sed hic non obstantibus, & Marant. in repetitione dictæ legis, ut potest, numer. 234. ff. de acquirenda hereditate, & Sylva Nupt. ubi supra ampliat. 7. Ant. Gab. d. conclus. de tutelis, n. 21.*

Ubi *num. 22.* videtur hoc limitare, quando res est integra, nempe, quod filio non sit provisum de tutore, ut fuit opinio Speculatoris, *in titulo de tutor. §. nunc dicendum, vers. quid si mater, numer. 8. & Alexand. in Apostil. ad Bartol. in dict. leg. sciant, Bald. consil. 424. num. 3. volum. 5.* Speculator tamen *ubi supra*, loquitur in matre, quæ assumit tutelæ filii fuit transivit ad secundas nuptias, & sic privata fuit tutelæ successione, & dominio, & postea effecta vidua, volebat tutelam reassumere, quod possit hoc facere, si res est integra, nempe, quia pupillo non sit provisum de tutore, alias secus, *per legem finalem, Cod. de repud. hered.* & Baldus, *ubi supra* loquitur in matre, quæ infra annum moram purgavit, nec agit. an res sit integra, nec ne? Ideo non facit pro limitatione prædicta, quia infra annum nulli dubium, quin possit petere tutorem filius impuberibus impune. Sed eam probant expresse additio Bartol. *ubi supra, littera F. in prima*, idem dicens, si mater stetit per annum, quod non petit tutorem, scilicet re integra, quia pupillo non esset provisum de tutore, & Antonius Gabriel. *ubi supra*, estque benigna, & favorabilis hæc opinio, atque etiam vera, dummodo jus pupilli non esset factum deterius, quia tunc licita est mora purgatio, *juxta late a nobis tradita, & resoluta in nostro tract. de juramento confirmat. 3. par. n. 17. num. 5. cum seqq.*

Vigesimo secundo † ampliatur, ut procedat, etiamsi 69
testator in testamento matri filiorum tutrici relictæ reliquisset liberationem ab administratione: adhuc namque si mater infra annum tutorem filius non petierit, privatur eorum successione, si nec ipsam tutelam testamentariam acceptasset, *ut cum alijs tenet Sylva Nupt. ubi supra, dict. num. 53. in 10. ampliatione*. Quæ sententia eo posset muniri fundamento, quod petitio tutoris, ad quam tenetur mater, est in favorem ipsorum, ut patet. Huic ergo juri, & favori eorum pater præjudicare non potest, nec facere, quin leges locum habeant in suo testamento, *per jura vulgaria*.

Vigesimo tertio † ampliatur, ut etiam si statutum 70
præfigat minus tempus anno juris ad petendum tutorẽ, elapso illo tempore per dat successionem, & legitimam, *ut cum Andrea Barbat. tenet Sylva Nupt. ubi sup. num. 53. in 11. ampliatione*. Sed hoc verum intelligo de statuto valido ad derogandum juri communi, annum ad hoc prægnante, vel etiam quoad hereditatem, quæ est forma statuti, eisdem obveniret.

Poterit etiam causa cognita † iste annus abbreviari 71
per judicem, si pupillo multum intersit, *Balaus in leg. matres, C. ad Tertullianum, Gregor. Lopez. in d. l. 12. in gl. na piden guardador. paulo post princip. ubi, poterit causa cognita. Sylv. Nupt. ubi supra in 6. limit. ad fin.*

Vigesimo quarto ampliatur, ut propter † prædictam 72
negligentiam privetur etiam mater, & consanguinei, ea hereditate, quæ eis obveniret ex forma statuti, *secund. Bart. per tex. ibi, in l. 2. §. si mater, in vers. si vero, ff. ad Tertull. sequitur Greg. Lopez. in d. l. 12. in glos. pierden, ad fin. vers. & nota*.

Vigesimo quinto ampliatur, † ut procedat, etiamsi 73
successurus pupillo, qui non petit tutorem intra annum, esset clericus. Ita declarat Fel. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vers. sequuntur alii, de constit. quem refert, & sequitur Ant. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 18*.

Vigesimo sexto ampliatur, † ut procedat, etiamsi ma- 74
ter fuisset tutrix data in testamento, quia si non petiit administrationem sibi decerni, & inventarium fecerit, privatur hereditate, *Bartolus consilio 215. quæstione 2. Sylva Nuptial. prima parte, numero 55. ampliatione 5. Antonius Gabriel, dicta conclusione prima de tutelis, numer. 27.* Neque † obstat opinio Joann. Baptist. Ferreti, *consil. 312.* 75
numer. 4. in secunda parte, tenentis, quod mater tutrix testa-

mentaria non tenetur facere inventarium, nec probare solemnia, de quibus *in authent. matri & aviæ, Cod. quando mul. tutor. offic. fung. poss.* quæ loquitur in tutela legitima, non vero in testamentaria, quia ipsa mater censetur approbata à testatore marito suo; quia licet vera sit ejus opinio quoad renunciationem, de quibus *in dicta authent, matri & aviæ, ut late posuimus supra, capitul. 8. de matre & avia tutrice relicta, vers. nunc videndum est, num. 39.* Attamen quod mater tutrix testamentaria relicta à marito, non teneatur facere inventarium, verum non credo, & praxis probat contrarium in tutore testamentario, ut late probabimus infr. *in 2. part. cap. 1. num. 12. & 16. & Boer. decision. 125. num. 15.* allegatus per Ferret. *ubi supra*, pro sua opinione loquitur, quando testator decrevit administrationem, ut propria auctoritate possit administrare. Præterea Guid. Pap. *decisione 330.* quem etiam citat pro se Ferretus, *ubi supra*, loquitur generaliter in quocunque tutore, quod de stylo curiarum hoc non servatur, quia tolerantur gossa tutorum in judiciis, & extra, pro & contra pupillos, posito, quod non constet de confectione inventarii, sed hoc est contra jus commune, & horum regnorum & praxin ipsorum.

Vigesimo septimo ampliatur, † ut etiam mulier rusti- 76
ca non excusetur, quæ non consulit peritiores, etiamsi non poterit illos consulere, vel unum consuluerit, nisi saltem utiliter administravit bona pupilli, *ut supra est dictum, tenet etiam Anton. Gabr. ubi supra, num. 22.* ubi *num. 29.* limitat, si non consuluit peritiores, quia multum distaret à civitatibus, vel locis, ubi erant peritiores, ut per Socin. *consil. 39. vol. 1.*

Non vero dispositio † dictæ l. *sciant, qui, C. de legit.* 77
hered. & nostræ *l. 12. tit. 16. part. 6.* & similium declaratur, primo ut procedat, & intelligatur, quando pupillus moritur, & decedit impubes, ut patet ex dict. leg. *sciant, ibi, si impubes moritur*, & in dicta l. 12. ibi, *pierden el derecho que auian de heredar en los bienes del huerfano*: secus si factus impubes moriatur filius, filiave, text. est expressus, *in leg. matres, C. ad Tertull.* cujus verba sunt hæc; *matres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus eos tutores non petierunt, præscriptione non petitæ tutoris ad excludendam eorum successionem, minime debere præscribi, certum est*, & ibi communiter Dd. *gloss. 1. in dicta leg. sciant*, & ibi communiter Dd. *refert plures idem sequutus Sylva Nupt. dicto lib. 2. num. 53. in 7. limitat. & Marant. in repe. dicta leg. si potest, num. 238. ff. de acquirend. hered. Anton. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 45. & Anton. Gomez. in l. 14. Taur. num. 18. ver. item etiam limita.*

Hoc autem limitandum videtur, † quando per sta- 78
tutum durare tutela, usq; ad 18. annum, quia tunc etiam si filius decedat post 14. annum, infra 18. privatur mater successione ejus, ob non petitum tutorem infra annum, *secundum Pet. Acharanum, in cap. Canonum statuta. versic. quæro etiam si statuto de constit. Joan. Crot. in leg. omnes populi. ff. de just. & jur. Bruntus in tract. quod statut. masculi. quæst. 3. prout eos refert & sequitur Gabr. conclus. 1. de tutel. num. 16.* licet contrarium sentiant Baldus, *in l. matris, in fin. C. ad Tertull. & Barbat. ibi in Apostil.* prout etiam non excusatur, quando tempus tutelæ duravit minori tempore, *secundum Sylvam Nup. d. num. 53. in 11. ampliat. quem sequitur Gabr. ubi supra, num. 17.*

Secundo † principaliter limitatur eadem decisio, ut 79
procedat, dummodo pupillus moriatur post annum à tempore, quo indiguit tutore: secus est si moriatur infra annum, quia non privatur mater, aut alius agnatus ejus successione. Cum enim à dict. leg. *sciant*, detur annus integer ad petendum tutorem, si pupillus moriatur infra illum annum, non dicitur esse in mora mater, & ideo non privatur hereditate, *ita tenet Alex. in l. si decesserit, col. fin. ff. qui satisdar. cogant.* ubi attestatur, hanc esse magis communem opinionem, sequitur Angel. loquens etiam in alijs agnatis, *consil. 166. si testator, col. fin. & Bald. consil. 288. volum. 2.* dicens, quod ita communiter observatur, *& consil. 288. volum. 1. & consil. 279. volum. 5.* quos ad hoc refert & sequitur Maran. *in repe. dictæ leg. si potest, num. 23. sequitur alios allegans Anton. Gabriel ubi supra, num. 46. & Sylva Nup. etiam ubi supra, in 6. limitat.* addens, quod si intra annum res pupilli dilapidaretur, tunc intra annum teneretur petere ex Paulo, *in leg. 2. ff. ad Tertullianum*. & Corneus *in dict. leg. sciant*, omnino laudat, ut petant, quam primum possint.

Est tamen textus qui videtur expressus contra hanc secundam limitationem, *in leg. 2. §. si mater. versic. confestim ff. ad Tertullianum*, ubi dicitur, *confestim autem sic erit accipiendum, ubi primum potuit*, id est, *præter ea copiam habuit huic rei sedentis*. Ergo non datur annus ad petendum tutorem, sed statim quam primum potuit mater vel agnatus, est petendus: alias si lis in mora etiam intra annum, privatur successione pupilli. Et ita tenet Bartol. *in d. §. confestim*, dicēs, quod ille §. refertur ad omnes §§. præcedentes, & sic comprehendit petitionem tutoris, nempe, ut intra annum peti debeat confestim, ubi primum potuit. & sic quod d. lex *sciant, C. de legit. heredibus*, intelligatur juxta *dict. §. confestim*, quasi hæc sit lex, ad quam se referat, *d. l. sciant ubi secundum legem*.

Nihilominus tamen communis sententia præfata, & sic limitando nostra hæc secunda est tenenda, quia vera est, & procedit ex dict. leg. *sciant*, & Bartoli contrariam reprobant communiter Doctores, *ut patet ex supradictis*. & contra eum cum nostra limitatione tenet etiam alios allegans Tellus Fernandez *in leg. 6. Tauri, num. 38.* Neq; obstant verba *d. l. sciant, ibi, secundum legem*, quia statim addit intra annum: & late Paulus de Castr. *consil. 147. per totum, volum. 1.* ubi, quod præfata opinio Bartoli tanquam nimis rigida & inhumana, & inducens alter cationes & dubitationes, non est amplectenda, sed altera Bald. & Angel, cum sit magis congrua texibus & æquitati. *Idem Paulus in l. cum stipulatus sim mihi Proculo, num. 6. ff. de verborum obligatione*. Eandem sententiam communem contra Baldum, sequitur etiam Nicolaus de Ubald. *de successione intestat. 2. parte, num. 18.* ubi ampliat etiamsi ultimo die anni decesserit pupillus, & inquit Baldus *consilio 288. sub numer. 1. volumine 2.* esse communem opinionem, & quo dammodo vulgarem, quod mater debeat habere annum, & quod ita communiter practicatur.

Difficultas † adest in responsione ad d. §. *confestim*, & 80
Dd. quidem respondent textum illum procedere jure antiquo, dict. vero leg. *sciant*, de jure novo, quo in hoc corrigitur jus illud vetus, Itaque in petendo tutorẽ mater, vel agnatus successurus primo loco pupillo habet annum, *ut in dicta leg. sciant, & ibi communiter Doctores*. Ita intelligunt *d. §. confestim*. ut profitetur alios allegans Octavian. Carheran. *decisione Pedemon. 58. num. 6.* Verior tamen & planior intellectus ad *d. §. confestim*, est, ut non referatur ad omnes §§. præcedentes, sed quod tantum loquatur, quoties tutor removetur, ut patet primo ex litera ejusdem. *§. si mater, in princip.* ubi huic appositæ primum dictio illa, *confestim*. Inquit enim, *si mater non petierit tutorem idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis vel rejectis vel non confestim filiorum nomina ediderit, jus non habet vendicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum*. Idem dicitur inferius *in versiculo, sed & si prioribus*. Observa namque, quod dictio illa, *confestim*, non fuit apposita petitioni primi tutoris hendæ: Sed cum prioribus jam petitis, excusatis vel rejectis, aliorum nomina non eduntur, tunc namque in hoc secundo casu exponit dictum §. *confestim*, postea sequentem.

Confestim autem sic erit accipiendum, ubi primum potuit, id est prætoris copiam habuit, huic rei sedentis nisi forte infirmitate impedita, vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret: Ita tamen, ut nullo modo annale tempus excederet, non v. loquitur in primo casu de primo tutore petendo, de quo prius loquutus fuerat. §. *si mater*, ablque dictione *confestim*. Ergo §. *confestim*. sequens ad secundum casum, ubi est dictio, *confestim*, refertur, cum sit expositio ejusdem dictionis præcedentis, non vero ad ceteros §§. antecedentes, & postquam hunc intellectum scripsissem, inveni cum prius assignatum à Salycet. *in dicta leg. sciant, num. 6. ad fin.*

Secundo idem probo, quia d. §. *confestim*, non refertur ad §. *quod si prægnans*. præcedentem, cujus dispositio non tollitur, etiamsi partus nascatur, & intra annum pereat, ut ex aliis probat d. decisio Pedemont. *38. num. 29.* Sic quærebatur in hac specie debet peti intra annum. Est communis, ut prædximus, & affirmat Angel. *in §. sed quemadmodum, num 3. Inst. ad Tertull.* Quinimo hodie idem est in petendo tutore in locum remoti vel excusati, ut patet ex dicto §. *penult. Inst. Ad Tertull. ubi scitum est, quod si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti, vel excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione, merito repellerentur.*

81 Superest igitur, † ut nostra secunda limitatio procul dubio sit tenenda: ex qua plane deducitur, quod agens ad exclusionem matris, à successione pupilli, debeat non solum probare, filium impuberem mortuum, & tutorem non petitum: sed etiam quod filius supervixit matri post annum, & intra annum non fuisse petitum tutorem, *in Alexand. consilio 185. num. 10. volum. 6. post Baldum, consilio 289. volum. 1. prout eos refert & sequitur eadem decisio Pedemont. 38. num. 8. & constat ex Gabriel. d. concl. 1. de tutel. num. 30. 31. & 32.*

82 Hanc tamen † limitationem veram intelligunt nonnulli, præterquam si mater se nimium arctasset in fine anni ad petendum tutorem, & pupillus esset mortuus in fine anni, de quo anno supererant pauci dies, infra quos verisimiliter non potuisset peti & decerni tutela: alias secus; tunc namque privatur successione, ac si post annum mortuus esset. Ita tenet Paulus de Castr. *in leg. non omnis, in prin. num. 10. ff. si cert. petat. & in l. si decesserit, num. 8 ff. qui satisdar. cogant. & consil. 147. post positis, & c. colum. final. 1. parte consil. & Alexand. in l. cum stipulatus sum mihi Proculo, num. 11. ff. de verborum obligatione. Marant. in d. l. si petenti, num. 233. & alios allegant Ant. Gabr. ubi supra. sub 6. limit. & prim. num. 47.*

Sed verius videtur, ut etiam in hac specie mater non privetur successione filii, nisi filius moriatur post lapsum totius anni, ut tenet idem Paul. *in d. leg. cum stipulatus sim mihi, num. 6.* dicens, quod ista pars sit manior sibi videtur, & quod est mente tenendū perpetuo, quia hoc quotidianum est & de pane lucrando, idem tenet Alex. *in d. l. si decesserit, num. 1.* quos refert & sequitur, duobusque fundamentis comprobat Anton Gomez. *in leg. 14 Tauri, num. 19. ad fin. idem in 2. tom. variar. resolut. cap. 11. nu.*
83 *35.* quæ sententia ex altera communi † comprobatur, quæ habet, ut non prius mater excludatur, quā sit transactus integer annus, in quo tutor petitus non fuit à matre, *secundum Odofred. in d. l. sciant, & clarius Angel. ibi, Pau. de Castr. & Salyc. ver. sequitur in text. Cornan ver sit, notā. quod ad hoc*, ubi quod ista est tenenda, quia humanior, & eam probat Tellus Fern. *in d. l. 6. Taur. num. 31.* ubi quod sufficit, quod ultima die anni petat, eamq; sequitur, & communem profitetur plures allegans Anton. Gabr. *d. concl. 1. de tut. n. 33. junct. n. 36.* ex quo in num. intermedius constat, & videtur idem tenendum in specie, de qua agimus, scilicet, quando partum de anno superest, & mater se arctavit ad petendum tutorem in fine anni, si quidem adhuc in hoc casu, *d. num. 36.* inquit, tenendam communem prædictam sententiam: Limitatur, nisi annus fuisset restrictus per judicem, *secundum Nicol. de Ubald. de successione ab intestat. in 2. part. in 9. limitatione.* Quod verum credo ex causa, †alias secus; eadem opiniones contrarias iterum refert ipse Antonius Gabriel, *numero 47.* 84

Et ideo si mater fuisset † intra annum citata, ut peteret tutorem pupillo periclitanti, & id facere neglexisset, tunc etiam si intra annum moriatur pupillus, privatur ejus successione mater, *secundum Bald. in l. precibus, col. 6. ver. item dixi confestim, &c. C. de impub. & aliis, quem refert & sequitur Marant. in d. l. si petenti, num. 231.* 85

Tertio limitatur principalis conclusio † nostræ l. Repix *12. cum similibus*, nisi mater petiisset curatorem pupillo petenti & consentienti. Nam licet debuisset petere tutorem, attamen per d. petitionem curatoris excusatur, ut non puniatur, ita tenet Maran. *ubi supra, n. 236.* 86

Curatorem tamen mater, † nec consanguinei tenentur petere puberi, sed solum pupillo, quando tutor est impeditus. *leg. 1. & 2. ff. qui pot. sint, junita l. curator, & l. in omnem. ff. de tut. & curat. dat. ab his, & l. matris. C. qui pet. tut. Molin. Tract. de justit. & jur. 1. part. tract. disputat. 228 col. 1206. in fin. & in princ. seq.* 87

Quarto limitatur, † ut non procedat, si mater misisset procuratorem ad petendum tutorem filio suo, qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter ejus mortem fuit retardata petitio tutoris: Tunc namque non privatur successione, ex quo per eam non stetit, *ut in l. cum à matribus. C. qui petant. tut. notat. gloss. in l. præses. C. de appellat. tenet Marant. ubi supra, numer. 237.* ex qua leg. constat, & probatur, quod tam mater, quam alii possunt prædictum tutorem petere per procuratorem, *ut ibi notat Angel.* 88

Observandum tamen est in proposito, † quod mater & alii successionem pupilli sperantes, tenentur suis sumtibus ad hoc onus petendi tutorem. *l. suo vitio, de oper. liber. Bald. num. 4. & Bart. in l. 1. in utroq; lectura. C. de negot. gest. in leg. Nesennius. ff. eodem tit.* ubi hoc declarat, ut intelligatur de expensis factis circa personam matris, quia non tenetur ad alias expensas, veluti inducendo filium ad civitatem, ubi ei daretur tutor. *& simil. Pet. Surd. de aliment. titul. 5. quæst. 1. num. 26. fol. 205.* Et licet loquatur de matre, ejus ratio concludit in aliis, qui similiter ad hoc tenentur, *ut declarat Greg. Lopez. in d. leg. 12. in gloss. Nopiden guardador, paulo post princip. ibi: adverte etiam:* Et generale quidem est, quod tutor non possit imputare pupillo expensas, quas fecit in eundo ad civitatem, ad acceptandum tutelæ munus, quoniam jure cogente id facit, & ex officii natura, *ut tradunt Barto. Alberic. & Bald. in d. leg. Nesennius, ff. de negot. gest. & Doct. in leg. 1. eod. ut prout eos refert & sequitur Barc. de decem. tut. cap. 21. num. 27.* Et ita videtur tenendum, tametsi Petr. Surd. *ubi supra, num. 92. cum sequentib.* contrarium ejus quod diximus *in prine. hujus num. 89.* probare nitatur, qui *num. 89. cum sequent.* agit, an mater repetat expensas, quas fecit in acculando tutorem suspectum. 89

Quinto principaliter limitatur † conclusio nostra l. 12. cum similibus, in matre minore 25. annorum, quia licet tutorem non petierit, non privatur successione pupilli, *text. expressius in leg. 2. C. si adversus delict.* cujus verba sunt hæc: *licet in delictis ætate neminem excusari constet, matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapsa non petiit, eorum minima denegari successionem convenit, cum hoc in majoribus matribus tantum obtineat*, ubi gloss. fin. verb. *obtineat*, inquit, intra annum, & quod sunt tutæ matres minores ipso jure, *& ibi etiam Doctores, Ludovic. Roman. consil. 279. visis thematis narratione, &c. Philipp. Corneus. consil. 40. circa hanc columnā. 2. volum. 3. & consil. 204. pro decisione. libr. 4. Anton. Gomez. in l. 14. Tauri, num. 18.* 90

Odofr.

Odofr. & alii plures relati per Ant. Gabr. d. conclus. 1. de tutel. n. 49. post Sylvam Nup. ubi sup. num. 33. limitat. 9. & Maran. in rep. l. si potest, n. 237. in 4. limit. ff. de acq. hered. itaque est sententia verissima, uti lege expresse decisa, & tenent Dd. omnes, *in l. matres, C. ad Tertull. secund. Mar. Soc. Jun. consilio 1, n. 14. vol. 1.*

91 Et procedit etiam, † si mater postea efficiatur maior, nam durabit excusatio, ut cum communi Dd. sententia resolvit Greg. Lopez, *in d. l. 12. in gl. pierden.*

Difficultas tamen in eo versatur, † an prædicta limitatio procedat solum, quando mater post annum, in
92 quo alias debebat petere filio tutorem, efficitur maior, vel etiam si intra annum, eoq; durante maior fiat? Sunt namque in hoc articulo diversæ & contrariæ opiniones Doctorum.

Prima habet, & licet mater minor non teneatur petere tutorem, & si non petat intra annum, non cadat à iure succedendi, nec successione filii privetur, *ut prædiximus*, tamen cum facta est maior intra annum, debet petere, quia privilegium, quod fuit concessum ætati minori matris, non debet durare ultra illam ætatem, cum cessante causa privilegii cesset privilegium, *l. Titia Seio, §. usurar. ff. deleg. 2.*

Deinde & secundo hoc probatur ratione. Nam onus petendi tutorem habet causam continuam, quousque filii sunt in pupillari ætate: Licet ergo mater excusetur, quia erat minor tempore mortis testatoris eius mariti, & si intra annum à die mortis testatoris, & per totum illum annum fuerit minor. Verum tamen si postea est maior, & filii sunt adhuc impuberes, videtur, quod debeat petere tutores, quoniam est intra annum à die mortis testatoris, & si est maior, intra annum tenetur. Præterea cum mater intra annum teneatur petere tutorem filiis suis impuberibus, ut habet regula nostra, quam declaramus, & hæc verba, *intra annum*, sunt generalia, & verificantur in qualibet parte anni, sive in principio, sive in fine, sive in medio: Ergo si in fine anni non petit tutorem incidit in constitutionem, cum verum sit, intra annum non petisse; Facit etiam *d. l. 2. C. si adversus delict.* ibi *cum hoc in maioribus matribus tantum obtineat.* Sed ista est maior tempore, quo petere potuit: Ergo in ea locum habet. Item mater, quæ filiis tutorem lubrico ætatis lapsa non petiit, excusatur, *ut in d. l. 2.* Ergo hoc intelligitur durante minori ætate, quia qualitas adjecta verbo, debet regulari secundum tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus. ff. de noxalis, l. Titio. ff. de milit. testam.* Cum igitur pervenerit ad maiorem ætatem, cessat iam privilegium, & tutorem petere tenetur, cum sit maior, & maior ad id teneatur, *ut in d. l. 2.*

Tertio eadem opinio astruitur ex eo, quod pupillus quotidie novam læsionem incurrere potest, si fibi de tutore non provideatur, sed in his, quæ tempore variantur, singula temporis momenta inspicienda sunt, *l. cum in annos. ff. quando dies leg. ced.*

Quarto, quia licet non petiisset tutorem, saltem ipsa tutelam suscipere debeat facta maior, ut omnino filiis suis pupillis consuleret, & sic satisfaceret menti constitutionis, utrumque omisit ergo propter negligentiam incidit in pœnam prædictæ constitutionis.

Et in terminis hanc partem tenent, probant atque tuentur Oldradus & Paulus de Castr. *in leg. minoribus, C. de his, quibus ut indign. & ibi Angel. idem Angel. in leg. illicitas, §. fin. ff. de offic. præsid.* ubi distinguit & declarat, ut si mater elapso anno efficiatur maior, excusetur, si tamen intra annum ad hoc datum efficeretur maior, tunc non excusaretur, ex quo delictum negligentiæ non erat consummatum, & ita tenet in hac secunda parte, primam opinionem supra fundatam, cuius distinctio certe æqua videtur, secundum Greg. Lopez, *in d. l. 12. in glo. pierden, in vers. limitat tamen & intellige.*

Contrariam † tamen sententiam, imo quod mater, effecta maior intra annum à morte mariti sui non petens tutorem filiis suis, postquam est maior, non privetur successione filiorum suorum, tenet Specul. *in tit. de restit. in integr. §. 1. n. 16.* dicens esse verius, quia initium est spectandum, *ut in iuribus ibi per eum allegatis.*

Quæ sententia comprobatur ex glo. † communiter approbata, *in d. l. minorib. C. de his, quibus ut indig. verb. respondet, in vers. sed quid si*, ubi cum lex illa decidat, quod minoribus 25. annis, heredibus non obsit crimen 93
inultæ mortis, quærit glo. quid si tempore aditæ hereditatis minores fuerunt, nunc autem conveniunt, ex appellatione sunt maiores, vel statim post additionem facti sunt maiores, nunquid tenebuntur accusare? Et respondet, quod non, quasi initium sit exspectandum, *ut in l. 5. §. scio, ff. de minor.* & ideo non amittunt beneficium, quod debet esse perpetuum, *ut in auth. consti. qua de digni. §. illud quod. collat. 8.* quam gl. sententiam sequuntur communiter Dd. ibi reprobata opinione Petri & Cyn. *teste Ias.* ubi *n. 7.* communem quoque alios allegans profitetur Maran. Soc. Jun. *consil. 8. n. 15. vol. 1.*

Secundo facit, quia non est verum, quod mater cessaverit per annum à morte mariti, sed tantum per aliquot menses, postquam est effecta maior, & hoc non debet sibi nocere, cum requiratur cessatio per annum, & hæc non sit cessatio per annum, sed per partem anni, & in pœnalibus & privationibus stricta fit interpretatio, ut minus contineant *l. in pari. ff. de regul. iur. & leg. cum quidam. ff. de lib. & posthum.* Pœna igitur apposita contra negligentem per annum, non debet habere locum in negligente pur partem anni, cum non sit tam longa negligentia, & consequenter non sit eadem ratio. Ergo non potest eadem dispositio locum habere, *leg. à Titio, ff. de verborum obligat.*

Et ita merito opinionem hanc secundum Speculat. tenet & iure comprobat Bald. *in auth. si captivi, C. de Episcop. & clericis*, dicens, se ita sæpe consuluisse, & est *in n. 5. & in l. 2. ad fin. C. si adver. delict.* & in *l. precibus, colum. 4. versic. quid ergo si tempore primo, num. 17. C. de impub. & aliis subst.* ubi eam dicit communiorem, & est communior hæc opinio secundum Sal. *in d. l. minoribus*, qui eam sequitur. Eandem etiam sequitur & communem atque communiorem profitetur Cur. Iun. *d. consil. 8. n. 15.* & Hieron. Gratus, *consilio 83. n. 7. cum seq.* ubi respondet fundamentis contrariis, supr. iactis. Idem refert Grego. Lopez, *ubi supra* & sequitur Maran, *in repet. dicta leg. si potest, n. 237. versic. 4. limit.* ubi ampliat, etiam si per triduum post efficiatur maior. Eandem sententiam communem profitetur, & eam sequitur Ant. Gabr. *in d. conclu. 1. de tutel. n. 51.* dicens, quod etiamsi transacto anno mater maior efficiatur, & postquam maior fuerit, non petierit tutorem per annum, non privatur successione pupilli: plerique tamen Doctores, quos citat, non loquuntur in hac specie, sed in priori supradict. communis sententiæ principalis: nempe quando mater minor efficitur maior, intra annum à morte mariti, & non petiit tutorem filiis impuberibus, postquam est maior. 94

Quid tenendum? † Ego rem hanc ita, verissime resolvendam censeo, distinguendo scilicet tres casus. Primus est, cum mater minor efficitur maior 25. annorum, infra annum mortis mariti, durante pupillari ætate filiorum suorū. quo casu statim, quod compleverit minorem ætatem, incipit sibi currere annus ad petendum tutorem filiis impuberib. à iure concessus, ita ut si durante eadem pupillari ætate filiorum, non petierit eis tutorem dari cum effectu intra annum, & ipsi decedant impuberes post illum annum integrum decursum, post maiorem ætatem matris, ipsa privetur eorum successione, quia maioribus currit hic annus, *ut in dict. l. 2. C. si adver. delic. juncta dispositione. l. sciant, qui, & l. 2. §. si mater, ff. ad Tert. & nostra l. 12. tit. 16. p. 6. & in term. ex d. jur. ita tenet*

Bald.

Bald. Novell. in tract. de dote, 11. parte princ. privil. 1. n. 14. ad fin. ibi, & maxime post annum à die, quo mater est facta major, non excusatur à d. pœna per dilationis successionis, per illum text. ex quo tunc cessavit causa excusationis suæ, quem refert & sequitur Sylv. Nupt. *libr. 2. n. 13. limit. 9. ibi intellige tamen, &c.* Estque verissima hæc sententia meo judicio ex prædictis juribus, nec non est textus inevitabilis, *in leg. qui contra 4. C. de inoffic. nupt. ibi, exceptis tam fœminis, quam viris*, qui aut errore acerrimo non affectato, in simulatione, neque ex vili causa decepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi, quos tamen (nunc ad rem) ita demum legis nostri laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerit annos, conjunctionem hujusmodi sine ulla procrastinatione diremerint: Ergo ita in proposito, de quo agimus, dicendum jure optimo est, ut tunc demum mater minor effecta major liberetur à pœna perditionis successionis filiorum impuberum decedentium, si intra annum juris, postquam ad legitimos annos pervenerit, tutorem eisdem dari petierit: secus alias est.

Nec huic sententiæ contraria est magis communis opinio supra relata, quæ habet, matrem minorem non petentem tutorem filiis suis impuberibus, non privari successione eorum, etiamsi intra annum fiat major, *ut tenent Spec. Bald. & alii sup. citat.* quia quamvis videantur loqui generaliter, intelligi tamen debent necessario, quando prædict. quæ erat mater minor tempore mortis mariti, & postea fuit effecta major, non petiit tutorem filiis intra annum, à morte scil. mariti numerando, quo durante, fuit effecta major: tunc enim merito, quod successione filiorum non privetur, quia postquam fuit effecta major, non habuit integrum annum ad petendum tutorem filiis, sed illud minus, quod cucurrit durante minore ætate ipsius, & sic in hac specie initium est exspectandum, in quo annus prædictus non incipit currere propter minorem ætatem matris: Et hoc est quod habet & tenet prædicta magis communis sententia cum suis fundamentis, & de vera mente ipsius.

Cæterum cum prædictus annus à jure concessus matri ad petendum tutorem filiis suis impuberibus, obtineat in maioribus ætate, *ut in d. l. 2. C. si adversus delict.* tenebitur procul dubio mater infra annum à die, quo ad legitimos ætatis annos pervenerit, numerandum tutorem filiis suis impuberibus petere sub prædicta pœna: quod non negat communis opinio, nec eius auctores negare iuridice possent, si de hoc casu interrogati fuissent. Quinimo ex eis fundamentis virtualiter constat ipsos loqui intra annum à die mortis mariti, non vero à die quo ipsa mater effecta fuit maior, quo casu non inspicitur nec consideratur primum initium, hoc est, tempus minoris ætatis, cuius respectu fuit causata excusatio seu immunitas à pœna privationis: sed secundum initium, hoc est tempus perfectæ jam ætatis, à qua incepit currere præfatus annus, ad hoc, ut ipso elapso absq; petitione tutoris incidat in pœnam, ac si intra primum annum non petiisset, si temp. mortis mariti esset maior.

Eodem modo intelligendus est Salyc. *in l. fin. n. 2. C. si adver. delict.* dum dicit, quod si mater tempore mortis mariti erat minor, & tractu temporis facta est maior, & postea stetit per annum, quod tutorem non petiit, non incurrit in pœnam, nempe de anno à morte mariti, & similiter Ant. Gabr. *d. conclus. 1. de prabend. n. 51.* dum dicit, & hoc procedit, etiã si transacto anno efficiatur maior, & postquam maior fuerit, non petierit tutorem per annum, allegans Saly. *ubi sup.* & ceteros Dd. tenentes præfatam magis communem sententiam, cum tamen ipsi non ita in specie nuncupatim in anno integro elapso post maiorem ætatem loquantur, sed ut prædiximus. Quare aut de primo anno intelligendus est loqui Ant. Gabr. & si qui sunt alii Doctores eodem modo loquentes, ne errent, aut minus caute & perfunctorie loquutos fuisse, necessario fatendum est, cum ratio juris non patiatur, ut mater minor 25. annis, quæ per annum integrũ post minorem ætatem completam elapsum, fuerit in hoc negligens, non privetur successione filiorum suorũ impuberum decedentium, cessante iam privilegio minoris ætatis, tametsi Nicol. de Vbald. *de success. ab intestat. 2. par. n. 18. vers. quinto limita*, contrarium expresse Fulg. *consil. 52. quos refert & cum eo transit Anton. Gab. ubi sup. d. concl. 1. de tut. num 35.*

Sexta & principalis limitatio nostræ † l. Regiæ *12. tit. 16. part. 6. cum similibus* assignatur à quibusdam, nempe, quando est ita est consanguinei, quibus legitima tutela defertur: tunc namque mater secundum eos non tenetur petere tutorem dativum pupillo, ex quo legitimus præterretur eidem dativo. Unde sequitur, quod si pater moriatur relictis duobus filiis, uno pupillo, & altero majore 25. annis, mater non tenetur petere tutorem filio pupillo, ex quo ipso jure frater est ejus legitimus tutor. Et idem quando essent alii consanguinei successionem pupilli sperantes. Ita tenet gl. *in leg. matres, C. ad Senatusconsult. Tertull. ibi, item si filius habeat alium tutorem puta legitimum, & Soc. cons. 153. col. fin. volum. 2.* nec non & Socin. nepos loquens in avia, ut ipsa non privetur successione nepotis, propter non petitum tutorem, quia ipse nepos habebat patruos. Nunquam enim mater aut avia privantur successione filii impuberis morientis, & si tutorem non petierint; nisi quando pupillus caruerit tutore testamentario vel legitimo, ut constat ex t. par. nostræ l. Reg. *12. tit. 16. part. 6.* Ergo quo vis horum existente etiamsi potentia, mater nec avia non petentes tutorem, non privantur successione. Onus igitur petendi tutorem secundum Socin. ibi solum verſatur, quando tantum est locus tutelæ dativæ, *l. 2. ff. quipet. tut.* Accedat altera & secunda ratio. Lex namque ideo oneravit matrem, & alios ascendentes petendi tutorem, ne pupilli, eorumque bona deserta essent defensione, sed quamdiu hoc provisum est ex lege, quia vel fuit datus tutor in testamento, vel adest persona, cui lex defert legitimam tutelam, cessat illa necessitas & onus petendi tutorem, *ut in d. l. 2. ff. quipet. tut. & in l. 2. §. illud, C. quando mul. tut. off. fung. poss. ibi tunc demum mulier tutela petenda jus habeat, cum tutor testamentarius vel legitimus defuerit*: sed stantibus patruis, vel aliis personis, quibus defertur tutela legitima, mater vel avia liberæ sunt. Ergo &c. Et ita residet cum hac opin. Socin. nepos, ubi supra, dicens etiam eam tenuisse ejus avum. Marian. Socin. *cons. 20. vol. 1. n. 2.* concludit, quod etiam stante matre vel avia, hodie dicuntur legitimi tutores, qui de jure erant ante auth. *matres & avia. C. quando mul. tut. officio fung. poss.* Ergo si sunt legitimi tutores, mater non tenetur petere, & sic non privatur successione, si non petierit, cum mater & avia ita demum efficiantur tutrices, si voluerint. Ergo ante suam hac de re declarationem, alter dicitur legitimus tutor, & per consequens nulla est inducenda privatio in matre, tunc; demum mater tenetur dare filio suo istos administratores, si legitimi non adsint, *secundum Barto. consil. 22. homo à Carsili. numer. 5.* sed ubi adest patruus, est legitimus. Ergo non patietur mater pœnam *d. l. sciant, cum similib.* Hæc Socin. ubi supra.

Hæc tamen sexta limitatio vera quidem non est, nec tenenda, sed potius contrarium, imo quod mater vel avia non liberentur à pœna privationis successionis, etiã si defunctus & pupillus, legitimos habeat consanguineos, quibus tutela & hereditas defertur, ipsa sublata de medio, nisi mater publice apud acta remittiet tutelæ, vel alii juris impedimento, puta minoris ætatis, & similibus, quod non possint esse tutrices, ut probat late Petr. Ancharanus, *consilio 104. num. 3.* & ita tenent omnes Doctores indifferenter, estque communis opinio, & tenenda, secundum Tellum Ferdinandez, *in dict. leg. 6. Taur. n. 43.*

cordat. *d. 9. titu. 19. part. 6.* Unde verius esse censeo, atque tenendum contra hanc secundam sublimitationem, imo quod masculus minor 25. annis, ita excusetur ipso jure ab hac pœna privationis successionis, sicut mater minor ob non petitum tutorem pupillis intra annum, ex identitate rationis, *ut inter minus volunt Speculat. ubi supra, & expresse Fulg. consil. 52. quos refert & cum eo transit Anton. Gab. ubi sup. d. concl. 1. de tut. num 35.*

Sexta & principalis limitatio nostræ † l. Regiæ *12. tit. 16. part. 6. cum similibus* assignatur à quibusdam, nempe, quando est ita est consanguinei, quibus legitima tutela defertur: tunc namque mater secundum eos non tenetur petere tutorem dativum pupillo, ex quo legitimus præterretur eidem dativo. Unde sequitur, quod si pater moriatur relictis duobus filiis, uno pupillo, & altero majore 25. annis, mater non tenetur petere tutorem filio pupillo, ex quo ipso jure frater est ejus legitimus tutor. Et idem quando essent alii consanguinei successionem pupilli sperantes. Ita tenet gl. *in leg. matres, C. ad Senatusconsult. Tertull. ibi, item si filius habeat alium tutorem puta legitimum, & Soc. cons. 153. col. fin. volum. 2.* nec non & Socin. nepos loquens in avia, ut ipsa non privetur successione nepotis, propter non petitum tutorem, quia ipse nepos habebat patruos. Nunquam enim mater aut avia privantur successione filii impuberis morientis, & si tutorem non petierint; nisi quando pupillus caruerit tutore testamentario vel legitimo, ut constat ex t. par. nostræ l. Reg. *12. tit. 16. part. 6.* Ergo quo vis horum existente etiamsi potentia, mater nec avia non petentes tutorem, non privantur successione. Onus igitur petendi tutorem secundum Socin. ibi solum verſatur, quando tantum est locus tutelæ dativæ, *l. 2. ff. quipet. tut.* Accedat altera & secunda ratio. Lex namque ideo oneravit matrem, & alios ascendentes petendi tutorem, ne pupilli, eorumque bona deserta essent defensione, sed quamdiu hoc provisum est ex lege, quia vel fuit datus tutor in testamento, vel adest persona, cui lex defert legitimam tutelam, cessat illa necessitas & onus petendi tutorem, *ut in d. l. 2. ff. quipet. tut. & in l. 2. §. illud, C. quando mul. tut. off. fung. poss. ibi tunc demum mulier tutela petenda jus habeat, cum tutor testamentarius vel legitimus defuerit*: sed stantibus patruis, vel aliis personis, quibus defertur tutela legitima, mater vel avia liberæ sunt. Ergo &c. Et ita residet cum hac opin. Socin. nepos, ubi supra, dicens etiam eam tenuisse ejus avum. Marian. Socin. *cons. 20. vol. 1. n. 2.* concludit, quod etiam stante matre vel avia, hodie dicuntur legitimi tutores, qui de jure erant ante auth. *matres & avia. C. quando mul. tut. officio fung. poss.* Ergo si sunt legitimi tutores, mater non tenetur petere, & sic non privatur successione, si non petierit, cum mater & avia ita demum efficiantur tutrices, si voluerint. Ergo ante suam hac de re declarationem, alter dicitur legitimus tutor, & per consequens nulla est inducenda privatio in matre, tunc; demum mater tenetur dare filio suo istos administratores, si legitimi non adsint, *secundum Barto. consil. 22. homo à Carsili. numer. 5.* sed ubi adest patruus, est legitimus. Ergo non patietur mater pœnam *d. l. sciant, cum similib.* Hæc Socin. ubi supra.

Hæc tamen sexta limitatio vera quidem non est, nec tenenda, sed potius contrarium, imo quod mater vel avia non liberentur à pœna privationis successionis, etiã si defunctus & pupillus, legitimos habeat consanguineos, quibus tutela & hereditas defertur, ipsa sublata de medio, nisi mater publice apud acta remittiet tutelæ, vel alii juris impedimento, puta minoris ætatis, & similibus, quod non possint esse tutrices, ut probat late Petr. Ancharanus, *consilio 104. num. 3.* & ita tenent omnes Doctores indifferenter, estque communis opinio, & tenenda, secundum Tellum Ferdinandez, *in dict. leg. 6. Taur. n. 43.*

cum sequentibus, ubi late cum probat & respondet concludenter omnibus fundamentis contrariis Socini nepotis. Eandem sententiam cum Bart. probat Bald. *in leg. matres, num. 1, C. ad Tertull. & in leg. precibus, num. 18. C. de impub. & alii.* Et in casu proptio ejusdem Socin. contrarium & rectius consulens Parisius *consil. 34. per totum, volum. secundo, & ibi etiam Nicol. de Vbald. de successione ab intestato 2. part. numero. 17. ad finem*, & opinio glossæ contraria, *in dict. l. matres*, communiter reprobatur secundum Cyuent. *in l. 6. Taur. numer. 2. in vers. item procedat etiam si pupillus*: vel saltem illa gloss. debet primo intelligi, quod tunc tantum mater excusatur, cum pupillus habet tutorem legitimum, id est, à judice datum legitimo: vel alium legitimum, qui per renunciationem matris solemniter à judice confirmatus sit, & decreta administratio, *ut in l. legitimos, ff. de legit. tut.* ita gloss. illam intelligit Anch. *ubi supra, numer. 5. ubi intelligo, ergo &c.* Vel secundo est intelligenda, ut procedat, si mater inter annum renuntiet expresse tutelæ filii: ita quod declaretur, se nolle esse tutricem; nam tunc facta ista renunciatione est aperta via legitimis, & ex tunc mater vel avia, non tenetur petere tutorem filiis vel nepotibus; secus si non renuntiet intra annum, & non administret, nec petit tutorem, quia tunc privatur successione, etiam si mille consanguineos habeat pupillus, quia mater præfertur omnibus consanguineis in tutela filii, & avia matre deficiente. Verum est tutrix voluntaria, quia si non vult, potest eam repudiare, ita tenet inter omnes dictæ gloss. cum Bartol. & Bald. quos citat Marant. *in repet. dict. leg. si pateat, num. 241. ff. de acquiren. hereditat.* quod iste est verus & communis intellectus ad illam gloss. *in d. l. matres*, Accedit alia non infima ratio, nam si aliud dicere remus profecto pœna *dict. leg. sciant*, & nostræ l. Regiæ 12. fere hodie esset sine effectu, & non erit in usu, cum nusquam deficiet ex agnatione, vel cognatione, cui tutela deferatur. Et quamvis rationes Socini nepotis in se sint veræ, non tamen applicabiles sunt ad propositum: Fatemur namque, quod mater solum oneratur petere tutorem dativum non stante testamentario vel legitimo; sed legitimus nullus est stante matre vel avia in medio, & donec ipsa apud acta renuntiaverit tutelæ: ergo si hoc non facit, nec petierit tutorem filiis intra annum, punitur privatione ejus successionis. Et ita est tenendum omissis distinctionibus & irresolubilitate Anton. Gabr. *d. conclus. 1. de tutel. limitat. 13. num. 66.*

Septima principalis limitatio est, † quando inter- 100
est pupilli, ut non petatur sibi tutor, ut quia esset sibi factum amplum legatum sub conditione, si tutores non habuerit, & propterea mater ei tutorem non petierit, ne condatione deficeret, tunc namque cessabit constitutio, nec successione ejus mater privabitur, si damnum minus sit eumulo legati, text. est expresse *in leg. 2. §. si mater, versic. tractavit. ff. ad Senatusconsult. Tertull.* per quem text. ita tenet Bald. *in dicta leg. matres, column. prim. C. eodem titul. & cum eo Marant. in dicta leg. si potest. nu. 242. ff. de acq. hered.*

Octavo limitatur, † quando pupillus non erat fol- 101
vendo; Tunc namque mater si ei tutorem non petiit, excusatur, quia consuluit ei, ut minus inquietetur, quasi indefensus, *leg. 2. §. si mater, versic. ego etiam*, sicuti quando penitus egenis pupillis tutorem non petiit, *ut in d. §. si mater, in versicul. quod si penitus, Bartol. in leg. 2. C. de negot. gest. & alias referens Marant. in dicta leg. si potest, numero 246.* Cum enim favore pupilli cessatum est à petendo tutorem (ut in hac specie) non habet, imo limitatur nostra de hac re principalis conclusio, ut refert ex plurib. Antonius Gabriel. *conclusione prima, de tutel. numer. 56.*

102 Ex quo deducitur idem esse, quando pupillus haberet multos creditores, & mater nollet ei petere tutorem, ut sit indefensus, & non possit conveniri à creditoribus, nec condemnari. Ita singulariter tenet addit. Bartol. *in d.leg.sciant, & d.§. quod si penitus*, sed facit melius d. versic. *ego etiam sequitur Maran. ubi supr. n.247. Sylva nup. d.2.par.num.53.limitat.10.*

103 Unde videtur procedere † non posse opinionem Pet. Anchar. *d. cons.164. n.5.* dicentis, quod licet forte tenue patrimonium pupilli haberet, matrem excusari à petitione tutorum, tamen secundum formam juris per officium pietatis debitor ipsa assumere istud onus, & non relinquere pupillos destitutos, & sine provisione indefensos. Erat enim in ejus arbitrio vel recipere, vel aliter demandare per judicem procreari. Cum ergo neutrum fecerit, non est functa pietate, nec plene officium exhibuit, ut tenetur. Igitur est privanda, *ut in l. 2. versic. quod si non compulit. ff. ad Tertullian.* Nec potest modo allegare substantiam pupillorum egenam, non solvendo, postquam ad eam aspirat; quia sic est sibi contraria, & per consequens repellenda. *ut in l. 1. C. de fort. & in cap. sollicitudinem. de appell.* Est enim præsumtio contra eam de eo, quod agit in præsenti, in præterito negligenter se habuisse *juxta notata in cap. quosdam. de præsumpt.* Ex hoc igitur capite concludit ibi Anchar, matrem sic non posse tueri, & per consequens, quod sit privata, & hanc partem putat veram, Ant. Gabr. *ubi supr. sub d. num. 56.* quia licet substantia pupilli non exigat tutorem, persona, quæ alis & gubernari debet, cui persoqæ principaliter tutor datur, semper exigit tutelam. *arg. num. text. in §. 1. de tut. cum vulg.* Hæc namque doctrina videtur contra expressum, *in d.l.2.§. si mater, versf. quod si penitus, & in versic. ego etiam supra citato pro hac ultima limitatione.*

Nihilominus tamen opinio Ancharan. salvari potest adhuc in specie, in qua ipse loquitur, nempe quando pupillus habebat patrimonium, licet tenue: tunc enim hujus auctoris rationes jam relatæ bene probant, & concludunt ejus opinionem & doctrinam, ut vidimus: Ceterum text. *in d. ver. quod si penitus*, loquitur, ut patet ex ejus litera, quando mater pupillis penitus egenis tutorē non petiit, tunc n. ignoscendum est ei, similiter d. versic. *ego etiam*, loquitur, quando mater ei, qui solvendo non erit, non petierit tutorem: tunc namque est ei ignoscendum, ut ibi cavetur, quia consuluit ei, ut minus inquietetur, quasi indefensus.

Superest igitur, ut limitatio nostra octava sit vera, & tenenda in specie d. jurium, nempe, quando mater non petiit tutorem filiis suis penitus egenis, vel, qui non erant solvendo, veluti, quia debita, quibus astrictus, & operatus erat, prævalebant bonis, quæ pupillus habebat. Unde cum bona non dicantur, nisi deducto ære alieno, *ut in l. subsignatum. §. cum similib. ff. de verb. significat.* consequitur, quod solutis debitis pupillus penitus egenus remanebat, ut in casu priori *d. versiculo, quod si penitus.* Ergo consultius fecit mater non petendo ei tutorem, utpote minus inquieretur quasi indefensus.

Ceterum si pupillus non esset penitus egenus, quia habebat bona ex quib. debitis solutis adhuc ipsi amplius remanere, quo viveret, posset: tunc mater tenetur ei tutorem petere intra annum: alias si negligat, deneganda est eidem successio, tanquam contraria alleganti, ut probat Anchar, *ubi supra*, cujus doctrina, sic intellecta mihi verissima & tenenda videtur. In dubio tamen, quando non constat notorié bona non remansura pupillis solutis debitis, vel dubitatur, an sint eis aliqua bona, consulo matri, ut petat tutorem filiis suis intra annum juris, ne ei postea petenti ejus successionem juste denegetur ob suam negligentiam.

Quod si pupilli nullam habeant substantiam, subveniendum est matri atque ignoscendum, si eis tutorem non petierit, quia licet adhuc tutore egeant, ut alantur & gubernentur, & quia tutor detur principaliter personæ: nihilominus non jure arctatur mater in hac specie ad petendum tutorem pupillis suis, ac proinde non privabitur eorum successione propter tutorem non petitum, licet postea pupillis deferatur aliqua bona, eo forsan tempore, quo mater non fuerit negligens in petendo eis tutorem, veluti quia nondum transierat annus à tempore, quo eis fuerunt delata vel acquisita illa bona usque ad mortem ipsorum, ut in dictis juribus, nempe versi. *quod si penitus, & in versic. sic ego etiam*: & in nostra octava limitatione, quicquid aliud velit in sua ratione prænarrata Ant. Gabr. *ubi supra*, qui magis caute loqui debuit, adhærens literæ dd. versiculorum.

Nono limitatur, † ut non procedat decisio *d.l. sciant*, 104
qui C. de legit. hered. & d.l.12. tit.16. part.6. quando mater fuit prævenra ab alio forte consanguineo infra annum in petendo tutorem, quia alius petiit ante eam: tunc namque ipsa excusatur, ex quo non fuit in mora, & pupillo tempore debito fuit provisum de tutore: alias secus. si forte fuit lapsus annus, *gl. 1. in l. mater, C. ad Tertull.* pro quo est text. *& ibi gl. in l. sororem, C. de his, quibus ut indign.* & tenet Marant. *in d.l. ut potest, numer. 243 ff. de acquiren. hereditat.* Quam limitationem ego veram esse intelligo, quando petitio tutoris prædicta fuit effectum consequuta, quia fuit provisus tutor intra annum, & ipse inventarium confecit & administravit, alias secus, quia non excusatur mater, licet ipsa intra annum tutorem filiis suis petierit impuberibus, nisi tutela sit decreta & inventarium confectum, & ipsa administret, ut resolvimus *supra in tertia ampliat.*

Decimo limitatur, † ut non procedat, quando mater 105
vel alius, qui debebat tutorem petere, fuisset absens, ignorans, vel infirmitate impeditus, vel adesset alia magna causa, quæ eam impediret, mandare ad petendos tutores, *ut in l. 2. §. si mater, versic. confessum, ibi, nisi forte*, &c. & tenet in terminis Socinus *consil. 152. nu. 31. & 36. vol. 2.* quem refert & sequitur Marant. *in repetit. d. legis, ut potest, nu. 245. ff. de acq. hered.* Sylva Nupt. *secunda parte, num. 53. limitat. 13.* ubi addit justam causam non faciendi aliquid, esse tempus pestis, vel quando alii pro majori parte ita faciunt, vel quando est communis opinio de hoc, vel rumor populi, ut ibi probat & generaliter limitat præfatam decisionem Ant. Gabr. *d. concl. 1. de tutel. n. 58.* quando mater aliquo casu fuisset impedita petere tutorem, secundum plures Dd. quos ibi citat, quod ipse intelligo de justo & vero impedimento, alias secus.

Sed contra † hanc X. limitationem obstare videtur tex. 106
in dict. leg. 2. confessum, ff. ad Tertull. ubi, ita tamen, ut nullo modo annale tempus excederet. Respondemus tamen, quod text. hic in his verbis procedit in casu infirmitatis, vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret, in quibus casibus tantum loquitur versic. *nisi forte*, ut ex eo patet. In his namque licet adhuc huiusmodi impedimenta durarent, nihilominus justum est, ut annale tempus non excedant, cum instet necessitas tutorem petendi, & impeditus id sciat, & eo longo tempore posset damnum imminens pupillo faciliter prævideri atq; ei succurri; at vero absentia longa, & ignorantia invincibilis, quæ omnino intra annum prævideri, evitari, vincive non potest, omnino excusaret. Ex ita salvari potest & procedit, in his ultimis casibus. Excusatur itaque is, qui debebat petere tutorem intra annum propter probabilem ignorantiā, ut cum aliis probat Anton. Gabr. *ubi supr. num. 48.* Secus vero, alias data scientia intra annum, vel quando absentia esset talis, quæ data scientia mortis patris pupilli, posset intra annum prædictum converti in præsentiam ad petendum tutorem, aut saltem supplere per procuratorem, per quem peti potest tutor, ut supra resolvimus.

Unde

Undecimo † limitatur eadem decisio nostræ leg. *cum* 107
similibus, ut non procedat, quando major gessisset tutelam minus legitime, vel passus est tutorem minus legitime gerere, & erat in tali loco, in quo erat penuria peritorum, & distabat à civitatibus, vel locis insignibus, ubi esset copia eorū, quia tunc excusatur propter suam simplicitatem, & præsumtam ignorantiam. *Ita tenet Socinus consil. 39. nu. 16. & 17. volum. 1.* ubi id maxime procedere existimat, si peritus tutor administravit, quamvis non fuerit confectum inventarium legitime, vel forte non fuerit decreta administratio: & præmaxime, si ex negligentia sua jus pupilli non fuit factum deterius. Et Socinum sequitur Ripa *in tractatu de præservat. remed. contra pest. num. 240. & Sylva Nupt. ubi supra d. num. 53. limit. 5. & Gregor. Lopez. in dicta lege 12. in gloss. pierden, ibi, quid autem si mater, tit. 16. partita 6. & Marant. in repet. d. l. ut potest, n. 244. ff. de acq. hered.* qui hanc 11. limitationem sublimitant cum communi, quando mater potuit consulere peritiores, quia tunc punitur.

Duodecimo limitatur, ut non procedat in matre prodiga, 108
cui fuisset interdicta administratio bonorum: ea namque excusatur, si non petierit tutorem filio suo impuberi intra annum, *ita Alexand. & Anet. in l. 21. cui bonis, ff. de verbo. oblig. & Sylva Nupt. ubi supra d. num. 53. limitatione 2. Anton. Gabriel, conclus. 1. de tutel. numer. 71.* quia prodigus excusatur à delictis consistentibus in omittendo, *l. Falcinius, §. adeo. ff. ex quib. caus. in poss. datur. sequitur Marant. in dicta l. ut potest, numer. 245. decimo infra num. 128.*

Decimo tertio † limitatur in matre, vel alio, qui petere 109
debet tutorem, qui tamen sit bannitus, vel missus in exilium, quia excusatur si eum non petierit, *ut tenet glossa, & ibi Bartol. in fine in lege, plane ff. de excusation. tutor. verbo facultas, in fine. sequitur Marant. ubi supra, nu. 249.* Hæc tamen limitatio intelligenda videtur, quoties bannitus vel missus in exilium fuit ignorans, vel impeditus vere & realiter mittere procuratorem, vel mandatum ad petendum tutorem. Si enim potuit per procuratorem tutorem petere, cum hoc liceat, *ut supra probavimus*, non videtur ullo modo excusandus, cum potuerit facili negotio impedimentum hoc removere, quo casu nunquam impedimenta solent excusare.

110 Duo † enim sunt probanda ab eo, qui ob impedimentum juvari vult. Primo, impedimentum illud in casu fuisse, ne præstiterit, quod præstare tenebatur, quoniam quantum in se erat, omni diligentia usus est, *in lege qui committens, ff. de re milit. & notant omnes in lege secunda, §. quod diximus, ff. si quis caut.* Secundo illud impedimētum hujusmodi fuisse, ut removeri minime potuerit, *ut probat text. in l. sed & si per pratorem, §. 2. ff. ex quib. caus. mai.* ubi Bart. & utrumq; tenent plures Doctores, quos refert & sequitur Menoch. *de arbit. judic. libr. 2. cent. 2. casu 118. num. 7. & diximus alibi.*

111 Decimo quarto limitatur † conclusio nostra *l. Regie. cum similibus*, ut non procedat, quando pupillus habet substitutum pupillarem, quia tunc non tenetur mater illi petere tutorem, ex quo tale onus petendi spectat ad substitutum, qui sperat ejus successionem, *ut tenet Bald. consil. 317. num. 1. & 4. volum. 5. & consil. 140. num. 2. vol. 1. per text. in dict. l. sciant, qui, C. de legit. hered. Marant. in dict. l. ut potest, num. 250. ff. de acquiren. hered. Ant. Gabr. dict. conclusione, 1. de tutel. nu 63. contra eundem Bal. consil. 410. num. 3. volum. 3.* qui cum *num. 2.* recte jure probasset hanc nostram 14. limitationem, postea *d. num. 3.* inquit, veritatem esse, quod excluditur avia per lapsum anni, non vero substitutus pupillaris, quia ipse non potuit suscipere tutelam, antequam avia repudiasset eam: unde annus incipit à die, quo avia repudiasset. Sed fallitur clare meo judicio Bald. in hoc ultimo loco, quia ejus ratio tunc demum locum, & suam vim habet, quando adsunt agnati, vel legitimi, quibus secundo loco post matrem competit jus succedendi pupillo ab intestato: tunc enim, merito quod mater, vel avia non excusetur à petendo tutorem filio suo pupillo, sed potius eo non petito intra annum excludatur ab ejus successione, non obstante, quod adsit legitimus, cui secundo loco hoc jus competat, quia ipse non potuit suscipere tutelam, antequam mater vel avia repudiasset, ut cum communi resolvimus *supra in 6. limitatione*, & tenet idem Bald. *consil. 411. numer. 1. vol. 3.* At vero, quando est datus pupillo substitutus pupillaris, ad ipsum pertinet primus locus successionis pupilli decedentis intra pupillarem ætatem, exclusa matre, *ut in l. Papinianus, §. sed neque impubere, ff. de inofficio. testam. in cap. si pater, de testam. in 6. l. 12. tit. 5. part. 6. Anton. Gomez. late 1. tom. Variar. cap. 4. num. 7. & ceteri omnes.* Ergo adipsum spectat etiam primo loco onus petendi tutorem, non vero ad matrem, vel aviam, quia cum ipsa sit exclusa à successione pupilli decedentis infra pupillarem ætatem, *ut probavimus*, ergo & ab obligatione petendi tutorem, *argumento, text. in authent. de hered. ab intest. ven. §. ex his, collatione 9. & authent. sicut C. de legitim. tutor.* ubi dicitur, sicut hereditas agnatione non inspecta proximis defertur, sic & tutelæ onus comitatur emolumentum. Et in expresso est text. pro hac nostra 14. limitat. *in dict. l. sciant*, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, & junctis illis verbis, *sive substitutionis*, &c. per quem text. merito hanc limitationem probavit Bald. in duobus prioribus locis supra citatus, & ceteri omnes: tametsi immemor sui idem Bald. *in d. consil. 410. num. 3.* contrarium, ductus æquivoca ratione, consuluerit, à quo cavendum est, tum ex supra dictis, tum etiam, quia limitationem nostram jure communiter DD. probarunt, tum supra citati, tum etiam alii ab eis relati. Ex quibus hæc communis opinio & vera censeri potest.

Decimo quinto † limitatur in specie text. *in l. 2. §. si mat.* 112
in versic. & si forte. ff. ad Senat. consult. Tertul. nempe cum quis uxorem, matrem communis filii scripserit heredem, rogaveritque remissa satisdatione, ut uni puberi facto restitueret hereditatem: tunc namque licet mater ei non petierit tutorem, non incidit in pœnam constitutionis, cum patris voluntatem sequuta sit, & nihil habenti filio tutores non petiit, nisi remissa satisdatio non fuerit, quoniam vel propter hoc debuit tutores habere, ut ibidem probatur *in versicul. quod si ei: statim sequenti.*

Decimo sexto limitatur, † ut non procedat dispositio 113
nostræ legis cum similibus, quando pupillus haberet tutorem testamentarium, quia tunc non tenetur mater gerere tutelam, nec petere tutorem, *secundum Bald. consil. 403. num. 2. volum. 4. quem refert, & sequitur Marant. in repet. dict. l. ut potest, num 251.* Idem probat Socin. *consil. 20. num. 4. vol. 1.* & alios referens Anton. Gabriel, *dicta conclusione, 1. de tutel. num. 70.* ubi idem probat in alio quoque alias petere debente tutorem. Cessat namque tunc ratio finalis constitutionis, ut patet. nec etiam punitur mater, si non petiit cogi tutores testamentarios ad administranda, *ut probat Bald. in lege precib. num. 18. C. de impub. & aliis.*

Quinimo † addit Sylva Nuptialis, *ubi supra limitatio-* 114
ne 12. quod dict. *lex sciant, qui, C. de legit. hered.* procedit, quando tutor in testamento datus est remotus, vel excusatus, & remanserunt reliqui testamentarii, quorum respectu excluditur legitimus, vel casu, quo proximior in gradu est inhabilis inhabilitate temporali, ita quod interim fuit locus tutelæ dativæ, quam mater omisisset petere, alias secus, *secundum Signor. consil. 105. versus, Angel. consil. 166. si testator, Curt. consil. 24. in hac consult. columna fin. lib. 3.* quos ibi ad hoc refert: hoc tamen intelligendum est juxta decisionem text. *in leg. credendum 7. ff.*

qui pet, tut. vbi sin autem pluribus tutoribus idonei datis quorum, vel detestis, vel temporalem excusationem acumulorum reliquorum administrationi tutelæ sufficere
quia numerus reliquorum administrationi tutelæ sufficere
bat, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia
exsufatur; sed si sufficeret tutore pupillo accusato decretum
erit, et adjungi alios, mater eos quoque petere debet: & si
non petat incidet in sententiam constitutionis. Hæc autem
mater, ab omni quidem bonorum vendicatione intestato-
rum filiorum repellitur. Secundum hanc igitur distinctionem præfata sententia Sylv. Nupt. & reliquorum digerendis atque temperanda est: alias enim cruda, & indigesta remaneret.

115 Decimo septimo limitatur, † nisi alii præferentur matri in tutela ex forma statuti, vel ex dispositione testatoris, puta agitur: tunc enim nihil est, quod matri imputetur, si ipsa non petit, *intende Bald. in lege matres, num. 5. C. ad Tertull.* ubi addit, quod si agnatus non esset in ætate, & sic interim esset locus dativo, si intra annum compleatur ætas legitima, mater non punitur, alias punitur, *sequitur Nicol. de Ubal. de successione ab intestat. 2. part. num. 18. vers. 6. limita.*

116 Unde † eadem ratione dicendum est, quod licet mater non petierit tutorem intra annum, cum ad eam jure spectet primo loco successio, & onus tutelæ, non ex hoc excluditur avia à successione, etiamsi per alium annum steterit, quod tutorem non petierit, nec etiam alii consanguinei, quibus hoc competeret matre exclusa, non stante avia, quia licet mater, si tutorem non petit, intra annum excludatur à successione, non tamen videtur renuntiare tutelæ, nec sibi in hoc generatur præjudicium, *in lege tutela, versiculo, sed & sim glossa, & per Bartolum, ff. de legitim. tutor.* Cum tamen sit necessarium, quod mater publice renuntiet tutelæ apud acta, vel alii furis impedimento ad hoc, ut ceteris consanguineis incumbat onus petendi tutelam, vel tutorem, *ut resolvimus supra in sexta limitatione, versiculo, hæc tamen sexta limitatio:* Limitatur tamen hæc sententia, & principalis deductio: si mater esset mortua, vel transiret ad secunda vota, quia tunc jam non est, quod amplius petere possit, & ideo avia succedit in primum locum, eique incumbit eadem solicitudo, quæ matri incumbebat, & propterea in his casibus negligentia per annum sibi non nocet. Ita resolvit Baldus *in dicta lege matres, sub numero primo, versiculo modo habui, Codic. ad Tertullianum*, dicens, quod hæc est veritas. *idem Bald. in dicta lege precibus, numero 19. & 20. C. de impuber. & alii sequitur Nicolaus de Ubald.* ubi supra, *numero 19.* addens, quod quæ dicta sunt de matre, videntur posse dici de avia, & aliis, quibus hoc facere de jure competit: *diximus supra in prima ampliatione ad fin. & Cornetus consilio 113. litera E. volum. 4.*

117 Decimo octavo † limitatur præfata conclusio principalis nostræ legis Regiæ duodecimæ, *titul. 16. partita 6. cum similibus*, ut quamvis verum sit, quod mater tutrix filiorum transiens ad secundas nuptias, non petito alio tutore, nec reddita ratione administrationis, & reliquis solutis, incidit in pœnas, de quibus *in lege 1. & in authent. 4. eisdem pœnis. C. de secundis nuptiis, & in corpore unde sumitur, videlicet in authentic. de nuptiis, § si autem tutelam.*

118 Quæ quidem † jura canonibus sublata non sunt, quia eorum pœnæ respiciunt favorem filiorum secundum communem opinionem, *teste D. Covarru. de sponsal. 2. parte, capit. 3. §. 9. numero 6.* Imo dicta fœmina privatur successione filii, cum tutorem minime petiit ante secundas nuptias, si filius intestatus moriatur, hoc est impubes, *Ioannem C. ad Tertull. & in auth. de nupt. § si autem tutelam.*

119 Si † tamen mater actualiter non transivit ad secundas nuptias, sed contraxit secunda sponsalia de præsenti, antequam petat tutorem filio dari, non privatur successione pupilli, cum ipsa per hoc non omittat tutelam ejus. Ergo non privatur successione, nisi per transitum ad secundas nuptias solemniter, vel per traductionem ad domum, vel copulam. Ita voluit quamvis sub dubio relinquens cogitandum Nicolaus de Ubald. *ubi supra, num. 21. & 22.* & ante eum affirmavit Albert. *in l. femina. ff. de senat. & Covarru. ubi supra, versic. sed ut pœna Bart. desponsal. 266. num. 5. & ad Alber. ubi supra se remittit Gregorius Lopez, in l. fin. tit. 12. part. 4. col. fin.*

Sed hæc limitatio vera non est, neque tenenda, tum quia falsum est, per sponsalia de præsenti matrem non amittere tutelam filiorum suorum, imo eam amittet, *ut latissime probavimus supra capite 9.* Ergo & per consequens, si non petat tutorem filiis, privatur eorum successione, si decedant infra pupillarem ætatem, quia remanserunt sine tutore: tum etiam quia contrarium in terminis hujus limitationis tenuit Angel. *in authentic. matres & avia, C. quando mulier tutoris officio fungi potest*, quem ad hoc refert Nicolaus de Ubald. *ubi supra; sequitur Bald. in dicta lege omnem, num. 10. & consilio 366. numero 1. volumine 4. & Soc. Junior. consilia 4. numero 4. volumine 1. & cum Bald. & Montalu. Aviles in capite 47. prator. in glos. a casado, numero 5. filio mihi 245. & ante eum Cyfientes in lege 6. Taur. numero 3.* item procedit etiam si talis mater in secreto, &c. Et hæc opinio verior est, & tenenda in judicando, & consulendo *ex supradictis, & ex textu in lege omnem. C. ad Tertull. ibi, ad secunda: contra sacramentum præstitum asseraverit nuptias.* Non enim ibi requirit consummationem nuptiarum, sed aspirationem adipias, hoc est, celebrationem, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit, *ut probavimus late ubi supra.*

Nec obstat † dicta lex *final. tit. 12. partit. 4.* in contrarium allegata per Covarru. ubi supra, qui non loquitur de consummatione matrimonii per copulam, nec tale quid exprimitur ibidem: sed ut censeo de completione, & perfectione per verba de præsenti, nempe, in illis verbis, *si el esposo muriesse antes que el matrimonio fuesse cumplido, &c.* & iterum ibi, *solamente que en este comedio no cumpla el matrimonio.* Itaque in summa lex illa loquitur in sponsa de futuro ante perfectionem matrimonii per verba de præsenti: Unde mater contrahens secunda sponsalia non perdit tutelam, nec incidit in pœnas secundo nubentium, *secundum Bald. & Aug. per textum ibi in textu silent, § 1. ff. de his, qui not. infam. Gregor. Lopez, in sum. tutel. 1. partita 4. in glossa 1. versic. & adde:* Denique, & si verba *d. l. fin.* supra relata intelligerentur de matrimonii consummatione per copulam, adhuc non obesset nostræ de hac re sententiæ, quia dicta lex Regia non loquitur de matre tutrice filiorum, contrahente secundas nuptias, non petito tutore, nec reddita ratione administrationis, & reliquis solutis, prout loquitur dicta lex *omnem*, quæ tantum requirit, quod ad secundas aspiraverit nuptias, his non factis: sed loquitur dicta lex finalis, quoad alias pœnas mulieris secundo nubentis. 120

Decimo nono † limitat eandem conclusionem Anton. Gabr. *dict. continf. 1. de tutel. num. 73.* in matre, quæ à marito habuit tacitam licentiam transeundi ad secunda vota, quod colligit ex Hieronym. Grato. *consil. 83. volum. 2. & est in fine, num. 12. & 13.* ubi hoc voluit Gratus ex voluntate defuncti, quæ colligitur ex legato facto uxori suæ, eo addito, ut illud habeat, etiamsi ad secunda vota transiverit, ex quo legato videtur esse de voluntate defuncti, ut mulier non sit tutrix, cum ista sint incompatibilia, quod transeat ad secunda vota, & sit tutrix: Quæ ratione inquit Gratus, Joannem Crotum in quodam suo consilio limitasse leges, volentes matrem suscipere tutelam 121

tutelam filiorum: Addit præterea Gratus, quod pro hoc bene facit textus, *in lege secunda, § fi mater, cum sequenti. ff. ad Tertull.* ubi textus videtur considerare, an mulier aliqua justa causa fuerit impedita, vel ei ignoscendum sit propter aliquem prætextum excusationis, maxime cum nullum attulit damnum.

Hæc tamen limitatio vera non est meo judicio, quoniam & si ex prædicta tacita licentia mariti uxori suæ præstita transeundi ad secunda vota, videatur esse de voluntate defuncti, ut ipsa non sit tutrix, nihilominus tamen, ob hoc non excluditur ab onere, alias sibi à jure injuncto, petendi tutorem filio impuberi infra annum à morte mariti numerandum, *ut in dicta lege sicuti. qui C. de legitim. hered. & nostra lege 12. cum similib.* Neque etiam si fuerit tutrix filiorum ante contractas secundas nuptias, ex dicta voluntate uxori suæ præstita secundo nubendi, liberetur ab obligatione tutorem petendi filiis suis impuberibus, & reddendi rationem, atque reliqua solvendi, de quo statim agemus: Limitantur etiam per prædictam licentiam leges volentes matrem suscipere tutelam filiorum, non tamen aliæ leges præcipientes, quod mater intra annum mortis mariti, vel cum voluerit transire ad secunda vota, petat tutorem filiis suis impuberibus sub pœna privationis ejus successionis, quæ leges sunt diversæ ab illis, quæ concedunt mulieri, hoc est matri, & aviæ suscipere, si velint, tutelam filiorum, vel nepotum suorum.

Non etiam obest altera allegatio Hieron. Grati considerantis, justum impedimentum mulieris ad petendum tutorem filiis, ut eam excuset: si quidem hoc cessat in specie nostra.

122 Denique † licentia mariti etiam expressa, concessa uxori transeundi ad secunda vota, solum potest eam liberare à pœnis alias impositis ipsi matri in favorem filiorum prioris matrimonii, *glossa in authent. de nupt. § unum tamen, ver. sive dic, & alii quos refert & sequitur Gratus ubi supra, num. 16.* est communis, *secundum Decium. in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ. num. 55. de constitut. & secundum Covarr. plures referentem de sponsal. secunda part. capit. 3. § 9. num. 5. & Gregorium Lopez in lege 12. in glossa, fasta uno anno, ibi, omnes tamen, tit. 12. partit. 4.* Et est magis communis opinio secundum Matth. de Afflict. *decis. 75. numero 5. quam sequitur alios referens Rolandin. à Valle consil. 66. numer. 20. cum sequentibus, libro 1.* ubi amplius in voluntate tacita Antonius Gomez *late in leg. 14. Taur. num. 6.* ubi idem probat, quando mater, vel pater contraxit secundum matrimonium de consensu filiorum primi matrimonii, quibus tenebatur reservare proprietatem bonorum, quæ à primo viro habuit: *& Matienço in l. 3. glos. 2. num. 9. titul. 1. libr. 5. nova collect. reg. & num. 45.* non vero à pœnis alias ipsi matri impositis à jure, propter non petitum tutorem in favorem aliorum agnatorum, qui sunt successuri ipsi pupillo, cui non fuit petitus tutor à matre: Hæ namque pœnæ diversæ sunt ab illis prioribus statutis in favorem filiorum primi matrimonii, quibus renuntiare & derogare potest primus maritus, & filii prioris matrimonii ætate majores, non vero illi pœnæ, de quibus agimus: hoc enim nullibi reperitur expressum, nec fieri potest in præjudicium succedere debentium ipsi pupillo: Cavendum est igitur à prædicta limitatione Antonii Gabrielis, & opinione Grati.

123 Vigesimo † limitare videtur nostram præfatam conclusionem principalem Aretin. *consil. 47. num. 2.* ut procedat, quando supersunt alii filii ejusdem matrimonii: secus alias, si nullus alius filius superit illius, cui hereditas, vel alias legatum, acquiratur pupillo ab intestato, quia matre existante nullus potest pupillo ab intestato, utpote mater succedere: Pœnæ namque introductæ in matre propter transitum ad secunda vota sunt introductæ propter filios, scilicet, ut ipsis successio deferatur, *ut in authent. de nupt. § quoniam. & § fi vere ex scitis, in principio.* Ergo si tempore, quo successio, & lucrum ex testamento mariti defertur, matri nullus superest filius, non habet locum constitutio pœnalis, quæ extra casum suum extendi non debet: *text. in capit. odia, & in pœnis de regul. jur. cum similib. quam sententiam sequitur cum Dest. in dict. capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. num. 55. & Bologn. in addit. ad Matthæ. de success. ab intest. 2. artic. prin. colum. 10. in additione, incip. Vera pro certo Bald. consil. 317. num. 3. volum. 3.*

Sed cavendum est ab ista asserta limitatione, *secund. Sylvam Nupt. 2. part. num. 13. limitat. 11.* quia illæ auctoritates loquuntur, cum ad excusandam mulierem à pœna inflicta, transeunte magis tempestive ad secunda vota: nos vero loquimur in omnibus; proximo ad successionem pupilli negligente petere tutorem, quo casu contra prætensam limitationem facto inspecto consuluerunt Paul. de Castr. *consil. 29. Enigef. consil. 99. Anchar. consil. 104. Barbat. consil. 87. lib. 3.* prout eos refert Sylv. Nupt. *ubi supr.* dicens, quod quicquid alias tenuerit, nunc magis inclinat contra prædictam limitationem.

Vigesimo primo † limitatur eadem conclusio principalis, ut solum procedat respectu bonorum pupillus habuisset ab alio, quamvis [illegible] *consistunt. Et inquit Aretin. d. consil. 40. num. 5.* quod mater ob non petitum tutorem filio intra annum, non privatur legato vel fideicommisso sibi facta per maritum, puta si ei legasset usumfructum, ex text. *in leg. videndum § 1.* & ibi hoc tenet Bartol. post Petrum & alios, *ff. quæst. tut.* Et idem Bartol. in alis subtilitatis pupillo per fideicommissum, *in l. 2. eodem titulo, in versic. si vero &c.* & Bald. *in dict. l. sciant C. de legit. hered.* Bonis autem pupilli, sive ex legato ei obvenerint, sive aliter, bene privatur, *secundum Salycet. in d. l. sciant columna fin.* ubi dicit, quod propterea non privaretur substitutione fideicommissaria, quia per eam non succedit pupillo, sed testatori (quod jam supra resolvimus) nisi substitutus pupillo per fideicommissum esset gravatus restituere hereditatem pupillo matri, quia tunc videtur potius hereditas pupilli, quam testatoris, *Phil. Corneus, in dict. l. sciant qui, colum. 2. & in dict. omnem ad fin. C. ad Tertull. sequitur Sylv. Nupt. ubi supra limitat. 14.* Et juxta supra dicta in hac limitatione intelligenda est, meo judicio ampliatio 18. Antonii Gabriel. *conclus. de testi. num. 49.* dicentis, quod mater omni commodo privetur, in dum successione, *secundum Mantuam, conf. 335. num. 3.* & ita declarat statim ipse Gabriel, *num. 50. limitat. 11.* dicens, quod mater non petens tutorem impuberi, licet excludatur à successione, non tamen excluditur à legatis particularibus sibi factis, *juxta gloss. 1. in l. sciant, C. de legit. hered. & ibi Bald. in 1. quæst. Cyn. in l. omnem. in prin. C. ad Tertullian. & ibi Alber. de Rosat. Paul. Castren. & Salycet. & Cum. & Aretin. ubi supra*, licet contrarium lenuit Soz. in. *consil. 39. volum. 1.* hoc tamen verum intelligit Petrus & cum eo Salycet. *in dict. l. sciant qui, sub num. 8.* de legato facto de bonis patris, secus si fiat de bonis pupillis, *sequitur Sylva Nupt. ubi sup. limit. 14.* Et ab hac opinione non est recedendum in practica, *secundum Corneum in dict. l. sciant, num. 3. quem refert Anton. Gabr. d. conclu. 1. de tut. num. 47.*

Quod † autem prædiximus, matrem non petentem tutorem filio impuberi intra annum, non privari substitutione fideicommissaria, quia per eam succeditur testatori non autem pupillo, probat etiam post alios Gabriel, *ubi supra, numero 43.* ubi *numero 44.* hoc verum intelligit cum Bald. *in dict. l. omnem, C. Ad Tertullian.* quando fideicommissum est relictum in primis tabulis, secus si in secundis, de quo dubitat Corneus, *ubi supra,* 125

supra, & inquit in practica esse observandam primam opinionem.

126 Idemque † dicendum est in vulgari substitutione, ex qua similiter succeditor testatori, *l. fin. C. de Inst. & subst.* & in terminis ita tenet Petrus de Anchar, *consil. 440. numer. 1. & alios referens Anton. Gabr. d. conclus. 1. de tutelis, num. 44. vers. & idem.*

Vigesimo secundo limitant quidam nostram conclusionem principalem, ut non procedat, quando is, qui petere debet tutorem pupillo, tanquam proximior in gradu, & ad quem spectat successio, esset legitimus tutor, tunc namque secundum ipsos non teneretur alium petere, nec privatur successione, si non administravit: *ita tenet Angel. consilio 37. numero 2.* ubi respondet ad *dict. leg. sciant*, ut vendicet sibi locum in illis, qui ad successionem pupilli intestati vocantur, tamen propter inhabilitatem perpetuam, ut quia mulieres, vel temporalem, ad tutelam inhabiles sunt, in aliis enim impossibile est. Idem colligitur ex Dyn. quem refert Bartolus statim citandus, hanc faventia & restrictim *ad dict. leg. sciant*, magna profecto est, atque inaudita ceteris scribentibus, si vera est.

Ceterum quod ipse censeo, falsa est, & contra mentem, & verba *dict. leg. sciant, qui.* & omnium scribentium, tum etiam, quia cum ipse idem fit tutor legitimus, ad ejus curam pertinet acceptare tutelam, & facere sibi decerni, inventarium confecere & legitime administrare: quod si fecerit, punitur privatione successionis pupilli, non quia non petit alium tutorem, cum ipse sit legitimus, sed quia non legitime administravit, vel si tutelam noluit, quia saltem alium tutorem non petit tempore debito, hoc est, intra annum, qui legitime administraret. Cum igitur, utrumque negligenter omiserit, merito ut prædicta pœna puniatur, sicut habemus decisum in matre, cui delata est tutela legitima. Nam si non administrat legitime, vel tutorem petit, puniatur, *ut prædiximus*. Ergo à fortiori iden in ceteris successoris pupillo, dicendum est, ut probatur, *in dict. leg. sciant, qui. C. de legitim. hered.* cum materia, quæ de omnibus loquitur, nec patitur ullo modo restrictionem, *Angel. ibi.* quæ penitus divinat, præterquam quod est contra generalitatem dict. legis & rationem verum, qua ipsa nititur. Et in nostris terminis hanc partem contra priorem probat & tenet Bartol. *in l. 2. numero 2. versic. contrarium credo. ff. qui pet. tutor. Corneus consilio 115. littera F. & G. volumine 4. Pinell. de Castro, consilio 370. num. 3. volumine 1. & Antonius Gabriel. conclusio. 1. de tutel. numero 62.*

127 Vigesimo tertio, † limitat Petrus Anchar, *consil. 440. ver. præterea non absurdum, numero 3.* quando, is, qui poterat excludere negligentem, tacuit in vita sua. Nam heres ejus non poterit eum excludere, *argumento leg. hujusmodi, & l. fin. C. de revoc. donat.* ubi probatur, quod si donator, dum vixit, quæstionem ingratitudinis contra donatarium non retulit, non poterit ejus heres referre: sed certum est, quod privari successione ob non petitum tutorem, est pœna quasi cujusdem ingratitudinis commissæ in pupillum, *ut in lege secunda, §. si mater, ff. ad Tertullian.* ubi pluries textus ille, utitur hoc verbo, *punitur ergo, &c.* Sequitur hanc limitationem Antonius Gabriel. *dict. conclusione prima, de tutel. numer. 64.* non tamen hoc Anchar. ubi supra, pertinaciter tuetur, ut ipsemet fatetur, quia sibi novum dictum, sed benigna in pœnis interpretatione, sic dicere, & consentire, in dubio esse potius laudabile, quam reprehensibile, affirmat, *argumento, capit. odia, de regulis juris in sexto.*

Idem mihi videtur, nempe, ut prædicta opinio non sit omnino certa, sed in dubio probabilis, & sustentabilis propter odium pœnarum, & taciturnitatem defuncti, nisi aliud constaret ex ejus voluntate, vel videretur sequendum ob ejus ignorantiam, vel absentiam aliudve justum impedimentum, ob quod quæstionem non petiti tutoris in vita non retulerit, aut revocaverit, tunc namque heres referre posset.

Vigesimo quarto, † limitatur in matre prodiga, cui 128
bonis interdictum est, quia non privatur successione ex eo, quod tutorem non petiit, *ut cum aliis probat & tenet Sylva nupt. 2. par. num. 33. Fab. 3. & Anton. Gabr. ubi supra num. 71. diximus etiam supra, num. 103.*

Vigesimo quinto † limitatur, si mater ante annum in- 129
grediatur monasterium, *ita Bald. in cap. ex parte, de appell. num. 9.* ubi idem tenet etiam, si efficiatur de tertio ordine S. Francisci. *& Præpos. ibi, Sylva nupt. ubi supra ampl. 6. Bald. in l. omnem, vers. sed quid si mater, C. ad Tertull. Ant. Gabr. ubi supra, num. 72.*

Vigesimo sexto, † ut mater nedum habeat annum, 130
sed etiam novem dies ultra annum, *juxta gl. consilgt. Turon.* Verum hæc non est limitatio, quia per eam non corrumpitur, nec limitatur regula, sed extenditur tempus anni ad alios novem dies, ultra annum: deinde non continet jus scriptum, nec generale, sed potius consuetudinem Turon.

Vigesimo septimo † limitatur, seu potius declaratur 131
conclusio nostræ l. Regiæ 12. *cum similib.* quod licet mater, vel alius proximus agnatus intra annum non administraverit, vel tutorem non petierit, & sic privetur hereditate pupilli impuberis decedentis, ut in his juribus, non tamen interim privatur tutela, *ut tenet Bartolus, in l. tutela, §. sed & si hæc, numero 1. ff. de legitim. tutor. quem sequitur Gregorius Lopez, in dicta lege 12 in gloss. Pierden, ad fin. ibi, sed an mater vel alius, titul. 16. partit. 6. tenet Bald. in lex. precibus, versicul. & scias columna 3. Cod. de impuber. & alii, & decisio Pedemontan. 38. numero 22.*

Vigesimo octavo † limitatur, ut non procedat, quo- 132
ties mater minor viginti quinque annis, fuit relicta tutrix testamentaria à marito, & tamen ista minor ætas fuit incognita substitutis, debentibus petere tutorem dari pupillo, durante minori ætate matris: debent enim præsumere vehementer, quod fuerit major viginti quinque annis, ex quo ejus maritus reliquit eam tutricem, qui verisimiliter debebat præsumi scire uxoris suæ ætatem, cum eam puellam duxerit in uxorem, & apud se tenuerit, & cum ea conversatus fuerit, & sic videtur eam reputasse majorem dictæ ætatis: Unde longe fortius debebant eam majorem viginti quinque annorum reputasse prædicti substituti. Quo fit, ut excusentur, si tutorem non petierint, eo, quod eam tutricem reliquerit testator in testamento, nec facta fuit aliqua renuntiatio, & repudiatio. Et licet esset minor viginti quinque annis, habebant tamen in hoc substituti justam ignorantiam, quæ excusat, cum non probatur, quod dicti substituti habuerint notitiam minoris ætatis matris. Ita in terminis tenet & probat Socin. *consilio 20. columna final. post numerum decimum octavum, volumine primo, quem refert & sequitur, Gregorius Lopez, in dict. leg. duodecima, in gloss. pierden, post med. ibi, & quid si fit relictus.*

Ultimo † nostra prafata conclusio limitatur, ut non 133
procedat in foro conscientiæ ante sententiam & condemnationem. Leges namq; nostræ privantes matrem & reliquos consanguineos successuros pupillis, non petentes eis tutorem dari intra annum, successione pupillorum, sunt pœnales, ut patet, quia eos puniunt prædicta pœna, *dicta leg. 2. §. si mater per totum ff. ad Tertullian. & leg. omnem, cap. eadem. & leg. sciant, qui C. de legit. heredib. & nostra leg. 12. titul. 16. partit. 6.* leges autem pœnales non obligant in conscientia ante condemnationem

tionem, *juxta glossam communiter approbatam, in capit. fraternitatis, 12. quæstione 2.* etiamsi pœna ipso jure imponatur, ut tenent communiter Doctores, estque Theologorum atque juris petitiorum receptissima & verissima sententia, *ut late adduximus, libro 2. Canon. quæstionum, capitulo 5. numero 14.* ubi *numero 28.* quod procedit in illa pœna, ad cujus exequutionem requiritur aliqua actio, verbi gratia, pœna mortis, mutilationis membri, verberum, carceris, exilii, confiscationis, seu privationis bonorum (ut in nostra specie) hæ enim exequi non possunt per solam legem, nisi interveniat actio, & ante ipsam actionem non obligatur in conscientia: Quamvis igitur mater, & alii consanguinei negligentes sint in petendo tutorem pupillis intra annum, ac proinde juxta prædictas, ll. & alias similes, privari debeant, aut etiam si privati exsisterent ipso jure successione impuberum, nihilominus tamen interim, quod non petitur, hanc pœnam in eos exequi, nec condemnantur in ea tuta conscientia, hereditate & successione prædicta potiri possunt, juxta præfatam communem sententiam, & in terminis nostris hoc nuncupatim tenet Molin. Theologus, *de Justitia & jure, 1. part. 2. tractatu, disputatione 220. columna 1362. in principio.*

Hactenus expositum conclusionem & decisionem principalem nostræ l. Regiæ 12. *titulo 16. part. 6. cum similibus*, quæ habet, quod mater & alii consanguinei pupillis successuri ab intestato, fiintra annum eis tutorem non petierint, amittunt ejus successionem, si ipsi impuberes decesserint, quam pluribus amplationibus & limitationibus ornavimus, ita, ut mire & supra modum hæc materia sit absoluta & explanata.

134 Nunc † vero superioribus addendam duximus aliam persimilem decisionem, nempe, quod mater, quæ legitima liberorum tutela susceptà ad secundas aspiraverit nuptias, antequam tutorem filio impuberi fecerit ordinari, eique, quod debet ex ratione tutelæ gestæ persolverit, perdit omnem successionem pupilli infra pupillarem ætatem decedentis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, *text. capitalis, in leg. omnem. C. ad Tertullian.* nec tunc solum privatur successione filii, sed etiam omnibus legatis & fideicommissis sibi à viro & patre pupilli relictis, & vadunt ad heredes mariti, *text. est in l. 1. §. omnium, junctâ authentic. eisdem pœnis, ibi posita in versic. hiemea. Codic. de secundis nupt. per quem text. in tenet Socin. consilio 29. numero 11. volumine 1. & Marant. in repet. 1. ut potest. numero 252. ff. de acquirend. hered.* ubi etiam, quod istæ pœnæ sunt hodie in usu, estque de hoc magis communis sententia, *ut probavimus sup. num. 122. hoc eod. cap.*

135 Quæ † decisio recipit & patitur, easdem pene ampliationes & limitationes, quas supra ad primam conclusionem princip. dict. *l. sciant, qui*, & nostræ l. Regiæ 12. adduximus, eas inquam, quæ convenire possunt huic secundæ decisioni, prout eas enumerat, & in terminis assignat Cyfuentes *in l. 6. Tauri num. 9.* ubi ampliationes cumulat, & 16. limitationes.

136 Quoad † tertium principale, de quo supra in principio hujus cap. diximus, nempe super illis verbis nostræ l. 12. ibi, *De manera que dezimos que si los parientes fuessen negligentes en demandar, guardador al huerfano, &c.* Diximus hanc l. ortum habuisse *à l. 2. ff. qui pos. tut.* ubi cavetur, quod in defectum eorum, qui ex legibus minoribus defensores sunt, si quidem tutoribus indigent propter ætatem, possunt eis petere tutores constitui cognati, & qui affinitate conjuncti sunt parentibus, tam masculis, quam fœminis: possunt & amici parentum & educatores ipsorum puerorum hoc petere, & hi quidem ex electione vel voluntate petunt tutores. Sunt autem quidam, quibus necesse est petere tutores, puta mater & liberti: similiter & alii consanguinei, qui successuri sunt pupillis, *ut in l. sciant, qui, C. de legit. hered. cum similib. & in nostra l. 12. tit. 16. part. 6.*

Quod autem nostra l. Regia ultra jus commune magis exprimit & declarat, hoc est, ut non solum amici, sed etiá quilibet de populo possit pupillis tutorem petere ut patet ex ea ibi, *O otros qualesquier del pueblo deuen pedir al juez, que de al huerfano guardador que sea tal que alumne el prodel moça.* Et ita notat Gregor. Lopez. hic in gloss. *Otros qualesquier del pueblo*, in principio.

Ego † ultra ipsum observandum duxi ex eadem no- 137
stra l. hoc videri esse obligatorium, sicut in matre & ceteris consanguineis, qui jus succedendi habent pupillo ab intestato, ut patet ex verbis modo relatis, ibi *Deuen pedir al juez*, sicut supra dixerat in matre & ceteris consanguineis, ibi, *Deuen y pueden pedir al juez del lugar que de le guardador a tal, que sea bueno y recto, &c.* Tenentur igitur omnes supra dicti, tam consanguinei, quam extranei, in eorum defectum hoc petere: sicque æquiparantur in hoc: Sed videtur aliquam à ratione, siquidem mater & consanguinei pupilli sunt successuri ei ab intestato, nimirum ergo, quod hoc onere tutorem petendi per legem graventur, alias priventur successione, alias sibi eodem jure civili delata: At vero extranei non succedunt pupillo, cur ergo gravari debent? Quare (salvo judicio melius sentientis) existimo legem nostram hanc Regiam in hoc esse intelligendam juxta jus commune, de hoc loquens nempe dict. *leg. 2. ff. qui petant. tut.* ubi disponitur, matrem & liberos teneri de necessitate petere hos tutores impuberibus, & idem in agnatis, *ut in dict. leg. sciant, qui, Cod. de legitim. heredib.* & in cognatis, qui primum locum in successione habent, ut diximus: amici vero & educatores ex voluntate: Neque obstat quod l. nostra Regia in omnibus supradictis personis videatur obligationem inducere petendi tutorem: quia respondemus, quod verbum *deven*, in amicis & quibuslibet de populo exponitur pro *oportet*, hoc est, *Conuiene*: in matre vero & consanguineis successuris ab intestato importat necessitatem, ut patet ex *d. l. 2.* Idem ergo verbum in d. l. Regia in t. part. stat proprie, insecunda vero secundum alteram ipsius verbi significationem, quod non est absurdum.

Quia † verba sunt intelligenda juxta subjectam ma- 138
teriam, *d. §. uno, ff. locat.* & ratione subjectæ materiæ verba moderati debent, *ut in dict. l. §. uno, & in l. si oles. ubi Bartol. C. locat. l. insulam, ff. de præscriptis verb. Cephal. consil. 259 numer. 33. Socin. Junior consil. 1. numer. 129. volumine 1.* ubi quod verborum interpretatio sumitur à ratione subjectæ materiæ, *Bero. consil. 68. num. 14. volum. 1.* ubi quod verba semper sunt in dubio intelligenda & restringenda secundum materiam subjectam, *Rolandi à Valle consil. 59. num. 9. 10. & 11. volum. 4. & optime Marc. Anton. Blanch. in tractatu de Comprom. num. 53. versic. prat. vol. 3. tractat. de verb. Doct. fol. mihi 181. in antiqua*, ubi ex aliis probat, quod verba interpretantur secundum subjectam materiam, & naturam rei contractus, qui geritur, non autem secundú quod nude proferuntur: & quod verba accipiuntur secundum subjectam materiam etiam impropriando, quamvis essemus in materia, in qua debet fieri stricta interpretatio. Subjecta ergo materia in proposito posci, ut verbum *deuen*, importet necessitatem, *in 1. part. d.* in secunda vero voluntatem & convenientiam, *juxta d. l. 2.* ne alias detur absurdum, quod extranei nullo jure cogente petere tenerentur tutorem pupillis, & tandem, ut evitetur correctio juris communis.

Et in † terminis, quod verbum *debet*, licet regulariter importet necessitatem, sicut verbum oportet, *ut per Rebuff. in l. verbum oportet, 137. in versic. & sic ex isto texte.*

& in verſic. ſtatim ſequenti. ff. de verb. ſignif. aliquando tamen iſta verba decentiam & honeſtatem, large tamen important, ratione ſubjectæ materiæ, *gloſſ. in cap. final. de kal. conteſt. lib. 8. cap. 1. de reſcript. ibidem, & in cap. penult. de re judic. ibidem etiam gloſſ. in l. unic. C. de rap. virg. Socin. pulcherr. in cap. 1. colum. 2. de libell. oblat. Bart. & alii in l. 2. ff. de. juſt. & jur. gl. in c. 1. de deſponſat. impub. Felin. in cap. ſi qui teſtium, de teſtib. prout eo refert & ſequitur Rebuff. hic ſupra, in verſic. aliquando*: aliquando etiam ponitur pro conſentaneum eſt, vel opportunum, *ut in dict. leg. 1. ff. de juſtit. & jur. & Rebuff. ubi ſup. in verſic. adem dicerem in fin.*

140 Superioribus † addendum eſt, quod judex ex officio poteſt dare impuberi tutorem, *leg. illud, ff. de tut. & curator. dat. ab his*, ubi ita habetur, illud ſemper conſtitit præſidem poſſe tutorem dare tam abſenti eum, quam præſentem, & tam præſenti quam abſenti: nec non ignoranti & invito. *ut in leg. ſtatim ſequenti. idem probatur ex l. 1. §. 1. verſic. magiſtratibus, ff. de magiſtrat. conven.* ubi dicitur, magiſtratibus imputatur, etiamſi omnino tutor vel curator, datus non ſit: ſed ita demum tenetur, ſi moniti non dentur. Ergo non moniti, & ſic nemine petente, ex officio judex poteſt pupillo tutorem dare. Et ita in terminis ex illis juribus tenent & probant Bartol. *in l. hæc autem, in princip. ff. ex quib. cauſſ. in poſſ. ea. Alexand. in l. bonorum, in fin. C. qui admut. Alexand. Paſc. Cur. Purpur. Socin. & Sapia. in l. 1. ff. de juriſdict. omn. jud. Gregor. Lopez. in dict. l. 12. in gloſſ. Otros qualeſquier del pueblo. tit. 16. partit. 6.* Ex quibus merito hæc communis opinio dici poteſt & tenenda, licet Decius *in dict. l. 1. notab. 2.* teneat adverſus eam.

141 Quoad quartum † Principale, de quo ſupra in principio hujus capit. nempe *quo tempore durat tutela & cura*, item *an appellatione tutoris veniat curator?* ex noſtra l. deciditur. *Que la tutela dura haſta que el moço ſea de edand de catorze annos, e haſta que la moça ſea de edand de doze: aora ſea dexado el tutor en teſtamento, o de otra quiſa, y que de alli adelante deuen los juezes dar e otorgar al moço otro guardador a que llaman en latin curador, tomando tal recado del como del tutor, e que eſte tal, ſcilicet, el curador deue auer en guarda al moço haſta que el huerfano ſea de edad de veynte y cinco annos.*

Hæc l. quoad tempus durationis tutelæ concordat eum textu in principio inſtitut. *quibus modis, tut. fin.* idemque probat *l. final. in principio, ſupra hoc titulo 16. partit. 6.* & quoad tempus, quo durat cura, cum principio Inſtitut. *de curator.* Quare autem majus tempus in maſculis, quam in fœminis exſpectetur, egimus in repet. authentic. *ſacramenta puberum, numero 1. & 2. C. ſi adverſ. vend.*

Pubertate igitur incipiente tutela finitur, & pubertas in maſculis poſt 14. annum completum, illico initium accipit, fœminæ vero poſt duodecimum completū illico viripotentes eſſe creduntur, *ut in dicto principio Inſtitut. quibus modis, tut. fin.*

142 Finita autem † tutela tutor tenetur admonere minorem, ut petat ſibi curatorem, alias tenetur, *juxta text. ubi id notat Bartol. in l. ita autem ſupra in ordine, §. ſi tutor. ff. de adminiſtrat. tut.* probat etiam text. *in l. 1. tutoribus, §. 1. ff. eodem titulo, & in l. admonen. C. qui pet. tut. Caſſan. in conſuet. ad Burgund. Rubrica 6. §. 4. in tex.* ibi, *enage ſuffiſant. numero 2. folio mihi 216. pagina 2.* ubi, *numero 3.* quod ſi inceperint litem pendente tutela, tenetur proſequi.

143 Etidem † dicit cum Boerio de procuratoribus fabricæ rerum Eccleſiaſticarum, ut finito officio pẽdente alios ſubrogari faciant: Et idem in rectore ſeu in curatore alicujus Eccleſiæ parochialis & in tutore, quod prædiximus tenet etiam Gregor. Lopez, *in dict. l. 12. in gloſſ. denen. durar.*

Ubi etiam † quod ad ea, quæ ſponte poſt pubertatem geſſit tutor, non tenetur ejus fideiuſſor *J. I. unus, §. Paulus. Et ibi Bart. ff. de adminiſtrat. tut.* Quare † caveat tutor, ut quamprimum tutela finitur, curatorem petat minori, alias non liberatur, & ſi quid interim perit, tenetur, *ut cum Fabro & aliis ſupra relatis advertit Baeca, de decim. tut. cap. 2. num. 134.* 144 145

Ubi † *num. ſequent.* refert & ſequitur illud, quod prædiximus nempe de lite incepta durante tutela, ut tutor teneatur eam proſequi finita tutela niſi de curatore adulto provideri fecerit, *ut ibi jure probat. & nu. 136. cum ſequentib.* Refert etiam & ſequitur extenſionem, quam ex Bocr. & Caſſan. retulimus, nempe ad rectorem eccleſiæ, & ad ſyndicum, vel procuratorem fabricæ Eccleſiarum, ut finito eorum officio tenentur petere alios ſubrogari, ut inquit etiam docere Bart. *in l. fin. §. fin. & in l. negotiorum, §. fin. ff. de appell. Innoc. in cap. gratum, de officio deleg. Rota deciſ. 377.* 146

Et † quod finita tutela, ſi quid interim ex rebus minoris uſque ad 25. annum perierit, damno & periculo tutoris pereat, niſi puberem admonuerit, ut petat ſibi curatorem, probat text. *in lege ita tamen, §. ſi tutor & Bartol. ibi in princip. ff. de adminiſtrat. tut. text. in l. a tutoribus, §. 1. & in l. tutores, qui poſt. ff. eodem, titul. & in dict. leg. admonen. in 2. C. qui petant, tut. & ibi gloſſ. verb. non vetuerit, & tradit Andreas Gail. lib. 2. practic. obſervat. obſervatione 90. num. 3.* 147

Ubi, *num. 4.* quod tutor litem cum pupillo cœptam proſequi teneatur tantiſper, donec adminiſtratio rerum in curatorem tranſferatur, *per text. in l. unic. C. ut cauſſa poſt pubert.*

Et *num. 15.* quod † item in curatore receptum eſt, qui litem etiam poſt majorem ætatem continuare debet, *l. ita autem, §. fin. ff. de adminiſtrat. tut. gloſſ. in dict. l. unic. verb. cauſſarum*, & quod hoc procedit, niſi curator inſtrumenta ad cauſſam pertinentia majori reddiderit, *dict. l. ita autem §. fin.* de quo ſuo loco agemus. 148

Ex generali † tamen ubique locorum recepta conſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis, & per conſequens periculum futuri temporis continuatur & porrigitur uſque ad legitimam ætatem 25. ann. adulterum, qui ſemel dati ſunt legitimi tutores, iidem plerumque & curatores permanent, & rebus minorum præſunt uſque ad majorem ætatem, *teſte Gail. ubi ſupra, numero 1.* ubi, *numero 6.* quod poſſunt tutores non obſtante conſuetudine, finita pubertate, tutela & rationibus diſtractis, adminiſtrationem deponere & adulto curatorem dari petere, per text. *in dicta lege ita tutoribus, §. 1.* prout in Camera id factum ſæpe meminit: quod ſi id non fiat, adminiſtratio continuatur uſque ad legitimam ætatem adulti: & decretum, quod in Camera ſuper adminiſtratione tutelæ interponitur, extenditur etiam ad curatoris officium, per text. *in dicta lege tutores, qui poſt, & alia jura ſupra allegata, ita Andr. Gail. dict. num. 6.* Sed hoc in noſtra Hiſpania non fit, nec conſuetudo prædicta ſervatur, quia decretum tutelæ non extenditur ad curatoris officium, ſed tantum interponitur pro tutela & tempore ipſius, non autem pro cura & adulta ætate. 149

Ulterius obſervandum eſt, quod ſicut tutor pupilli debet ſatisdare rem pupilli ſalvam fore, ita & curator rem adulti ſalvam fore ſatisdare tenetur, & judex ab eo hanc ſatisdationem accipere tenetur, ut patet ex noſtra lege Regia 12. ad finem ib. *tomando tal recado del como del tutor.* Æquiparantur igitur in hoc tutor, & curator, quamvis plures differentiæ alias ſint inter utrumque, ut conſtat ex lege *venire. 20. & ibi gl. fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, ubi differentias aſſignat. 150

Nihilominus † tamen tutela, & cura magnam inter ſe habent affinitatem, ita quod appellatione tutoris veniat etiam curator, per textum ſingularem *in leg. pater Severinam. §. conditionum verba. ff. de excuſation. & demonſtrat.* ubi teſtator filio ſuo impuberi dedit tutorem uſque ad decimum octavum ætatis ſuæ annum, & ſiriinibi. tutor pro curatore accipitur, *laſa. in lege ſi quis in fundo vocabulo 40. ff. de legat. 1. & in lege qui in quartum, in fine principii, num. 10. ff. eodem titulo, & in lege quod dicitur, numer decimo ſeptimo, ff. de verborum obligatione. Andreas Gail ubi ſupra num. 6. Anton. Piag. de tute. & curato. quæſtione octava, numer. 1. Baeça de decimis tutorum, cap. 3. num. 11.* eſt optimus textus, *in l. 1. C. de peric. tute. & cur.* ubi, quod appellatione tutoris continetur curator, & ideo, quod ut curator, id adminiſtrare poſſit, late probat Nevizan. *conſil. 17. num. 60. prout eum refert, & ſequitur Menoch. conſil. 115. numero 68. volumine 2.* In paucis enim diſtant tutores à curatoribus, *ut in lege ſcire oportet. ff. de excuſat. tut. lege 2. §. quid ſi curato. ff. ad Senatuſconſ. Tertullian. l. fina. in fin. C. de auther. præſt.* Et ideo Doctores communiter interpretantur, & accipiunt dictionem *tutor*, aut *tutela* pro curatore, & cura. Ita ſentiunt gloſſ. Alberic. & Salyc. & communiter doctores, *in rubrica, & in lege 3. 4. & final. C. de in litem dand. curat. & gloſſ. in lege 2. C. de ſuſpect. tut. & alii relati Oldav. Cacheran. deciſio. Pedemontan. 86. num. 4.* Eſt quæ recepta omnium ſcribentium ſententia, quod in diſpoſitione legis, tutela curam comprehendit, *ut ſcripſit Accurſ. in authentic. ut hi, qui obligat, in princip. ver. ad curationem, & in authentic. minoris debitor, C qui tut. dar. poſſ.* Ita teſtatur Caldas *in lege, ſi curatorem habeas, C. de in integr. reſti. minor.* in textu ibi *ſine curatore conſtitutus, n. 62. in 2. parte tract. de reſt. minor. pagina 112.* Non tamen inde dicendum eſt, ſecus eſſe in diſpoſitione hominis, prout voluit præfata communis ſententia, quia in hoc reiicienda, & non tenenda eſt, *ſecund. eundem Cald. ibidem, num. 65. & 66.* ut infra docebimus in reſolutione hujus articuli. 151

Sic etiam † appellatione curatoris venit tutor ſaltem large ſumpto vocabulo textus *in authentic. ut hi, qui obliga. & ibi gloſſa ſupra adicta, verbo ad curationem. & in dict. authentic. minoris debitor, in verbo a curatione*, ubi legem correctoriam loquentem in tutore extendit ad curatorem, *& late Laſo. in dicta lege, ſi quis in fundi vocabulo*, ubi limitat, & Andreas Gail *ubi ſupra dicto numero ſexto.* 152

Contrarium † tamen in terminis, *dict. §. conditionum, verba* tenent Bartol. & alii *in dict. l. tutores, §. ff. de adminiſtrat. tut.* & Anton. Piagius, *ubi ſupra, num. ſecundo*, nempe, ut minime exponatur *in dict. §. conditionum, verba*, curator, id eſt tutor, bene autem tutor, id eſt curator, quia cum ſit plus tutor, cum detur perſonæ, & rebus, poteſt trahi ad id, quod eſt minus, non vero cum datur curator, exponi poteſt, id eſt, tutor, cum ſit minus *ut in dicto §. primo.* Hæc tamen non ſunt directe contraria inter ſe. Nam in terminis dictæ authent. *minoris debitor*, eadem militat ratio ad hoc, ut ſicut ille, qui eſt debitor minoris, nõ poteſt eſſe eius curator, ita etiam neque tutor, & ideo negative, eadem ſubſiſtente ratione, qui non poteſt eſſe tutor minoris, nec etiam eius curator eſſe poterit: In terminis vero *dict. §. conditionum verba*, ex diverſitate rationis ſupra relatæ curator exponi non poteſt, id eſt, tutor, ideoque hæc diverſa ſunt, & una quæque diſpoſitio erit in ſuo caſu probanda: Quin imo adverſus præfatam communem differentiam, & diſtinctionem poteſt in utroq; membro attentari, quia verba legis debent propriè intelligi, cum à ſapientibus proferantur, verba autem teſtatoris, vel contrahentium magis abuſive accipi poſſunt, tanquam ab ignaris prolata *l. non aliter 67. §. primo, verſiculo ſic plerumque, ff. de legat.* 153

154 Vnde † poteſt hæc materia ita reſolvi, nempe, quod regulariter omnia dicta in tutore, locum ſibi vendicant in curatore, & econtra, & hic diſpoſitum in uno ad alium extenditur, dummodo eadem in utroque exiſtat ratio, etiam in materia odioſa, & pœnali, *dict. leg. ſecunda §. quod ſi curator, ff. ad Tertullian. lege final. in fine, C. de author. præſtan. & in dicta lege pater Severinam, §. conditionum verba*: Itaque in omnibus requirentibus adminiſtrationem, tutor & curator æquiparantur, *Bartolus in lege inter bonorum, ff. de adminiſtratione tutorum*, & in terminis ita concludit D. Spino, *in ſuo Speculo teſtamentorum gloſſ. 29. num. 19.* addens, quod ubicunque DD. agunt de tutore, de curatore intelligendi ſunt, quia promiſcue his vocabulis utuntur, quod deſumſitã Baeca *ubi ſupra, numero undecimo, & decimo ſeptimo, in verſiculo, & generaliter in omnibus, qui numero duodecimo*, optime cenſet, clavum hujus diſputationis pendere à mente, & ratione legis, quam conſiderare oportet potius, quam urgere ex ſcriptis juris locis, quæ ſuam peculiarem habent juris rationem, & ideo varie & diverſe in eis præcipitur ac definitur, quam ſententiam confirmat Cald, *ubi ſupra. numer. 66.* reſolvens, in propoſito ſemper attendendam eſſe ſubjectam materiam, & faciendam conjecturam ex mente diſponentis, ex tex. optimo *in l. ſi cum filio. 49. ff. de legat. tertio*, ubi illa verba, *cum in ſuam tutelam per venerit*, diverſimode interpretantur inſpecta conditione proferentis, & eius, de quo proferuntur, & ex aliis juribus, quæ ibi in idem citat.

Non igitur † vera eſt communis ſententia ſupra relata, quatenus facit, & conſtituit differentiam in hoc inter legis & hominis diſpoſitionem, nempe, ut in illa verbum *tutela*, vel *tutor, curam*, vel *curatorem* comprehendat, in hac verò minime: ſiquidem in utraque idem affirmative ex identitate rationis, & mente diſponentis dicendum eſt, exploſa prædicta communi differentia ex dicta lege *cum filio*, & ceteris juribus à Caldas citatis, ut ipſemet ubi ſupra, *dicto num. ſexageſimo quinto*, late probat, falſam eſſe prædictam differentiam, recteque procedit reiecta ſententia gloſſæ in dicta authentica, *ut hi, qui obligatas, ver. ad curationem, de qua ſupra.* Siquidem eadem ratio, & mens legis diſponentis militat in curatore, quæ in tutore ſecundum ſubiectam materiam, de qua ibi agitur. Idem ergo dicendum erit in ceteris caſibus & diſpoſitionibus, tam legis, quam hominis, in quibus iuxta ſubiectam materiam eadem ratio, & mens diſponentis conjectari poſſit, alias ſecus, *ut in caſu ſupra præmiſſo ex Bartol. & aliis in dicta lege tutores, §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor.* Et hæc erit prima limitatio ad præfatam regulam, & reſolutionem, nempe, ut procedat ubicunque eſt eadem ratio in tutore, quæ in curatore, & econtra, alias ſecus. 155

Secundo limitatur, † ut vera ſit, & procedat prædicta regula affirmativa, præterquam in caſibus à jure expreſſis, in quibus differentia reperitur inter tutorem & curatorem, *ut in dicta lege ventri, cum ſua gloſſa ff. de tut. & curator. datis ab his*, quia in his appellatione tutoris, non venit curator, nec econtrà. 156

Tertio limitatur, † ut non procedat, quando teſtator, vel Iudex, cum deberet dare tutorem, dedit curatorem minori impuberi, quia non valet huiuſmodi datio, nec attenditur patris vel Iudicis voluntas, cum ſit in animo reiecta, & datio curatoris expreſſa contra formam à l. præſcriptam tutorem conſtituendi, *ut late probat Cald, ubi ſupra, numero ſeptuageſimo, melius ceteris idem tenentibus, prout eſt Baeca dicto capit. tertio, num. duodecimo. & Spino. ubi ſupra, nota decima nona, verſic. unde, &c. atque Antonius Piagius dicta quæſtione octava, num. 3.* 157

Hæc † tamen limitatio recte procedit, quando datur curator impuberi: tunc enim nihil ſit, nec poteſt ea poni curator, id eſt tutor: ſecus vero erit, ſi puberi de[illegible] 158

tutor, quia tunc exponitur, id est, curator ex optima ratione differentiæ, de qua per Bartol. & ceteros, *in dict. l. tutores, §. 1. ff. de administratione tutorum.* tutela namque quia maior est, comprehendit curam, non è converso, quia maior est, comprehendit curam, non è converso, iuxta prædicta DD. sic conciliantes dictum, §. *conditionum verba, & dict. leg. tutores, qui, & §. curator, ff. de administratione tuto.* qui alias videbantur contrarii, quæ est receptior reconciliatio *secundum Caldam, ubi supra, num. 67.* ubi aliis reiectis aliam suam novam concordiam assignat, eamque late probat. Eandem communem declarationem sequitur, & probat Baeca *dict. capite tertio, numer. 26. & ante eos Iason in dicta lege si quis in fundi vocabulo, num. 46. post alios, quos citat & voluit in simili specie prosata decisio Pedemontan. 89. num. quinto,* i bi. *& ideo si iudex.* Et ita est tenendum cum communi, tametsi Spino. ubi supra velit & teneat contrarium, *ut infra dicemus.*

159 Merito † agitur in casu dictæ legis *pater Severinam, §. conditionum verba, ff. de conditione, & demonstrat.* conditio fideicommissi, scilicet, si tutelam in annum vigesimum octavum gesserint, defecisse non videtur, si tutores in testamento dati id egerint, ut curatores ipsi constituerentur, advenisse pueri adolescentia: quoniam verba illa, *si tutelam in annos decimum et octavum gesserint*, recte verificantur in casu, quo pupillare ætatem usque ad decimum octavum annum ex mente testatoris proferendo dicta verba, *ex quibus ejus de hoc voluntas colligitur.* & uterque, *tam tutor quam curator*, tutor recte dicitur, quia tutores appellantur, quasi *tuitores*, atq; defensores, quod etiam comprobatur ex nostra lege Regia *duodecima, titulo decimo sexto, partita sexta*, in versiculo, *etaguarda &c.* recte expensa, *en quanto al tutor, y al curator. llama guardadores de los menores, el uno hasta cumplir la edad pupillar, y el otro desde que se cumple aquella edad hasta que el huerfano sea de edad. de veyticinco annos.* Et quamvis decisio dict. §. *conditionum verba*, videatur fundata in verisimilimente disponentis, ut prædiximus, quasi verba omnino repugnarent, ut talis interpretatio admitteretur, præcipue cum lex 12. tabularum loquatur tantum in tutela & tutore, nihilominus ubicunque eadem ratio militaret, idem in utroque dicendum est, ut in regula, quam supra constituimus, & præcipue, ubi mens disponentis concurrit.

Contraria igitur opinio Spini, *ubi supra*, dum tenet, quod si testator, vel iudex dedit tutorem puberi, non valet datio, quia deficit intentio dare debentis secundum iuris dispositionem, & actus non operatur, ultra intentionem agentis, vera quidem non est, tum ex proxime dictis, tum etiam, quia non deficit intentio dare debentis, & actus operatur secundum intentionem agentis. Magna est ergo differentia inter prædictos duos 160 casus, ut videmus.

Resoluto igitur, † quod si testator, vel iudex cum deberet dare tutorem, dedit curatorem minori, non valet talis datio, nisi iudicis confirmatio accederet, defectum que suppleret, ut hoc ultimum recte observavit Caldas *dicto n. 70. ad finem*, si vero dederit tutorem puberi, valet & tenet eius datio.

Verum cum vulgus promiscue his nominibus, *tutor, y curador* utatur, appellans curatorem, cum, qui tutor est, & è contra, etiam in dispositione hominis (si mens id suadeat) curator accipietur pro tutore, quia verba sunt intelligenda iuxta communem usum loquendi, & quia verba vulgariter scripta intelligenda sunt iuxta linguam vulgarem, non vero iuxta vim, & proprietatem latini sermonis, *ut notat Bartolus in lege si quis filiabus, ff. de testamentis iuxta rum, argumento librorum*, §. *quod tamen Cassius, ff. de legatis tertio*, ubi † appellatione chartæ venit liber, quia, & in ulu plerumque solent libros chartas appellare. Ita in terminis tenet Baeca *de decimis turorum, capite tertio, num. 25.* quæ opinio benigna quidem est, & favorabilis, ut potius actus valeat, quam pereat, ac proinde tenenda, non tam ex vi propria significationis verbi, *curator*, latine, quam ex usu communi loquendi, probato prædicto usu. 161 162

An † autem vitietur datio curatoris facta alicui, ut furioso, qui talis non erat, sed prodigus, vel ut prodigo, qui erat furdus, vel mutus, vel huiusmodi, & sic erratum fuit in propriis curatorum speciebus, agit Antonius Piagius *de tutor. & curator. quæst. 8. n. 4.* super cuius distinctionis veritate erit deliberandum, quoties casus de facto contigerit.

SUMMARIA.

1 *Tutor honorarius datur, ut pupillus sit magis honoratus, ejus auctoritate & protectione.*
2 *Tutor datus causa notitiæ dicitur ille, qui in id præcipue datur, ut instruat contutores, qualitatem & naturam rerum pupillarium ignorantes.*
3 *Tutor datus causa notitiæ tutor est, & talis appellatur, eidemque inopi alimenta debentur.*
4 *Tutor causa notitiæ datus, Dux, & oculus ceterorum tutorum est.*
5 *Tutor datus causa notitiæ in omnibus pertinentibus ad administrationem & accessionem, tenetur ut ceteri tutores, & periculo sunt omnes obligati, ut in numero 8.*
7 *Tutor causa notitiæ datus non debet gerere, quoniam non in hoc datur, sed ut ceteros contutores instruat.*
8 *Tutori honorario, & etiam dato causa notitiæ recte solvitur, nisi inter dictaeu fuerit a prætore administratio*
9 *In Hispania abolevit usus tutoris causa notitiæ datos.*

CAPVT XVII.

De tutore honorario, & de causa notitiæ dato.

SVPERIORIBVS capitibus de tutoribus testamentariis, legitimis, & dativis, differuimus, nunc brevi sermone agemus, de tutore honorario, & de tutore causa notitiæ dato, ne de tutela agentes notitiam eorum ignoremus.

Dicitur † autem tutor honorarius, qui datur, ut pupillus sit magis honoratus eius auctoritate, & protectione, puta si quis plebeus, magnatem aliquem, vel antistitem, aut insignem rempublicam tutorem, vel tutricem filio reliquit, quo filius magis ab omnibus coleretur, ut legitur quendam fecisse, qui filio Florentinam rempublicam tutricem reliquit. Ita docet glossa *in lege jure nostro 26. §. glossa 1. ff. de testament. tutor.* dicens, *honorarius* dicitur, quia honor est ei, cui datur, si alicuius dignitatis sit, cui datur, *& ibi Dynn., Baldus, Alberic. & Raph. Comen. gloss. etiam in lege, quod si forte, 14. §. sunt quidem, verbo, honorarii, ff. de solut. & ibi notant Bartol. Paul. & Angel. & cum eis Baeca de decim. tutor. capit. 6. num. 2.* ubi etiam arbitratur honorarium tutorem dici, qui proprii honoris causa datur, ut in exemplo, de quo ibi per eum. 1

Circa tutorem † causa notitiæ datum, sciendum est, quod inter tutores quidam dantur, ut gerant, quidam vero dantur causa notitiæ *dict. leg. quod si forte, §. sunt quidam ff. de solut.* de illis dictum est supra, & infra amplius dicemus. Tutor autem datus causa notitiæ dicitur ille, qui in id præcipue datur, ut instruat contutores qualitatem, & naturam rerum pupillarium ignorantes, multum enim in administratione prælli, qui rerum situs, regionis naturam, temporis opportunitatē noscit: ex mutatione enim regionis, mira succedit rerum varietas, ut inquit Baeca *dicto cap. 6. n. vigesimo.* 2

Deinde † tutor datus causa notitiæ tutor est, & talis appella- 3

appellatur, eidemque inopi aliter se exhibere impotenti alimenta debentur ex bonis pupilli, *lege prima, §. si pupillus, ff. de tutelis, & ratio. dict. rub. ibi, ergo sex inquisitione propter vel notitiam fuerit datus tutor, eique alimenta statuerint contutores, debebit eorum ratio haberi*, quia iusta causa est præstandi, scilicet, quia aliter se exhibere non potest, *ut in principio illius, §.* & non solum tutor est, verum etiam Dux, & oculus ceterorum tutorum, *ut velle scripsit Odofredus in leg. prima, C. de pericul. tutor. prout eum refert, & sequitur Baeça dicto capit. 6. numero vigesimo primo.* 4

5 Tutor † etiam datus causa notitiæ in omnibus pertinentibus ad administrationem, & accessionem tenetur, sicut ceteri tutores, *l. quæro. §. idem Paulus, ff. de testamentario tutore*, ubi inquit textus, *idem Paulus respondit*, eum quoque, qui propter rerum notitiam tutor datus est, proinde in omnibus, & administrationis & accessionibus conveniri posse, atque ceteros tutores, qui eodem testamento dati sunt, per quem textum notant ibi secundum alteram lectionem Dyn. Bartol. & Cuman. quod tutor notitiæ causa datus, tenetur de accessione, & quod si non gerat, obligatur, & cessationis pœnas dat, *ut refert, & sequitur Baeça dict. capit. 6. numero 24.*

6 Est † etiam optimus textus, in proposito *in leg. 1. C. de pericul.* cuius verba sunt hæc, *& qui notitia causa liberti tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum, sive adultorum facultatem inter eos non accipiant, propter tenuitatem su patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati, quæ ea, quæ scire debent ex utilitate eorum tutores, sive curatores dissimulaverunt, sive fraudem aliquam adhibuerunt, vel cum aliis pariter paverunt, aut cum suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessaverunt*, ubi † notant Odofred. Barto. Bold. & Salyeot. tutorem notitiæ causa datum non debere gerere, quoniam non in hoc datur, ut gerat, sed ut contutores instruat, quod etiam refert, & sequitur Baeca, *dict. capit. 6. numero vigesimoquinto.* Neque his obstat text. *an dicta lege, quæro, §. idem Paulus, ff. de testamen. tutor.* dum probat, tutorem causa notitiæ datum posse conveniri perinde in omnibus, & administrationis, & accessionis iure, atq; ceteros tutores, qui debet intelligi de administratione naturæ suæ congruenti, instruendo diligenter bona fide contutores, & in faciendo suspectum eum, qui ex dolo, vel negligentia dignus est, ut removeatur, *ut in dict. l. 1. C. de pericul. tut. ita Baeça ubi supra, n. 29.* 7

8 Tutori autem † honorario, & etiam dato causa notitiæ, recte solvitur, quia ad eos pertinet periculum, nisi interdicta eis fuerit a prætore administratio, quia tunc non recte eis solvitur, *text. in leg. quod si forte, §. 1. ff. de solut.*

An autem tutori honoratio, & causa notitiæ dato debeatur, & solvenda sit decima fructuum, & reddituum bonorum minoris, infra suo loco agemus, *tutoria parte, cap. 9.*

9 Sed † quia in Hispania hic usus tutoris causa notitiæ dati abolevit, cum semper tutores dentur, ut administrent indistincte, hæc pauca de eo dicta sufficiant.

SUMMARIA.

1 *Regis tutela, vel cura, quo tempore finiatur? & num. sequentibus.*
2 *Scientia, & maturitas consilii desideratur, jure quodam naturali, & divino ad exercendam jurisdictionem, & imperii potestatem.*
3 *Minor 25. ann. ad republicæ administrationem non est admittendus.*
4 *Rex puber omnia potest, quæ alias major 25. ann. secundum communem opinionem Io. de Imol. sed non est vera.*

1 *Rex puber potest exercere ea, quæ sunt jurisdictionis, non vero regnum administrare sine curatore, secundi Bart, sed ego probatur quoque hac opinio.*
6 *Rex minor, vere titulum regni, & Regnum jurisdictionem habet, non tamen ad unum administrationem, neque exercitium jurisdictionis.*
7 *Regis tutela finitur ejus pubertate, ita quod non si ei detur curator, sive regens, aut alius quocunque nomine loco Regis administrator, non tamen debet solus de per se, proprio motu, & consilio administrare, sed per se, & nomine suo cum consilio, & directione deputatorum, & fidelium virorum. & hac sententia versor est. & n. 9. cum sequentibus, ad quos spectet horum assistentium electio, & n. 14. limitatur in primogenito Regis capturo, vel mutum impotis, ut hic.*
8 *Rex Franciæ minor administrationem regni suscipere debet, cum decimum quartum annum agat, lege lata in illo regno per Carolum quintum Francorum Regem, ann. 1377.*
10 *Apopulo in Regem fuit translatum imperium.*
11 *Regis nova electio fieri debet per procures & status regni deficientibus omnibus sanguinei Regis.*
12 *Regnorum administratio & regimen decedente Rege cum filio minore, committendum esse proximiori successori in regno, nec electionem tunc locum esse, sunt qui autument, & num. 14. opinio auctoru ponitur.*
13 *Filius primogenitus Regis captivi, vel mentis impotis si sit idoneæ ætatis, potest regni regimen suscipere, etiam proprio, & præcipuo jure: imo posse pater adhuc vivens filium filiorum regni coadjutorem assumere, & in vita exonare, ut in num. 15.*
16 *L. 3. tit. 15. partit. 2. dispositio procedit & si Regina prægnans remaneat.*
17 *Rex sicut quilibet privatus potest filio suo tutores relinquere, & nominare non solum in testamento, vel Epistola, sed etiam verbo, nec est opus tunc alia iudicis inquisitione, seu confirmatione, ut in num. 18. differentiaque in hac specie, inter Regem, & privatum constituatur, num. 19.*
20 *Tutores Regis impuberi, deficiente patris iudicio, qui eligant.*
21 *Tutorum Regis qualitates.*
22 *Tutores Regis quot esse debeant?*
23 *Tutores Regis quid jurare debent?*
24 *Regi furenti tutor dari debet, sicut Regi impuberi.*
25 *Tutela, & administratio Regis minoris masculi, & regni jure regio durat usq; ad vigesimum ætatis sua annum completum, & antecessores non refert.*
26 *Rex minor masculus, postquam fuerit ætatis 20. ann. potest per se finire tutore, & curatore exercere jurisdictionem, atq; regni administrationem sumere.*
27 *L. regia 3. tit. 15. partit. 2. dispositio de tutela Regis anno sua ætatis vigesimo finienda laqueus probanda est, cum aliter per proceres regni non statuatur in casu occurrenti, & Rex puber in ea aliud vellet, nempe, ut sumpto 14. ætatis sua anno suscipere administrationem regni, & sic quod ulterius ad tempus non daret tutela, & quid in aliis dominiis insertoribus, numero 28. remittitur.*
28 *L. 3. tit. 15. partit. 2. contrario consuetudine hujus regni est sublata, ut hic.*
30 *Tutela Reginæ finitur pubertate, non vero per ejus matrimonium.*
31 *Regina matrimonium contrahente, an ejus maritus Rex administret per se solum regnum, an vero ipsa de consilio viri, & sic uterq; hoc eluitur, n. 32. idem in Ducissa, Comitissa, & Marchionissa, ut in num. 35.*
34 *Femina non potest esse iudex, nisi sit Regina, vel alia domina brevi alicujus dominii.*
35 *Regina effecta furiosa, & mente capta, quæ fiat nupta. si aliter*

sfaliter procreibus regni, & procuratoribus civitatum non placuerit, probanda est circa ejus tutelam, & curam dispositio d.l.3.tit.15.partit.2.

36 *Matrimonium contrahens cum Regina vocari potest Rex, licet ab stirpe Regia non descendat. & n.39.*

37 *Femina succedit in regno deficiente masculo ejusdem gradus: & sic fuit semper observatum, atque usitatum in his regnis Castellæ, quod & in aliis majoratib. observatur, ut in n.38.*

39 *Regina nubiliat maritum etiam ex progenie Regia non provenientem, & etiamsi nubat duci, vel comiti dicetur Regina eadem in ducissa nubente alicui militi simplici, nam dicetur ducissa, sitamen dignitas mariti sit major, tunc uti poterit ea*

40 *Vir seu maritus Ducissæ, Comitissæ, vel Marchionissæ, an sit Dux, Comes, vel Marchio?*

41 *Tutorum Regis facta electione, & præstito ab eis juramento juxta formam l. Regia parti. deven meter al Rey en su guarda, &c. ex hac.*

42 *Tutela Regis, an sit decernenda, & per quos.*

43 *Mater Regis debet esse primus, & major tutor, non vel alius eidem aliis tutoribus a Rege marito ejus patre, & hoc donec non nupserit, & cum eo stare velit.*

44 *Mater Regis, & ceteri ejus tutores electi juxta formam l. Regia, an debeant fidejussores præstare?*

45 *Pœna subditorum nolentium tutoribus Regis obedire hic describitur.*

46 *Provisiones Regis, & aliæ scriptæ justitia, sive gratia, & programmata tempore tutelæ Regis quo nomine contrapantur.*

47 *Tutor Regis an leges possit condere?*

48 *Comitia vulgo, las cortes, a Romanis primum originem traxerunt: Postea vero tam in regno Castellæ, quam Lusitaniæ consuetudo introduxit?*

CAPVT XVIII.

De tutela Regis.

QVAMVIS de tutela Regis, quo tempore duret, & finiatur, opportune agere posse bat locus ille. *capit. 16. præcedentis circa interpretationem leg. 12. titul. 16. part. 2.* de tempore, quo regulariter tutela privatorum finitur, loquentis constituti: attamen propter excellentiam personæ Regiæ, qui est caput, & dominus totius regni, seorsim, & figuratim hoc *cap. 18.* de tutela Regis agere decrevi.

7 In primis † iure communi hanc quæstionem, sacræ scripturæ, civilisque, & canonici iuris argumentis disseruit Oldradus *consilio 52. quæstio est talis. per totum*, ubi & si sperte non exprimat, quid sentiat, in partem tamen negativam simpliciter inclinat, videlicet, quod tutela, vel cura Regis non finiatur pubertate, sive in 14. anno; sed quod ei etiam invito dandus sit curator usque ad 25. annum, &c. tenent quamplurimi auctores, nempe, Alberic. *in rubric. C. quando tutor. vel curator. esse desin.* & Ioann. Andreas, *in addit. ad Specul. de tutor. in prima addit.* Bartol. & *in l. quidam consulebant, colum. fin. quæstio. penultim. ff. de re jud.* & alii relati per Anton. Gomez *in l. 40. Taur. n. 8.* qui eam sequitur, & *inter 10 tomos, Variar. solut. c. 1. de delict. nu. 36.* Tiraquell. *de primogen. quæstio. 40. num. 207.* & Castald. *de Imper. at. quæstio. 73. n. 23.* ubi alios citat, & Sylvest. *in § item invitis, Instit. de curat.* & novissime Pelaez. de Mayorat. *2. part. quæst. 6. num. tertio*, ubi id verissimum arbitratur, & inquit Carol. Molin. *in consuetud. Parisiens. prima parte, §. 29. num. 7.* quod hanc opinionem eligeret, si esset eligendum inter eam & aliam simpliciter appositam Imolæ & aliorum, de qua statim agemus. Verum ipse [illegible] aliam & tertiam probat, ut postea videbimus, & plures alios auctores huius primæ sententiæ citat Baeca *de decim. tur. capit. 9. numero 19. versicul. an autem Rex*, ex quorum relatione & ex Guilielm. Benedict. *in capit. Raynutius, verbo, adstella impuberi, de testamen.* constat, hanc esse communem scribentium sententiam, *teste Caldæ ubi supra, numero 47. versicul. quecunque pagin. 1044.* ubi etiam alios citat, & inquit, quod ita observavit Theobaldus 2. Rex Navarræ, qui pubes sub materna cura regnare maluit, *ut tradit in Annalibus Garibay, libro 32. 50. 4. colum. 2.*

Et huius sententiæ † ratio ea est, quia ad exercendam 2
iurisdictionem, imperii potestatem in subditos, iure quodam naturali & divino, scientia & maturitas consilii desideratur & mentis, *ut admonuit Molin. ubi supr. num. 6. ex Aristot. in quinto Politic. & Exod. capit. 18. ibi, de omni populo, seu plebe, viros sapientes, &c.* Et ideo in cap. *inde est num, de stat. & qualitat.* scriptum est, † ad 3
reipublicæ administrationem minores 25. annis non esse admittendos. *l. ad rempublicam, ff. de muner. & hon. l. furis, § minores, ff. de decur.* Præsumtio enim est naturalis contra minores, ut non sciat bene regere & gubernare, & ideo scriptum est, nemo iuvenes elegit duces, quia constat eos non esse prudentes. Præterea Sapientissimus Salomon, licet tria dicat sibi esse difficilia, fatetur tamen quartum penitus ignorare scilicet, viam iuvenis in adolescentia: & Dominus comminans supplicium pervertis regionibus ait: *dabo pueros Principes eorum.* Esaiæ tertio, & alibi habetur, *væterra cuius Rex puer est.* Eccles. cap. 20. & probat latius hanc sententiam, Caldas *ubi supra.*

Altera, † & secunda opinio fuit Ioannis de Imol. *in* 4
capit. grandis, de supplenda negligentia prælat. lib. 6. tenentis, quod Rex pubes omnia posset, quæ alias minor 25. annis, ex quo iure proprio succedit in regno & dignitate. Et cum hac opinione transeunt ibi Dominic. à Sancto Gemin. *n. 13. Franciscus & Probus antecnn. 12. Menchac. de success. creat. §. 1. num. 13.* & comprobat late Caldas, *ubi supra, num. 46. pagin. 1042.* Sed hæc opinio & periculosa & irrationabilis est, atque falsa, *secundum Carol. Molin. ubi supra dixi. n. 6.*

Tertia † fuit opinio Bartol. *in l. quidam consulebant,* 5
nn. 15. ff. de judic. distinguentis inter ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis, ut ea statim a pubertate possit, quasi transmittens regnum in minorem, videatur dare iurisdictionem minori: & interea, quæ concernunt administrationem regni, ut hæc non possit exercere sine curatore. Quam sententiam sequitur Abb. *in capit. cum*

vicesimum, in fine primæ columnæ, de officio. & potest. jud. deleg. Corsetus in tractat. de excellentia & potest. reg. quæst. 10. & Iacob. de sancto Geor. in investi. in verbo. quid sit Rex. & late Guilielm. Benedict. ubi supra n. 52. Sed hanc distinctionem reprobat quoque Carol. Molin. *ubi supra*, quia etiam in administratione simplicis iurisdictionis, & in iudicando requiritur scientia, & maturitas mentis & consilii, non solum iure positivo, cui in quantum tale est, non subsunt Reges & regna, sed etiam iure naturali & Divino, ut perspicuum est cuilibet ratione utenti, & satis patet apud Aristot. *ubi supra*, & Exod. *d. ca. 18. in verbis supra relatis.*

Neque obstat, quod transmittens regnum in minorem, videatur etiam ei dare iurisdictionem, quia hoc verum est, quantum ad proprietatem, ius & dominium ipsius iurisdictionis, sive proprius & verius loquendo, quantum ad ipsum titulum regni & Regiæ iurisdictionis, non autem quantum † ad ipsam actualem administrationem & exercitium iurisdictionis: hæc enim duo inter se valde differunt: regnum namque, ducatus & comitatus, iurisdictioque ei adhærens, quantum ad ipsum ius, proprietatem & titulum, potest vere competere nedum infanti, sed etiam existenti in utero nondum nato, *ut per Bald. & alios in l. final, in fin. C. de testam. & diximus supra in princip. hujus capit.* & mulieri, & infanti, *secundum Bald. in l. 1. colum. 1. versic. pone ergo. C. de secundis nuptiis*, sed exercitium ipsius iurisdictionis non potest competere infanti, nec impuberi, ut omnes fatentur, propter carentiam iudicii, quæ est defectus naturæ, & non potest à Principe suppleri de plenitudine potestatis absolutæ, *ut per Innoc. in ca. scisitatu, de rescript. & alios.* Igitur nec puberi adhuc minori committi debet propter debilitatem iudicii, & facilitatem lubricæ ætatis, quia de iure naturali & divino requiritur in hoc maturitas iudicii.

7 Quid † tenendum? Ego cum Carol. Molineo, *ubi supra. numero octavo, in principio*, utilius & consultius censeo, esse dicendum, quod tutela Regis (late sumto vocabulo, prout in hac quæstione etiam pro cura, accipitur) finiatur pubertate, ita quod non sit ei dandus curator, sive regens, aut alius quocunque nomine loco Regis administrator, sive unus sive plures: non tamen quod solus habeat per se proprio motu & consilio administrare, sed per se & nomine suo cum consilio & directione delectorum prudentum & fidelium virorum.

8 Hinc refert † Carol. Molin. *ubi supra*, Carolum V. Francorum Regem anno Domini 1377. publica concione in supremo senatu habita, & in forma pragmatica legem statuisse, quemque primogenitum Francorum Regis filium regni administrationem recipere debere, cum decimum quartum annum ageret, ne per longiorem tutelam occasio incideret malevolis res novas excitandi: Ante tamen annum 14. licet & expedit Regem coronari & inungi, ut in veteri testamento Salomon in 12. anno. *3. Regum 1.* & Ioas septem annorum. *4. Reg. 11.* & apud Francos Divus Ludovicus 9. & Carolus 8. impuberes uncti & coronati sunt, *secund. Carol. Ruyn. ubi supra sub d. num. 8. ad fin.* ubi *n. 9* quod non expedit tantam potestatem vel administrationem, in alium, vel alios, vel ut proprio & prærogato quodam iure transferri, propter magna inconvenientia, quæ inde oriri possent, pro ut innumera ex historiis deprimi possent. Quæ verba eiusque auctorem refert Greg. Lop. *in l. 3. glossa. de vegnte annos. tit. 33. part. 6.* & D. Arevedo, *in l. 1. n. 8. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.* & ante eos gl. *in prag. sanctione in proœmio, §. insuper nobilis, verb. susceptione folio 8.* ubi addit in *sub signo 4.* inquit, hanc esse Pauli sententiam *c. 4. ad Galat.* hanc etiam Carol. Moli. sententiam sequitur Caldas *ubi supra n. 47. versic. quod si quis pag. 1044. col. 2. in prin.*

Dubitari † tamen iure poterit, ad quem spectet horum assistentium electio? in quo Caldas *ubi supra n. 48.* 9
usque in fin. plures opiniones diversas refert.

Una est eorum, qui putant ad eos, qui sunt à consiliis Regis pertinere, qui regno & imperio præsunt, *argum. l. heredit. n. 34. ff. de acquir. rer. domin. Corset. de potest. reg. quæst. 18. Anton. Gom. cap. 1. delict. nu. 37.*

Alii opinantur, † eiusmodi electionem pertinere ad 10
populum, eiusque procuratores in publicis commeriis congregatos; quia a populo in Regem fuit translatum imperium *ut per gloss. in capit. Moysen, & capit. si ergo 39. distinctio. & in cap. legimus, eadem distinct.* & habetur Regum 11. & 14. populum sibi regem fecisse, *& tradit Ioann. à Terra Rubea, libro primo, suo tract. articulo primo. conclusio. final.* Quamobrem, cum in reipublicæ utilitatem fuerit translatum imperium in Regem, utique per minorem regentem conservari non potest. *ita Guilielm. Benedict. in dict. cap. Raynutius, verbo adstella impuberi, n. 25. de testamen. Ioann. a Terra Rubea. libr. 1. artic. finali. & lib. 2. artic. 1. conclus. 16. Burgens. in sua histor. reg. Hispan. c. 29.* dicens ita fuisse observatum tempore Regis Ioannis 2. Et hanc opin. sequitur Caldas *ubi sup. d. n. 48. in vers. sego autem.*

Nec mirum, † quia & deficientibus omnibus sanguinis Regii, deberet per proceres & status Regni nova electio fieri, *ut tradit Didac. Perez. in prooem. ordinam. qui. 1. & Menchac. lib. 99 illustr. c. 22. num. 3. & 12. & Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. glos. 3. num. 8. versic. ex quibus*, & cum communi resolvit Anton. Gomez. *in l. 40. Taur. n. 4. quæ refert & sequitur Caldas ubi supra d. n. 48. in vers. nec mirum.* 11

Nonnulli censent ad Romanum Pontificem huiusmodi assistentium electionem spectare, quoniam ille est generalis in terris Dei vicarius, & universalis orbis Dominus, prout voluit in specie Imol. *in c. grandis, de supplen. negli. prælat. in 6. & ibi Dominicus Anch. & Ioan. Andr. nec non & Probus, & aliquos refert & sequitur Anto. Gom. in d. l. 40. Taur. n. 9. ad fin.*

Sed & sunt, † qui autument, Regnorum administra- 12
tionem & regimen illi, qui ius successionis habet, & sanguine proximior est successurus, in regno, decedente sine filio Rege, de cuius tutela, aut cura agitur, committendum fore, nec hoc casu electioni locum esse, ex text. *in dict. capit. grandis, ut in specie resolvit Ioann. à Terra Rubea. lib. 2. artic. 1. conclus. 3. & 4.* ubi infert, proximiorem posse propria auctoritate capessere possessionem huius regiminis, *argumento. cap. licet in fine, & cap. venerabilem, de electio.* Et qui hanc opinionem sequuntur populum atque summi Pontifices electionem reiiunt, *ut in specie observavit Ioann. a Terra Rub. lib. 2. artic. 1. concln. 6.* Et hanc ultimam opinionem iuris fundamentis comprobat Caldas, *ubi supr. dict. n. 48. vers. alii rursus*, qui *in vers. ego autem*, probat electionem assistentium, qui Regibus puberibus dandi sunt, non spectare ad summum Pontificem. Et hanc esse veriorem sententiam arbitratur, ut probat Ioan. à Terra Rub. *lib. 2. art. 1. concl. 4.* nisi regnum temporaliter ecclesiæ Romanæ sit subiectum & obnoxium, *ut per Ioan. à Terra Rub. d. tract. lib. 2. art. 1. concl. 7. tradit ut in casu de quo fas ubi Abb. col. 2. ver. sed quæritur de electi. Corset. de pot. reg. qu. 12.* Ceterum quod vacante Regnum Papa gubernabit tibi temporaliter subiectum. *c. licet ex suscepto. de sive comp. Roma sing. 414. Corset. de potest. reg. q. 10. Ioan. a Ter. Rub. d. concln. 7. ita Caldas, ubi supr. d. vers. ego autem*, quam sententiam, ego quoque probo adversus priorem Imol. & sequacium prius relatam, *in vers. nonnulli censent.*

Sed † inter has opiniones, ego priorem eligerem in 13
hunc nempe sensum, ut Rex pubes cum consilio & directione consiliariorum Regiorum nempe, *Del presidente de los del Consejo Real supremo y del Consejo de estado*, regni ad-

administret, regat & gubernet, tam circa administrationem iustitiæ, & iurisdictionis, quam circa status regni gubernationem respective, & circa negotia bellica per consiliarios consilii Regii, *Dela guerra*, & circa res dominicas. *Per el presidente, y Consejo de hazienda*, & sic de reliquis, absque eo, quod curatore, sive regente, aut alio quocunque nomine loco Regis administratore egeat, nec ei talis provideatur, sed per se & nomine suo cum consilio & directione prædictorum regat, gubernet, ceteraque omnia gerat & iustitiam administret. Qui enim magis delecti, prudentiores aut fideliores esse possunt ipsis præsidibus, atque consiliariis Regis electis ad regni administrationem & gubernationem à Rege maiore mortuo? Nulli profecto. Quod si adhuc alii desiderentur, ipse Rex pubes successor, cum consilio prædictorum eos eligat, quorum omnium consilio, & directione omnia gubernet atque decernat. Et cum hoc cessabunt quamplures difficultates, quibus subsunt ceteræ opiniones aliorum supra relatæ: & Regiæ potestatis non detrahitur, quod suum est, & populus in Regem semel transmisit. Quod observatum ad literam prudentissime nunc videmus his temporibus. Decessit enim sanctissimæ invictissimus Rex noster Philippus huius nominis secundus die 13. Mensis Septembris hora quinta auroræ, anni præsentis 1598. & statim Philippus eius unicus filius, huius nominis tertius, legitimus Regni successor assumsit eius gubernationem anno 20. ætatis suæ iam completo, & cum consilio & directione prædictorum virorum, omnia rectissime atque sententissime geruntur, ita ut omnes admirentur Regiam indolem & animum dignum imperio, solertiam atque eius dexteritatem, & unanimiter, infinitas gratias Deo reddant, eo quod sibi talem Regem dederit, enixe deprecantes pro eius vita, incolumitate, & salute, & continuatione rectæ & prudentissimæ eius gubernationis.

14 Inquit tamen Carol. Molin. *ubi supra*, præfatam suam sententiam, quam supra probavimus & sequuti sumus, locum non habere in primogenito Regis captivi, vel mentis impotis, quia illum (si litidoneæ ætatis) expedit regimen regni suscipere, etiam proprio & prærogato iure, cum sit persona suspicione carens, & simultatibus, & invidiæ ceterorum principum, & aulicorum minime obnoxia, prout experientia docuit in prudentissimo illo Carolo V. qui postquam regni administrationem durante captivitate patris Ioannis sub nomine regentis suscepit, regnum pacatius reddidit, feliciterque rexit & tutatus est, nec tunc in illo requiritur maior ætas 25. annor, sed sufficit ætas consilii capax, pura septemdecim vel 20. annorum. Nec subest periculum, cum plurimorum prudentum, quibus latus eius cingitur, consilio iuvetur, & utatur, & Carol. Molineum in hoc refert & sequitur Gregor. Lopez, *in dict. l. tertia, tit. 15. partita secunda, in glossa. Perdiesse el sentido*, loquens in filio Regis furiosi, ut tunc filio habili sit committenda administratio ex *l. 1 in fin. ff. de curat. furios.*

15 Imo † posset pater adhuc vivens filium sibi in regni coadiutorem assumere, & in vita coronare, ut pluries contigisse apud Reges Galliæ commemorat curiose Guilliel, Benedict. *ubi supr. nu. 54.* Et hæc de tutela & cura Regis attento iure communi.

16 Iure tamen nostro regio habemus Hispani legem hoc expresse decidentem, nempe *dict. leg. tertiam, tit. 15. partit. 2.* quam citant Oldradus, *dict. consil. 52.* & Carolus Molin. *ubi supra, nu. 2.* & omnes nostri † Cohispani auctores de hac re agentes: & procedit eius dispositio, & si Regina prægnans remaneat. *secundum Ioann. Oroſe. in l. penultim. colum. 252. in fine ff. de stat. homin. Azeved. in l. prima, num. 8. tit. 5. lib. 2. Nova collect. Reg.* ex qua l. Regia plures deducuntur conclusiones.

17 Prima conclusio legis Regiæ hæc est: *Quando finca el Rey ninno, si el padre difunto le dexo tutor, o tutores senalados que la guardassen mandandolo, por carta, o por palabra, aquellos le han de guardar, y los del Reyno son obligados a los obedecer en la manera que el Rey lo oviesse mandado.*

Rex igitur, sicut quilibet privatus potest filio suo tutores relinquere, & nominare, non solum instrumento, vel epistola, sed etiam verbo, ut patet ex dict. l. tertia, in versiculo, *Porende los sabios antiguos de Espanna*: Nec puto attenta hac nostra lege eiusque verbis, necessariam tunc esse aliquam iudicis inquisitionem, aut confirmationem. Sed eo † ipso, quod pater Rex tutores filio Regi constituerit, vel nominaverit scripto, vel verbo, cum forma servanda in eius administratione, eos esse veros tutores, & posse tutelam suscipere mortuo Rege patre, subditosque teneri eis obedire, iuxta formam à patre Rege præscriptam & præceptam, *ut in hac l. nostra Regia*, ex quo videtur eis Rex defunctus administrationem concessisse, quo casu neque in privatis est necessarium, quod à iudice discernatur administratio, *ut supra resolvimus, cap. 5. n. 7.* 18

Sed per privatos, † neque per Epistolam, neque ex 19
imperfecto tutor recte datur, quamvis voluntas patris privati in constituendis tutoribus in his casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari soleat, *l. 2. incip. neque per Epistolam, C. de confirm. tut.* & confirmandus quidem est sine inquisitione, *ut inl. si filio ff. de confirmand. tut. & §. fina. Inst. de tutel.*

Secunda conclusio: *No aviendo de axado el Rey defunto le mandado quien fuessen tutores de su hijo: los mayorales* 20
del Reyno, como son los prelados e los Ricos omes, e los otros omes buenos e honrados de las villas, se deven juntar adonde estuviere el Rey y an si juntos jurar en forme sobre los santos Evangelios, que cataran primeramente el servicio de Dios, honra y guarda del senor que han: y el procomunal de la tierra del Rey nos: y segun esto han de elegir tales homes en cuyo poder lo metan que le guarden bien, e lealmente, los quales dichos tutores, han de tener en si ocho cosas, que son las siguientes.

La primera, que teman ad Dios: La segunda, que amen al Rey: La tercera, que vengade buen linage: La quarta, q. sean sus naturales: La quinta sus vassallos: La sexta, que sean de buen seso: La septima, que ayan buena fama: La octava, que can tales que no codicien heredar lo suyo: cuydando que han derecho en ello despues de su muerte. 21

Estos guardadores † deven ser uno, dos, o tres, o cinco, y no 22
mas, y si valedero a quello en que la mayor parte se acordare, si alguna vegada, desacuerdo oviere entre ellos.

Deven jurar que † Guardaran el Rey su vida e salud, y que haran y allegaran el pro e honra del Rey e de su tierra en todas las maneras que pudieren. e las cosas que fuere a su mal o danno las desuiaran en las quitaran en todas guisas, e que guardaran que el senor sea uno, e que no le dexaran partir ni enagenar en ninguna manera, mas antes que lo acrecentaran quando pudieren con derecho e que lo ternan en paz, y en justicia hasta que el Rey sea de edad de 20. an. e si fuere hija la que oviere de heredar fasta que sea casada: e que todas estas cosas saran e guardaran bien e lealmente assi como de suso son dichas. hæc dicta l. Regia. 23

Eadem servanda † ac adimplenda sunt etiamsi contingeret, *Quod el Rey perdiesse el sentido hasta que tornasse en su memoria, o finasse*, ut cavetur in eadem l. 3. ibi, *Et todas estas cosas, &c.* 24

Habemus † igitur legem expressam decidentem, tutelam & administrationem Regis minoris atq; regni in 25
Rege masculo durare, usq; ad 20. annum ætatis suæ completum, & in fœmina donec nupserit.

Poterit ergo Rex minor masculus, postquam fuerit 26
ætatis 20. annorum per se sine tutore & curatore exercere iurisdictionem, atq; regni administrationem sumere, cum sit finita tutela & cura post 20. ætatis suæ annum

completum, iuxta hanc nostram l. Regiam, nec deinceps curatore opus habet.

27 Hæc tamen lex † Regia servanda est, eique standum, cum aliter non statueretur per proceres regni in occurrenti casu, & Rex pubes cum eis aliud nollet. Per proceres namq; regni potest aliter ordinari, eritq; servandum quod ab eis in hoc fuerit ordinatum, ut expresse tenet Greg. Lop. *in d. l. 3. gl. 1. vers. Los ricos homes, & in glossa, de verbo anno.* Refert q; quod tempore minoris ætatis Regis Henric. 3. filii Regis Joan. 1. fuit dispositum, quod regnum gubernaretur per consilium, & consiliarios Regios, & non per tutores, ut patet in ordinatione curiarum, *de Madrid. ann. 1391.* & in ordinamento Regis Alphonsi Vallisoleti, *era. 1383.* quod Rex in initio anni 15. assumsit regimen regni, & exspiravit tutela Regis, *ut pater in curijs de Madrid. ann. 1419.* de quibus fit aliqua mentio *in l. 3. statim post principium, tit. 10. lib. 3. nova collect. Reg.* Et ita apud nos fuisse obtentum in Joan. 2. qui 14. anno ætatis suæ regnare cœpit, affirmat Baeca *de decima tutor. cap. 10. num. 30.* ubi etiam refert ordinamentum & definitionem Regis Alphonsi in constitutionibus editis Pintiæ ann. 1363. & credit apud nos contineter fuisse observatum, ut vidimus in Carolo quinto Cæsare, primo hujus nominis Hispaniarum Rege, qui 17. ætatis anno regnare cœpit, ut de Carolo octavo Galliæ Rege memoriæ prodit Gaguinus. Et hoc Baecæ prudentius videtur, quia Rex plures habet consiliarios, quorum prudentia supplebit ejus minus eruditum judicium. Deinde ad tranquillitatem regni ita videtur expedire: Quid enim malorum non perpetitur regnum à tutoribus, vel curatoribus administratum? Iste & impune regnat avaritia, cuivis in alienum caput violenter grassatur, omnia prædonibus & peculatoribus plena sunt: fluctuat populus, tanquam oves pastore destitutæ. Denique nusquam plus malorum. Resolvit igitur Baeca *ubi supra*,
28 non esse curandum † de *dict. lege 3. tit. 15. part. 2.* quoniam contraria consuetudine videtur abolita, & quod sic non est servanda, & quod hæc opinio præcipue servanda est, si in principe concurrat Regia indoles, & animus dignus imperio. Et cum Baeca in his transit Doctor Azevedo *in lege 1. num. 8. tit. 3. libr. 2. novæ collectionis Reg.* & addit Pelaez *de majorat. quarta parte, quæst. 38. num. 1.* dispositionem dictæ leg. tertiæ, hodie immutatam esse, ut constat ex practica ordinatione Alphonsi Vallisoleti, *era. 1363.* & aliis, quæ refert Gregorius Lopez, *ubi supra.* Et ita est tenendum, tametsi Humada *in dicta lege 3 titul. 15. partit. 2. numero 2. cum sequentibus*, relatis prædictis auctoribus (excepto Pelaez) & ordinatione Regis Alphonsi nolit fateri, leg. illam Regiam tertiam sublatam consuetudine contraria dici posse, recte loquendo, quoniam consuetudo per inferiores inducitur, non per illos, qui legem dare possunt, sed esse dicendum, quod Rex, & proceres, seu gubernatores pro illa vice aliter, quàm sancitum, *in dict. leg. 3.* elli, disponere, animadvertentes, expedire propter casus indigentiam, & quod si non videtur illam l. esse sublatam, eo quod in specie cessat ejus ratio, & ideo dicit tunc temporis l. illius dispositionem practicandam esse, quando Rex post pubertatem velit assumere regni administrationem ipse de per se, sine associatione magnatum, & procerum, illique gubernatores propter Regis imbecillitatem, ac incapacitatem, facilitatemque renuant. Et quod hæc repugnatio merito Regi fieri potest in prædict. ætate constituto, ne regni status turbetur, cujus auctoris sententia in hoc non multum differt ab opinione Gregor. Lopez. Sed nihilominus probo sententiam Gregor. Lopez, & sequacium.

Huc convenit, quod utilius & consultius sibi videri affirmavit Molineus, *ubi supra*, nempe quod tutela Regis finiatur ejus pubertate, ita quod non sit ei dandus curator, sive regens, seu alius quocunque nomine, loco Regis administrator, sive unus, sive plures. dum tamen non solus de pesse administret, sed cum consilio delectorum & fidelium, & prudentum virorum, quam sententiam, ut veriorem sequuti sumus supra post alios, quos citavimus.

Quid autem † dicendum sit in dominis inferioribus 29
Regem, egit late Pelaez *de major. 27. d. 4. par. quæst. 38. per totam. ad quem se remittit Azeved. ubi supra n. 9.*

Et hæc in Rege masculo minore: in fœmina vero Regina dicitur in text. Regio dicta leg 3. *Que si fuere hija la que oviere de heredar, dure la tutela hasta que sea casada.* Inquit tamen Gregor. Lopez, ibidem in glos. *Fasta que sea de edad.* Non intelligas, quod per contractum matrimonii tutela finiatur: sed pubertate. *ut in leg. fin. C. quando tut. esse desin.* quia tunc cum est pubes, contrahit matrimonium. 30

Neque etiam † intelligas, quod contracto matrimonio maritus erit ejus curator & administrabit regnum, quia dicit contra dispositionem *l. marium. C. qui dan. tut. & l. fin. ad fin. tit. 17. p. 6.* Sed quod tunc ipsa de consilio viri administrabit. *sequitur Azeved. in d. l. 3. nu. 7. tit. 3. lib. 2 Nov. Collect. Reg.* 31

Sed contra hanc opinionem glossatoris nostri, imo quod maritus Reginæ administret regnum jurisdictionemq; ejus exerceat, facit *l. 9. tit. 1. partit. 2.* ibi, *La emperatriz no puede casamiento, ni fecho, quando alguna casa con duenna que sea heredera del Reyno, que maguer el no venga de linage de Reyes puede llamar Rey despues que fuere casada con ella*: Ergo administratio regni ei incumbit & vere acquiret dominium regni, ut in *d. l. 9.* ibi: *Ver da de ramente se llamado Rey aquel que con derecho gana el senorio del Reyno: e puede se llamar con derecho en estas quatro maneras: y la tercera en orden que pone es por razon de casamiento como esta referido, luego si es verdadero Rey a el le incumbe el gobierno, administracion y juramento del.*

Secundo contra Greg. Lopez, *ubi supra*, etiam facit, *l. 2. tit. 15. part. 2.* à contrario sensu, ibi *Fasta que sea casada.* Ergo postquam nupta fuerit, administratio regni pertinebit ad maritum, cum cesset tutela, & cura pubertate Reginæ, ex quibus ll. forte in terminis inquit Pala. Rub. *in tract. de just. & jur. obtentu, & vet. a. regni Navar. 3. p. §. 1.* quod secundum leges Hispaniæ (quas tamen non citat) administratio regni pertinet ad maritum & uxorem, licet regnum sit proprium uxoris. quod etiam voluit Montalu. *in d. l. 9. tit. 1 part. 2.* & probatur magis Anton. Pichardo *in l. 3. & 7 sub nu. 51. C. de mutuis. lib. 1.* ubi *num. 52.* quod hoc est introductum in his regnis duobus actibus notoriis, nempe in catholico Rege Ferdinando, & Rege Philippo I.

His nihilominus † non obstantibus veriorem censeo 32
esse, & tenendum opinionem Gregor. Lopez, scilicet, quod Regina de consilio mariti administret regnum, ejusque jurisdictionem exerceat, non vero maritus solus sub nomine, sed ambo simul, nisi ipse habeat ab uxore sufficiens mandatum ad hoc: tunc namque ipse ejusque nomine hoc expresso administrare potest, *ita tenet Baldus in capite figuris. scripsit. de scriptis.* ubi quod regnum non potest dari in dotem. & quod ipsa Regina est domina regni, & ejus est administratio, neque competit viro, nisi quatenus ipsa permiserit, quem refert, & sequitur, atque jure comprobat Gregor. Lopez *in leg. 2. in glossa, & esse muchos, ad finem, tit. 1. partita 2.* Idem Gregorius Lopez *in dicta lege 9. ejusdem titul. & partitæ in glossa. llamar*, ubi etiam refert Abbatem *in cap. prudentiam, columna 2. de officio deleg.* dicentem, quod videtur quasi monstrum, si in eodem loco videantur duo domini, & quod hoc tenuit in præjudicium subditorum, & quod fœmiæ succedentes in regnum possunt exercere jurisdictionem, & administrare jura regni de

jure, consuetudine cessante, *secundum Innocent. Hostiens. Abb. & Joan. de Imol. in cap. dilecti, de arbit. Ang. & Paul. in leg. cum praetor, ff. de pignor.* Tandem Gregor. Lopez, *in d. leg. 9.* refert Chronicas Sicoli, ubi quod hoc fuit ordinatum tunc temporibus Catholicorum Regum. Nam secundum eum pro indubitato fuit, administrationem regni de jure tantum ad Reginam pertinere: & ita exordiebantur provisiones, & leges Regiæ, *don Fernando, y donna Ysabel Reyes de Castilla, &c.* Neque obstant leges Regiæ supra in contrarium allegatæ, quibus nitipotuit Palat. Rub. quia *dict. d. nona.* non dicit, quod administratio regni pertineat ad maritum, sed tantum, *que se pueda llamar rey por casarse con reyna.* Et hoc procedit per communicationem dignitatis uxoris, quia sunt duo in carne una: Ergo non administrabit ipse, nisi per communicationem ipsius, & quatenus ipsa ipsi permiserit: aliquidem *dict. l. 9.* ulterius non procedit. Ergo tanquam casus omissus remanet sub dispositione juris communis. Similiter etiam *d. l. 3. tit. 15. par. 2.* non aperit, nec dicit, quod maritus Reginæ administrabit regnum, sed quod tutela Reginæ durat, donec ipsa nupserit: nupta ergo pertinebit ad ipsam, cujus est regnum, cum consilio tamen maritii, non vero ad maritum, cujus non est regnum in proprietate. Licet vere Rex appellari possit, quia Reginam duxit in uxorem, non vero inde sequitur, quod ipse vir solus administrare possit regnum sub nomine neque argumentum a contrario sensu sumendum est, quoties contrarium in jure est expressum in illo casu, neqi quoties resultat pravus, & absonus intellectus, *ut per Everard. Late in hoc eodem loco, & argumenta.*

33 Tandem † ad omnia motiva Montalvi facile respondeti potest, *ut per Gregor. Lopez. in d. l. 9.* ubi nuncupatim tenet contra Montalv. & Palat. Rub. *ubi supra.* Idem igitur, quod resolvimus in Regina, credimus, & censemus tenendum esse in Comitissa, Marchionissa & Ducissa, tum ob identitatem rationis, tum etiam *ex l. 7. tit. 9. lib. 5. nov. collect. Reg.* ubi quoad jurisdictionem exercendam æquiparantur Regina, Comitissa, & aliæ dominæ temporales, ut statim dicemus.

34 Et quamvis † verum sit, jure etiam nostro Regio fœminam non posse esse judicem. *Pero siendo Reyna o Condessa o otra semora que heredasse señorio de algun Reyno, o de alguna tierra, tal muger como esta la puede hazer por honra del lugar que tiene: pero esto por consejo de hombres sabios, por que si en alguna cosa errare la leyan a conseiar, y emendar.* Ita cavetur in *d. l. 7. vers. Otrosi decimos*, titulo 9. libro 7. novæ collect. Regiæ *que es de don Alonso en Alcala. era de 1386. tit. 32. ley. 43. como se refiere en la margen de la dicha ley septima*, per quam l. ita tenet Aviles *in proœm. æ. prætor. an gl. y Reyna, num. 8.* ubi allegat ad idem Abbatem in capite *dilecti col. 1. de arbit.* & Eucam de Penna *in l. si quis in Marchiatus in fin. C. de profess. & Medic.* ubi etiam, an sit regnum committendum mulieri.

35 Quod † si Regina efficiatur furiosa, & mente capta, quæ jam erat nupta, si aliter proceribus regni & procuratoribus civitatum non placuisset, servanda esset prædicta l. Regiæ dispositio *tit. 15.* partita secunda, in versiculo, *a todas estas cosas sobredichas*, de eligendis curatoribus Regi puero) *hacemos que deuen guardar se si acaesciesse que el Rey perdiesse el entendo assi que tornasse en su memoria, o viuesse* tametsi Palat. Rub. in prædicta specie voluerit, quod administratio regni pertinebit ad maritum Regem, cujus decisio est æqua, saltem quando maritus esset idoneus, & haberet filios ex matrimonio. Sed nihilominus de rigore observandum est, quod prædiximus cum sua prædicta limitatione, *ut affirmat Greg. Lop. in d. l. 3. in gl. per dicta se el entendo, ad fin.* Fundamenta namq; Palat. Rub. non concludunt, ejusq; opinio contraria, non solum leges caret, sed imo est contra eam, in verbis modo relatis. Quare tenenda non est, nisi id ita visum fuerit, & placuerit justis ex causis proceribus regni, & procuratoribus civitatum.

Ulterius, † quod ex nostris legibus prædiximus, *que el que se casa con Reyna aunque el no venga de linage de Reyes puede llamar Rey.* fuit observatum in Rege nostro Catholico Ferdinando, qui cum ex patrimonio suo regnū Aragonum tantum haberet, quia tamen contraxit matrimonium cum Regina Elisabet Regina Hispaniæ domina nostra, vocatus fuit semper Rex Castellæ in suis decretis & provisionibus, atque legibus simul cum uxore sua, nempe, hoc modo, *don Fernando y donna Ysabel Reyes de Castilla &c.* ut observavit Aviles, *in proœmio capitulorum prætorum, in principio, & numero 1.* & id jure probat, *numero 12. 13. & 14.* tum ex l. 2. titulo sexto, partita secunda, ibi, *quanto mas honrada fuere, tanto es el mas honrado por ella*, ex dicta lege 9. *titulo 1. partita 2.* tum etiam ex Bald. *in capite femicavit, numero 3. de rescriptis, in versiculo pone*, ubi agit, quod si Regina Apuliæ nubat cuidam simplici militi, nominabitur vir ejus Rex, quia hoc casu coruscat radius uxoris, quia ejus lateris comitatus illustrat. *ut in l. 1. C. de præposit. lab. libro 12.* additque quod sic Rex Philippus Pater nostri Caroli quinti Imperatoris habuit regnum istud Hispaniæ ratione ejus uxoris, nostræ Reginæ Joannæ, & sic concludit, quod de jure, & consuetudine, quæ inducitur per istos duos actus ad minus vocatur Rex, sequitur alios allegans Antonius Pichardus *ubi supra, numero 49. 50. & 51.*

Sed † & fuit semper observatum, atque usitatum in his regnis Castellæ, ut fœmina deficiente masculo ejusdem gradus succedat in eis, juxta *legem secundam, titulo decimo quinto, partita secunda*, ibi. *Esperando está able sesexon que si hijo varon y no oviesse la hija mayor heredasse el Reyno*, & in l. secunda, titulo decimo octavo, partita tertia, *e si varon no oviesse la hija mayor, &c. & l. 1. titulo 3. libro 2. novæ collection. regiæ abrigua, & l. 9. titulo 9. libro 7. novæ collect. reg.*

Ex † quibus legibus Regiis cessare debet in Regno Castellæ disputatio antiqua, tam respectu ipsius regni, quam aliorum majoratuum in eo existentium successione. In eis namque semper fœmina masculo ejusdem lineæ, & gradus deficiente admittenda est, *ut patet, & firmat Doctor Molin. de Hisp. an. primogen. lib. 3. cap. 4. numero 3. ad finem*, ubi quod adeo hoc in Hispaniarum regnis usu receptum est, ut iam supervacanea sit hujus articuli dispositio, præterquam, quod eandem sententiam iure etiam communi probaverunt plures, quos à principio *dicti num. 5.* enumerat, & optime ex pluribus comprobat Doctor Burgos de Paz *in proœmio ll. Taur. num. 42. cum pluribus sequentibus.* Et est procul dubio verior opinio secundum ipsos, contra nonnullos alios diversum sentientes, quos ibi allegat, eandem nostram sententiam iure communi, & Regio probat Azevedo *in l. 1. num. 6. & 7. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.*

Et constat ita etiam usu receptum esse in Hispania ex chronicis antiquis, ubi invenitur, quod plures fœminæ successerint in his regnis sufficientibus masculis, quas Aviles *ubi supra* enumerat *in glossa, y Reyna, num. 8.* & præcipue ex Chronica practica Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabet *secunda parte, capitulo secundo.* Et ita in certamine judiciali sententia pronuntiatum esse inter prædictos Catholicos Reges asserit Illescas *libro 6. de la Historia Pontifical, secunda parte, capitulo de don Fernando y donna Ysabel Reyes de Castilla, folio 125. colum. 4. & Doctor Molina ubi supra, & Azenedo in d. l. 1. num. 7.*

Addendum est etiam, † adeo verum esse, quod Regina nobilitet maritum, etiam ex progenie Regia non provenientem, ut quamvis filia Regis nubat alicui Duci, vel Comiti, dicetur Regalis, & etiā si filia Ducis nubat alicui militi

militi simplici, dicetur Ducissa, quia dignitas generis filii, quæ venit a patre, est excellentior, & præferri debet nobilitati obvenienti ex parte mariti, *secundum Jacob. Rebuff. in leg. 1. per textum ibi, C. de dignit. libr. 12.* quem refert & sequitur Cassaneus *in Catalog. gloria mundi secunda parte, consideral. 40. versic. & advertè*, ubi etiam in idem citat Baldum *in l. fœminæ ff. de Senat.* dicentem, quod fortior est nobilitas, quam habet filia ab origine, quam illa, quam habet à marito, quia proprio vadit, & non alieno corusc at, *idem Cassan. an eodem tractatu, parte 3. consideratione 30. versiculo advertè, quod Regina, &c.* Si tamen dignitas mariti sit major, quam dignitas, quæ uxori obvenit ex parte patris, tunc uti potentior nobilitate viri, ut si filia Ducis nubat Regi dicetur Regina, & si filia militis nubat Comiti, dicetur Comitissa, *secundum Cassan. ubi supra, in priori loco.*

40 Inquit † tamen Aviles *in proœmio capitulorum prætor. in principio, numero 7.* quod si uxor sit Marchionissa, vel Comitissa, non sequitur, quod maritus ejus sit Marchio vel Comes *secundum Signor. de Homodeis, in repetitione leg. Princeps legibus solum, 2. versic. de ratione ultimi, ff. de ll. quæ est inter ejus consilia sequitur Aviles, ubi supra, num. 11.* dicens, quod sic videmus in Hispania nostra, quod si uxor est Comitissa, & maritus non, non vocatur maritus ejus Comes.

Ego vero contrarium sæpe vidi, & video observari in Hispania, nempe, quod maritus uxoris Comitissæ, Marchionissæ, vel Ducissæ, alias non Comes, Marchio, vel Dux appellatur, Comes, Marchio, vel Dux, respective: idque jure fit, non solum consuetudine ad similitudinem mariti Reginæ: Regorum siquidem est caput dignitatum, Marchionatus autem, Comitatus, & Ducatus sunt membra ejusdem regni.. Non ergo licet membra à capite discedere, *textus in cap. cum non liceat, cum similibus, de præscript.* Et ita merito alias omnes Doctores Cohispani dotent, ll. loquentes in successione regni procedere, locumque habere, ac servandas esse in successione cujuscunque majoratus particularis ob identitatem rationis, & adinstar successionis regni: Ergo idem dicendum est in nostro proposito, quoad nominationem viri, titulo dignitatis uxoris suæ, ut recte in terminis probavit, & tenuit Anton. Richard. *ubi supra, numero 49.*

41 Facta † autem electione tutorum Regis, & præstito ab eis juramento juxta formam dict. *leg. 4. tit. 15 partit. 2.* inquit eadem lex, *deuen meter al Rey en su guarda de manera que sienpre con consejo de ellos todos las grandes fechos que ouiere de fazer, y continuamente deuen tener tales omes con el que sepan monstrale aquellas cosas por que sea bien costumbrado, e de buenas maneras.*

42 Dubitari † tamen in proposito non abre poterit, *an hujusmodi tutela, vel cura Regis decernenda tutoribus, & curatoribus in judicio, & per quos?* Et videtur quidem, prima, quod atum, facie, necessarium esse, quod decernatur, licet in prædicta leg. 3. de hoc non fiat mentio, cum per alias ll. sit satis expressum in ceteris omnibus tutelis & curis. Et in hoc casu videtur, quod à consilio supremo Regali deserni debeat, cum non sit alius judex, Regi non subditus, qui eam decernat in regno, & consilium Regale præsit toti regno, eiusque gubernationi intendit.

Nihilominus tamen nostra lex tertia sæpe allegata *in verbis præmissis*, innuit, quod ipsimet proceres congregati ad electionem tutorum, & qui eos elegerint, tutelam, & curam quoque decernant, ut colligitur ex eadem le. ibi, *e destos que esto ouieren sus dos deuen meter al Rey en su guarda, &c.* Quibus enim conceditur prædicta electio principalis, videtur etiam consimilium in consequentiam decretum tutelæ, vel curæ, tanquam necessarium ad perfectionem primi, *argumento l. 2. cum similibus, ff. de jurisdictione omnium judicum.* Non enim sit mentio in prædicta lege de consilio regali, nec de alio judice, aut persona, qui huic actui intervenire, aut auctoritatem interponere debeat, ideoque videtur hoc spectare ad prædictos proceres, vel potius, quod ipsum decretum formaliter, & expresse non sit necessarium, sed quod sufficiat præstito juramento à tutoribus & curatoribus, de quo in dicta lege Regia actualis immissio ipsius Regis minoris in tutelam, & curam prædictorum, quæ loco decreti habetur, auctorante ipsa leg. quæ hoc facere jubet.

Tertia † conclusio principalis dict. leg. 3. titulo 15. 43
partita 2. *Fincando madre del Rey ninno ella ha de ser el primero, y el mayor al guardador sobre los otros, e deben le meter en ella assi como a señora, e fazer su mandado en todas las cosas que fueren apro del Rey y del Reyno.* Quam conclusionem intelligo veram esse, & procedere, non itantibus tutoribus testamentariis, vel alias à patre Rege defuncto datis filio suo impuberi, cum plenum sit in jure, tunc demum matrem admittendam esse ad tutelam filiorum, cum testamentarii tutores non exsistunt: hi namque omnibus præferuntur, nempe, matri, & aviæ, legitimis, & dativis: mater autem, vel avia legitimis, & dativis anteponitur: legitimi vero dativis, *ut supra late probavimus capite 2. numero 6.* quæ in tutoribus Regis locum etiam habent, præterquam quod hoc etiam patet ex tenore dict. l. 3. Regiæ: Similiter etiam mater Regis hanc tutelam habere debet, donec nupserit, & cum filio impubere velit esse, ut in eadem leg. 3. cavetur, ibi, *mas esta guarda deue auer en quanto no casse, e qui fiesse tester con el mismo.*

Dubium † est etiam, *an mater Regis, & ceteri tutores* 44
ipsius electi, juxta formam nostræ l. 3. teneantur fidejussores, & sic satisdationem præstare rem pupilli salvam fore, sicuti tenentur alii tutores privatorum? Et videtur quidem illos minime esse obnoxios præfatam satisdationem præstare, quia prædicta lex Regia præfixit specialissimam formam servandam in tutoribus Regis impuberis, & per ipsos tutores, nec non, & juramentum, quod tenentur præstare, ut vidimus, & tamen nihil loquitur de satisdatione ab ipsis præstanda: Ergo eam non præstare tenetur, quia si hoc vellet lex nostra Regia, id exprimeret, sicut, & cetera expressit, ut non videretur deficere in re tam necessaria. Præterea qui quæso fidejussores inveniri possunt pro administranda tutela Regis, qui sufficiant ad valorem regni? Non igitur Rex voluit obligare ad impossibile.

Nihilominus tamen verius esse censeo, atque tenendum contrarium, imo quod mater Regis impuberis, & ceteri ejus tutores, non testamentarii teneantur prædictam satisdationem præstare, cum & hoc per alias ll. tutores legitimi & dativi teneantur, *ut dicimus supra leg. 9. titulo 16. partita 6.* Cum enim hæc satisdatio aliquid amplius specialisve contineri non debeat, quam ceteræ aliorum privatorum tutorum, non fuit necessarium exprimere, quod ipsa præstaretur, cum ll. aliæ eam requirentes generaliter loquantur in omnibus tutoribus legitimis, & dativis. Et cum hoc respondetur ad primum fundamentum contrarium, & in terminis ita tenet Gregorius Lopez, *in dicta leg. 3. in gloss. fincadose madre, ad finem titulo 15. partita 5.* Ad secundum de facultatibus tutorum agens, comparative ad valorem regni, Respondetur sufficere, quod mater tutrix filii sui Regis, & ceteri tutores electi præstent, quos invenire possunt, *ut in terminis tenet Albericus in l. de creationibus, columna secunda, in medio, versiculo.* Sin autem per textum ibi, dum dicit, *sin autem non talis ejus census inveniatur, tunc & fidejussio, in quantum possibile est, ab eo exigetur C. de Episcopal. aud.* & refert Ubert. de Bobio, qui in ista quæstione consuluit pro domina Blanca matre

Regis Franciæ: Idem tenet Jacob. de S. Greg. *in tractat. de Feud. verb. Carolus, 1. columna*, & probatur etiam *in l. finali. ff. fin aurem non tuis. C. de curat. furios.* quem ad hoc notat & commendat Bald. *in l. final. C. de Magistr. conven. 1. columna, num 3.* & Roderic. Suarez, *in l. quoniam in prioribus. folio 169. columna 3. versiculo unum tenemonzi. C. de inofficios. testament.* pro ut eos ad hoc refert, & sequitur in terminis Antonius Gomez *in dict. l. 40. Taur. num. 9.* Et cum hac opinione transit Gregorius Lopez, *ubi supra.* Callan. *in consuet. ad. Bur. rubr. 6. §. 4. verbo, Cauciones num. 2.* Lauden. *in tractatu de officiali. domin. in quarto notab.* & cum eis Barca *de decima tutor. cap. 9. n. 29.* ubi quod prudentius est, ut facilius et meliori modo, quo possint. Nam metu, vel reverentia fidejussorum abstinebunt se a fugitivis, quia solent Regum tutores regnum præ dæ habere.

45 Quarto † & ultimo conclusio dict. l. 3. Regiæ est. *Los del pueblo que no sus fueren ofiziales, o ofiziales fuere guardadores assi como dicho es, o dessuyos que fueren assi ofiziales o los que fueren obligados de latorre a par a siempre. si fueren otros tienen pena de muerte: Pero si alguno de los tutores errasse en alguna cosa de lo que es tenudo de hazer, dena auer pena segun el fecho que fizzere.* Et ei hoc explicora est atque absolutum *l. 3. tit. 15. p. 2.*

Illud tamen pro absolutione hujus capitis non omittam, quod longo sermone probat, & pluribus ornat Caldas Pereyra *in repetitione l. si curatorem habens, verbo, sine curatore constituta, num. 115. C. de interrogat. restitutione minorum.* Alias inter tractatus de restitutione minorum, p. 1. n. 2. nempe, donationes, diplomata, programmata, seu quas vulgus, *provisiones*, vocat, & alia rescripta justitiæ, sive gratiæ, nomine tutoris Regis expedienda fore, addendo sub nomine, & tanquam tutor Regis, & hoc potius, & congruentius, atque tenendum videri ibi affirmat. & quod hoc quoq; docet experientia, & antiqua in eo Regno Portugalliæ olim observata consuetudo, gubernante infante domino Petro tutore Regis Alphonsi 5. nepotis ex sorore, quo tempore omnes provisiones prædictas infans expediebat sub nomine tutoris sub his: *Nos infans dominus Petrus tutor, & gubernator, cum Dei auxilio defunctæ pro Rege domino meo horum regnorum, &c.* Et quod plura hujusmodi exstant in senatu Regio Ulissipponæ.

46 Ego † vero & si his non contradicam, censeo tamen, non errari, si hujusmodi diplomata & provisiones Regiæ conficiantur principaliter sub nomine Regis impuberis, & postea adjiciantur nomina tutorum ejus, dicendo nomine, hoc est, Regis in hunc scilicet modum. *Dominus, N. & N. N. ejus tutores nomine suo, Rey de Castilla, &c.* cessant namque tunc rationes & argumenta Cald. ubi supra.

47 An autem † Regis tutor leges possit condere, agit pro & contra Caldas *ubi supra, num. 121. pag. 114.* ubi quod in ferendis legibus seu promulgandis consultius arbitratur, si prius cum consilio & suffragio magnatum, atque etiam convocatis comitiis, civitatumque & regni procuratoribus (si opus fuisset) id faceret.

48 Quæ † quidem comitia *cortes* appellamus, & à Romanis originem primum traxerunt, postea vero, tam in Regno Castellæ, quam Lusitaniæ consuetudo introduxit ex textu *in cap. cum dilecti prohib. feud. alien. per Feder.*

SUMMARIA.

1 *Lex decima tertia, titulo decimo sexto, partita sexta, litera C. cujus refertur, & declaratur per totum caput.*
2 *Curatores vocantur dati majoribus, 14. ann. minoribus tamen 25. ann. sanæ mentis.*
3 *Cura furiosi est legitima, mente capti vera est dativa.*
4 *Curatores dandi sunt prodigo, mente captis, surdis, mutis atque his, qui perpetuo morbo laborant, requiritur immo causæ cognitio, ad hoc, ut aliqualiter de furore, vel alia causa ob quam datur curator, constet, ut in n. 7.*
5 *Curator prodigo dari non potest, antequam illi fit bonis interdictum, præterquam si esset notorius prodigus, ut in num. 6.*
8 *Curatoribus legitimis deficientibus judex, venit ad dationem curatorum, non tantum ex inquisitione, sed etiam sine ea.*
9 & 10 *Curator bene dari potest ad unum actum, licet tutor regulariter certæ res dari non possit, nisi ad aduendam hereditatem.*
11 *Puberes sanæ mentis invitis curatores non accipiunt, ipsi tamen curatores invitis dantur, ut in num. 12.*
12 *Curatores invitis dantur, sive detur principaliter negotiis, & secundario personæ, vel e contra.*
13 *Curator honorem non datur invitus, nisi adsit causa, ut in num. 14. & etiam fallit ex necessitate, vel commoditate, & hoc quando a judice præcipitur: secus si ab appellatore, & officiali judicis habente commissionem ad exequendum præsidendum, & commissarios deputandum: non enim potest intus deputare, sed servare, quod hic dicitur, aliud est in exequutore mixto, & etiam in mero exequutore, quando deputato curatore est magna necessitas, & non potest pati dilationem, ut in num. 15.*
16 *Curator bonorum invitus datur ad mandatum principis supremi, nisi justam habeat excusationem, ut hic.*
17 *Curator ad litem, vel lite invitus an detur? & n. 20.*
18 *Curator semel ab adulto accepto teneatur hic, & stare cogitur sub ejus cura, usq; ad 25. ann.*
19 *Curatorem adultus invitus accipere cogitur de mandato Regis.*
21 *Curator dari etiam potest pupillo carenti tutore per judicem, etiam ex officio, ut in num. 22.*
23 *Curatorem ad litem dabit judex, qui litis præsit, etiamsi sit delegatus.*
24 *Curator ad litem infans dandus non est, sed tutor.*
25 *Curator ad litem melius est, ut unus detur, quamvis plures dari possint, sed præsens dari debet.*
26 *Curator ad litem quandocunq; revocari potest, secus est in tutore.*
27 *Curator ad litem, vel ad litis inventarium facere non tenetur.*
28 *Curator in testamento relinqui non potest, sed relictus si id expediat, confirmari debet a judice, & an hoc procedat, etiamsi adultus curatorem nolit habere? agitur numero 30.*
29 *Ratio differentiæ quare tutor in testamento relinqui possit, curator vero minime.*
31 *Pater curatorem filio suo primogenito sibi in majoratu succedituro dando, illum filius acceptare cogitur.*
32 *Tutorem habenti, tutor dari non potest, alias datio erit nulla, etiamsi ex dispositione statuti id fiat, si datio cum tutoris eadem die fiat, in qua datus fuit primus tutor, ut in num. 33. cum seqq.*
§ *Tutorem habenti potest dari tutor in quam pluribus casibus, de quibus in num. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. sed tunc non est vere curator bis secundo datus, sed administrator, ut in num. 33.*
42 *Curatores adjungi solent ob augmentum facultatum, non tamen primo dati tutoris administratione earum liberantur.*
§ *Tutore tempore finita tutela exsistente solvendo, sequentis temporis periculum ad tutorem non pertinet, sed n. 42.*
43 *Curator appellatur datus habenti tutorem impeditum, alis appellant tum tutorem. Poterit tamen judex utrumq; facere, vel tutorem dare, vel curatorem, & erit utilius quod detur tutor, ut in n. 44. & finitur officium hujus*

hujus tutoris, vel curatoris finito impedimento primi tutoris, ut in num. 45.
42 *Tutor cum secundo datur habenti tutorem impeditum, primus desinit esse tutor, & tenetur hic secundus solemnia observare, & propter peritiam horum administrat, sed magis administrator verbum, quam curator esse dicitur. Unde in omnibus, quæ juris sunt, auctoritatem interponere non potest, ut in num. 47. & alienare non potest, nec obligare pupillum, nec alia gerere, quæ juris sunt, ut in num. 48. nec hereditatem adire, numero 49.*
50 *Tutor primus absente causa reipublicæ, dato ab eo curatore minori, desinit esse tutor, & secundus curator est.*
51 *Tutore primo dato desinente esse tutore in perpetuum, tunc secundus in locum ipsius suffectus tutor est. & idem tutore primo se excusante, & a parte administrationis, ut in num. 52. & tunc hic secundo loco datus verus tutor, & curator est, & omnia facere potest, quæ primus tutor facere poterat, ut in num. 54.*

CAPUT XIX.

De curatoribus adultorum.

1 CURATORES vocantur † dati majoribus 14. ann. minoribus tamen 25. annorum sanæ mentis, & etiam majoribus furiosis, & mente captis: Adulti tamen sanæ mentis inviti curatores non recipiunt, præterquam in litem: Curator autem in testamento dari non potest: datus vero, si utilitati minorit expediat, confirmandus est a judice. Habenti vero tutorem, alius non datur, nisi primus male administret, aut suis negotiis taliter occupetur, quod bona minoris administrare nequiret, aut si in adversam valetudinem incideret, vel in longam peregrinationem, vel aliud longum itet esse sturus, tunc enim ejus loco datur curator, donec primus sanus ethic tatur, vel redeat ab itinere, quod peregisset. Ita disponit *l. 3. prit. 16. part 6.*

2 De curatoribus † datis majoribus 14. ann. minoribus tamen 25. annorum sanæ mentis, habemus etiam l. Regiam præcedentem, nempe 12. *tit. 16. ad finem, partitæ 6.* ubi diximus, & agit Molina Theologus *de justitia & jure, tractat. 2. disput. 220. pagina 1353. versiculo, curator vero,* & est textus de jure communi, *in principio Inst. de curat.* ubi ea redditur ratio, quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint: addit insuper, quod dantur curatores ab eisdem magistratibus, a quibus, & tutores.

3 De curatore furiosi, † & mente capti diximus supra alio capite. Observa tamen, quod ista lex æquiparat furiosum, & mente captum; prout fit semper in legibus partitarum: differunt tamen, quia cura furiosi est legitima, mente capti vero est dativa: licet debeat judex etiam mente captis dare curatorem legitime, *ut ibi diximus,* & probatur *in §. 1. Inst. de cura. ubi, tamen in curatione sunt agnatorum ex l. duodecim tabularum.*

4 Idem † est dicendum in prodigo, mente captis, surdis, & mutis, & his, qui perpetuo morbo laborant. Eis namque, quia rebus suis interelle non possum, curatores dandi sunt, *ut in dict. §. 1. & in l. 1. ff. de curat. furios.* Prodigo autem curator dari non potest, antequam bonis illi fuerit interdictum: in † qua interdictione causæ cognitio requiritur, scilicet prodigi citatione prævia, *secundum Angel. Paul. Castrens. & ceteros Doctores in l. cui bonis, ff. de verb. obligat. & Pomatis ad Bart. in l. qui habet, §. quoliber, ff. de tutel. latera H. & Anton. Prag. de tut. & curat. q. 2. num. 34.*

6 Limitari † tamen potest hoc de citatione secundum Bald. *in dict. l. 40. cui bonis,* præterquam si notorium esset, illum esse prodigum: quia tunc non requiritur alia citatio, quod tamen non est sine dubio, *secundum Pomat. ubi supra,* quia pendet ab illo dubio passu, ubi in notariis requiritur citatio: Et magis communis conclusio est, quod ipsa requiratur, Abbas tamen *in cap. cum sit Romana, de appell.* dicit, quod ante est tale notorium, ex quo constat nullam esse defensionem, & tunc non requiritur citatio; aut e contra, & tunc secus: & ita potest distingui in proposito nostræ limitationis. An autem in notoriis possit ferri sententia excommunicationis, monitione non præmissa nec ne? egit bene Doct. Covarr. *in cap. alma mater, 1. part. relect. §. 9. num. 8. de sententia excommunic. in sexto, & Vgolinus de censur. 2. Tabul. C. 18. §. 7. fol. 241.*

7 Prædicta autem † causæ cognitio requiritur etiam in donatione curatoris furiosi & mente capti, scilicet, ut aliqualiter de furore, & alia causa, propter quam datur curator, constet, *ad observa. ff. de curator. furios.* ubi Bald. *post Jacob. de Aret.* quod judex debet adhibere medicos, qui hoc cognoscant, *argumento l. semel, C. de re milit. lib. 12. sequitur Gregor. Lopez. in addit. ff. in glossa. Locos odesmembrorum, ad finem,* ubi etiam, quod potest dari talis curator cum inquisitione, vel absque ea, *secundum Alex. cons. 86. visis dubitationibus, vol. 2.*

8 Illud † tamen non est ignorandum, quod legitimis deficientibus, judex venit ad dationem curatorum, non tantum ex inquisitione, sed etiam sine ea, *secundum Alex. ubi supra, num. 7.* quem etiam sequitur Piagius, *dict. quæst. 2. sub num. 50.*

9 Sed & alios plures casus, in quibus aliis personis & bonis dantur curatores, congerit Antón. Piag. *ubi supra, §. 36. cum seqq. tribus.*

Illa † tamen differentia est in proposito inter tutorem & curatorem, quod licet regulariter tutor certæ rei dari non possit, *ut in l. certarum, cum duabus sequent. ff. de testament. tut.* & ibi Bortol. assignat rationem *Paul. Castren. in l. si ad spectat. ff. rem pupilli salvam fer. Bart. in l. si hereditas, ff. de testam. tutor. & in l. impuberi. ff. de tutor. & curat. stat. ab hu. Decr. consil. 279. expressat. 2. ad fin.* ibi, *Otrasi dezimos que el guardador deue ser dado para guardar la persona del menor o sus bienes, e non deue ser puesto por una cosa, o en pleyto señalado tan solamente,* & ibi Greg. Lopez in glossi. fin.

10 Tamen † ad aduendam hereditatem speciale est, ut tutor dari possit, *l. cum in una, §. tutor. ff. de appell.* & ibi *notant Doctores & Paul. in dict. l. & si ad spectat. & præsert. allegans Barc. de decim. tutor. cap. 17. num. 2.* Curator tamen bene potest dari ad unum actum, *l. hoc tantum. ff. de tutor. & curator. dat. ab hu. Barte, in dict. l. certarum, columna 1. ad finem plures alios citans idem probat Barca, ubi supra, num. 3.*

11 Ulterius circa illa verba nostræ l. 13. ibi, *Pero los que fizieren actos do non pudiesse ser aprouechados que recibiendo los guardadores si no quisieren:* observandum est, idem probari in dict. §. 1. *Inst. de curat. ibi.* Item inviti † adolescentes curatorem non accipiunt, ipsi tamen curatores inviti dantur, *secundum Bart. in l. stipul. ff. de tut. & curat. dat. ab hac:* sive † detur principaliter negotiis & secundario personæ, *ut in fin. in princ. C. de administr. tut.* sive principaliter detur personæ mente capti & furiosi, *secundum Salyc. in l. 1. C. qui petant tut. Greg. Lopez in d. l. 13. in glos. Aprehendat. & optime Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gl. 6. nu. 9.* Cum enim bi publico muneri fungantur, & necessario, quia dantur personis vel propter personarum imbecillitatem vel incapacitatem, *ut in d. l. fin. in princ. C. de administr. tut.* Merito ut inviti etiam, nisi legitimam excusationem habeant, constituantur et cant, si propter aliam causam eis minatur cura rerum tantum: tunc enim est officium privatum, & perse voluntarium, quia persona necessitas minori indiget provisione & subventione, *ita Adam ubi supra.*

Hinc est, † ut curator bonorum non detur invitus, *l.* 13

2.§. quæritur, & ibi Bart. ff. de curat. bon. dan. Bald. & Salyc. et. an l. tutor. Cod. ut. negot. gest. Odofred. in tract. de cur. bon. dand. num. 47. Bar. in l. qui habet. §. si pupillus, num. 2. ff. de tut. ubi limitat si adsit causa, sequitur plures referens Bar. de decim. tut. cap. 16. num. 23. & ante eum Carol. Molin. ubi supr. num. 2. ubi

14 † etiam quod commissarius non tenetur acceptare commissariam. & quod officium sequestri est voluntarium, & non necessarium.

15 Fallit † etiam ex necessitate, ut quia res sunt in periculo & non potest aliter commode providere, quam per deputationem curatoris, & nullus voluntarius inveniatur, tunc enim cogitur etiam invitus. text. cit in d. §. quæritur, & ibi gloss. & Angel. Carol. Molin. ubi supra, num. 3. ubi idem putat in dam propter necessitatem, sed etiam propter cum moduratem, ut si non sit idoneor, quam Titius, qui est victus, & habet notitiam rei prehensæ, & pertinentiarum ejus, & peritiam gubernandi, nec habet aliquam rationabilem excusationem, puta quod sit consanguineus vel affinis illius, contra quem proceditur, vel multis litibus, aut tutelis, aut aliis negotiis valde implicatus tunc enim licet perquirendo forte possent alii voluntarii idonei, sed non æque reperiri, put. et Molineus, commoditatem administrationis cum cessatione alterius incommoditatis Titii esse causam sufficientem, ut judex ex officio possit, & velit, & ulterius de aliis inquirere, non gravatur, deputare Titium etiam invitum, ad hujusmodi curam: hic tamen, ut ponatur solum operam & non impensam aliquam de suo. Et ita videtur sentire Bald. tex. l. 1. in fin. ff. ubi pupill. educ. deb. sequitur Cur. in tract. de jurisdict. qu. 2. quos ad hoc refert & sequitur Molin. ubi supr. num. 3. qui nu. 4. intelligit, posse invitum cogi demum a judice & causa cognita, secus ab apparitore & officiali judicis habentis commissionem, ad exsequendum, prehendendum, & commissarios deputandum: non enim posset invitos deputare, etiamsi nullos voluntarios inveniret, sed debet opponentes vel recusantes ad diem certam evocare, coram judice dicturos causas oppositionis & recusationis, & compellendos ad commissionem in suscipiendam: secus esse dicit nu. 5. in exsequutore mixto, qui est judex delegatus, & num. 2. idem probat, etiam in mero exsequutore, quando deputatio curatoris est magnæ necessitatis, & non potest pati dilationem, & agitur de periculo magnæ rei: tunc namque necessitati parendum est, quantum salvo juris ordine fieri potest, ut ibi latius per eum.

16 Fallit † etiam prædicta Reg. principalis, quæ habet, quod curator bonorum non datur invitus, ut procedat, nisi ad mandatum & præceptum speciale supremi Principis, cui omnes subditi obedire tenentur, cap. 2. de major. & obed. ita Molin. ubi supra, num. 2. Addens, quod si se minus idoneum vel impotentem, aut alia necessitate impeditum sentiat, debet reverenter notificare, & supplicare Principi pro exoneratione sua, tunc Princeps qui est justitiæ vigur. l. prohib. in fin. C. de jur. fis. lib. 10. & ipsa justitia & lex animata, ut in auth. de consult. ad fin. collat. 4.

17 non patietur quemquam supra vires onerari.

Similiter † curator ad litem, vel ad lites non datur invitus, nec cogitur acceptare officium, secundum Jacob. de Arer. & Bar. in l. qui habet. §. si pupillus per text. ibi ff. de tutel. Bald. in l. quæ fortuitus, num. 16. C. de pign. act. Alex. Bald. & Salyc. in l. tutori, ff. de negot. gest. Alexan. cons. 122. lib. 1. & cons. 15. lib. 2. Angel. Aret. in princ. Inst. de curat. vel. final. vers. quod ecentra.

Fundamentum hujus opinionis duplex est, primum, ex d. §. pupillus, ubi dicitur, talem curatorem neminem dari posse, nisi præsentemmet quo innuitur, quod non nisi volens & acceptans dari potest, alioqui frustra requireretur ejus præsentia, quia qui invitus deputari non potest, ejus præsentia non curatur, tunc enim etiam absens deputatur. Adlud. ff. de tut. & cur. qui dat. ab his.

Secundum fundamentum est text. in authen. ut liceat matri & avia, in princ. in vers. si vero fuerint. collat. 1. ubi loquitur de gubernatore, sive curatore dando certæ rei filiifamilias minoris, & clare innuit text. nolentem non committi: & sic videtur, quod jura de coactione tutorū & curatorum intelligentur, prout etiam loquuntur de tutoribus vel curatoribus generalibus sive universalibus tantum, & non de curatore speciali adcertam rem, & sic nec de curatore ad lites tantum, vel ad unam certam litem tantum: quoniam in defectu istorum non est tantū periculō, sicut in defectu generalis administratoris. Unde dicta jura non debent ad istos extendi, ut punctualiter decidit Aret cons. 29. diligenter & mature col. 4. verſic. præterea sicut, sub num. 4.

His tamen non obstantibus contraria sententia, nempe, ut curator ad litem vel lites possit invitus dari, tenent Oldr. cons. 59. ver titur in dubium, in fin. Alber. in rub. C. de cura. ment. C. de in lit. dand. aut. vel cur. & Specul. in tit. de cura. §. cum autem, vers. sed nunquid invitus, & ibi Joann. Andr. in addit. in vers. specialem, cum quo transit Ang. in d. 2. §. quæritur. ff. de cur at. Bald. in d. § si pupillus & sentit Bart. in l. eundem 9. 8. vers. 2. a fin. ff. de dumb. reo. Et inquit Carol. Molin. d. § 6. gl. 6. n. 11. quod hanc putat de jure veriorem, & procedere, sive sit curator generalis ad omnes lites, sive singularis ad unam certam tantum, sive etiam ad certum actum, vel contractum tantū, ut in l. non tantum. ff. de tut. & curat. dat. ab his, non enim in hoc facit differentiam, quantum ad hunc articulum: tam quia in utroq; agitur de necessaria subventione personæ, & ejus legitimatione, tum quia est text. apertus in l. muner. §. defensore. ff. de mun. & honor. defensionem certæ causæ agendæ, vel defendendæ, atq; esse munus publicum personale & necessarii, ac defensio generalis, quæ committitur syndico: Ad hoc ergo, ut cura sit munus publicum, sufficit, quod detur ad legitimationem sive integrationem personæ, cum qua opinione videtur etiam transire Baec. de decim. tut. cap. 17. num. 17. & tenet Ant. Piag. de tut. & curat. q. 2. n. 61. Et ita est tenendum & observatur quotidie in praxi, & dicemus, infra a num. 20.

Non obstat primum fundamentum partis contrariæ nempe dict. §. si pupillus, quia ibi non frustra deliberatur præsentia deputandæ curatoris, non propter interesse futuri curatoris, nec ad hoc, ut consentiat, sed propter juramentum a curatore præstandum, & propter interesse pupilli, & causæ jam actu motæ egentis actuali & præsenti defensore, qui statim possit instrui, & statim agere, vel defendere, quæ non possunt fieri, nec obtineri ab absente.

Ad verſic. si vero fuerint, respondetur, non concludere, nec probare contrarium, ideo debet intelligi secundum alia jura. Ita respondet Molinæus ubi supra. & tandem inquit, quod ita quotidie in judiciis practicatur: Addit etiam, quod licet hanc opinionem admittat, non tamen id ita proclive est, ac si de generali curatore ageretur, in quo versatur major necessitas & mains periculum, & sic cautius & astrictius agendum in eo deputando, quam in particulari. Unde non male videtur dixisse Gregor. Lopez, in d. l. 13. in gloss. Aprem. adas in. quod curator ad litem debet dari volens, & ex causa posset invitus dari. Sed melius diceret per contrarium, nempe, ut curator invitus detur ad litem vel lites, sed ex causa legitima excusetur.

Sed † ut ad eu ratorem bonis & personæ adultis dandum, ut eum inviti adolescentes non accipiant, redeamus hoc duplicitet est moderandum. Primo, quod si semel eum acceperunt, teneantur & cogantur stare sub eius cura, usque ad 25. annum, secundum Abb. cons. 91. volumine 1. quem refert & sequitur Gregorius Lopez in dicta lege 13. in glossa Aprem. in principio, & Baeca

& Baeça de decim. tut. cap. 3. num. 18. & Molin. Theolog. ubi supra col. 1557. ad fin.

19 Secundo, † quod non procedat prædicta regula, si Rex mandet dari adulto curatorem, quia tunc dandus est curator etiam invito: ita Reb. in primo tom. Comment. ad d. Gallos in titulo de sentent. pro visis. articul. 5. glos. 2. num. 16. fol. 278.

Tertio † in item vel ad lites adulti etiam inviti curatorem recipiunt. d. §. sternuvitt, ibi, præterquam in item, Inst. de curat. & l. qui habet, §. si pupillus. ff. de tutel. & dict. leg. 13. ubi. Fuera se tendeſa fixeſſen demanda a alguno en juyzio o otro la fixeſſe a ellos, en ſtance los juzgadores la puedendar tales guardadores como eſtos. Idem probat l. 11. tit. 2 par. 3. dicimus latius supra a num. 17.

20 Pupillo † carenti tutore potest etiam dari curator ad litem, Alex. consil. 122. videtur prima facie, volum. 2. Greg. Lopez in dict. leg. decima tertia, in glossa. Ceſſante, ad fin. Et hoc non tantum ad lites, sed ad negotia peragenda, l. 1. §. ſicurator. ff. de eo, qui pro tut. Quod † supupillus illum nominare nolit, iudex ex officio eum nominat, ſecundum Matth. eum de Affitt, deciſione Neapo. 256. n. 2. & etiam non petentibus dantur per rationem, quam ponit Ripa in l. 4. §. hoc autem in decimo, n. 41. ff. de damno infecto, quem sequitur Piagius de tut. & curator. quæſt. 2. n. 66. ubi numer. ſequenti, quod illum curatorem ad lites dabit iudex, qui ibi præest, etiam quod sit delegatus. ſecundum Bar. in l. ſpo. §. ſed & ſi quis. per † illum text.

23 tum, C. de adminiſtratione tutorum, quem tex. non esse alibi testatur Alex. in l. 1. n. 21. ff. de turiſd. omn. iud. & Ang. in prin. n. 5. Inſt. de curat. & tamen in ceteris casibus curatorem dabit iudex ordinarius, & idem, qui dat tutores. ſecund. Spec. in tit. de cura. §. viſo, in prin.

24 Quæ autem † dicta sunt de curatore dando impuberi ad litem, procedunt, si major sit septennio. Nam si esset infans, omnino dandus est tutor, non vero curator, ita Alex. conſ. 122. videtur prima facie ad finem libri primi, Matth. de Affl. deciſ. Neap. 292. n. 4. ſequitur alios allegans deciſ. Pedemont. 89. n. 1. 7. 8. 9. & Anton. Piag. ubi ſupra n. 59. Non enim, nisi præsenti & petenti datur, ut in dicta l. qui habet. §. ſi pupillus, & ibi glossa, & Bartol. ff. de tutel. & infans fari, id est, ordinate loqui non potest, quia non intelligit, quæ agit, text. in §. pupillus, verſic. quod diximus. Inſt. de inutil. ſtipul. l. fin. ff. rem pupil. ſalvam fore, l. fi. ff. de tut. & fact. ign. cum ſimil. congeſtis per deciſ. Pedemont. ubi ſupr. num. 2.

25 Et melius est, † ut unus tantum curator ad litem detur, quam plures, quamvis etiam plures dari possunt, dummodo in solidum hoc fiat, ut per Bartolum, in lege cum ſenuel. ff. de tut. Antonius Piagius, ubi ſupr. n. 60. Nec dantur his, qui habeat tutores, nisi sit lis cum eis, Socinus ſunior conſil. 40. magnifice ac ſuſtiſſime, num. 4. & 6. lib. 1. Piag. d. qu. 2. n. 62. ubi, n. 64. cavendum esse admonet, ut quando tales curatores dantur, notarius diligens sit, ut in instrumento curæ apponat, quod præsens datur præsenti, ſecundum Bartol. in l. 3. §. ſi pupillus, n. 2. ff. de tutel. Matth. de Afflict. d. deciſ. 262. n. 5. Insuper etiam bene faciet, si apponat, & petenti maxime in pupillo, ut tex. in. d. l. qui hab. §. ſi pupillus, et quamvis secus dicendum sit in curatore dato furioso, vel prodigo, quibus etiam non petentibus dantur, Piag. ubi ſupra d. qu. 2. num. 55. & 68. & diximus ſupra.

26 Curator † ad litem, quandocunque revocari potest, licet secus sit in tutore, Bart. & Alb. in l. ſi quis eum, §. Inſ. ff. de proc. l. curator. C. qui dari tut. poſſ. Alb. in rub. n. 8. ff. de proc. quos ad hoc refert & sequitur Bar. de decim. tut. c. 17. n. 19. ubi alia in proposito curatoris ad litem agit.

27 Curator † tamen ad litem vel ad lites, cum nihil recipiat, nec ei solvi possit, inventarium facere non tenetur, ut post alios probat, & tenet Carol. Mol. in d. §. 6. gl. 6. n. 2. tit. 1. & Baec. d. c. 17. num. 18.

In † tex. Regio dict. l. 13. tit. 16. p. 6. ibi, Otroſi decimos que el curador no deve ſer dexado en el teſtamento, Peroſi fuere y pueſto, y el juyzgador entendiere que es apro del mo-28 go develo confirmar. Idem probat tex. in d. §. 1. Inſt. de curat. in verſic. ſed curatorem, &c. & l. 1. §. fin. & l. 3. in verſ. an autem. ff. de confirm. tut. l. tutela, §. 1. & 2. & C. de eſtam. tut. & l. curatorem, C. de neg. geſt.

Circa † rationem differentiæ in proposito, quare tu- 29
tor impuberibus filiis a patre in testamento recte dari possit, curator vero adultis minime, valde laborant scribentes in §. dantur, Inſtit. de curat. plureſque assignant Bald. Othoman. & Mynsing. ibi, & maxime Sylvest. nu. 2. Vera tamen, genuina, & germana ratio est, legem 12. Tabul. tutelam duntaxat expressisse, non vero curam, ibi ſuper pecunia tutelave melius est. Et ita vult Leo in l. ver bu leo 120. ff. de verb. ſignif. olim sic dicitur, verbis legis 12. Tabularum, ut uti legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto: latissime potest attributa videtur. & heredis instituendi, & legata, & libertates dandi: tutelæ quoque constituendi, dirimendique ultra quam in ipsa lege concessum, & nominatim patri permissum est, extendi nequaquam potest, nec exercere eius potestatem, ut probat late Cald. ubi ſupra, nempe in repet. dict. l. ſi curatorem habens. an parte ſuæ ut uræ conſtituatur, n. 62. p. 9. in, 1112. ubi prædictam rationem differentiæ assignat & tenet.

Illud † tamen in proposito dubitari contingit, an hu- 30
iusmodi curator in testamento patris datus, debeat confirmari, an dicendum, etiamsi adultus nolit habere curatorem si tamen utilis sit pupillo: alias enim tutex non debet eum confirmare? Et videtur quod non, quia inviti adolescentes curatorem non recipiunt, præterquam ad litem, ut modo dicebamus ex eisdem iuribus: Nihilominus tamen contraria sententia est tenenda, ut patet ex dicta l. Regia, ibi. Develo confirmar. Et sic videtur necessitatem inducere, cum postquam præmiserit, quod inviti adolescentes, curatorem non accipiunt, subdit. quod si curator detur in testamento, debet confirmari. Quod iure communi attento probarunt Odofred. & Ioan. de Platea, quos refert & iure eram Regio nostram l. se- 31
quitur † Greg. Lopez, in dicta l. 13. in gl. Develo confirmar & Pelaez. de major. at. 4. par. q. 37. n. 2. fol. 320. inferens ex hoc num. 5. quod si pater filio primogenito sibi in insio-
ratu succeſſuro curatorem det, illum filius minor acci- pere cogitur.

In eadem † l. Regia, ibi, E con decimos que el huerfano 32
que ha guardador non le devan dar otro. Concordat cum l. eam iure. C. qui pet. tut. & licet (an quib. conſ. tut. hab. & l. propter lit. §. 1. ff. de excuſ. tut. §. inter dum, Inſt. de cur. ubi quoniam habenti tutorem tot. dare non potest. & scribit Specul. in tit. de tut. §. genere alter. n. 8. ubi aliquibus modis limit. & alios referens Baec. de decim. tut. c. 8. n. 2. cum ſeq. Petrus Pethus, in tract. de teſtam. conting. lib. 2. cap. 9. Charta 75. relatus ad hoc per Carval. in indice ad ſuum tractatum de tut & cura, in verſ. tutorem habentis, &c. Et talis datio tutelæ habenti tutorem est, cum regulariter fieri non possit, nisi in casibus specialibus. si alias nat. est nulla. ut habetur in §. interdum & ibi gl. & D. d. Inſtit. de cur. & in l. ſi furoris. C. qui dar. tut. poſſ. & in l. licet & in l. propter. (in quib. caſ. tut. hab. & tenet Philip. Corneus conſ. 281. præmittendum est, col. 2. in princ. vol. 1. & conſ. 132. fundata videtur. col. penult. vol. 2. quem refert & sequitur Paraſ. conſ. 13. n. 1. vol. 3. ubi n. 2. quod in prædictis locis habetur, quod si esset talis specialis, in quo tutorem habenti tutor possit dari, si tamen exprimatur alia causa, propter quam datur, quæ de iure non deberet admitti, talis datio est nulla & invalida, etiamsi inter ventiset decretum iudicis, sequitur Menoch. conſ. 340. numer. 1. vol. 2.

Quinimo † si ex dispositione statuti non possit dari tutor 33
habenti tutorē, talis datio erit nullius momenti, si con-

tingat, quod committ̃ una die petatur, & eadem die fuerit datus à iudice; ex quo propter temporis brevitatem præsumitur est, iudicem non discussisse utilitatem pupilli, *ita Petrus de Anchar. cons. 56. visa quidem petitione per totum & præsupp. n. 4. quem refert & sequitur Curt. Senior. cons. 40. super controversia col. 3. vers. & in proposito Thom. Serra cant. ultima, col. 4. Parisi. ubi supra num. 3. Menoch. etiam ubi supra num. 3.*

34 Excipiuntur † à nostra l. Regia casus sequentes. *Si aquel que tiene en guarda fuesse ome de mal recado, o tal que ouuesse de ver tanto en lo suyo que no pudiesse alinnar los bienes del huerfano, o si fuesse mas, o ouuesse de yr en romeria, o en otro gran camino, o si fuesse de yr en hueste, o en otra grandador que lo guarde en lugar de aquel a quien dize en esta ley, curator, o si fuesse a tornar del camino, do auiesse ydo.*

35 Item † si testamento datus tutor, vel à prætore, aut præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret; solet ei curator adiungi ibi lot o tutorum, qui non in perpetuum,

36 sed † ad tempus à tutela excusantur, soleut curatores dari, *d. § autem tum, vers. item si testamento, Inst. de curator.*

Et generaliter, † quoties tutor adversa valetudine, vel alia necessitate impeditur, quo minus negotia pupilli administrare possit, & pupillus, vel absens, vel infans sit, quem velit actorem periculo ipsius tutoris, prætor, vel, qui provinciæ præsidet, constituet, *ut in §. quod si tutor, qui est in l. Inst. de curat.* Itaque, quando pupillus habet tutorem impeditum, in eius locum datur sibi coadtutor, *secund. Bart. in fulet, n. 3. ff. de tutel.* & ille quidem

38 † tantum durat, quantum necessitas, *l. ned, C. de procur. refert. Ant. Puig. de tut. & curat. quæst. 4. n. 1.* & probatur *in hac lege nostra 13. ad fin. in verse. ca essunce, in verbis supra vtilitatis, & in l. 3. in quib. cas. tut. hab. &c.*

39 Similiter † quando fuerunt dati plures tutores testamento, & vnus ex his removetur aut decedit, tunc poterit dari alius tutor, quantũcunque pupillus tutorem habere dicatur, secundum Corn. *cons. 175. in præsenti consultatione, in princip. & num. 2. lib 3. quem refert & sequitur Ant. Puig. d. q. 4. n. 4.*

40 Ex iusta igitur † causa, scilicet, si tutor sit impeditus, datur alius tutor, pura propter valetudinem, vt vidimus & probatur in nostra lege Regia, senium, furorem,

41 vel surditatem † primi tutoris, *l. 1. ff. de tut.* item, si primo tutor relegatur ad tempus, *l. liter, in fin. C. in quib. cas. tut. hab.* vel si ab aliqua parte administrationis sese excuset, puta si pupillus habeat bona in diversis regionibus, & solus administrationi non sufficiat, *vt in l. 3. C. eodem titulo, & in l. propter litem 6. ff. de excusat. tut.* Idem si primus tutor absit causa reipublicæ, *vt in l. si quis absutarus, ff. de iustit. tut. l. quæritur, ff. de tut.* Imo, vel alias esset longum iter murus, *vt in nostra l. Reg. & tradit Bart. vbi sup. d. c. 1. n. 3.* item in locum suspecti, qui conuictus ac remotus est, & in locum excusati, vel defuncti, vel relegati tutoris, alius idoneus tutor sententia competentis iudicis constitui solet, *d. l. fulet.*

Præterea † ob augmentum facultatum curatores adiungi solent, non tamen prius dati tutores administratione eorum liberantur, *vt in d. fin. C. in quibus casib. tut. hab.* vbi etiam, quod si is, qui administravit tempore finitæ tutelæ fuit solvendo, sequum temporis periculum

43 ad tutorem non pertinet.

Præterea † dum *dict. l. 13. ad fin. tit. 16. part. 6.* appellat curatorem datum habenti tutorem impeditum, videtur approbare opinionem Irherii, quæ etiam fuit opinio Placentini, *de qua in rubric. C. in quib. casibus tut. hab.* ut ibi dicit Azo in summa, tametsi ipse Azo teneat, quod etiam dicitur tutor in prædict. casibus specialibus. Idem tenet Salycet. *in dict. Aubrie, & in l. 1. C. eodem titu.* quod etiam probatur in *l penult. ff. de tutel. & in authent. de nupt. §. sin autem, collatione 4.* & tenet alius referebat Baeca *dict. cap. 8. nu. 4.* Posset ergo iudex secund. Greg. Lopez *in dict. l. 13. glo. fin.* facere † utrumque, vel tutorem scilicet dare, vel curatorem, & erit utilius, quod detur tutor vt ibi dicit Azo.

Et † finitur officium illius tutoris vel curatoris, sublato impedimento primi tutoris, *vt in nostra l. Regia cauetur in fine ipsius & supra diximus*, & probat late Baeca *dict. cap. 8. n. 16.* Similiter & post pubertatem minoris, sicut & ipsa prima tutela, *vt in l. 2. C. in quibus casibus tut. hab. vbi notant Bart. Bald. & Salyc. quos refert Baeca de decim. tut. c. 8. num. 10.*

Viterius est † observandum, quod enim secundus datur, si primus desinit esse tutor, ut cum alis probat Baec. *dict. cap. 8. num. 6.* veluti si tutor reipublicæ causa abiit, quia datur in locum eius curator, & primus desinit esse tutor, *vt in l. 1. C. in quib. casibus tut. hab. & ibi Doctores.* Probatur etiam *in l. si tut. reipublicæ, ff. de tutel. & ratio. dissr. & ibi notant Alberic. & communem Baeca, ubi supr. n. 7.* & hic secundus habet liberam generalemque administrationem, ut habebat primus tutor Alberic. *in dict. l. fin. C. in quibus casibus tut. hab. & Baeca, ubi supra, d. c. 8. n. 7.* & teneo hic secundus eadem solemnia observare, *secundum Bartolum in l. tut. quis repertorium col. 1. ff. de administr. tut. post Dyn. Alber. in d. l. de creationibus, col. penul. C. de Episcopis aud. Baec. dict. cap. 8. n. 9.* quod proprio periculo rem administrat *secund. Bar. ubi supra & alios, quos refert ex l. 3. & 2. C. in quibus casibus tut. hab.*

Hic † tamen secundo loco datus tutor magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur, *l. fulet, ff. de tutel.* & sic regulariter & impropriè appellatur curator. Et probat cum aliis Baeca, *ubi supra d. c. 8. num. 13.* Vnde in his omnibus, quæ iuris sunt, auctoritatem interponere non potest, & si huiusmodi aliquid ipse auctor gestum sit, non valet, sicuti factum absque auctoritate tutoris, *l. curatore ff. de auctor. tut.* Non † ergo curator hic poterit alienare, nec obligare pupillum, nec aliter gerere, quæ iuris sunt, sed tantum bona administrare & conservare, fructus colligere & recondere, quod est proprium officium curatoris bonorum, ut probat hæc omnia aliis allegans Baec. *d. c. 8. n. 14.*

Adilens † etiam *num. 14.* quod licet curatore auctore adolescens possit adire hereditatem, *vt in l. cum quidam, C. de administr. tut.* tamen si habenti tutorem adiungatur ex aliqua causa curator, hereditatem adire non potest, *l. cum in una, § tutor. ff. de appellat. & ibi Bartol. Doctores in l. potuit, C. de tut. deliber. & in l. pupillus si fuerit, ff. de acquirend. hered.* quia curatori dato habenti tutorem minus iuris & potestatis conceditur, quam tutoribus & curatoribus adolescentium: Habent ergo hi curatores maiorem potestatem, ut nominatim glossa *in dict. l. fulet, ff. de tutel. verbo, quam curator, Azo in summa, C. in quib. casibus tut. hab.*

Sed † ut materis hæc liqueat, distinguendi sunt tres, vel quatuor casus. Primus est, quando primus tutor reipublicæ causa abest, & datur in locum eius curator, & tunc primus desinit esse tutor; & secundus curator est, ut prædiximus.

Secundus casus est, † quando per dationem secundi curatoris, quis desinit esse tutor in perpetuum, puta si primus tutor factus sit furiosus, vel mutus, & tunc secundus in locum illius suffectus, tutor est. *l. pennl. ff. de tut.* Idem est, cum mater tutrix filiorum transit ad secunda vota. In locum enim eius datur alius, qui vere tutor est, *ut in authentica de nupt. §. sin autem, & diximus supra super l. 1. tit. 16. part. 6. c. 17.*

Tertius casus est, † quando quis potest se excusare à parte tutelæ, puta si pupillus habet bona in diversis regionibus, & tutor videns se obligatum esse omnia administrare, & imparem se esse tanto negotio, utilit excusatione,

fatione, quod bona sita in alia regione, petitque pupillo, quod illa tutorem alium dari: tunc namque ipse quoad illa desinit esse tutor, *vt in dicta l propter litem, § fin. ff. de excusationc tutorum*, & secundo loco datus erit verus tutor quoad ea.

53 In aliis † autem casibus, in quibus habenti tutorem dari potest, puta si tutor sit valetudinarius, vel senio confectus, vel his similibus, secundo loco datus non est vere curator, sed administrator. Et ita loquitur textus *in dicta l. fulet, ff. de tutel.* ubi dicitur, solet etiam aliquando curator dari tutori habenti, propter adversam tutoris valetudinem vel senium ætatis, qui magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur. Ita distinguit Angelus *in rubr. C. an quibus casibus tut. habenti, prout eum refert & sequitur Baeca de decim. tutorum, dilect. n. decimoseptimo.* Et in hac specie procedit, quod supra diximus, *num. 47. in versiculo, hic tamen secundo loco datus, usque ad versiculum, sed ut materia hic exclusive.*

54 Ceterum in tribus casibus huius distinctionis præcedentibus, cum primus tutor desinit esse tutor, & secundus verus tutor, vel curator sit; consequitur, ut omnia possit facere, quæ primus tutor facere poterat, quia ipse tutor desinit, & in locum eius suffectus est secundus: Et ita intelligo materiam hanc.

SUMMARIA.

1 *Legis 14. tit. 16. par. 6. litera refertur, & casus figuratur, atque per totum declaratur.*
2 *Debitores vel creditores minorum non possunt esse earum curatores: & quid debeant curare ab initio curæ hoc.*
3 *Debitor minoris non potest esse eius tutor.*
4 *Tutor vel curator minoris esse non potest, qui eius rem possidet, nec habent rem communem cum eo n. 5.*
6 *Tutoris testamentarius an possint esse debitores, vel creditores minorum, ubi disponitur an hoc fecerit, vel ignoraverit testator: sufficit tamen alterer de facilitate constare, quam ex verbis testamenti, ut in n. 7. in dubio autem præsumitur ignorantia, ut in n. 8.*
9 *Fideiussor debitoris pupilli eius tutor esse non potest.*
10 *Tutor pupilli esse non potest ille, cuius filius est debitor, aut creditor minoris, si pater habet usumfructum in bonis talis filij.*
11 *Mater, vel auia, & si sit debitor filij, potest esse eius tutrix, debitor in sua natura durante, ubi idem in patre avo paterno, & materno, probatur, secus in fratre: agitur etiam hic, an pater repellatur a tutela, eo quod filius eius sit debitor, vel creditor pupilli: filium tamen bene potest esse tutor, licet pater eius sit debitor, vel creditor, ut in num. 12.*
13 *Debitor modica quantitatis potest esse tutor, vel curator minoris, & quid si sit super eo debito.*
14 *Lis non excusat a tutela, vel cura suscipienda, nisi super omnibus bonis, vel super hereditate controversia sit.*
15 *Colonus Regis eidem obligatus, non potest esse tutor vel curator minoris, & num. 16. quomodo intelligatur.*
17. *Tutor durante tutela non potest vectigalia conducere; conducta tamen ante cavetur, ut in n. 18.*
19 *Gabellarius conductor, an excusentur a tutela?*
20 *Miles alius servions, tutor aut curator etiam volens esse non potest.*
21 *Cæcus tutor aut curator esse non potest, si utroque oculo careat, secus si uno tantum.*
22 *Impeditus morbo perpetuo, tutor vel curator esse non potest: temporalis autem morbo impedito, interim datur curator, & num. 28.*
23 *Excommunicatus publice, & nominatim denuntiatus, tutor aut curator esse non potest: alias secus.*
24 *Testamenti faltionem passivam non habens tutor aut curator esse non potest, nec mulier, ut in num. 25. hæc secus, ut in num. 26.*
27 *Tutor datus a patre, qui causam mutavit, puta quia de amore factus est inimicus, vel de divite pauper, non est confirmandus a iudice.*
29 *Iudæus licite repellitur a tutela Christi eius.*
30 *Maritus non potest creare curatorem uxori sua, & nu. 25.*
31 *Socrus datus curator nurui sua post contractas nuptias, debet se excusare, ne incidat in suspicionem.*
32 *Maritus non prohibetur dare curatorem ad item uxori sua, nisi tus esset magni præiudicij.*
33 *Utrum tutor, an possit esse tutor sui pro vigni remissive.*
34 *Minor per contractum matrimonij, an efficiatur maior, sta quod liberetur a curatore sua. Propositio resolvitur, & tunc curator cogetur ex alimentis, & summa iuxta vires facultatum eorum ministrare, & potest etiam tunc minor petere a principe impetrare, ut in num. 43.*

CAPUT XX.

De his, qui non possunt esse tutores.

EPISCOPVS † aut religiosus non potest esse tutor, 1
nec à divinis avocetur † sed clerici seculares etiam sacerdotes, possunt esse tutores sanguinis prætextu, si intra quatuor menses, ex quo consanguineum eum filius sine tutore decessisse scierint, coram iudice ordinario loci venerint, & tutelam petierint: item nec pupilli debitor, nisi sit testamentarius, neque obligatus ad Regis ratiocinia, nec miles dum extra domum in Regis occupatur servitio, vel alterius sui domini in officio militia, item nec mutus, nec surdus, nec valetudinarius. Ita cavetur *in l. 14. tit. 16 par. 6.*

De Episcopis religiosis, & aliis clericis diximus *supra cap. 1.* ad illa dicta remitto lectorem, de muto, & surdo diximus *sup. cap. 7.*

In textu ibi, *los que fuessen deudores de los mesmos no pueden ser guardadores de ellos.* Concocdat † cum iure communi, quo excipitur non solum minoris debitor, sed etiam creditor, & qui minoris res tenet: & cavetur, ut qui ante erat curator, si minoris creditor efficiatur, non finc adiuncto curatore administret: quare ab initio curator minoris ætatis, debet probare vel iurare, se credere minorem obligatum, vel res eius tenere: Nam si taceat, actionis suffit obtinendæ iacturam, item si debitor taceat, nec reddibitione, nec alia tempore administrationis solutione inuabitur: & sic actionis cessionem adversus minorem fuisse perit, & ea uti non potest, etiam cura deposita, nec cedens agere debet, cum in legem consumeri, licet cessio pro iustis causis fiat, sed minor lucrabitur quod etiam procedit in omni cura prodigorum, furiosorum, ac dementium, & omnium, quas introduxit leges. Ita cavetur *in authentica, ut hi, qui oblig. se pro bib. hab. res min. in principio per totum, collatione 6. & in authen. minoris debitor, C. qui dar. tut. vel curat. possunt, refert Molina Theologus de iustitia, & iure, secunda tractatu disput. 221. col. 1565. cum sequentibus.*

Circa † quorum iurium praxin & intellectum: Primo 3
observandum est, ipsi procedere, & in tutela, tam quia est eadem ratio prohibitionis. Ergo & idem tus, *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. 2. Titus in fine primæ responsi ff. de verborum oblig.* tum etiam ex dicta authentica, *ut hi, qui oblig. &c. in princ. in verse. sed & si quis. ubi sed adiungi tutorem aliquem, aut curatorem, &c. & in vers. Sanctimus, ibi tutelam non contingere, neque curam.* Et colligitur etiam ex authentica, *ut sine prohibitione mater, § 1.* ex quibus iuribus ita tenet glossa, verbo *ad curationem, in dict. authentica, ut hi, qui oblig. & in dict. authen. monetæ debitor, verbo, ad curationem, in princip. & ibi Cyn. qua. 1. & tenentes omnes secundum Bar. ibi, n. 10 in fine, & Salyc. ad in hac,*

& Mayner. in l. quæ tutela, num. 25. ff. de regulis iuris, & Curt. iunior in l. final. num. 69. C. de edicto Diui Adrian. tollend. sequitur plures allegans Barc. de tut. & curat. c. 3. subend. n. 11. Estque recepta omnium sententia, ut profiteatur Caldas *in repositione l. si curatorem habens, in parte sine curatore constituto, n. 103. & iterum sub num. 105.* ubi, quod fatetur eam communiter receptam, *Iason rubrice. n. 13. ff. de regulis iuris, ac multi alii C. de in integ. restit. minor.* Estque verissima, & recepta observatio, & probata in nostra l. Reg. 14. in verbis præcitatis ibi, *Non puedan ser guardadores dellos.* Quæ verba & tutelam, & curam recte comprehendunt, quam l. ut expresse confirmantem communem hanc sententiam allegavit Caldas *ubi supr. dict. num. 105.*

4 Secundo † observandum erit, procedere illa iura, etiam in illo, quarum minoris possidet, quia instrumenta pertinentia ad eam posset subtrahere, *ut in dicta authentica, ut hi, qui obligabo, nec ubi ad cautionem iuratur, aut alias probationes, quæ erant minoris, cum nunquæ.* Sed videtur ad hoc textus expressus *in dict. authentica minoris debitor, ibi, aut quo minoris res tenet,* ubi *gl. 1.* ibi *quidam tamen,* hanc opinionem probavit, & sequitur Bart. *ibi, n. 7.* & 8. ubi quod ara communiter receptur. Idem profitetur Salycetus, ubi *n. 7.* & communem dicit Angel. *in §. fin. colum. 2. n. 5. Inst. de aucto. iud.* ubi quod ab illa communi opinione non est recedendum, & Mainer *in dict. l. quo tutela, num. 32.* Et quamvis lex nostra Regia *14. tit. 16. par. 6.* hunc casum non exprimat, sed tantum, *De los deudores de los menores,* nihilominus tamen, cum in eo non dicat contrarium, remanet sub dispositione iuris communis, ac proinde observandum erit, quod ex iure communi recolimus, *argumento l. commodissime. cum similib. ff. de lib. & posthum.* præmaxime cum possidentes res minoris dicatur eius debitor illarum rerum, ac proinde comprehenduntur sub verbis nostræ l. 14. ibi, *Los que fueren deudores de los menores.*

5 Quinto † idem esset, si quis haberet res communes cum minore, ut tenet gl. *in d. auth. minoris debitor, ibi, item quia si habet,* quam Doctores communiter approbant adversus glossi, contrariam *l. quidam rei. C. de exca. tut. teste Bart. in dict. auth. minoris debitor, num. 9.* quia ex communione oritur quidam quasi contractus producens obligationem & actionem communi dividundo, & sic potest dici debitor & creditor, quia ratione multi sequuntur hanc gl. opinionem, *secundum Salyc. ibi, n. 1.* Nihilominus tamen Bart. *d. num. 9.* in hoc ponit quandam distinctionem, quæ quidem iusta ac vera videtur, & tenenda, & quoties opus fuerit, ad eam accurrito.

Tertia † sit observatio, quod iuxta opinionem glossarum, aliorumq; auctorum iura illa prohibitiva procedunt in omnibus tutelis & curis, etiam testamentariis, quia generaliter loquuntur, & eadem ratio in omnibus tutelis militare videtur: Ita gl. *in d. auth. ut hi, verbo ad curationem & ibi Lacch. de Bellovis. & Angel. glo. etiam in dict. auth. minoris debitor verbo ad curationem glo. 1. in l. par. ff. de procur. verb. gl. in § fin. verbo iudicio sisti, de auct. tut.* ubi Ioannes Faber, *n. 1.* hanc appellat communem & eam defendit ibi, Sylvest. Aldobran. *d. n. 15.* Et ita volunt glo. communiter, quarum sententia à pluribus recepta est, *secundum Ilerd. quæst. 49. in prin.* quamvis post longa varietatem cogitandum relinquat Mayner. *in dict. l. quæ tutelam, n. 26. ff. de reg. iur.* Sed forte in regno Lusitaniæ stabitur prædictæ opinioni glossarum, quæ authenticis est consona & communiter non reprobatur, *secund. Molin. Theolog. in loco infra citando.*

Contrariam tamen opinionem, imo quod prædicta iura non habeant locum in tutore testamentario, quia eius fides videtur à testatore approbata, *argumento, text. in § 1. Instit. de satisd. tut. & in l. si furioso, in fin. ff. de cur. furios.* referunt prædict. glossi. tenuisse alios, & fuit Martini Glossatoris antiqui, eamque tenuit Specular. *in titulo de tuto. §. fin. versicule, sed excipitur,* & Bald. *in dict. authen. minoris debitor, n. 3.* & Alber. *in dict. l. pater, col. final.* dicens, quod ita obtinuit coram maximis viris, & est communis, *secundum Ioan. Oroz. in l. cum in eo, n. 1. ff. de pact.* sed Azo in hoc articulo variat, *ut refert Salycetus in dict. authentica minoris debitor, sub. n. 9.*

Quare in hac controversia, & conflictu opinionum ita distinguendum est, quod aut testator, qui dedit, & reliquit tutorem, sciebat, ipsum esse debitorem, vel creditorem pupilli, & tunc potest esse eius tutor, quia fides eius videtur approbata, aut ignorabat, & tunc vera est opinio glossarum, quod non possit esse tutor, quia non potest videri approbasse fidem eius, quem talem ignorabat, *argumento l. mater decedens, ff. de inofficios. testam. cum simil.* Et in terminis, ita probat late post Guiliel. de Cugn. Bartolus *in dicta authentica matri, & avia, num. 11. & 12.* inde deducens, *n. 13.* quod si aliquis est creditor pupilli ex testamento, in quo datus est tutor, puta quia aliquid est sibi relictum, propter hoc non prohibetur à tutela, vel cura, quem sequitur ibi Bald. *num. 3.* Salycet. *num. 9.* & Angel. dicunt communem, Bald. *in dicta l. cum in eo, num. 3.* & Angel. *in dicto §. finali, colum. 2. nu. 4.* ubi etiam quod sic communiter observatur *d. authen. tutor,* & Augustl. Bero. *quæstio. 49. colu. 2.* ubi eam late probat, dicens esse veriorem, & æquiorem, & sequitur Antonius Pisanus *de tutor. & curat. quæst. 3. n. 14. & 15.* Et est receptior sententia *secundum Caldas, ubi supra, nempe in dicta l. si curatorem habens, in secunda parte tractatu de restitutione in integrum super verb. sine curatore constituto sub. num. 105.* ibi, *sed receptior est, pag. 1131.* Et hæc de iure communi.

Iure tamen Regio per nostram *l. 14. tit. 16. partita 6. in versiculo fueras ende.* Secunda opinio prædicta affirmativa videtur indistincte approbata, dum dicitur, *fueras ende si los padres eſſe ahlecreſſen en su testamento que los guardaſſen,* nihilominus tamen ex mente eiusdem l. Regiæ, & iuris communis, & ex ratione eorum, qui hanc opinionem tenuerunt, videtur limitanda, ut intelligatur, dummodo pater notitiam debiti habuerit: secus aliàs, id est, si ignoraverit: tunc namque etiamsi pater reliquerit debitorem, vel creditorem pupilli eius tutorem, vel curatorem, nihilominus talis esse non poterit, quia militat tunc adhuc ratio prohibitionis iuris communis, & Regii. Non enim videtur pater approbasse fidem eius, qualem esse ignoravit, *ut supra dicebamus,* ac proinde prædicta distinctio erit etiam observanda ad nostram l. Regiam, & iuxta eam erit intelligenda, ut viva ratione patet. Et ita bene placet Gregor. Lopez *ibidem in glossa, in fin. testamentat. ibi, bene tamen placet. & sequitur Molina Theologus de institia, & iure, secundo tractatu, disputat. 226. vol. 1306. in verſic. utrum autem.*

7 Satis tamen est, † aliunde sufficienter constare de scientia testatoris, quam ex verbis testamenti, ut cum Gregorio Lopez alios allegante, & tenet Caldas, & Molina, *ubi supra,* & est de mente scribentium fere omnium communiter (excepto Salyceto *in dicta authentic. minoris debitor, num. 9. ad fin.*) cum Guilielmo de Cugn. qui hoc idem voluit, dum dixit, *maxime si testator de credito in testamento mentionem fecisset,* ergo idem esse innuit, etiam si aliter sciverit, ut probat, & tenet Beroius *dicta quæstio. 49. ma. in versicule, & quod qualibet, usque ad finem quæstionis,* ubi etiam quod Saly. qui aliud voluit habuit verba Guiliel. de Cugn. corrupta in suo libro, & aliter se habebat, & ex præsumendum, Salycetum aliter dicturum fuisse, nisi eius liber mendosus fuisset.

8 Si tamen † sufficienter non constaret de hac scientia testatoris ex testamento, vel alias, præsumendum esset patrem id ignorasse ex regula iuris, quæ habet, scientiam non præsumi, nisi probetur, ac proinde debitor, vel creditor

creditor pupilli vel adulti non poterit esse eius tutor, vel curator testamentarius, *per supra dicta.*

9 Quarto † observandum erit, iura prædicta, & nostrâ l. Regiam habere etiam locum in fideiussora debitoris pupilli, quia iple debitor est, *ut in l. & magis, ff. de solutione* ac proinde tutor, vel curator eius esse non potest. Ita tenet Angel. *in dicta authent. ut hi, qui obl. prope fin. princip.* dicens ita fuisse iudicatum. *Aretin. in notab. & Iaſcolum. in d. si fideiuſſer. ff. de legat.* ubi dicit hanc esse magnam determinationem, si vera sit. Et tenet idem Iason, *in l. 1. n. 49. ff. si cert. pet. & ibi Decius in 1. lectura, n. 39. & Curt. Iunior n. 80. Alciat. 4. & Parp. n. 48.* Ex quibus hæc videtur esse communis opinio.

10 Quinto, † quod si filius tutoris, aut curatoris debitor, aut creditor esset minoris, & pater haberet usumfructum in bonis talis filii, non admitteretur ad tutelam, vel curam, secus si usufructuarius non esset, *ut eam Ang. & Gregor. Lop. probat Molin. ubi supra.*

11 Fallit † tamen regula præmilla nostræ l. Regiæ, & iuris communis in matre. Eius namque tutela, & si debitum inter ipsam & filios quoquomodo vertatur, non ideo minus admittitur, debito in sua natura durante, *text. in rubric. & nigro in authen. ut sine prohibit. mat. collatione, 7. & in authentica ad hæc C. quando mul. tut. officio fung. poss. Anton. Pisanus de tutor. & curator. quæstione 3. n. 16.* ubi loquitur etiam in avia *post glossam primam in dicta authentica ad hæc, per textum ibi, sequitur Gregorius Lopez in dicta lege 14. in glossa, deudores, ibi, atem limitat glossa,* ubi etiam cum glossa *in corpore. & communiter Doct. ibidem,* limitat etiam in patre, & avo paterno vel materno, propter affectionem, quæ suspicionem tollit: & ibi quoque limitat in filio, qui potest dari curator patri mente capto, vel furioso, *secundum Guilielm. de Cugn. in dicta lege cum in eo ff. de pact. & Salycetum in dicta authentica minoris debitor, colu. 1.* ubi quod si filii essent plures. Et addit Gregor. Lopez, quod in fratre debitore non limitaretur, sed ineo procedit prohibitio iuris, sicut in extraneo: Tandem quærens, an pater repellatur à tutela, eo, quod eius filius sit debitor, vel creditor minoris, resolvit cum Angel. quod si prædictus filius est emancipatus, vel in potestate, & ad patrem non spectat usus fructus, poterit esse eius tutor, secus autem si usus fructus spectaret ad patrem.

12 Filius † autem bene potest esse tutor, licet pater sit debitor, vel creditor, *secundum eum.* Et quod prædicta regula non procedat in matre, & avia, tenet Matthæus de Afflictis *decisione Neap. 207.* Secus in cognatis, *ut per Plotum de iure iurand. §. 9. n. 4. & Caldas in loco ſtatim citand. & Molina ubi supra,* qui idem probat cum communi in patre, & avis, tam paterno, quam materno, nempe, ut non repellantur à tutela.

13 Fallit † etiam prædicta regula, quando debitum esset modicum arbitrio iudicis, *argumento eorum, quæ congerit Palat. Rub. in repetitione rubrica de donat. inter virum, & uxorem, §. 11. n. 13.* Ita in terminis tenet glossa *in dicta authentic. ut hi, qui obl. in principio. verbo. gerens obligatum, Baldus in dicta l. cum in eo. n. 2. ff. de pact. Tiraquell. in tractatu de iudic. in rebus exig. pag. 61. versi. 33. & Anton. Piag. de tut. & curat. quæst. 3. num. 13. Caldas Pereyra de restitutione in integrum. 2. parte. pagin. 1131. vers. extenditur Molin. Theolog. ubi supra, & Greg. Lopez alios allegans in dict. l. 14. in glossa deudores, in principio, titulo 16. par. 6.* ubi cum Bald. limitat, nisi ante tutelam delata esset iam lis super debito, quia magnum videtur ex eo, quod sit de eo magna lis inter partes. *& Molin. ubi sup. d. col. 1306. in princ.* Quod non placet, si revera debitum esset parvum, quia lis non potest dici magna, nisi respectu eius, super quo litigatur.

14 Vade † lis non excusat à tutela, vel cura suscipien. nisi forte de omnibus bonis, vel de hereditate controversia sit, *text. in § item propter litem, Instit. de excus. tut. l. 2. tit. 17. partita 6.*

15 In † eadem l. Regia, ibi, *Otrosi no podria ser guardador de huerfanos el que fuesse obligado al Rey por razon que oviesse tenido, o tuviesse sus villeres, o sus heredades, o otra ren tas de que le oviesse a dar cuenta & c. Molin. ubi sup. col. 1307.*

16 Dubium se offert, † circa praxin, & intelligentiam horum verborum, quæ concordant cum *l. antepenult. & ibi gl. ff. de confirmatione tutor. text. etiam in l. fin. C. qui dar. tut. &c.* an intelligantur de colono privatæ rei principis, non vero de conductore prædii fiscalis: hic namq; non removetur à tutela per *l. colani, C. de excus. tut.*

Sed verius est, ut indistincte nostram legem Regiam intelligamus in utroque, nempe, sive sit conductor privatæ rei principis, sive conductor prædii fiscalis: tum quia nostræ ll. partitarum communiter accipiunt atque promiscue res privatas Regis, & res fiscales; cum de eis loquuntur, tum etiam, quia eadem ratio prohibitionis militat in utrisque, saltem in casu isto propter damnum pupilli, si res tutoris obnoxiæ essent Regi vel fisco, *ut tradit gl. d. l. penul.* Et in terminis ita tenet Gregor. Lopez *in d. l. 14. in gl. obligado al Rey,* ubi respondet ad dictâ *l. colani,* ut procedat, quando conductor prædii fiscalis, vel patrimonialis nihil ex hoc deberet fisco vel Regi, & non alias. Quod etiam videtur probari *in d. l. 14.* ibi, *de que oviesse a dar cuenta, & sequitur Molina, ubi supra* quamvis videatur contra generalitatem dict. *l. colani,* ibi, *ideog. in nulla tutela munera fungi debet.* Nihilominus tamen dispositionem d. l. Regiæ Hispan. servare tenemur. Et † contra tutor durante tutela, non potest vectigalia conducere, *text. in l. unic. C. ne tutor, vel curator vectig. conduct. & ibi Bart. & Alber. in rub. Greg. Lop. in d. l. 14. in gl. obligado al Rey, in fin. Barc. de decimis tutorum n. 2. n. 119. Fermin. de Gabell. 3. par. n. 7. Giron. de Gabell. 3. part. n. 16.* ubi hoc verum intelligit, dummodo ne Regiarum gabellarum fuerint conductores ante cuiam † & tutelam susceperam: nam tunc temporis bene potest conduct. prosequi, & non prohibentur ea uti, quia facilior est retentio, q̃ acquisitio *l. fin. ff. unde liber.* & semper cauſſa de præterito inspicitur, *ut late alias probavimus supra. l. 3. tit. 3. lib. 7. nov. collect. Reg. lib. 4. prag. quæſt.*

17 Quinimo † nec conductores gabellarum excusarur à tutela. *l. padonem §. qui vel legat. ff. de excusatione tutor & ibi Bart. & doctor. gl. in leg. semper. §. conductores. in verbo non debeant gaudere ff. de iur. immun. Bart. in leg. quisquis n. fin. C. ne tut. vel curat. &c. Gironda ubi supr. n. 17* ubi allegat gl. contrariam *in d. l. Colani, verbo, civitib. inſi. C. de excuſationibus tutorum,* cuius sententiam iaquit hodie probatam esse iure Regio *tit. 22. 23. & 35.* in novis Gabellarum punctuationibus, ubi noviter disponitur, q̃ gabellarum conductores, tam à tutelis, quam ab hospitibus excusationem habent, & voluit fortasse *d. l. 14. ubi, obligado al Rey, sit. 16. part. 6.* & ibi Gregor. Lop. & Lassarte *in addi. ad c. 18. de dec. ver. dil. n. 11.* quicquid aliud de iure communi esset *per l. padonem, §. qui vel. ff. de excuſ. tut.* Hoc tamen verum intelligit Lassarte de principalibus debitorum Gabellarum, non vero de minoribus, *ut ibi per eum.* Imo ipsi tutores, & curatores Gabellas conducere prohibentur, *ut in tit. Cine tut. vel cur. vectig. conduc.* ubi notat Bald quod si de facto conducant, falsi pœnam incurrunt, eo q̃ bona sua plurib. in solidum obligent, q̃ est speciale in hac materia, quia in alio crimen stellionatus committitur *l. 3. ff. de crim. ſtellio. refert, & ſequitur Matth. de Afflict. & cum eo Lassarte ubi supra.*

18 In † textu Regio, ibi, *Otrosi no puede ser guardador de huerfanos el caballero mientra biviere fuera de su casa ſirviendo al Rey o otra ſu Seynor en ſeruicio de caballeria.* Adde hoc procedere, & si ipse miles velit esse tutor, vel curator ut adhuc nõ possit, nec filegitim^s ſiu testamentar. vel alio modo dat^r *in summa textu. l. mil. arma. C. de lar. tut.*

vel

vel curator poſſ.text.in §.idem,& in milit.,Inſtitut.de excuſat.tut.

In texto, † ibi, *nin el que fueſſe occaſſionado*: velut iu-
21 minibus captus. *l.Iuuenibus,C.qui dar.tut.l.1.& 2 Codic. qui morbo ſe excuſ. lib. 10.* ſecus ſi oculum tantum ſimiliſſet. *l.frater,C.de excuſat. tut.*

In text. † ibi, *o embarcado de ſuperſona, o en otra ma-*
22 *nera de qualſquiera que no pudieſſe en tender en vraba jarſe en pro de ellos*: Adde tex. *in §. item propter adverſam valetudinem vbſtat.de excuſat. tut.* Echac noſtra lex intelligi debet de morbo perpetuo: nam in temporali interim datur curator, *juxta gloſſ.in dict. §. item propter. ubi ſed furor non excuſat.* ſed interim curator datur. Ita notat atque noſtram legem intelligit Gregor. Lopez *in d. l. 14. gloſſ.final.tit. 16. part. 6.* & eſt expreſſa de hoc, 13. ſupra eodem tit. ad fin. ibi: *ſi enformaſſe ca eſtouze pueden le dar otro guardador*, &c. ut diximus.

23 Excommunicatus † etiam tutor eſſe non poteſt, *ſecundum Philipp. Decium in c. inter eximia, n. 56. de judic.* Cum enim et non communicemus interponet auctoritatem, ne quiret eſſe tutor vel curator, *ſecundum Lanfrancum in cap. quoniam contra c. 4. nu. 17. & probat ut eos refert & ſequitur Antonius Pragius de tut. & curat. quæſt. 3. num. 26.* Hæc autem ratio tantum obtinet in publice excommunicato nominatim & denuntiato, & in notorio clerico percuſſore, cum quibus tantum communicare prohibemur: non vero in eo excommunicato, qui nominatim excommunicatus non ſit, neque denuntiatus, juxta Concilium Conſtantienſe Martini quinti, de quo *in extravagant. ad tollendas ſcandala, ut late declaratum lib. 1. canonicarum quæſtionum, capit. primo per totum.* Vnde ratione ceſſante occulte excommunicatus, vel etiam publice, non tamen denuntiatus tutor vel curator eſſe poterit.

24 Similiter † non habens teſtamenti factionem, tutor eſſe non poteſt, *lege teſtamento tutorum, 21. ff. de teſtamentis tutorum*, ubi inquit textus, teſtamento tutores ii dari poſſunt, cum quibus teſtamenti factio eſt: ergo a contrario ſenſu, qui non habet teſtamenti factionem, tutor eſſe non poteſt. Quod intelligit gloſſa unica, ibi *de teſtamenti factione paſſiva*, id eſt, qui capere non poſſit ex teſtamento ſecus de teſtamenti factione activa, ut in filiofamil. qui iure communi teſtari non poteſt, & tamen poteſt eſſe tutor, *textus in principio Inſtitut. qui teſtament. tutor. Philipp. Corneus conſilio 17. num. 14. libro ſecundo*. In his enim, quæ publici juris ſunt, non curamus de patria poteſtate, *l. nam quod, §. final. ff. ad Senat. conſult. Trebell. l. filiusfamil. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & illa eſt communiter a DD. recepta, *ſecund. Ant. Prag. de tut. & curat. quæſt. 3. n. 32.* Mulier etiam, & alii
25 prohibiti, de quibus egimus ſupra, licet † habeant teſtamenti factionem paſſivam, tutores eſſe prohibentur. Alia ratione ſervus quoque, cum primum tutor aut cu-
26 rator fine libertate † a domino ſuis relictus eſt, libertatem conſequitur favore pupillorum, *ut habetur in leg. pen. §. cum igitur, C. de neceſſ. ſerv. hered. inſtit. leg. 7. tit. 16. partita 6.* ubi diximus. Vnde hac ratione, quod remaneat liber, tutor eſſe poteſt, non quod tanquam ſervus ſit capax huius officii, *ut in dicta lege penultima, §. cum igitur ita Ant. Pragius, ubi ſupra.*

27 Qui cauſſam mutaverit, † ut puta datus a patre, qui de amico factus inimicus, aut ex diverſo factus eſt pauper non eſt confirmandus, *textus in lege pater heredi, §. fin. ff. de teſtamentis tutorum.* Et quod ob inimicitiam inter patrem minoris, & tutorem, & curatorem contractam adminiſtratio removeri poſſit, tradunt Bartol. & Doctores *in leg. tutor. §. ſi tutor, ff. de ſuſpect. tutor. ſequitur Socin. junior conſ. 59. circa 1. dubitationem, n. 39. lib. 3. & Anton. Prag. dict. quæſt. 3. n. 34.*

28 Repellitur † etiam a tutela & cura adverſa valetudine impeditus, & ſic, qui non eſt idoneus facultatibus ſuis quidem, pro animi, aut corporis valetudine adminiſtrandis, *l. 2. §. is illud C. quando mulier tutor. offic ſung. poteſt, tradit Soc. jun, conſ. 16. viſo themate n. 25. lib. 2. Ant. Prag. ubi ſupra n. 32. leg. 13. ad fin. tit. 16. partita 6.* ibi, *o tal que oveſſe de ver tanto en lo ſuyo que no pudieſſe alinnar los pienes del huerſano*. Sed illud de adverſa valetudine impedito intelligi debet, ut præximus, *n. 22.*

Iudæus etiam † repellitur ſaltem hodie a tutela Chri- 29
ſtiani, *ſecund. Bart. in rubr. n. 2. ff. de juſti. & jur.* ne pravis moribus pupillum & iudaicis ſuperſtitionibus erudiat. Et quamvis Fulgoſ. & Mart. Laud. *in d. rubr.* contrarium probent ex tex. *in l. ſi Adonem, §. jam autem & ibi gl. verbo, non Iudæorum, ff. de excuſ. tut.* nihilominus tamen opinionem negativam Bar. veriorem eſſe, atq; eam plures ſequuntur, conſtat ex Covar. *in Clement. ſuperioſus, r. pr. lect. §. 2. nu. 7. in verſ. ſed quæritur an Iudæus de homic.* & Io. Oroſc. *in d. rubr. & de juſti. & jur. num. 7.* Ex quibus hæc communis ſententia appellari poteſt. Inter tutorem namque & pupillum, curatorem & adultum adeſt nimia familiaritas, quæ interdicta eſt Chriſtianis cum Iudæis, *text. in c. adhac, & in cap. nullus, 28. quæſt. 1. ut a Pl. agnia, dict. qua. 3. n. 60.* Neque obſtat dict. §. *jam autem*, quia loquitur ſecundum illa iura antiqua, non vero ſecundum iura hodierna, cum tutor iurare debeat tactis Evangeliis, quod non præſtaret ludæus *ut in auth. ut hi, qui obliga. §. fin. collat. 6.* Ita reſpondet Bartol. *ubi ſupra* cum quo tranſeunt ceteri.

Maritus etiam † & ſi rebus uxoris ſuæ debeat affectio- 30
nem, attamen curator ei creari non poteſt, *l. 2. incip. maritus. C. qui dar. tut. & c. virum, ff. de curator. furioſ.* Sic etiam datus curator nurui ſuæ poſt contractas † nu- 31
ptias, debet ſe excuſare, ne incidat in infamiam, *l. licet 17. C. de excuſat. tutor. gli in d. l. 2.* ubi aſſignat rationem ad dict. *l. 2.* quia ſi male gerat vir, uxor propter affectionem reintitteret, Et decidionem *d. l. 2.* cum præ dicta ſua ratione approbat expreſſa lex tertia, *ad fin. tit. 17. part. 6.* in hæc verba, *E ſobre todo dezimos, que el marido non deve ſer dado por guardador de los bienes de ſu muger que fueſſe menor de edad porque ſoſpechamos que la muger por amor que ha a ſu marido, no le demandaria en mienda del danno, o del menoſcabo que fuzieſſe en ellos que ſe podria denaria todo de ligero: Eporende deve pedir el marido al juez que de a los bienes de ella otro guardador que ſea ſin ſoſpecha.*

Ex quibus iuribus conſtat, non tantum maritum excuſationem habere a cura uxoris ſuæ, licet eiſe immiſcear, *ut in §. idem reſcripſerunt Inſtitut. de excuſatio. tutor.* ſed etiam cum curatorem eſſe non poſſe uxoris ſuæ ut patet ex dict. *l. 2.* ubi, *attamen curator ei creari non poteſt, & d. l. Regia*, ibi, *Non devo ſer dado por guardador de los bienes de ſu muger, &c.* Quæ verba ſunt prohibitiva ob damnum minoris evitandum, non vero ſunt dicta ob favorem tantum mariti, ut innuebatur, *in d. §. idem reſcripſerunt*, cuius diſpoſitio intelligenda & ampliauda eſt iuxta deciſionem *d. l. 2. & noſtra lege. Regia*: nempe, ut non ſolum maritus excuſari poſſit a cura uxoris ſuæ minoris 25. annorum, ſed quod etiam eius curator eſſe non poſſit, licet velit, ob prædictam rationem.

Non tamen prohibetur † maritus dari curator ad li- 32
tem uxori ſuæ, quia ceſſat tunc ratio dictarum legum. Et ita in praxi ſervatur *ſecundum Bald. in leg. prima, in fin. ff. de excuſatio. tutor.* quam ad hoc refert, & ſequitur Gregor. Lopez, *in dicta l. tertia, gloſſ. fin. tit. 17. part. 6.* ubi limitat, quando lis, ad quam maritus datur curator, eſſet magni præiudicii, quia tunc forte ex ratione, ibi poſita, *Porque ſoſpechamos, &c.* idem dici debet, quod de curatore bonorum, *prout etiam voluit Salycet, in dicta lege maritus.*

Deinde † *an vitricus poſſit eſſe tutor ſui privigni*, magna 33
contentio eſt inter noſtros Dd. quod late diximus reſolventes quid tenendum ſit, *ſupra e cap. 1. num. 77. cum pluribus ſequentib. an verſic. ſupereſt nunc, ut videamus, &c.* Ideo ad ibi dictalectorem remittimus.

Ulterius † ex dicta *l. 3. in fin. tit. 17. part. 6.* ibi, *e por ende* 34
dene pedir el marido alinez que de a los bienes de ella otro guardador que ſea ſin ſoſpecha, deducitur manifeſte, quod per contractum matrimonii minor non efficitur maior, ad hoc, ut liberetur a curatore, quem antea habebat. Idem probat Roderic. Suarez. *in l. 9. tit. 11. lib. 5. fori. §. notanda ulterius*, probat latiſſime iuri communi, & Regio Joan. Parlado *lib. 1. ver. quæſt. 12. per tot. & Greg. Lopez. in l. 3. tit. 15. part. 2.*

Pro contraria tamen parte ſolet allegari *l. 6. tit. 7. part.* 35
7. ibi: *eſto es por que el huerſano de ſpues que es caſado trae ſu muger a ſu caſa, e non recibe embargo ninguno en demandar cuenta a ſu guardador de todos ſus bienes*. Ex qua lege hanc ſecundam partem probant Didac. Perez. *in l. 5. tit. 11. lib. 4. ordin. col. 1522.* dicens, quod de ſtylo huius regni hodie non ſervatur, quod requiratur ætas 25. annorum, cum matrimonium ſuppleat ætatem, *ut in d. l. 6. & præterea conſtat ex verbo, poſito, in l. 47. Taur.* ibi: *en todas las coſas para ſiempre*. Et ſic, quoad omnia, quæ ei inducunt ſubiectionem & impedimentum adminiſtrationi rerum ſuarum ſuæque familiæ, exteudi debet, & cum præſit familiæ per matrimonium, non eſt æquum, nec decens, ut aliis ſubiiciatur, & ideo poſt relationem ſunt ei reſtituenda omnia cum uſufructu, *ut in l. 48. Taur.* Et tandem pro hac parte allegat D. Seguram *in l. unum ex familia, §. ſed ſi fundum, num. 24. verſic. 3. quod autem. ff. de legat. 2.* Et inquit ultimo Didac. Perez. quod ita pluries vidit in hoc regno hanc quæſtionem a iudicibus diffinitive deciſam, Eandem opinionem voluit Monterroſo *in ſua praxi, ſexto tractatu de deſcriptura publicas, fol. 121. col. 1. ad fin.* & Molin. *Theolog. etiam ubi ſupra de juſtit. & jur. 2. tract. diſp. 221. col. 1368. in verſic. hac tamen bodie*, & Baeza *de inobed. debit. cap 14. num. 4.* Nihilominus tamen prior ſententia verior, & tenenda eſt in praxi *ex d. l. 3. tit. 17. part. 6.* quam forſan non vidit Didac. Perez. aut ſaltem eius non meminit, quæ expreſſior eſt, quam *d. l. 6.* in contrarium allegata, cui reſpondet Parlad. ubi ſupra tenens expreſſe contra Didac. Perez. Et meo iudicio nihil obeſt. *dicta l. 6.* dum dicit: *e non eſtobe embargo ninguno en demandar cuentas a ſu guardador de todos ſus bienes, &c.* quia non dicit: *ante ætatem legitimam 25 annorum*, nec illa lex de hoc agit, ſed principaliter de pœna adulterii, quam incurrit tutor, qui ſuam minorem filio proprio in uxorem dedit. Hoc namque limitat ibi textus, quando curator minoris, eum dedit maritum filiæ ſuæ, quia minor, poſtquam matrimonium contrahit, ducit mulierem in domum ſuam, *e no recibe embargo ninguno en demandar cuentas a ſu guardador de todos ſus bienes: lo que no pudiera haz ar tan literamente la huerſana deſpues que fuere caſada con el con ſu marido*, ut alias dicebant Dd. *in l. curatorem. C. de interdict. matrim.* Unde intelligi debet lex illa juxta alia iura, quibus cautum eſt, curam minoris finiri, 25. ætatis ſuæ anno, *ut in l. 12. ad fin. & in l. 13. hoc tit. 16. part. 6.* Nec contrarium expreſſit *d. l. 6.* Unde non fuit eius mentis corrigere in hoc deciſione generalem dictæ legis 12, & 13. nec id voluit, ſed tantum, quod ipſa ſonat, ut præximus. Correctio igitur nullo modo eſt inducenda, præcipue in leges partitarum, niſi expreſſe fiat, *ut alibi diximus.* Et quod ad praxin attinet Rodericus Suarez. *ubi ſupra*, aſſerit, quod in practica non vidit hucuſque obtentum filium, vel filiam per matrimoniam cenſeri maiorem, quod autem in contrarium affirmat vidiſſe deciſum Didacus Perez. Forſan ſic contigit parte non opponente, vel defacto, De iure namque nullo modo minor per contractum matrimonii liberatur a cura, ſed quidem mulieri carenti curatore, debet peti a marito, ut detur curator ſine ſuſpicione, *ut in d. l. 3. in fin. tit. 16.*

nulloque jure cavetur, quod per contractum matrimonii liberetur minor à cura ſibi provida ante vigeſimum quintum annum. Fateor, ſæpe me vidiſſe, curatores ipſos rationem reddere minoribus, qui matrimonium contraxere ante ætatem legitimam, & maritis earum. Hoc autem ſponte fit, & plerunque cum ſecuritate indemnitatis, non vero coacti curatores hoc faciunt, nec poſſunt invito ad hoc compelli in contradictorio judicio per prædicta. Sed imo eſt textus expreſſus in contrarium, qui hanc quæſtionem dividit & diximit, *in l. 1. verſic. apparet, junctal. 2. ff. de minoribus*, quorum verba ſunt hæc: *apparet minoribus viginti quinque annis tum (hoc eſt, prætorem) opem poſſicere. Nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtat. Et ideo hodie in hanc uſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur: nec autem ei ſua adminiſtratio eis committi debet, quamvis bene rem ſuam gerentibus.* Sequitur *l. 2. nec per liberos ſuos rem ſuam maturius a curatoribus recipiant: quod enim legibus cavetur, ut ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur, ad honores Divus Severus pertinere ait, non ad rem ſuam accipiendam*, quem textum ad hoc allegat Moran. *in l. Regia Toleti, de los terminos, 6. fundamento, 2. part. ſub n. 10.* dicens, eum didiciſſe ab egregio, & erudito Doctore Benedicto de Caſtro cathedratico Primario in facultate Cæſarea Salmantica. Sed eſt alius expreſſior & clarior textus ad idem *in l. 3.* incipit, *cum proponas, C. de inter dicto matrimonio inter pupillum & tutorem*, ubi fuit datus curator ſocer nurui ſuæ minori viginti quinque annorum poſt ſuſceptos liberos ex illo matrimonio, & probat lex, non ex eo vitiare matrimonium rite contractum, ſed tantum, ut omnis ſcrupulus auferatur, debet peti alius curator loco ſoceri, qui repetat rationem negotiorum, eo, quod fuerit ſubſtitutus.

Quod † ſi objicitur, magnum inconimodum mino- 35
ri manere ex eo, quod dicat, ſe non habere, unde oneribus matrimonii, & domeſticis impenſis ſuppeditare poſſit, reſpondebitur, curatorem minoris huiusmodi cogendum eſſe, ut adultæ vel adulto id poſtulanti juxta vires facultatum ſuarum alimenta, & ſumtus impertiatur, *ut in l. curat. ff. de adminiſtrat. tutor. & l. fin. C. de aliment præſtant. d. alimont. ff. ubi pupill. educ. deb. l. 20. tit. 16. part. 6.* eritque cauſſa ſummaria & locus appellationis non dabitur, *ut in terminis tradit Parlad. ubi ſupra, numer. 4. ad finem*, ubi *num. 5.* quod poterit etiam minor in hac ſpecie ſibi conſulere veniam ætatis a Principe impetrando: nam tunc temporis a poteſtate curatoris liberabitur, & per hoc rationes ab eo exigere poterit.

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores variis ex cauſſis excuſantur.*
2 *Numerus quinque liberorum excuſat a tutela vel cura, in quo numero computantur liberi in bello amiſſi.*
3 *Numerus duodecim liberorum an excuſet a muneribus patrimonialibus & etiam a tributis.*
4 *Excuſantur ſive receptores redditumm Regalium, legati & judices excuſantur a tutela cura, & hi tamen excuſationem tutelæ ante ſuſcepta non habent, ut in numero 5.*
5 *Profecturus longe in ſervitium Regis, vel cauſſa Reipublicæ excuſatur a tutela, vel cura pro tempore abſentia, interim tamen minoris & ſua bona ſub cura alterius debet relinquere, qui bene curet: reverſus tamen eos recuperat, & ſub cura habebit ſicut prius, excuſationem tamen habebit ab aliorum tutela vel cura per annum.*
6 *Lis magna ſuccedens inter tutorem vel curatorem, & minorem ſuper tota hereditate minoris, vel magna parte ejus, excuſationem præbet.*
7 *Lis*

1 *Tria onera tutelarum vel curarum non affectata excusant: non tamen præstant vacationem ab aliis muneribus publicis, ut in num. 9. nec quando ante excusationem finita est una tutela vel cura trium prædictarum, ut in num. 10.*

11 *Tutela una sufficit ad excusationem secundæ, si tam diffusa & negotiosa illa sit, ut pro pluribus cedat.*

12 *Fide-iussio tutelæ non connumeratur in numero trium tutelarum ad excusationem quartæ.*

13 *Paupertas excusat à tutela vel cura, quando quis nihil habet in bonis, nisi quod acquirit labore manuum suarum, ærarium tamen non excusat hac paupertate, ut in num. 14.*

15 *Infirmitas perpetua excusat à tutela vel cura.*

16 *Cæcus, mutus, surdus, furiosus, aut valetudinarius deponere potest tutelam susceptam antea.*

17 *Nesciens legere, & scribere, quando excusationem habeat à tutela vel cura.*

18 *Inimicitia capitalis cum patre minoris excusat à tutela vel cura, & quæ dicatur inimicitia capitalis, ea proposito declaratur, num. 19. nisi in tutore in testamento relicto, ut in num. 20. præterquam si post testamentum inimicitia orta sit, ut num. 22.*

21 *Tutor relictus ab inimico suo nuper reconciliato iam mortuo non habet excusationem tutelæ.*

23 *Quæstio statim tutoris passiva vel activa tribuit excusationem tutelæ vel curæ.*

24 *Major septuagintà annorum, & minor viginti quinque annorum excusationem habet à tutela vel cura.*

25 *Miles in curia Regis existens, vel alibi ejus mandato, vel ex causa Reipublicæ excusationem habet à tutela vel cura, imo nec volens admittitur ad prædictam tutelam vel curam.*

26 *Magistri Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialectices, vel Physices docendo, & operando per eam in sua patria vel alibi, iussu Regis: nec non & Doctoris legum servientis Regibus tanquam iudices vel consiliarii, & Philosophi, qui docent scientiam naturalem excusationem habent à tutelis & curis, dummodo prædicti Magistri & literati doceant, & exerceant officium suum, ut in num. 27.*

32 *Docentes in publica Universitate, censentur docere de mandato Regis, quomam Regia auctoritate constituuntur Universitas.*

29 *Eminens in qualibet disciplina ubicunq; doceat, excusatur à tutela & cura.*

30 *Tutor exiens à tutela alicuius minoris invitus non cogitur esse curator deinceps ejusdem minoris, etiam si paterfamilias, qui tum tutorem dederit, in testamento adjecerit, se eundem curatorem dare.*

31 *Maritus non debet esse curator suæ uxoris.*

32 *Conductor gabellarum à tutela excusatur.*

33 *Excusatio tutoris vel curatoris intra quantum tempus, & quomodo propona debeat. & de praxi in hoc servanda, num. 34.*

35 *Tutor vel curator administrans vel patiens se confirmari, præiudicat sibi in excusatione.*

36 *Cautela Capolle ad hoc, ut invitus qui non cogatur suscipere tutelam vel curam procurande, ut non repetatur aliquid, quia pro eo velit fidejubere, improbatur, nisi adsint aliquæ circumstantiæ.*

37 *Propinquior, also date tutore, intra quod tempus petere possit tutelam.*

CAPVT XXI.

De excusatione tutorum & curatorum.

1 TUTORES † & curatores variis ex caussis excusantur, ut patet in legibus, *ff. tit. 17. part. 6. & ff. C. & Instit. de excusat. tutor.* plures congerit Molina Theologus *de iustit. & iur. tract. 2. disp. 222. col. 1368. cum seq.* de quibus hic agemus.

La † primera es, quando aquel que es dado por guardador a cinco hijos legitimos y naturales vinos, en este numero entran los partitos en batalla en servicio de Dios e del Rey, l. 2. ibi; L. a primera es. tit. 17. part. 6. quæ concordat, *cum l. 2. §. remittit, ff. de excusat. tutor. text. in princ. & in §. 1. Instit. eod. tit. & in l. 1. (. qui num. lib. 5. excusf. lib. 10. l. amicissimos, §. ult. de excusat. tutor.* ubi quod tres liberos habens superstites Romæ, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque, potest excusari à tutela vel cura, exemplo ceterorum munerum: nam & tutela & cura est munus publicum adoptivi tamen non prosunt, item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris succedant, ex filia non prosunt, *& in d. l.* quod filii in bello amissi, illi tantum prosunt, qui in acie amittuntur: hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Idem probatur *in l. bello amissis, ff. eodem titulo.* 1

Hic † tamen numerus liberorum excusat tantum à muneribus personalibus; numerus autem duodecim liberorum excusat à realibus & patrimonialibus, *ut in l. si quis decurio, & ibi gloss. C. de decurionib. lib. 10.* ubi inquit lex, *si quis decurio, pater sit duodecim liberorum, honorarissima munerum quiete donetur,* & inquit glossa, *munerum*, ibi, *etiam patrimonialium:* quæ lex, licet loquatur in decurione, procedit etiam in quocunque duodecim liberorum parente, licet is decurio non sit, *secundum Bart. ibi, ubi idem sentiunt Lucas de Penna, & Ioann. de Platea. idem Bart. in l. semper, §. 1. de iure immun. Anchar. in cap. licet de censib. Guido Pap. quæst. 401. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. versic. adverte, num. 55. Angel. Aret. in princ. Instit. de excusat. tutor. num. 4.* ubi asserit, sic in practica obtinuisse, & servandam esse hanc Bartoli opinionem, quæ tanquam benignior videtur sequenda: *secundum Gregor. Lopez. in d. l. 2. in gloss. Cuncto fisi, ad fin. tit. 17. part. 6.* Et est communis & in iudicando, & consulendo ab ea non est recedendum, *secundum Iason. l. scienda, §. fin. num. 7. ff. qui satisd. cogantur.* Communem etiam fatetur Joan. Maurit. *in repet. d. l. (. multi. in quo loc. mun. lib. 10. pag. 142.* Eandem sequitur & communem affirmat Anan. *consil. ult. col. 1. & 2. & ille Bologn. in addit. ita fatur etiam communem Roland. a Valle consil. 90. num. 55. lib. 1. & D. Covarru.* licet contra eam teneat *in 4. de sponsal. 2. part. cap. 8. in princ. num. 1.* Et inquit Avend. *cap. 19. prat. num 26.* quod licet de jure Regio hæc opinio non procedat, ita tamen practicatur, quia dantur quotidie mandata in consilio supremo, ut habens duodecim liberos, excusetur ab oneribus realibus. Iudices tamen inferiores hoc non practicabunt, secundum eundem Avend. *2. part. cap. 14 prator. num. 34.* & Jal. *ubi supra, anum. 3. cum seq.* late agit, an hæc communis opinio procedat, etiamsi aliquis eorum filius moriatur, nec non & Alciatus *regul 1. præsumtione 36.* Et hoc privilegium extendit Didacus Perez. *in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. colum. 97. versicul. subinfertur etiam ad uxorem patris duodecim liberorum, eo defuncto.*

Alii vero existimant, numerum duodecim liberorum excusare decurionem tantum à muneribus patrimonialibus: *ut in d. l. si quis decurio*, quæ in decurione, patre duodecim liberorum tantum loquitur: Alii vero, si numerum decem & sex liberorum habeant, *ut in l. semper, §. demonstratione, & ibi Bart. ff. de iur. immun.* Ita videtur tenere gloss. *in l. 1. (. qui num. liber. lib. 10.* & firmat Bald. *in d. l. si quis decurio, & alii quos refert Ioan. Andreas in reg. decet, in mercurialibus. de regulis iuris, in 6. & Ioannes Maurit. ubi supra*, sed & Guido Papæ *dicta quæst. 401.* scribit, consuetudine & moribus non esse receptam opinionem, quæ deducitur *ex dicta leg. si quis decurio.*

decurio. Communis tamen sententia præcedens idem habet in eo, qui decurio non sit, ut ex ejus auctoribus patet, & affirmat Covarruvias *ubi supra.* Fatetur tamen ipse ibi, quod & si aliquando eam in praxi sequutus fuerit, modo eam falsam esse opinatur, existimans numerum duodecimum, aut decimum sextum liberorum non excusare quenquam à muneribus patrimonialibus, neque ab his exactionibus, quas vulgo, *Pechas*, appellant. Nam communis sententia minime probatur *in d. l. si quis decurio*, quæ vere loquitur in decurionibus, in quo distinguitur à Iurisconsulti responsio *in dict. §. demonstratione*, ubi requiritur numerus sedecim liberorum & tamen utraque responsio, ut palam est, non agit de muneribus patrimonialibus, sed de personalibus, & municipalibus, quod apertius constat ex constitutione *C. Theodos. lib. 12. tit. 1. l. 55.* ubi ita legitur: *qui pater sit duodecim liberorum, non modo ad curam non vocetur, verumetiam si sit decurio, honoratissima quiete donetur*, Deinde & suam opinionem potissime instruit, inquit Covarruvias, auctoritate Iurisconsulti, *in l. in omnibus, ff. de vacat. muner.* ubi dicitur, quæ patrimoniorum sunt onera, filiorum numero non excusantur, *& in l. neque. & in l. qui communitatem, C. de muneribus patrimonialibus lib. 10.* Ego huic opinioni Covarruviæ & sequacium libentissime adhæreo. Est enim verissima & tenenda: neque unquam vidi, communem contrariam in praxi servari aut decerni provisionem Regalem juxta eam. Esset enim iniquum plebejos Tributarios majori onere prægravare propter præcensam exemtionem illius, qui quillo jure, imo potius contra ipsa jura exemtionem habere prætendit. 3

4 *La † segunda es, quando el tutela, curaduria es de renta Realen, e los que son sus mandegeros, y los que han de juzgar y cumplir la justicia por obra.* Ita cavetur *ibi, l. 2.* ibi; *Otrosi se pueden excusar.* De primis idem probat *§. item divus, Instit. de excusat. tutor.* ubi Angel. Aretin. inquit, hoc procedere etiam in administrantibus res fiscales, quam res patrimoniales Principis. *L. administrantes, in princ. ff. eodem tit. l. bene a Zenone, C. de quadrien. præscript. sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 2. in gloss. Del Rey.* De secundis, hoc est, de legatis, idem probat textus *in §. item qui Reipublicæ, Instit. eod.* De ultimis, hoc est, de judicibus, textus *in §. qui potestatem, eodem titulo.*

5 Quod † si aliquis horum trium ante officium susceptum esset tutor vel curator minorú, excusationem tutelæ vel curæ jam susceptæ non habet: textus *in d. l. 2.* ibi, *Pero si alguno dellos*, textus *in dict. §. item qui Reipublicæ*: ubi tamen dicitur, quod à tutela vel cura excusantur, quatenus Reipublicæ caussa absunt, & interea curator loco eorum datur, qui si reverti fuerint, recipiunt onus tutelæ, neque anni habent vacationem. Nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati. Quæ declaratio, etsi omissa fuerit à dicta lege Regia 2, attamen juxta eam interpretationem juris communis omissi, intelligenda est nostra lex Regio, nempe, quod interim, durante absentia caussa Reipublicæ, à tutela vel cura excusentur, qui prius erant tutores vel curatores, & interea curator loco eorú detur, & reversi recipiant onus tutelæ, *ut in dict. §. item qui Reipublicæ*, & probatur *in l. duodecima. ad finem, versicul. Fuera ende tit. 16. part. 6.*

6 *La † tercera es excusacion es de aquellos que estiessen de ver en servicio del Rey por su mandado a alguna parte que fuesse muy lueñe: fuesse alla por servicio o por pro communal de la tierra o en que hiue: por que a este deuenle attender hasta que venga: pero deue dende ayr los moços e sus bienes en guarda e en recado de tal ome que piensi bien dellos de mientra que el tornare, e quando viniere deue cobrar e auerlos, huerfanos en su guarda bien assi como los tenia en antes e desde aquella saz. en que viniere hasta un anne no le deuen dar otro huerfano nuevamente en guarda: pero si el mismo de lo recibir.* Ita disponit dicta lex secunda *in versicul. Otrosi decimos que si alguno guardador, titul. 17. part. 6.* quæ concordat cum *d. §. item qui Reipublicæ, Institut. de excusat. tut.*

La † quarta es, si fuere de tutela y curaduria es, si fuere dicho esse alguno pleyto grande de nuevo entre el guardador del huerfano sobre toda la hurtedad del moço, o sobre alguna partida grande de ella, ut in dicta lege 2. *in versic. Otrosi decimos que si alguno fuesse, titul. 17. part. 6.* & lege *propter litem, ff. de excusat. tutor. & §. item propter litem, Institut. eod. tit.* 7

La † quinta excusacion es, si alguno estuesse tres guardas de huerfanos porque entonces sele quisiessen echar otro bien se puede escusar de esta quarta. Ita disponit dicta l. 2. ibi *e aun dezimos, & la tercia, & la si duas. & la si quis an prahe. ff. de excusat. tutor.* textus in *§. item tria onera, Instit. eod. tit.* ubi hoc declaratur, ut procedat quamdiu prædicta tria onera tutelæ non affectatæ vel curæ, administrantur de affectatis & procuratis. Videndus est Jal. *in l. si servus plurimum. §. si quis ante, num. 3. cum seq. quentib. ff. de legat. 1. & Felin. in cap. fin. de testibus. Capol. tract. 4. & Ripa in cap. cum Marthæus de constit.* Hæc tamen tria onera tutelarum non præstant vacationem ab aliis † muneribus publicis, auctoritate, & utilitate *l. 2. & ibi Joan. de Platea, C. de excusat. num. lib. 10.* 8 9

Hæc † tamen quinta excusatio, telum scilicet tutelarum, non procedit, quoties ante, quam tutor se excusaverit à quarta, finita est una ex prædictis tribus, qua ejus pupillus decessit, tunc quarta tutela succedit in locum illius finitæ: nam ipso jure tutor est, & antequam excusetur, *d. §. si quis in princ. & ff. de excusat.* 10

Præterea † una tantum tutela sufficit ad excusationem secundæ, si tam diffusa & negotiosa illa sit, ut pro pluribus cedat, *ut in l. si is qui, vers. et ceterum.* 11

Observandum † est etiam in hac materia, quod quamvis tres tutelæ excusent à quarta tutela, *ut in supra adductis iuribus*, fide-iussio tamen tutelæ non enumeratur in numero tutelarum, quia licet quis sit fide-iussor tutoris, ac proinde in debitor, non tamen est tutor, nec habet officium tutoris, *iuxta text. in l. ff. adionem, ff. si servus, ibi, quem admodum nec fide-iussor tutelæ. ff. de excusat. tut. & ibi notat Bart. in fin. & antiq. idem Bart. in l. 1. num. 34. ff. si certum petat.* ubi addidit, dicit, hanc esse communem opinionem. Idem profitentur ibidem communiter Doctores, & eam sequitur, & magis communem esse affirmat Franciscus Marc. *decis. 490. num. 2. & 12. in 1. part. decisionum.* 12

La † sexta es excusa de la tutela, y curaduria es, si fuesse tan pobre que no ouiesse al por que quanteseer sinon por la labor de sus manos dicta lex secunda, *in versic. Otrosi si alguno fuesse tan pobre*, concordat cum textu *in §. sed & propter paupertatem, & ibi gloss. Instit. de excusat. tutor. Avendan. cap. 14. prat. sub num. 55. ubi item alii. 2. par. cap. prator*, sed paupertas † tamen non excusat pauperes, *secundum Greg. Lopez in d. l. 2. in gl. manda.* 13 14

La † septima es, del enfermo de tal enfermedad, que nunca pudiesse guarescer, ut in dicta l. 2. *vers. Otrosi se podria escusar.* Idem probat textus *in d. §. item propter adversam valetudinem, Instit. de excusat. tut.* Post † susceptam tamen tutelam, cæci, sint muti, aut surdi, aut furiosi, aut valetudinarius, deponere tutelam potest, *l. post susceptam, 25. de excusat.* 15 16

La † octava es, del que no sabe leer ni escreuir, si fuesse tan simple, e tan nescio que no se tuuiesse a traer de la guarda con recado. ut in d. l. 2. idem probat erat simpliciter textus *in §. similiter, Instit. de excusat. tut.* loquens de eis, qui literas nesciunt, ut iis excusationem habeant, quamvis & imperiti literarum possint administrationem negotiorum suscipere, sed debet intelligi textus hic juxta 17

textum *in l. athleta. §. fin. ff. eod. ibi, ejus qui se negat literas scire, excusatio accipi non debet, si modo expers non sit negotiorum*: tunc itaque demum nesciens legere, & scribere tutor esse non potest, & excusatur à tutela & cura, quoties simul est expers negotiorum: alias secus: quamvis legere & scribere nesciat, ut constat ex dicto §. *fin.* & nostra lege Regia: Et ita merito rustici sagaces non excusantur, *juxta gloss. memorabilem, in §. fin. verbo, interdum, ibi, & in rustico. Nam quidam sunt sagaces*, communiter approbatâ, ut plurimos referens adversus alios nonnullos affirmat Padilla *in l. fin. num. 6. C. de jurisd. & fact. ignorant.* ubi considerat bonas leges Regias pro illa gloss. nempe *l. 29. tit. 6 en el labrador simple, tit. 14. part. 1. & in l. 13. tit. 7. part. 6. tit. 6 si fuesse villano nescio.* Sed est melior & expressior lex in terminis nostris, nempe dicta lex secunda, *in verbis supra relatis*, quæ vere opinionem glossæ probat.

18 *La † nona razon legitima para escusar se uno de ser tutor, y curador de otro es, si tuviesse animo de ir en enemistad capital con el padre de aquel que le quisiessen dar en guarda.* Idem probat textus *in §. inimicitiæ, Instit. de excusat. tut.* Et hoc dummodo rei conciliatio non intervenerit, ut ibidem expresse decidituR.

19 Capitalis † autem inimicitia in proposito dicitur, *quando aquel que es dado por guardador dei huerfano actuo sal padre del de cuyas que fila fuessen probadas le deuian matar por derecho, o ser mal infamado: o si le quisiesse acechado en otra manera por lomatar, o si tuviesse sida su enemigo conocida mente, e no fuesse despues fecha paz entre ellos.* Ita disponit nostra prætata lex 2. *vers. e capital enemistad tit. 17. part. 6.*

20 Qua in re † summopere observandum est, pro hujus rei intelligentia, in praxi, inimicitiam à tutelæ vel curæ munere omnino excusare, nisi tutor sit testamento datus: tunc enim non excusatur quis à tutela vel cura, etiam propter capitales inimicitias. Quia qui tutorem Titium filius dat, quamvis Titius fuerit ejus inimicus, visus est omnem prorsus inimicitiæ labem ac radicem à se quidem abjicere, easque reconciliatio præsumenda est vera atq; immunis ab omni suspitione, vel ex eo tantum, quod proprios filios, & eorum patrimonium ei commendaverit: quamobrem quoad ipsam testatorem reconciliatio amicitiæ integra est, & ab omni libera suspicione, ideoq; non est, cur tutor aliquam excusationem juste prætendere possit ob capitales inimicitias, *secundum Conar. in pract. quæst. cap. 18. num. 3.*

21 Qui † hac ratione perpensa existimat, mortuo inimico, nuper tamen reconciliato, non posse à tutela filiorum ejus quem excusari ob inimicitias, quæ reconciliatione simul, & morte obliteratæ omnino videntur. Neq; esse in hac specie rationem illam admittendam, propter quam inimicus olim, nuper tamen reconciliatus repellitur à testimonio, juxta communem opinionem de qua per Covarruviam *ubi supra, d. num. 3. in princ. & Anton. Gomez. de probat. delict. num. 14. versic. limita tamen, & Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. quæst. 26. num. 5.* Etenim cessat, quia fides detrahitur testimonio ob veteris & pristinæ inimicitiæ radicem: sic deniq; dicto §. *inimicitia, ff. de excusat. tutor.* dum ex eo probatur, non excusari quem à tutela propter inimicitias capitales, ubi reconciliatio contigerit, est intelligendus, etiam si reconciliatio paulo ante facta fuerit, nec non & nostra lex Regia secunda, ibi; *e no fuesse despues fecha paz entre ellas.*

22 Quod † si posit scriptum testamentum capitalis inimicitia orta sit, aut prior est testamento, sed ea causa is tutor testamento datus esse videatur, ut eo onere & negotio vexetur, aliud erit dicendum. Nam excusabitur is à tutela propter capitales inimicitias, ut probat textus *in d. §. item si propter inimicitias, & ibi gloss. 1. & Dd. Instit. de excusatione tutorum, & in l. athleta, §. dat remissionem. ff. eod. tit.* quem ita intelligit, & interpretatur Covar. *ubi supra*, & pulchre certe *secundum Menoch. ubi supra*, & Molina Theologus *de justit. & jur. 2. tract. 1. part. col. 1371.*

23 *La † decima causa de escusa es si al nombrado, o dado por guardador sussesse movido pleyto de semejumbre el padre del huerfano, o el al otro.* Ita disponit d. l. 2. *ad fin. ibi, se escusar se podria &c.* & textus *in §. item si quis, Instit. de excusat. tut. & ibi gloss.*

24 *La † undecima es, en el mayor de setenta annos, o menor de veynte y cinco,* ut *in fin. d. l. 2. tit. 17. part. 6.* textus *in d. §. item minor, Instit de excusat. tut. & de minore 25 an.* quod non possit esse tutor aut curator, etiamsi velit, est etiam *l. 4. tit. 16. part. 6.* ubi diximus.

25 *La † duodecima es, en el caualliero que esta uiuiesse en corte del Rey, o en otro lugar sennalado por su mandado, o por pro communal de la tierra a pro que este tal bien se puede escusar que no tome guarda de huerfano por razon de aquel servicio que haze.* Imo nec volens admittitur, *ut in l. militem, C. qui dar. tut. poss. & in §. idem & in milite, Instit. de excusat. & l. 14. tit. 16. part. 6.* ubi diximus.

26 *La † decima tertia es, en el que fuesse maestro de Grammatica, o de retorica, o de Dialectica, ode Fisica o monstranza de su sciencia a los escolares, e cobrando por ella en su tierra o en otro lugar por mandado del Rey, e lo mismo seria de los maestros de las leyes que ensenen a los Reyes viviendo con ellos por sus quentos, o por sus conseieros, y de los Philosofos que muestran el saber de la natura: todos estos se pueden escusar que no sean guardadores de huerfanos contra su plazer.* Ita disponitur lege 3. *in versic. Otrosi el que fuesse maestro, &c. cum seqq.* ubi Gregor. Lopez allegat jura concordantia, & limitat.

27 Ego † vero circa hoc illud tantum observandum duxi, ex præfata lege Regia requiri, ut prædicti magistri, & literati possint excusari à tutela & cura, quod actu legant, doceant, vel exerceant officium suum, ob quod excusationem merentur, ut patet ex ead. l. ibi, *monstrado su sciencia a los escolares, e cobrando por ella*, & ibi, *que sirven a los Reyes viviendo con ellos por sus quentos, o por sus conseieros*, & ibi; *que muestran el saber, &c.* Ergo si non docent, vel judicent, non habebunt prædictam excusationem, nec etiam erunt immunes à tributis, licet sint Magistri, Doctores vel licentiati, ut alias probavimus, *lib. 1. practic. quæst. 21. & 22.*

28 Quod † si prædicti Magistri doceant in publica universitate, censentur, ista docere de mandato Regis, quoniam Regia auctoritate constituitur universitas, ut cum Greg. Lopez probat Molina Theol. *de justit. & jur. 1. par. 2. tract. col. 1371. ad fin. col. seq. in princ.* quod qui in quavis disciplina eminentes sunt, † ubicunque doceant, excusantur à tutela & cura, *ut in l. sed & reprobari, §. amplius. ff. de excusat. tutor.*

29

30 *La † decima quarta es escusa es, de aquel que acaba de ser tutor de un menor que llega a los cartorze annos, que este bien se puede escusar de ser su curador de ay a delante si no quisiere, d. l. 2. tit. 17. part. 6.* ibi, *Otrosi de 14 mos, &c.* text. *in §. quæ tutelam, Instit. de excusat. tutor.* ubi hoc extenditur, etiamsi pater familias, qui testamento tutorem dederit, adjecerit se eundem curatorem dare, quia adhuc invitus eam curam suscipere non est cogendus.

31 *La † decima quinta es escusa es, en el marido el qual no deue ser dado por guardador de los bienes de su muger que fuesse menor de edade por tanto deve pedir al juez, que de a los bienes de ella otro guardador.* Ita disponit d. l. 2. *in vers. E sobre todo dezimos, tit. 17. par. 6.* de quo late diximus supra *c. præc.* Conductor † etiam gabellarum à tutela excusatur. *21 decimus sup. capit. præcedent. num. 19.* Nonnullas harum excusationes congerit summatim Anton. Piagi. *de tutor. & curator. quæst. 10. num. 6.* & pluresalias Petrus Gregorius *2. part. syntagma. jur. universi. libr. 12. capit. 6. per totum, pag. 187. anni sequentis.* Sed & latius patet hæc materia

materia excusationis tutorum & curatorum apud titulum *ff. de excusat. tutor.* Nos autem superiores tantum retulimus, quia sunt conformes juribus & legibus nostri regni. Quæ vero deficiunt, quoties casus se obtulerit, ab illo titulo sumenda erunt, dummodo nostris patriis legibus non sint contraria.

33 Illud † pro coronide tanquam in praxi utilissimum addendum duxi, quod excusatio tutoris vel curatoris debet exhiberi & proponi, coram judice intra quinquaginta dies à die scientiæ primitus dationis tutelæ vel curæ numerandos, dummodo is sit in loco, in quo datur tutor vel curator, vel alibi intra tamen centum milliaria: si vero fuerit absens ultra centum milliaria, assignantur pro singulis viginti milliariis unus dies, & insuper triginta dies, in quibus suam excusationem manifestet, & judex jurare debet, ut ab eo dic, quo numerati inceperunt prædicti dies, usque ad quatuor menses completos, his decidatur, utrum excusatio proposita debeat valere, necne? Quod si excusationem legitimam adducens non fuerit auditus, poterit appellare, si fenserit se gravatum. Ita disponit lex quarta *quæ est fin. tit. 17. part. 6.* Et est textus idem probans de jure communi. *in §. qui autem, Instituit. de excusat. tutor. & l. scire oportet, §. 1. & 2. ff. eodem tit.* Et hanc praxin ponit Specialitor *in tit. de tutor. §. si autem, num. 8. Angel. in d. §. qui autem, num. 4. Abb. consil. 40. omnipotentis Dei, num. 9. lib. 2. Anton. Piag. de tutor. & curator. quæst. 10. num. 1. cum sequentibus*, ubi quod alias intra dictum tempus non se excusando videtur tutelam vel curam acceptare. Ita & amplius se excusare non posse, *l. si pater, §. operæ ff. de excusat. tut.* Et quod ut non videatur acceptare, debet ab administratione se abstinere, *secundum Curt. jun. consil. 29. habita diligenti consideratione, numer. 6. in 1. part.* & quod debet excusationem proponere, vel cautius dicere, dationem nullam, & si aliqua est, excusationem proponere, *secundum Bart. in l. quæ testamento, §. item quero, num. 6 ff. eod. tit.* Eandem praxin sequitur, & probat Petrus Gregorius *in suo syntagmat jur. 2. part. lib. 12. cap. 6. num. 12.* & *vol. Lant. Cavalc. de tutor. & curator. numer. 105. cum seqq.* qui *num. 103.* dicit, quod excusatio debet fieri ante acceptationem, non vero post.

34 Habens † autem excusationem legitimam, non potest propria auctoritate se à tutela vel cura exonerare, sed hoc judici debet denuntiare, ut det tutorem vel curatorem huic pupillo, vel adulto in illam litem, & cum illo curatore debet causam excusationis agere & litigare: & sententia diffinitiva super hoc dari debet, alias prædicta sententia sine prædicto curatore lata, non valeret ipso jure, tanquam lata contra pupillum indefensum. Ita Matheusi. *sing. 13. non pract. & Aretin. in §. defunctus, num. 1. Instituit. quibus modis tutor, quos ad hoc refert. & sequitur Cavalcan. de tutor. & curator. num. 191.* dicens, esse memoriæ mandandum in practica ad omnia, quæ facere voluerit contra pupillum, & alios allegans Anton. Piagius *d. q. 10. num. 2.*

35 Si † tamen tutor vel curator administret, vel patiatur se confirmari, tollitur excusatio, *l. Cujus, & ibi Nicol. de Neapol. ff. de excusat. tutor. & gloss. in l. sive oportet, §. fin. ff. eodem, & l. tutores, C. si ex fals. allegat. ubi gloss. sequitur Gregor. Lopez, in d. l. 2. gloss. 1.* qui in reliquis gloss. allegat concordantias, & Anton. Piag. *d. quæst. 10. num. 1.* ibi limitat, nisi confirmatus fuerit invitus: tunc enim non claudiatur sibi via ad excusationem allegandam, *secundum Bartol. in l. scire etiam oportet, §. qui autem, ff. de excusationibus tutorum.*

36 Non † tamen possum probare cautelam 16. Cæpol, dicentis, esse cautelam, ne invitus quis cogatur suscipere tutelam vel curam, procurando scilicet, ut non reperiatur aliquis, qui velit pro eo fidejubere: est enim dolosa & cautelosa, atque remedium procuratum & affectatum, & ideo non prodest, nisi adessent aliquæ circumstantiæ: malitiis enim nullo modo est indulgendum, *l. in fundo, versic. neque enim, cum similib. ff. de rei vindic. ita Piag. d. quæst. 10. num. 9.* Et non placet dicta cautela Cavalcan. *de tutor. & curat. num. 191.* nempe si esset tutor haberet bona aliqua. Ego illam non probo, sive tutor habeat bona, sive non: non enim debet ei dolus proprius patrocinari, nec ex suo delicto commodum debet reportare, *l. item, Sulla, 12. ff. de furt. & ibi gloss. sed nemo, & l. non fraudantur, §. nemo. ff. de reg. jur. cum similibus.* Tria milliaria faciunt unam leucam, *l. 15. tit. 16. part. 2. & ibi Greg. Lopez.*

Quod † si fuerit datus tutor aliquis, qui non esset de agnatis, vel de propinquis, & alter propinquior vellet tutelam vel curam, excluso remotiore in gradu, debet talis agnatus propinquior intra quatuor menses à die scientiæ hoc proponere judici, alias dicta tempore elapso non audiretur talis propinquus agnatus, *secundum Bart. & Salycet. in authent. presbyteros, la 2. C. de episcopis & clericis, & alios allegans Cavalcan. de tutor. & curator. numer. 197. & 200.* ubi cum Decio limitat in mitre & avia, quia possent etiam ultra quatuor menses petere admitti, *secundum Bartol. in dicta authentic. presbyteros.* Inquit tamen Cavalcan. *d. num. 200.* Hoc non esse tutum per supradicta. 37

SUMMARIA.

1 *Tutor testamentarius recusans tutelam, vel excusans ab ea regulariter amittit legatum, & quicquid à testatore erat sibi in testamento relictum, sed hoc intelligendum, si legatum ei date scripsum appareat, quod eidem filiorum suorum tutelam injunxit: non, quod aliquin datum esset etiam sine tutela, ut in numero 2 in dubio autem privatur legato tutor, ut in numero 3.*

2 *Alimentorum favore onus adjectum non præsumitur causa legati.*

3 *Alimentorum legata conservantur indistincte, quod moriatur is, cum quo legatarius debet morari, nisi quando onus alimentis adjectum respiceret commodum filiorum existentium in pupillari state, ut in numero 6.*

4 *Legatum falsum non vere causa non præsumitur falsum favore testatoris.*

5 *Onus injunctum per viam conditionis semper est implendum, & censetur adjectum in favorem alterius quam legatarii.*

6 *Tutor testamentarius non administrans tutelam amittit legatum sibi in eo testamento relictum.*

7 *Tutor testamentarius, cui est relictum aliquod legatum, cum injuncta tutela onere, si & si velit, non potest assumere tutelam propter militiam vel aliam causam, non amittit prædictum legatum.*

8 *Tutor testamentarius recusans tutelam, vel se excusans ab ea, non amittit legatum sibi relictum, quando constat testatorem alia contemplatione reliquisse, quam ob recompensanda onera tutelæ.*

9 *Tutor testamentarius, consanguineus testatoris non amittit legatum sibi relictum ob excusationem tutelæ.*

10 *Tutor testamentarius recusando tutelam non amittit legatum sibi relictum cum onere restituendi.*

11 *Tutor testamentarius, an attento jure novissimo authenticorum semper, & indistincte amittat legatum sibi relictum in eodem testamento recusando tutelam, ea quod testatoris voluntatem non adimpleat.*

12 *Tutor testamentarius recusando tutelam licet amittat legatum, non tamen amittit substitutionem pupillarem.*

13 *Excusans se à tutela datiua, non amittit legatum sibi factum in testamento absq; aliqua juncta tutelæ onere per testatorem.*

CAPUT XXII.

De tutore tutelam recusante, quod amittat legatum sibi in testamento relictum.

1 TUTOR † testamentarius recusans tutelam, velse excusans ab ea, regulariter amittit legatum, & quicquid à testatore erat sibi in testamento relictum, *l. Nesennius, versic. rectè, & in l. tutor pertin. §. 1. ff. de excus. tutor. l. 1. §. versic. certe ff. ubi pupill. educar. deb. l. post legatum, §. amittere, ff. de his quibus ut indign. l. etiam partus, ff. de legat. 1. l. fi legatarius, C. de legat. Carol. Ruin. consil. 38. num. 2. & consil. 49. num. 2. vol. 2. Thes consil. 192. Emanuel Soarez. in suis communi. opin. verbo, tutor, num. 323.* ubi dicit communem, & *Tiraquell. de causs. cess. 2. part. num. 121. versic. legata caussa, & hos refert Cavalcan. de tutor. & curator. num. 190* ubi non potest petere legatum, & solutum restituet, *Petrus Surd. de alimen. tit. 2. privileg. 23. num. 4. fol. 241.*

2 Non † tamen semper is, qui onus tutelæ recusavit, repellendus est à legato, sed ita demum, si legatum ei ideo ascriptum appareat, quod eidem tutelam filiorum injunxit; non quod alioquin daturus esset eriam sine tutela. Idque apparere poterit, si posteris testamento legatum adscriptum, eodicillis vero postea factis tutorem datum. Hoc enim legatum potest dici non ideo ei relictum, quia & tutorem esse voluerit testator, *ut inquit text. in d. l. Nesennius, vers. non semper, idem probat text. in d. l. §. 1. in fin. ff. ubi pupill. educar. deb. ubi, quod ita demum placuit, si dicat eo se relictum.* Ceterum si esset relicturus, etiamsi educationem recusaturum sciret, non

3 denegabitur ei actio, las † dubio tamen quando non constat, quod legatum sit relictum tutori ratione injunctæ sibi tutelæ, neque quod alias relicturus erat eidem testator, privatur legato tutor, qui recusat onus tutelæ, *ut in l. sed hæc. 56. ff. de excusatione tutorum*, quæ est immediate sequens post dictam legem *Nesennius*, ubi inquit dicta lex, sed hæc nimis scrupulosa sunt, nec admittenda, nisi evidenter pater expresserit, velle se dare etiamsi tutelam non administraverit. Semper enim legatum aut antecedit, aut sequitur tutelam. Ergo quando de hoc non constat, tutor legatum amittit, nec interest legatum sit relictum in testamento, in codicillis autem postea datus sit tutor, cum semper legatum aut antecedit, aut sequitur tutelam: Iramerito hanc nostram observationem probavit Carol. Ruin. *d. consil. 38. num. 3. volum. 2.* dicens, quod ita demum tutor amittit, si tutelæ onus non agnoscit, quando ideo legavit testator, quia dictum onus injunxit. & sic quando apparet, quod onus tutelæ fuit caussa legati. Sed quando omnino testator erat relictus, etiamsi non imposuisset dictum onus. & sic quando constat, quod onus prædictum non fuit caussa legati, tunc legatarius legatum consequitur, licet onus tutelæ agnoscere nolit, *d. l. Nesennius, versic. non semper*, addens, quod in fine dictæ legis probari videtur. (& nunc pro nobis) quod non erat testator aliter relicturus in dubio, nisi administraverit tutor. *& Carol. Ruin. in prædicto loco, & sequitur Cavalcan. ubi supra, & sequitur alios allegans Bacca de decim. tutor. capite 4. numero 21. & 21. & Petrum Surdus de aliment. ubi supra, numero 6.*

4 Speciali † tamen favore alimentorum inductum est, quod onus in dubio non præsumatur caussa legati, ne deficiat legatum onere deficiente *ex l. 1. C. de legat.* ubi necessitas morandi in domo cum filiis non destruit legatum, etiam filiis mortuis, quem textum ita intelligit glossa *in l. 1. C. de instit. & substit.* quam sequitur Bart. *in l. testamento. l. 2. post prine. ff. de condit. & demonstrat.* dicens esse speciale favore alimentorum, *idem Bart. in l. illa libertus, ff. de condit. & demonstrat.*

Conservantur † enim legata alimentorum indistincte, non obstante, quod moriatur is, cum quo legatarius debet morari, *l. Cato, §. Imperator, ff. de aliment. & cib. legat. & sequuntur plures, quos refert & probat Petrus Surdus, ubi supra. num. 17.* Favore igitur alimentorum præsumendum est in dubio, quod onus impositum non sit caussa legati, sed quod imo testator fuisset omnino relicturus, etiamsi non fuisset legatario onus prædictum injunctum, *ut pradiximus & tenet etiam Ruin. consil. 38. num. 4. volum. 2. & consil. 42. num. 20. eod. volum. Cephal. consil. 429. num. 109. Menchac. controvers. illustr. cap. 93. num. 27. Simon de Pratis de conjectur. ult. voluntat. lib. 4. dubit. 1. num. 62. cum seq. Cordu. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 170. in fin. ff. de lib. agnosc. prout eos refert, & sequitur Petrus Surdus, ubi supra, d. num. 7. & sequitur Anton. Piag. de tut. & curat. quæst. 13. nu. 7.* 5

Sed † quando onus alimentis adjunctum respiceret commodum filiorum existentium in ætate pupillari, puta si essent relicta alimenta uxori cum onere habitandi cum filiis impuberibus, tunc onus prædictum præsumitur caussa legati adjectum, & legatum factum videtur favore filiarum, ut mater eas educat, vel nutriat. Unde si in hac specie contingat unam ex filiabus nubere, & aliam mori, extinguetur legatum, tanquam factum in favorem filiarum, ut eum aliis probat Surdus *ubi supra nu. 8.* ubi quod secundum Ruin. *d. consil. 38. n. 6.* aliud esset, si filii essent puberes. Quin imo dicunt ipsi, cessare limitationem hanc, si filii essent pro parte puberes, & pro parte impuberes, quia non est inconveniens, quod legataria agnoscat onus, quoad aliquos, & non quoad alios. 6

Sed † quando legatum factum est novercæ, non est præsumendum, quod factum fuerit favore filiarum, cum de ea lex suspicetur in filiorum perniciem, *l. non est, ff. de nosric. testam. ita Ruin. d. consil. 38. num. 8. volum. 2. Cephal. d. consil. 429. num. 108. quos ad hoc refert, & sequitur Petrus Surdus, ubi supra, num. 9.* ubi quod in matre filiis existentibus impuberibus, res videtur clara, *ut per Segnorol. consil. 179. num. 8.* ubi considerat, quod filii erant infantes. *Dec. consil. 485. num. 7. & 9.* ubi idem dicit, quando filius erat debilis, & male complexionatus, & subdit, quod ex qualitate personæ cognoscitur legatum esse factum favore filiorum, & arguit etiam cum Anch. ex qualitate matris, quæ erat senex, infirma & debilis. Præsumendum est enim, *secundum Surdum, ubi supra*, testatorem cognita necessitate voluisse in ea parte consulere, ubi vidit necessitatem urgere. 7

Quod † si onus injungatur per viam conditionis, semper est implendum, & censetur adjectum in favorem alterius, quam legatarii, & caussa legati, & declarat Cephal. *consil. 429. num. 101.* & cum eo Petrus Surdus *d. privileg. 23. num. 10 fol. 285.* Et hæc generaliter procedunt in legato alimentorum. 8

Ceterum in legato relicto ei, qui tutor nominatur in testamento vel codicillis, servandum est, quod prædiximus, nempe ut is recusans tutelam legatum amittat. Et hæc sit regula juris regularis.

Hæc † regula ampliatur, ut procedat etiam in tutore non administrante. Is namque etiam amittit legatum, *ut in præcitatis juribus, & in l. amicissimos, ff. de excusat. tutor. lib. 2. in fin. tit. 7. lib. 3. fori, l. qui tutelam ff. de testamen. tutor. cum similib. sequitur plures referens Bacca de decim. tut. 6. 5. n. 92. cum seq.* Unde tutor, cui relinquitur legatum, cavere debet, cum illud accipit, sesillud redditurum, si tutelam non administraverit, *Bald. in l. fin. ff. de confirm. tut. & cum eo Bacca. ubi supra, num. 24.* 9

Limitatur † primo dicta regula, ut non procedat, quando is, cui legatum est cum injunctæ tutelæ onere, & si vellet, non posset tutelam assumere propter militiam & aliam caussam, *text. in l. ab administrationi, C. de legat.* 10

legat. Bald. consil. 356. licet allegatum, in prine. Angel. consil. 166. si testator post prine. Grat. consil. 84. arbitror, circa fin. in 2. part. prout eos refert & sequitur Anton. Piag. de tut. & curat. quæst. 13. n. 9. Idem probat in clerico, in quo militat eadem ratio, quæ in milite.

11 Fallit secundo, † nisi constet testatorem alia contemplatione reliquisse, quam ob recompensanda onera tutelæ, *ut in d. l. Nesennius, in fin.* In dubio namq; relictum censetur ob onus tutelæ, *ut supra probavimus.*

12 Fallit tertio, † nisi is, cui relictum fuit, consanguineus fuerit testatoris, quia tunc in dubio magis cotemplatione fungitnis, quam respectu recompensandi oneris reliquisse præsumitur, & ideo legatum non amittit, si tutelam recuset, *l. tutor pertin. §. 1. incip. quæ tutor suus. ff. de excusat. tut.* cuius text. hic est communior intellectus *secundum Spino. in suo speculo testam. gloss. 29. n. 26.* & loquens in testamentaria exsequutore consanguineo per illum text. idem tenet D. Covar. *in c. 1. num. 5 de testa.*

13 Fallit † quarto, nisi ei, qui tutor deputatus fuerit, relictum sit cum gravamine restituendi, *ut in d. l. amicissimos, Anton. Piag. ubi supra n. 6.* Has quatuor limitationes congerit Romanus *consil. 231. quoad primum, in prin.* Et hæc de iuris antiqui dispositione secundum ipsum ibi.

14 De iure † tamen novissimo datus testamento tutor, neq; tutelam assumens, quæcunque sibi in testamento relicta amittit, nulla facta distinctione, an contemplatione recompensandi oneris tutelæ, an vero alias sibi relicta fuissent, *ex text. in auth. de hered. & Falc. §. his omnibus, fol. 1.* ubi Iacob. de Bellovisio in ultima oppositione ita expresse tenet text. *etiam in auth. hoc amplius, C. de fideicommiss.* In quibus iuribus generaliter statuitur, ut, quocunque respectu testator aliquid reliquerit alicui, si eius voluntati minime pareatur, sive in dando, sive in faciendo consistat, privatur heres, legatarius vel fideicommissarius, eo, quod sibi relictum est, *ut inquit Menchac. in d. auth. hoc amplius. etiam in id. text. in d. auth. de hered. & fals. §. si quis vero non impleni, collat. 1. & ea, non quidem, & cap. si hereda, de testamen. & l. 1. tit. 10. par. 6.* ex quibus iuribus comprobarunt præfatam opin. Iacob. de Bellovis. comprobarunt Bart. & Bald. *in l. fi legatarius, C. de legat.* & dicit communem, atque eam consulendo sequitur Ludov. Roman. *ubi supra d. consil. 231. in versic. est igitur videndum, sequitur idem Ludov. Roma. consil. 270. in versic. fed ad hoc respondetur, Decius consil. 192. in casu proposito, nu. 4.* Communem profitetur Emanuel Soarez. *in thesaur. recept. senten. verb. tut. n. 323. & Ant. Piag. de tut. & curat. quæst. 13. n. 1. & 2.* & est receptior secund. Bacc. *de decim. tut. c. 5. num. 37. ubi plures refert, & Petrus Surdus de aliment. tit. 2. privileg. 25. nu. 4. fol. 284. & Spino. ubi supra n. 25.* Contrariam tamen opinionem tenet Salyc. *in l. fin. num. 6. C. de fideicom.* dicens, quod præcedens opinio fuit reprobata per collegium Dd. Bononien. quia d. auth. *hoc amplius*, habet locum, quando commodum est caussa gravaminis, & econtra, quando monitus per annum steterit, ubi, *cessat gravamen non est caussa commodi*, puta quia testator nihilominus fuisset relicturus: secus quando lex non privat eo, quod nihilominus testator fuisset relicturus, *ut ubi per eum.* Eodem modo potest responderi ad d. §. *his omnibus*, & hanc sententiam veriorem (& ni fallor) in iudicando & consulendo tenendam putat Anton. Piag *de tut. & curat. q. 10. n. 3. & n. 4.* interpide concludendum dicit, quod quando testator erat alias relicturus, ob hoc quis non privabitur eo, quod tutelam aut curam non assumserit, ut est text. apertus *in d. l. Nesennius, versicu. non semper. ff. de excusat. tut.* Nec in dubio hoc iure novissimo authenticorum correctum debet censeri, cum hoc ibi expresse non dicatur, *argum. l. præcipimus, C. de appell. cum simil.* Durum namq; videtur, quod ligatæ essent manus testatoris, quominus posset de suo ad libitum disponere, quia corrigentur iura dicentis, voluntatem testatoris, quoad dispositionem de rebus suis, haberi pro lege, *ut in auth. de nupt. §. dissonat, cum simil.* tametsi difficile sit cognoscere, quando fuerit mens testantis, scilicet, an voluerit etiam non assumta tutela, & cura deberi legatum. Sed posito, quod clara sit, ut præsupponunt Dd. præcitati, non videtur aliquo modo dubitandum, quin debeatur legatum stante voluntate clara testatoris, quod ipsum debeatur, etiã recusata tutela. Hæc Piag. *ubi sup.* Cuius opin. probo eo addito, ut in dubio legatum non debeatur, recusata tutela vel administratione: quo casu vera est & recte procedit communis supra dicta sententia contrariorum alias secus, *ut bene probat Piag. ubi supra*, qui etiam fuit eius mentis, ut hanc additionem probaret, & tenent alii relicti per Bacc. *d. c. 5. n. 37. versi. nam non desunt, &c.* 15

Licet † autem tutor, qui recusat subire onus tutelæ, amittat legatum, non tamen amittit substitutionem pupillarem, *d. l. amicissimos, ff. de excusat. tut.* ubi licet amittat legatum tutor ob non susceptam tutelam, non tamen amittit substitutionem pupillarem, quia non est, verisimile, hunc demum testatorem substituere voluisse, si & tutelam suscepisset, quem text. dicit unicum ad hoc Segur, *ut. l. cum patronus, n. 59. ff. de legat. 2. & in l. §. si vir uxori, n. 11. ff. de acq. poss.* ubi, quod si quis ignoraret illum text. responderet contrarium, *refert & sequitur Spino. ubi supra n. 27.* Quod hodie non censeo esse correctum ex dictis iuribus authenticorum *per sup. dicta* & quia prædicta substitutio non censetur facta ob susceptionem tutelæ, ut probavimus. 16

Similiter † excusans se à tutela dativa non amittit legatum sibi factum in testamento absque aliquo iniunctæ tutelæ onere per testatorem, *ex his apparet. ff. de excusat. tut.* ubi reddit text. rationem, quia huic nihil contra indicium fecit testatoris. Nam, quem ille non dedit tutorem, cum voluisse tutelam filii administrare, dicere nõ possumus: qua ratione attenta non potest dici hoc hodie esse correctum per iura novissima authenticorum, de quibus supr. & tenet Bacc. *d. c. 5. n. 38. per totum.*

SUMMARIA.

1 *Pater non solum in testamento filios, quos in potestate habet, tutorem dare potest, sed etiam in codicillis testato confirmatis.*

2 *Tutor a patre datus filiis suis in testamento non iusto, aut non ut lege præscribitur, confirmandus est à iudice ad tutelam gerendam, perinde ac si testamento tutor esset, ad cuius imaginẽ satisdatio remittitur, idemq; est in alia patris dispositione circa filiorum educationem, ut in n. 3.*

4 *Confirmatio codicillorum præcedentium testamentum ad valorem tutela in codicillis relictæ, hodie necessaria non est.*

5 *Pater in dispositione inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel in codicillis & ab intestato, filiis tutorem dare potest, nec is, hoc correctum est hodie ex l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.*

CAPUT XXIII.

An tutor extra testamentum relinqui possit?

PAter † non solum in testamento filios, quos in potestate habet, tutorem dare potest, sed etiam in codicillis testamento confirmatis: tunc namque etiam testamento † tutores datos accipere debemus, *l. testamento. ff. de testam. tutel.* Adeo, ut quamvis à patre tutor liberis, vel non iusto tritamento, aut non ut lege præcipitur, scriptus sit, confirmandus tamen est ad tutelam gerendam, perinde, ac si testamento tutor esset. Ad cuius imaginem ei quoque satisdatio remittitur, *l. 3. ff. de confir.*

tur. Voluntas enim patris in constituendis tutorib. vel curatoribus huiusmodi calibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, ac proinde ll. nostræ iusserunt, iudicem sequi debere voluntatem patris, qui testamento etiam minus solemni, aut postea rupto, aut alias non iure facto tutorem liberis dederit, *ut in l. 2. C. de confirm. tut. l. 3. & l. 5 filio ff. eod. item l. patre, §. cum à patre, & l. si pater. & Iure nostro. §. uli. ff. de testam. tut.* Et id quidem sine aliqua inquisitione, *d. §. cum a patre, & l. 1. & ibi Dd. ff. de confirm. tut. §. uli. Instit. de tutel.* quod late probat. & iuxta id consulunt Philip. Corn. *cons. 175. lib. 1 in præsenti, col. 4. vers. concurrit etiam, lib. 3.*

3 Vbi † hoc extendit ad aliam patris dispositionem circa filiorum educationem. *& cons. 238. reperio, col. penult. vers. cum itaq; vol. 4. & Caldas Pereyra Lusitanus in repet. d. si curatorem habeat, super illis verbis, sive curatore constituatur, n. 60. C. de interdict. & relit. min.* ibi inquit, quod illa expressa confirmatio, † quam toties iuris prudentes 4
inculcant, hodie necessaria non est, ut patet text. *in §. non tantum, Instit. de codicil.* contendit Sylvest. *in commentariis ad §. permissum, nu. 16. Instit. de tutel.* nempe confirmatio codicillorum præcedentium testamentum.

5 Pater igitur in alia dispositione etiam inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel in codicillis, & ab intestato filiis tutores dare potest, *ut in dict. l. 2. C. de confirm. tut.* ubi, quod licet per epistolam, vel ex imperfecto testamento tutor recte dari potest: voluntas tamen patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in his casib. † iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, *& ibi notat Bald. idem Bal. in l. si a patre, C. de testa. tut. Roland. in florib. ultim. volum. pag. 31. in princ. Greg. Lopez. gl. 1. in l. 2. tit. 16. part. & Caldas Pereyr. ubi supra, & præ. omnia probat & tenet Acto. Prag. de tut. & curat. q. 17. per totam.* Ex quibus omnibus constat, requiri his duob. casib. confirmationem iudicis. Nec decisio *d. l. 2.* loquentis de testamento imperfecto hodie correcta est *ex l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de testam. secund. gl. 2. in d. l. 2. ibi, alias tamen contra.* Cuius opinio recepta est secund. Sylvest. *in d. §. permissum, n. 26. Rolandin. ubi sup. n. 6. late Marc. Antonius in d. §. ex imperfecto, nu. 21.* & ex his eam receptiorem appellat Caldas Pereyra *ubi supra, n. 60.* sed oportet, quod sequatur confirmatio, quæ operabitur, ut etiam legitimis præferatur, *ut cum aliis tenet Antonius Pragius ubi supra, d. q. 17. n. 12.*

SUMMARIA.

1 *Tutela dationi actus legitimus est, non recipiens diem, nec conditionē, sed hoc in tutela dativa à iudice procedit, non vero in testamentaria, ut in n. 2. ratio. differentia inter tutelam dativam & testamentariam in hoc assignatur, n. 3.*
4 *Tutela tacitam & intrinsecam conditionem habet & recipit.*
5 *Tutela expressam etiam conditionem quandoque potest habere, quæ tamen non respicit substantiam actus, sed exequutionem.*
6 *Tutela in regno Portugaliæ ad biennium tantum datur à iudice, nec ultra id tempus tutores eam suscipere coguntur: in Castella vero ius commune & Regium partitarum in hoc observatur.*

CAPUT XXIV.

An actus tutelæ recipiat diem vel conditionem?

CVM tutelæ † ratio actus legitimus sit, non recipiens
1 diem vel conditionem, *l. actus legitimus, ff. de reg. iur. l. mutat. § sub conditione, ff. de tutor.* proculdubio videtur, quod tutela non possit dari sub conditione ex die vel ad diem.

Nihilominus tamen contrarium in terminis probat text. *in l. si quis sub conditione, ff. de test. tut.* nempe tutor. testam. dari posse sub conditione ex die, vel ad diem quod etiam probatur *in l. tus. 8. vers. si. & 21. ff. eod. tit. & in §. ad certum, Instit. qui testam. tut. & l. 9. §. si testam., ff. de tut. & ration. distrah.*

Sed pro vera resolutione huius puncti observandum est, quod tutela dativa, quæ decernitur à iudice, non recipit diem, nec conditionem. Et ita intelligenda sunt iura primo loco allegata, & patet *ex d. §. sub conditione, ubi à præsultibus.* In tutela vero testamentaria secus est, quia ea bene recipit diem & conditionem ab ipso testatore positam, *iuxta gl. in d. §. sub conditione, verb. procedat, & in d. l. 8. gl. 1. & ibi. & in d. l. actus legitimi, in princ. & in d. §. ad certum.* Ex hanc distinctionem sequuntur Dynus, Bald. & Alber. *in d. l. 1. ver. 1. Bart., Alber. & communiter omnes in d. §. sub conditione, Faber. Aret. Portius n. 5. Plat. & communiter omnes in d. §. ad certum. Sylvest. in §. fed & si. Instit. quib. mod. tut. fin. addit. ad flores ult. volum. rub. 31. n. 8. & 9. Aretin. in §. servus. n. 3. qui testam. tut. dar. poss. Mayner. in d. l. actus legitimi, n. 21. & ibi Faber. in fin.* & tanquam receptam eandem distinctionem tradit Soci. Iun. *cons. 83. n. 5. vol. 3.* & refereus prædictos Caldas Pereyra *in repet. d. si curatorem habeat, super illis verbis, sive curatore constituatur, n. 113. C. de in integr. restit.* 3

Difficultas fuit in reddenda ratione differentiæ inter tutorem relictum à testatore, & tutorem datum à iudice, quare ille possit reliquoi sub conditione in diem vel ex die, hic vero minime. In quo maxime laborant & torquentur Dd. plures rationes reddendo, easque improbando, ut ex infra citandis apparebit. Ego vero duabus contentus ero, una communi, & altera nova, quæ verior videtur.

Communis ratio differentiæ in proposito est illa Bart. *in l. muto. §. sub conditione, nu. 1. ad fin. ff. de tut.* nempe, quia factum testatoris in eo, quod deficit, potest suppleri per iudicem, sed factum iudicis non debet suppleri nisi per iudicem, ideo iniungitur sub; quod pure & perfecte det: Hanc rationem quam Bart. desumit ex Petro, sequitur Alber. ibi Aret. & omnes *in d. §. ad certum, additio ad flores, ubi supra,* & ex multis confirmat Cagnol. *in d. l. actus legitimi, n. 15. & Mayner. ubi supra, nu. 21.* & receptior videtur *secund. Cald. Pereir., ubi supra,* eamq; inter alias plures improbat & refellit Sylvest. *in d. §. ad certum,* reddens ipse suam cum glos. *l. in princ. C. de testam. tutel.* quæ minus tuta est, *secundum Caldam ubi supra,* qui ponit aliam, quam verissimam & germanam appellat, & est secunda, quam nos probavimus, nempe, quod lex duodecim tabularum testamentariam tutelam introducens, eiusq; verba expresse eam testatorem testatoribus concesserunt, ut ad libitum, & cui voluissent, modo de rebus suis & simul de tutela filii disponerent, ibi, *uti quisque legassit super pecunia tutelave, suæ rei ita ius esto* id est, *quemadmodum, salvis legibus.* At vero tutelæ datio à iudice ex inquisitione & solemniter semper fieri debet, ut merito tanquam actus legitimus non recipiat expressam conditionem, *ut eleganter explicat Cuiacius, ad l. 2. volum. 4. ff. de excusat. tut.*

Licet tacitam & intrinsecam in se conditionem habeat & recipere possit, *secund. gl. per text. ibi, in §. 1. Instit. de Attil. tut. & sequuntur omnes ibi, ut late per Sylvest. in 19. Fabrum in d. l. actus, in fin. teste Cald. Pereir.* ubi sup. qui addit, † quod potest etiam non minus expressam quandoque conditionem habere: quæ tamen non respiciat substantiam actus, sed exequutionem, *ut in exemp. d. §. sub conditione declarat Bart. ibidem in princ. idem Bart. in l. 2. n. 3. ff. de cundit. & demonst. Dec. in d. l. actus, n. 7. & ibi Mayner. n. 21. idem Dec. in cap. significasti, nu. 14. de electione.* 4 5

Ordinatione tamen Regia † Lusitana, *l. tit. 87. §. 29.* statutum est, deficientibus tutoribus testamentariis & legitimis ad quos tutelæ munus pertineat, locis esse tutelæ dativæ, quæ iudicis approbatione & decreto, quibuscunq; etiam extraneis deferetur: qui tutores iudicis decreto usq; ad biennium constituuntur, nec ultra duos annos tales extranei tutores dativi tutelæ munus suscipere coguntur: quo tempore elapso, si prætor orphanorum constiterit, bene, ut decuit, tutelam minor. gessisse, aliud tempus ex prætoris arbitrio tutelario oneri præfiget, quo sit ut à prædict. ordinario iure communi & recepta sententia destectat, ut recte arbitratur Cald. *ubi supra ad fin. d. n. 113.* addens etiam, quod huiusmodi tutores, qui cum non fuerint cogati, coacti fuerunt, non erant obligati inire eas tutelas contra eorum voluntatem ultra duos annos continuos. Et hoc in illo regno Portugalliæ: nam in his nostris Castellæ & Legionis ius commune & legum partitarum servandum proculdubio erit, nempe, ut tutela 14. ann. masculorum, & in 12. fœminarum finiatur, cura vero 25. ætatis ann. adultorum. Insuper tutela dativa à iudice conferri nec decerni potest sub conditione, nec in diem, aut ex die, ut iure communi decisum exstat loco iam supra relato. 6

Finis primæ Partis.

Dn. IOANNIS
GVTIERREZ, IVRISCONSVLTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ
CIVITATENSIS,

Pars Secunda.

DE TVTELIS ET CVRIS MINORVM,

Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum.

SUMMARIA.

1 *Tutor ante omnia facere debet inventarium de omnibus reb. pupilli, in quo continentur eius privilegia & instrumenta manu tabellionis publici cum iudice loci tia, alias à tutela ut suspectus removebitur, nisi iustā causam ostendat impedimenti, & tunc debet illi præcipi, ut statim illud conficiat, &c. & n. 16. & 17.*
2 *Inventarium ideo dicitur, quia in eo scribuntur reperta & inventa in bonis pupilli.*
3 *inventarii forma conficiendi per tutores & curatores.*
4 *Inventarii formæ substantialia observanda sunt, quamvis alias verba mutentur, quæ substantiā non mutāt.*
5 *In Inventario nihil omitti debet, etiamsi sit minimum.*
6 *Tutor, qui inventario non apposuit omnes res, dolo fecisse videtur, nisi ex causa, ut quia tempore confectionis inventarii aliquæ res sibi occultæ essent, ut inn. 7. præterquam in filiis heredibus patris respectu mobilium in eadem domo existentium, quia non possunt allegare eorum ignorantiam, ut in n. 8. & n. 9. ponitur cautela & protestatio, ne officiat tutoribus & curatoribus omissio appositionis in inventario aliquarum rerum ignoranter factæ.*
10 *Tutores & curatores minorum, intra quod tempus inventarium conficere tenentur? resolvitur cum vera & concordi sententia, quod mox, id est, quamprimum possint: & quod non habeant tempus, alias heredibus hoc concessum.*
11 *Tutor si antequam accenseat suspectus, & administret, fecerit solemnia non satis, non poterit per hoc accusari postea suspectus, & admittetur ad agendum & administrandum, secus si administraverit, antequam faciat inventarium, & n. 19.*
12 *Mater tutrix filiorum tenetur inventarium conficere, mox ut creata fuerit tutrix filiorum suorum, neque ad id habet annum, & n. 15. ponitur differentia inter matrem non petentem tutorem filiis suis intra annum, & tutorem administrantem & non facientem & perficientem inventarium.*
14 *Inventarium fieri debet post decretam tutelam, non vero ante.*
15 *Mater tutrix filiorum non conficiens inventarium, quatuor pœnas incurrit, de quibus hic agitur. Prima est, quod dolosam præsumitur incurrit, nempe furti, quæ est iuris quidam præsumptio, cui stari iuris, unde potest poni ad tortura, sed hoc ultimum non probat auctor. Secunda pœna est, q. in vinculis causam dicit. Tertia pœna est, quod infamiam incurrit. Quarta est, quod per pupillum iuratur in litem contra eam.*
16 *Tutor testamentarius ēt inventarii conficere tenetur.*
17 *Tutor qui repertorium non fecit, dolo facisse videtur, & tenetur in id, quod pupillo interest, quod ex iuramento in litem æstimatur, & n. 18. ubi, quod honoris usurpator reputabitur, & infamiæ subiacet, & in duplum res non scriptæ in inventario punitur.*
19 *Tutor non conficiens inventarium mox, prout de iure tenetur, sed postquam suscepit administrationem bonorum eius, si semel sunt poterit accusari, & removeri, ut suspectus, & contra eum dolus præsumitur? non tamen incurrit alias pœnas, nec aliquā potest obtice inventarii: sed si nihil administravit, licet tardius venerit ad confectionem inventarii, & ad gerendum, nihil potest ei obstare quocunque.*
20 *Tutor si rationem in debito tempore reddere & differat aut neglexerit, etiamsi postea eam reddat, ut suspectus est removendus.*
21 *Tutor testamentarius satisdare non tenetur, & ideo obsatisdationem non præstitam accusari non potest, nec propter omissionem promissionis de faciendo utilia, & præter mittenda inutilia, ut inn. 22.*
23 *Tutor vel curator non conficiens inventarium mox, id est, quamprimum possit, potest removeri à iudice ut suspectus.*
24 *In inventario debent omnia sigillatim scribi.*
25 *Inventarium augendum est, si augeantur bona falta inventario.*
26 *Tutor non conficiens inventarium, quando tenetur id conficere, incidit in suspicionem furti rerum minoris potestque subiici torturæ, & causam dicit in carceribus, quod etiam procedit de iure canonico, & in clerico tutore, iuratus, præterea contra eum in litem,*

tur. Voluntas enim patris in constituendis tutorib. vel curatoribus huiusmodi calibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, ac proinde ll. nostræ iusserunt, iudicem sequi debere voluntatem patris, qui testamento etiam minus solemni, aut postea rupto, aut alias non iure facto tutorem liberis dederit, *ut in l. 2. C. de confirm. tut. l. 3. & l. 5 filio ff. eod. item l. patre, §. cum à patre, & l. si pater. & Iure nostro. §. uli. ff. de testam. tut.* Et id quidem sine aliqua inquisitione, *d. §. cum a patre, & l. 1. & ibi Dd. ff. de confirm. tut. §. uli. Instit. de tutel.* quod late probat. & iuxta id consulunt Philip. Corn. *cons. 175. lib. 1 in præsenti, col. 4. vers. concurrit etiam, lib. 3.*

3 Vbi † hoc extendit ad aliam patris dispositionem circa filiorum educationem. *& cons. 238. reperio, col. penult. vers. cum itaq; vol. 4. & Caldas Pereyra Lusitanus in repet. d. si curatorem habeat, super illis verbis, sive curatore constituatur, n. 60. C. de interdict. & relit. min.* ibi inquit, quod illa expressa confirmatio, † quam toties iuris prudentes 4
inculcant, hodie necessaria non est, ut patet text. *in §. non tantum, Instit. de codicil.* contendit Sylvest. *in commentariis ad §. permissum, nu. 16. Instit. de tutel.* nempe confirmatio codicillorum præcedentium testamentum.

5 Pater igitur in alia dispositione etiam inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel in codicillis, & ab intestato filiis tutores dare potest, *ut in dict. l. 2. C. de confirm. tut.* ubi, quod licet per epistolam, vel ex imperfecto testamento tutor recte dari potest: voluntas tamen patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in his casib. † iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, *& ibi notat Bald. idem Bal. in l. si a patre, C. de testa. tut. Roland. in florib. ultim. volum. pag. 31. in princ. Greg. Lopez. gl. 1. in l. 2. tit. 16. part. & Caldas Pereyr. ubi supra, & præ. omnia probat & tenet Acto. Prag. de tut. & curat. q. 17. per totam.* Ex quibus omnibus constat, requiri his duob. casib. confirmationem iudicis. Nec decisio *d. l. 2.* loquentis de testamento imperfecto hodie correcta est *ex l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de testam. secund. gl. 2. in d. l. 2. ibi, alias tamen contra.* Cuius opinio recepta est secund. Sylvest. *in d. §. permissum, n. 26. Rolandin. ubi sup. n. 6. late Marc. Antonius in d. §. ex imperfecto, nu. 21.* & ex his eam receptiorem appellat Caldas Pereyra *ubi supra, n. 60.* sed oportet, quod sequatur confirmatio, quæ operabitur, ut etiam legitimis præferatur, *ut cum aliis tenet Antonius Pragius ubi supra, d. q. 17. n. 12.*

SUMMARIA.

1 *Tutela dationi actus legitimus est, non recipiens diem, nec conditionē, sed hoc in tutela dativa à iudice procedit, non vero in testamentaria, ut in n. 2. ratio. differentia inter tutelam dativam & testamentariam in hoc assignatur, n. 3.*
4 *Tutela tacitam & intrinsecam conditionem habet & recipit.*
5 *Tutela expressam etiam conditionem quandoque potest habere, quæ tamen non respicit substantiam actus, sed exequutionem.*
6 *Tutela in regno Portugaliæ ad biennium tantum datur à iudice, nec ultra id tempus tutores eam suscipere coguntur: in Castella vero ius commune & Regium partitarum in hoc observatur.*

CAPUT XXIV.

An actus tutelæ recipiat diem vel conditionem?

CVM tutelæ † ratio actus legitimus sit, non recipiens
1 diem vel conditionem, *l. actus legitimus, ff. de reg. iur. l. mutat. § sub conditione, ff. de tutor.* proculdubio videtur, quod tutela non possit dari sub conditione ex die vel ad diem.

Nihilominus tamen contrarium in terminis probat text. *in l. si quis sub conditione, ff. de test. tut.* nempe tutor. testam. dari posse sub conditione ex die, vel ad diem quod etiam probatur *in l. tus. 8. vers. si. & 21. ff. eod. tit. & in §. ad certum, Instit. qui testam. tut. & l. 9. §. si testam., ff. de tut. & ration. distrah.*

Sed pro vera resolutione huius puncti observandum est, quod tutela dativa, quæ decernitur à iudice, non recipit diem, nec conditionem. Et ita intelligenda sunt iura primo loco allegata, & patet *ex d. §. sub conditione, ubi à præsultibus.* In tutela vero testamentaria secus est, quia ea bene recipit diem & conditionem ab ipso testatore positam, *iuxta gl. in d. §. sub conditione, verb. procedat, & in d. l. 8. gl. 1. & ibi. & in d. l. actus legitimi, in princ. & in d. §. ad certum.* Ex hanc distinctionem sequuntur Dynus, Bald. & Alber. *in d. l. 1. ver. 1. Bart., Alber. & communiter omnes in d. §. sub conditione, Faber. Aret. Portius n. 5. Plat. & communiter omnes in d. §. ad certum. Sylvest. in §. fed & si. Instit. quib. mod. tut. fin. addit. ad flores ult. volum. rub. 31. n. 8. & 9. Aretin. in §. servus. n. 3. qui testam. tut. dar. poss. Mayner. in d. l. actus legitimi, n. 21. & ibi Faber. in fin.* & tanquam receptam eandem distinctionem tradit Soci. Iun. *cons. 83. n. 5. vol. 3.* & refereus prædictos Caldas Pereyra *in repet. d. si curatorem habeat, super illis verbis, sive curatore constituatur, n. 113. C. de in integr. restit.* 3

Difficultas fuit in reddenda ratione differentiæ inter tutorem relictum à testatore, & tutorem datum à iudice, quare ille possit reliquoi sub conditione in diem vel ex die, hic vero minime. In quo maxime laborant & torquentur Dd. plures rationes reddendo, easque improbando, ut ex infra citandis apparebit. Ego vero duabus contentus ero, una communi, & altera nova, quæ verior videtur.

Communis ratio differentiæ in proposito est illa Bart. *in l. muto. §. sub conditione, nu. 1. ad fin. ff. de tut.* nempe, quia factum testatoris in eo, quod deficit, potest suppleri per iudicem, sed factum iudicis non debet suppleri nisi per iudicem, ideo iniungitur sub; quod pure & perfecte det: Hanc rationem quam Bart. desumit ex Petro, sequitur Alber. ibi Aret. & omnes *in d. §. ad certum, additio ad flores, ubi supra,* & ex multis confirmat Cagnol. *in d. l. actus legitimi, n. 15. & Mayner. ubi supra, nu. 21.* & receptior videtur *secund. Cald. Pereir., ubi supra,* eamq; inter alias plures improbat & refellit Sylvest. *in d. §. ad certum,* reddens ipse suam cum glos. *l. in princ. C. de testam. tutel.* quæ minus tuta est, *secundum Caldam ubi supra,* qui ponit aliam, quam verissimam & germanam appellat, & est secunda, quam nos probavimus, nempe, quod lex duodecim tabularum testamentariam tutelam introducens, eiusq; verba expresse eam testatorem testatoribus concesserunt, ut ad libitum, & cui voluissent, modo de rebus suis & simul de tutela filii disponerent, ibi, *uti quisque legassit super pecunia tutelave, suæ rei ita ius esto* id est, *quemadmodum, salvis legibus.* At vero tutelæ datio à iudice ex inquisitione & solemniter semper fieri debet, ut merito tanquam actus legitimus non recipiat expressam conditionem, *ut eleganter explicat Cuiacius, ad l. 2. volum. 4. ff. de excusat. tut.*

Licet tacitam & intrinsecam in se conditionem habeat & recipere possit, *secund. gl. per text. ibi, in §. 1. Instit. de Attil. tut. & sequuntur omnes ibi, ut late per Sylvest. in 19. Fabrum in d. l. actus, in fin. teste Cald. Pereir.* ubi sup. qui addit, † quod potest etiam non minus expressam quandoque conditionem habere: quæ tamen non respiciat substantiam actus, sed exequutionem, *ut in exemp. d. §. sub conditione declarat Bart. ibidem in princ. idem Bart. in l. 2. n. 3. ff. de cundit. & demonst. Dec. in d. l. actus, n. 7. & ibi Mayner. n. 21. idem Dec. in cap. significasti, nu. 14. de electione.* 4 5

Ordinatione tamen Regia † Lusitana, *l. tit. 87. §. 29.* statutum est, deficientibus tutoribus testamentariis & legitimis ad quos tutelæ munus pertineat, locis esse tutelæ dativæ, quæ iudicis approbatione & decreto, quibuscunq; etiam extraneis deferetur: qui tutores iudicis decreto usq; ad biennium constituuntur, nec ultra duos annos tales extranei tutores dativi tutelæ munus suscipere coguntur: quo tempore elapso, si prætor orphanorum constiterit, bene, ut decuit, tutelam minor. gessisse, aliud tempus ex prætoris arbitrio tutelario oneri præfiget, quo sit ut à prædict. ordinario iure communi & recepta sententia destectat, ut recte arbitratur Cald. *ubi supra ad fin. d. n. 113.* addens etiam, quod huiusmodi tutores, qui cum non fuerint cogati, coacti fuerunt, non erant obligati inire eas tutelas contra eorum voluntatem ultra duos annos continuos. Et hoc in illo regno Portugalliæ: nam in his nostris Castellæ & Legionis ius commune & legum partitarum servandum proculdubio erit, nempe, ut tutela 14. ann. masculorum, & in 12. fœminarum finiatur, cura vero 25. ætatis ann. adultorum. Insuper tutela dativa à iudice conferri nec decerni potest sub conditione, nec in diem, aut ex die, ut iure communi decisum exstat loco iam supra relato. 6

Finis primæ Partis.

Dn. IOANNIS
GVTIERREZ, IVRISCONSVLTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ
CIVITATENSIS,

Pars Secunda.

DE TVTELIS ET CVRIS MINORVM,

Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum.

SUMMARIA.

1 *Tutor ante omnia facere debet inventarium de omnibus reb. pupilli, in quo continentur eius privilegia & instrumenta manu tabellionis publici cum iudice loci tia, alias à tutela ut suspectus removebitur, nisi iustā causam ostendat impedimenti, & tunc debet illi præcipi, ut statim illud conficiat, &c. & n. 16. & 17.*
2 *Inventarium ideo dicitur, quia in eo scribuntur reperta & inventa in bonis pupilli.*
3 *inventarii forma conficiendi per tutores & curatores.*
4 *Inventarii formæ substantialia observanda sunt, quamvis alias verba mutentur, quæ substantiā non mutāt.*
5 *In Inventario nihil omitti debet, etiamsi sit minimum.*
6 *Tutor, qui inventario non apposuit omnes res, dolo fecisse videtur, nisi ex causa, ut quia tempore confectionis inventarii aliquæ res sibi occultæ essent, ut inn. 7. præterquam in filiis heredibus patris respectu mobilium in eadem domo existentium, quia non possunt allegare eorum ignorantiam, ut in n. 8. & n. 9. ponitur cautela & protestatio, ne officiat tutoribus & curatoribus omissio appositionis in inventario aliquarum rerum ignoranter factæ.*
10 *Tutores & curatores minorum, intra quod tempus inventarium conficere tenentur? resolvitur cum vera & concordi sententia, quod mox, id est, quamprimum possint: & quod non habeant tempus, alias heredibus hoc concessum.*
11 *Tutor si antequam accenseat suspectus, & administret, fecerit solemnia non satis, non poterit per hoc accusari postea suspectus, & admittetur ad agendum & administrandum, secus si administraverit, antequam faciat inventarium, & n. 19.*
12 *Mater tutrix filiorum tenetur inventarium conficere, mox ut creata fuerit tutrix filiorum suorum, neque ad id habet annum, & n. 15. ponitur differentia inter matrem non petentem tutorem filiis suis intra annum, & tutorem administrantem & non facientem & perficientem inventarium.*
14 *Inventarium fieri debet post decretam tutelam, non vero ante.*
15 *Mater tutrix filiorum non conficiens inventarium, quatuor pœnas incurrit, de quibus hic agitur. Prima est, quod dolosam præsumitur incurrit, nempe furti, quæ est iuris quidam præsumptio, cui stari iuris, unde potest poni ad tortura, sed hoc ultimum non probat auctor. Secunda pœna est, q. in vinculis causam dicit. Tertia pœna est, quod infamiam incurrit. Quarta est, quod per pupillum iuratur in litem contra eam.*
16 *Tutor testamentarius ēt inventarii conficere tenetur.*
17 *Tutor qui repertorium non fecit, dolo facisse videtur, & tenetur in id, quod pupillo interest, quod ex iuramento in litem æstimatur, & n. 18. ubi, quod honoris usurpator reputabitur, & infamiæ subiacet, & in duplum res non scriptæ in inventario punitur.*
19 *Tutor non conficiens inventarium mox, prout de iure tenetur, sed postquam suscepit administrationem bonorum eius, si semel sunt poterit accusari, & removeri, ut suspectus, & contra eum dolus præsumitur? non tamen incurrit alias pœnas, nec aliquā potest obtice inventarii: sed si nihil administravit, licet tardius venerit ad confectionem inventarii, & ad gerendum, nihil potest ei obstare quocunque.*
20 *Tutor si rationem in debito tempore reddere & differat aut neglexerit, etiamsi postea eam reddat, ut suspectus est removendus.*
21 *Tutor testamentarius satisdare non tenetur, & ideo obsatisdationem non præstitam accusari non potest, nec propter omissionem promissionis de faciendo utilia, & præter mittenda inutilia, ut inn. 22.*
23 *Tutor vel curator non conficiens inventarium mox, id est, quamprimum possit, potest removeri à iudice ut suspectus.*
24 *In inventario debent omnia sigillatim scribi.*
25 *Inventarium augendum est, si augeantur bona falta inventario.*
26 *Tutor non conficiens inventarium, quando tenetur id conficere, incidit in suspicionem furti rerum minoris potestque subiici torturæ, & causam dicit in carceribus, quod etiam procedit de iure canonico, & in clerico tutore, iuratus, præterea contra eum in litem,*

ut in nu. 27. sed non contra eius heredem, nisi liteſſet contestata contra defunctum, ut in nu. 28. afficitur etiam pœnis infrà de tutor inventarium non conficiens, ut in num. 29.

30 In inventario non sunt ponenda debita, quæ pupillus debet. sed quæ ipsi debentur.

31 Inventarium quod sit corpus, licet non perfectum, sufficit ad hoc, ut tutor agere possit.

32 Consuetudo non faciendi inventarium excusat.

33 Consuetudo ad hoc ut valeat, an requiratur bina aut alia iudiciaria, vel sufficiant extrajudiciales.

34 Inventarium confitendi, excusat necessaria & iustissima causſa.

35 Testator potest specialiter vetare, ne conficiatur inventarium.

36 Quod non tantum procedit in tutore testamentario, sed etiam in legitimo & dativo.

37 Procedit etiam non tantum si testator expresse voluerit confectionem inventarii, sed etiam si eam tacite remittat simpliciter, & limitative, quando remissio inventarii esset contra utilitatem pupilli, ut in num. 39. cum sequentib.

38 Testator quando vis remiserit tutori confectionem inventarii, nihilominus de reparto bonorum fieri debet ad faciliorem probationem, & ne bona bavantur.

39 Inventarii remissio facta a testatore, & esset contra utilitatem pupilli, potest iudex non sequi eius voluntatem: unde si apparet non ex causſa, quæ non fuisset cognita testatori, quod tali remissio esset damnosa minori, potest tutor & curator per iudicem, ad confitendum inventarium, ut in n. 40. similiter si adesset suspicio, quod tutor vel curator supprimeret res minoris, idem potest iudex facere, & librum rationis confiteri mandare, ut in n. 41.

42 Testator non potest remittere confectionem inventarii in præiudicium creditorum.

43 Filius non confitens inventarium, non præiudicat sibi quoad legata in quarta sibi debita ratione naturæ, & se in legitima, secus quoad creditores paternos, & n. 44 quod neque etiam tertia partis militaris eorum admittit filius propter non confectum inventarium, & n. 45. quomodo hoc intelligatur?

46 Iudex ex causſa potest remittere confectionem inventarii, ut in specie hic posita.

47 Tutor potest omittere confectionem inventarii, quando pupillus esse incipit, si a quo forsan maior esset expensa, quam pretium res pupillaris.

48 Inventarii non conficiendi, an sit iusta causſa longa litis pendentia super excusatione tutelæ testamentariæ in casu de quo hic.

49 Inventarium factum a tutore vel curatore minorum, an prosit illis, quoad eorum creditores.

50 Minores heredes existentes alicuius defuncti, inventarium facere tenentur, sed eo modo simplex eos remedium superest, nempe restitutionis in integrum, & actionis contra negligentes curatores.

51 Inventarium factum ab uxore de bonis mariti defuncti cum divisione & partitione facta cum heredibus mariti, sufficit pro ipsis, maxime si in capite vel in fine inventarii hoc dictum sit.

52 Inventarium per pupillum, cuius tutorem factum, non sufficit pro substituto, sed hic tenetur alium inventarium facere.

53 Tutor honorarius, vel datus causſa notitiæ, tenetur facere inventarium.

54 Tutor datus ad unum articulum, vel ad adeundam hereditatem, inventarium facere non tenetur, licet tutius sit, quod aliud conficiat, & in eo ponat tantum ista adeunda illam hereditatem.

55 Curator ad lites non tenetur facere inventarium.

56 Curator ad litem potest quandocunq; revocari, non vero tutor datus pupillo.

57 Tutor vel curator non potest administrare ante inventarium, alias infamis est, & potest ut suspectus removeri, & gesta ab eo & ante confectionem inventarii sunt ipso iure nulla, ut in n. 58. & contra eos est præsumptio iuris & de iure, & potest iurari in litem, ut ibidem, & n. 59. limitatur in his, qua non modicam dilationem expectare possunt, ea namque administrare possunt ante confectionem inventarii, ut in n. 60. & ea, quæ ad commodum pupilli spectant, ut in num. 66.

61 Tutores & curatores possunt vendere res illius minorum, ea sine qui bona non corrumpantur ante confectionem inventarii.

62 Tutores vel curatores non tenentur conservare frumentum vel vinum minoris in tempus rariſtia, sed possunt ea vendere ex currenti, & communi pretio, nec tenentur mittere in alium locum.

63 Tutor vel curator in rationibus suis ponere debet tempora venditionis, alias in eius prauidicium esset error tempus, quo plus minus illo mense vel anno valuit, debet tamen, ut in n. 64. expectare tempus congruum & vendere iuste pretio, & in loco fori, & ad utilitatem minoris, & non ad beneplacitum, & secundum suum caput, alias tenetur ad interesse.

65 Tutor potest præscrutari, & ea ponantur in inventario.

66 Tutor vel curator ante decretum administrationem, & confectionem inventarii, potest gerere ea, quæ ad commodum pupilli spectant, dummodo nulla modo possint obesse pupillo, sed tantum prodesse, ut in n. 68.

67 Tutores de necessitate tenentur ad finem perducere, quæ delationem non recipiunt.

68 Tutor an ante decretum sibi administrationem a iudice, vel inventarium confectum possit facere pacem nomine pupilli? & numero sequentibus, resolvitur affirmative.

69 Minor faciendo pacem, & reconciliando se cum inimico, dicitur lucrari, cum eius interesse sumicitias, quæ sumtus & expensas magnas afferunt, vitare: non autem dicitur aliquid remittere aut perdere, etiamsi remittat damna & interesse, ut in n. 71.

72 Tutor faciendo pacem pro pupillo, dicitur utiliter pro eo agere, etiam quod de pupilli bonis aliquid donaret vel damna & interesse remitteret, ut in n. 73.

74 Tutor vel curator agens ante inventarium, removetur, quia non potest agere nec convenire in iudicio, nec extra inventario non confecto & quod si coeperit inventarium, non tamen perfectum, n. 77. & sic curatum aliud servatur, ut in n. 79.

75 Tutors incumbit onus probandi, si eo opponatur, quod non fecit inventarium.

76 Tutor opponere non potest nullitatem tutelæ, propter defectum inventarii, aut aliarum solemnitatum.

78 Reo petenti copiam inventarii danda est, qua tantum probetur tutorem esse allorem: non vero plus.

80 Tutores ante confectionem inventarii tutoris sunt, & administrare possunt sub pœnis legalibus, præter quam post litem contestatam super susceptione tutelæ.

81 Inventarium tutoris vel curatoris, an fieri debeat in præsentia iudicis, vel cum eius licentia? resolvitur num. 82.

83 Consuetudo confitendi inventarium est servanda.

84 Tutores & curatores adimplent faciendo inventarium quam primum possunt, certum & verum coram tabellione & testibus, etiam sine iudice, licet melius sit, ut id fiat de iudicis licentia, & confitium producatur coram iudice cum iuramento, de quo hic.

85 Creditores & legatarii, aliiq; quorum interesse putant, citandi sunt ad inventarium confitendum per heredes.

86 Debi-

86 Debitores minorum, quando possunt convenire extra inventarium ab eorum tutoribus vel curatoribus, confecto debet dato instrumento originali debiti.

87 Tutores & curatores non tenentur apponi facere in inventario ex emptum instrumentorum debitorum suorum minorum, si tamen id solemniter fecerint, tenentur eo uti, si opus fuerit, alias pupilli eos iudicio tutelæ convenire poterunt, ut in n. 88.

89 Probatio in contrarium admittitur contra inventarium confectum per heredem, secus contra factum per tutorem vel curatorem.

90 In inventario tutorum, & curatorum summa privilegiorum, & instrumentorum minorum describenda est

91 In inventario tutorum & curatorum instrumenta earum, qua pupillus debet, non sunt ponenda.

92 Tutor non tenetur ponere in inventario debita pupilli, de quibus in bonis suis non reperitur instrumentum, sed postquam ea exegerit, ponet in inventario, sicut res de novo obvenientes.

93 Tutor vel curator debet describere in inventario bona, qua invenit penes minorem statim, quod fuit datus ipse tutor, vel curator, & omnes res scribi debent per signa, literas, & consinia, sicut in libello ponere eum. ut in n. 94.

95 Aestimatio rerum non requiritur, quod apponatur in inventario.

96 Res, qua in pondere numero, & mensura consistunt, pensi debent in inventario secundum suum pondus, numerum & mensuram.

97 Tutor vel administrator non tenetur ponere in inventario id, quod domini non est, sed an res depositas, vel commodatas, & sub alienas reperta in bonis pupilli tenetur ponere? agitur n. 98.

99 Inventarium debet fieri expensis pupilli.

100 Per tutores & curatores circa apposita in inventario, vel confessa per eos in scriptura privata sibi præiudicant, etiam si aliud protestentur, ut in n. 101. & non admittitur probatio in contrarium, ut in n. 102. sed quid in allegatione erroris, n. 103. resolvitur affirmative, imo etiam per indirectum probatio admittitur, ut in n. 104. & in alia probationibus, quæ adversus præsumtionem iuris, & de iure admittuntur, ut confessio adversarii, ut in num. 105. tertio autem descripta in inventario non præiudicant, num. 106. nec, ipsi tutori, vel curatori in immobilibus descriptis in inventario, ut in num. 108.

109 Inventarium hereditatis adeunde aliud est ab inventario confitendo per tutores & curatores.

110 Tutores, & curatores in adeunda hereditate minorum, quid videre & considerare debeant.

111 Hereditas infanti delata, debet adiri per eius patrem vel tutorem solum, & quid quando maiori infanti defertur.

112 Tutor, & curator librum rationum conficere tenentur sub pœna non confitentis inventarium: adeo ut etiamsi testator remiserit confectionem inventarii, adhuc librum rationis remissa non videatur, ut in n. 113.

114 Protutor & procurator inventarium, & librum rationum conficere tenentur, sicut tutor, & curator.

115 Tutores & curatores confecto inventario, quid debeant facere?

116 Tutores & curatores eam diligentiam adhibere debet circa administrationem rerum pupillarium, quam pater familias rebus suis bona fide præbere debet.

117 Tutor non debet finere quodcumq; adscitis genus collapsum ipsius fraude deperire, &c.

118 Tutor reparare debet sarta tecta, ne pupilli frumentum pluviis corrumpatur.

¶ Tutor non excusatur, si possit allorem communi opinione reputatum fidelem, & diligentem eodem n. 118.

119 Tutor reficere debet ædes & cætera, qua ad sui conservationem refectione indigent, colere q; prædia, aut locare, prout expedire iudicaverit: & tenetur gregem nutrire, & post vendere si expedit mutare, et que alienare sine decreto, vestes attritas, iumenta minora non necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia.

120 Tutor non tenetur mittere triticum & alias res ubi plus valeant, ut ibi vendantur, satis namque est eas vendere ubi existunt: neque tenetur exspectare tempus, in quo in maiore pretio vendantur, præsertim, cum, ob multam moram corrumpantur, periculo tutoris, sed satis est, si pretio ordinario in loco quo sunt, vendantur, attende tamen est, die venditionis inscribi, alias, &c. ut hic n. 121.

122 Tutor, qui bona fide opus inceptum a patre pupilli perficit, non tenetur.

123 Tutor tenetur administrare bona fide res pupilli, nempe, domum fulcire, agrum curare, debita exigere, &c.

124 Tutor debet bona pupilli velle & fideliter administrare, & non minorem curam, affectionem, & diligentiam habere in gubernandis & administrandis rebus pupilli, quam propriam, alias enim de negligentiis, & male administratis, & indebite consumtis tenebitur & potest contra ipsum iurari in litem de damni, impensis & interesse, modo esset rusticus grossus, vel nisi in testamento fuisset sibi relictus liberatio, & omne illud, in quo contingeret condemnari, quia tunc de negligentiis & omissis non tenebitur, nec poterit contra eum iurari in litem: nihilominus tamen tunc redderet debet, quicquid apud eum fuerit de bonis pupilli, & tenetur quisque de dolo, ut in n. 225. & an talis liberatio relicta prosit heredi tutoris, n. 126.

127 Tutor & curator imminente periculo in rebus minoris parcer, & ipsius administratoris quas præponere debeat & salvare? & nu. 128. & quid dicendum in dubio, n. 129.

130 Tutor in casu certo, quo non potuit salvare res pupilli, sed suas, non est in culpa.

131 Tutor rem propriam pretiosiorem re pupilli vel parem potest salvare, relictare pupilli, quam salvare non potuit, adhibita diligentia, quia in hac specie locus est gratificationi.

132 Tutor & administrator, qui in eius usum & utilitatem bona minoris converti, tenetur ipsa restituere in duplum, & ad damnum & expensas & interesse minoris solvendas.

CAPUT I.

De inventarii & libri rationis confectione.

TVTOR † ante omnia conficere debet inventarium de omnibus rebus pupilli, in quo contineantur eius privilegia & instrumenta hereditatum minorum, manu tabellionis publici cum iudicis licentia, alias a tutela, ut suspectus removebitur, nisi iustam causſam ostendat impedimenti, & tunc debet sibi præcipi ut statim sine dilatione inventarium conficiat, quo confecto tutor debet fulcire res pupilli, ne ruant, & colere prædia & pascere pecora: & hoc bona fide & fideliter. Ita cavetur ad litem tam in leg. 15. nu. 18. part. 6. 1

Inventarium ideo dicitur, † quia in eo describuntur reperta & inventa in bonis pupilli, ut notat gloss. 1. in leg. tut. qui repertorium, ff. de administrat. tut. & sic Bart. n. 10. ad fin. sequitur Procellus. de inventar. capit. 1. nu. 1. & gloss. etiam in l. tutores, C. de administrat. tute. gloss. in l. fin. versic. facto, C. de arbit. tut. gloss. in auth. de hered. & falcid. §. si vero absunt, versiculo inventarium, collatione prima. Vitalis in tractatu clausularum, in clausula nihil 2

novari confectione inventar. pendan. n. 66. Capol. in repet. l. si fugitivi, n. 73. C. de serv. fugitiv. & Chassan. in consuetud. Burg. rub. 7. §. 13. in vers. pal. le bene fiac. n. 1. & probatur *in l. 5. in princ. ubi: Inventario, en Latin, tanto quiere dezir in romance como escritura que es ficha de los bienes del finado, tit. 6. part. 6.* Et in terminis probat nostra l. 15. *tit. 16. part. 6. ubi, E aesse escrito a tal llaman en Latin inventarie*, quam legem cum communi sup. d. refert Ayora *de partit. 1. par. c. 2. n. 22 pag. mihi 9.*

3 Formam autem inventarii, † quod debent conficere tutores & curatores, ponit *l. 99. tit. 18. part. 3.* quæ est huiusmodi: *Inventario llaman la carta en que dexo el guardador fazer escrivir todos los bienes de los huerfanos: & tal escrito basse de fazer assi. Sepan quantos esta carta vieren como Garcia Alvarez Guardador de Ruy Fernandez Huerfano, hijo que fue de Pero Ruyz assi como parece por la carta fecha por mano del tal escrivano publico, que mando e hizo escrivir este inventario de los bienes que fallo en poder del huerfano sobre dicho luego que fue dado por su guardador. E primeramente dixo e otorgo el guardador sobre dicho que fallo tantas colas muebles en los bienes del huerfano: e tantos heredamientos de pan, tantas vinnas, e tantos olivares, e tantas casas. Diziendo cada una dellas quantos son, e en que lugares. E otro si, que fallara que avia de recebir de fulano tantos maravedis, e de fulano tantos: de los quales tenia cartas fechas por mano de fulano escrivano publico. E todas estas cosas, e cada una dellas otorgo que fallo ad huerfano sobre dicho e que las tiene en su poder, e en su guarda, e mando a mi fulano escrivano publico ante los testigos que son aqui escriptos que fiziesse esta carta publica porque no pudiesse nascer duda sobre los bienes del huerfano.* Substantialia † igitur huius formæ observanda sunt, quamvis aliis verba mutentur, quæ non mutent substantiam & essentiam inventarii: quam leg. Regiam citat, & iure cõmuni comprobat Baec. *n. 41. cum seqq. in loco statim referendo*, & formam inventarii de iure communi ponit Specul. *tit. de instrum. editio. §. fin. in cip. dillo de impugnatione, num. 9.*

5 In † textu Regio *d. l. 15. tit. 16. par. 6.* quem exponimus ibi, *E a lo que otra cosa sagan de ven fazer escripta de todos los bienes de los moços, &c.* Adde, quod nihil omitti debet, etiamsi sit minimum, *ut cum Alberic. in si tutores, C. de administ. tut. tenet Bat. de decis. tut. cap. 2. n. 41. in fin.* Simile est, quod in confectione inventarii, nihil ex his, quæ apponenda sunt, omitti debet, *secundum Bar. nu. l. 1. §. solent. ff. de offic. præfect. urb.* ut suspecti removebuntur, ex quo dolo omissæ præsumuntur, *ut ex aliis probat. Ant. Piag de tutor. & curat. q. 7. nu. 7. el 2. & refert plures idem sequutus Baec. d. c. 2. n. 44.*

6 Tutor namq; † qui inventario non apposuit omnes res, dolo fecisse videtur, cum omnes res in eo describere debuisset, *ita Bart. in l. tutor, qui repertorium, nu. 15. ff. de administr. tut.* cuius opinionem sequuntur Abb. *cons. 73. n. 6. & 7. lib. 2. Alex. consil. 74. nu. 1. libr. 7. Aymo, Cravet. consi. 115. n. 2. in fin. lib. 1. Gratus consi. 25. nu. 6. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 521. num. 64. & hos referens Ioan. Vincentius Honded. consi. 25. num. 24.* ubi cum numero sequenti idem probat eadem ratione in heredis inventario, *ut per Abb. ubi supra, & Capran. consi. 181. num. 21.*

7 *cum seqq. & Ant. Piag. ubi supra*, id limitantes, & nisi ex aliqua legitima causa venirent excusandi, ut puta, si tempore, quo conficiunt inventarium, illæ res omissæ, fuissent sibi occultæ. quod sublimitat Honded. *ubi supr. num. 25. cum seqq.* in filiis † heredibus patris, cum ipso in

8 eadem domo permanentibus, si agatur de mobilibus resictis in hereditate patris, & in eius domo retentis, quia non possunt allegare eorum ignorantiam, sed ratione coniunctionis scientia præsumitur, *ut ibi late prob. at.*

9 Vt igitur tutores vel curatores, aut heredes à periculo, de quo supra, † liberentur, aliquid inscientes omittentes apponere & scribere in inventario, optimum est protestari. Quod si aliqua ponenda non ponuntur, habeatur pro appositis, ut admonet Baec. *d. c. 2. num. 44.* adiiciens quod hæc res ignoranti, alias esse res, proderit, non vero scienti: Sed melior est praxis quotidiana, nempe, q̃ confecto inventario producatur coram iudice, & tabellione cum iuramento, quod est certum & verum rerum omnium, quæ usque adhuc in notitiam conficientis pervenerint cum protestatione, quod quoties aliæ res ad suam notitiam venerint, eas in inventario describi, hoc autem bona fide fieri debet: alias enim non proderit, præter incursum periurii.

10 Sed est dubium, † intra quod tempus tutores & curatores inventarium conficere debeant, ad hoc, ut suo oneri & obligationi satisfaciant, & correspondeãt? Text. *in d. l. tutores*, dicit, *mox*, quod creati fuerint. Idem inquit nostra l. Regia, ibi, *luego*, quod quidam intelligunt intra tempus, quod datur heredi, de quo *in l. fin. C. de iure delib. cum similib.* alii vero dicunt intra quatuor menses.

Vera tamen & communis, & concors cæterorum opinio est, q̃ tutores tenentur conficere inventarium rerum pupillarium, *mox*, id est, quamprimum potuerint, quod si non fecerint, dolo fecisse videntur, *ut in d. l. tutor qui repertorium, ff. de administr. tutor.* Atq; ita intelligunt dictionem, *mox*, in proposito. glossa. & omnes Doctores ibidem teste Bart. qui eos sequitur *nu. 6. & Baec. d. c. 2. n. 42.* Est communis secundum Octavian. Cache. *decis. Pedemont. 58. sub. n. 19 ibi, & communiter Dd. exponunt*, ubi refert Speculator, *de tutor. §. generaliter, n. 3. an versic. item fiet inventarium*, dicentem, *mox ab initio, quam cito potest*, puta infra triduum incipient facere, & *sequitur Alber. in d. l. tutores. num. 7.* ubi Ang. dicit. quod debet incipi & perfici una vice, si est possibile. & prædicta prior sententia est communis, *secundum eundem Octav. ubi supra, n. 24.* ubi *n. 25.* quod tutores non habent ad conficiendum inventarium tempus ad conficiendum concessum, per heredem videlicet 30. dierum ad incoandum à die aditæ hereditatis, & sexaginta ad perficiendum *ut in l. fin. C. de iur. delib.* sed debent statim, cum possint, illud perficere. Eandem etiam sententiam sequitur, & communem profitetur Ayora, *de partit. 1. par. c. 2. n. 14. in vers. pero en el tut.* Non igitur est præcise definitum tempus à iure, quando, & intra quod tempus teneatur tutor vel curator facere inventarium.

11 Et ideo, † si ille tutor, antequam accusaretur suspectus, & administraret, fecerit solemnia non facta, non poterit p̃ hoc accusari postea suspectus, & admittetur ad agendum & administrandum, secus si administravit, antequam faceret inventarium: tunc namque nihil potest obiici inventario, sed posset accusari ut suspectus, *ita Bart. in l. tutor, quis repertorium, col. 2. num. 7. ff. de administr. tut. sequitur plures referens sic intelligendus Caval. de tut. & cur. n. 20.* ubi quod secus erit, si post querelam factam de removendo eum à tutela ob solemnia nõ facta voluerit adimplere, & facere, quia tunc non erit audiendus, sed uti suspectus removendus propter ius quæsitum dicto pupillo, & querelanti, *ut per Bell. cons. 54. num. 11.*

12 Et procedit † præcedens communis sententia etiam in matre tutrice filiorum, quæ in inventarium tenetur conficere, mox cum creata fuerit eorum tutrix. *l. tutores, la 2. C. de admin. ff. tut. diximus supr. c. 1. n. 12. huius secunda partis*, non vero ad id habet annum, qui sibi alias à iudice conceditur ad petendum tutorem filiis, *ex l. sciant, cum simul, ff. de legitim. tut.* Imperatores namque Arcadius & Honorius auctores, *d. l. tutores*, cum scirent dispositionem dictæ *l. sciant, qui*, maxime cum à Theodosio eorum patre promulgata esset, utique annum confectioni & perfectioni inventarii præfigere scivissent, si voluissent, *argumento gloss. penult. in c. si post quam, de electione, in 6. & text. in c. inter corporalia, de translat. prælat. &*

l. at. & l. unica, §. si autem ad deficientia, C. de caduc. tollend. sicuti in petitione tutoris statutum fuit, & tamen non intra annum, sed mox. cum ordinati fuerint tutores, voluerunt, eos curare facere inventarium. Quod & Iustin. comprobavit *in l. fin. in Cabrit. tut.* ubi pœnis legalibus afficit tutores, si neglexerint conficere inventarium, & eos quasi suspectos ab officio dicit esse removendos, text. etiam *in l. hoc enim, in fi. ff. de suspect. tut. & l. 9. solent, & ibi Bald. ff. de offic. præfect. urb.* Id quod expresse probat l. nostra Regia 15. ibi; *E si el guardador, no fiziere tal escripto como esse, puede le toller el juez del lugar la guarda de huerfanos e de sus bienes, como a home suspechoso.* In his namq; iuribus nullum tempus est diffinitum ad conficiendum inventarium. Alias si, si mater tutrix haberet ita annum ad conficiendum inventarium, sicut ad petendũ tutorẽ absq; incursu pœnæ alicuius posset differre confectionem inventarii usq; ad finem anni, & sic negligere administrationem bonorum, cum ea non possit administrare, nisi prius confecto inventario, *ut in d. l. fin. C. arbit. tut.* sicut potest differre petitionem tutoris absq; eo, quod aliqua mora intra annum ei imputetur. Licet itaq; detur annus matri ad petendum tutorem filiis, non tamen ad conficiendum inventarium, ubi mater puniturpropter dolum præsumtum. Ita in terminis late probat Octav. *d. decis. Pedem. 58. num. 25. cum seq.* cujus sententia comprobatur, quia si tutores mox, ut creati fuerint, tenentur facere hoc inventarium, & mater habet à iure annum ad petendum tutores filiis sub pœna privationis eorum hereditatis & successionis, si pupillus impubes decesserit, *ut in d. l. sciant, qui, cum simil.* consequitur, quod si ipsa mater antea non susceperit tutelam, sed ad finem anni eam susciperit, non teneatur prius quam creata fuerit tutrix filiorum, inventarium facere, sed postea mox, ut creata fuerit tutrix filiorum. Nec dicitur tunc datus annus ad confectionem inventarii, sed ad petendum tutorem filiis, intra quem annum ipsa deliberare poterit, utrum velit suscipere tutelam filiorum vel non, sed alium tutorem filiis suis petere. Tenetur namque mater intra annum mortis mariti, vel se facere provideri tutricem filiorum, vel eis tutorem petere. Unde prædict. pœnam non incurret, si intra annum fecerit se tutricem filiorum suorum provideri, vel eis tutorem petierit alternative, ut constat ex mente & ratione suprà iurium in hoc ioquentium. Imo post annum tutelam sibi provideri, petere poterit, licet ob non petitum tutorem intra annum incurrat pœnam *d. sciant, quicumque simil. ut statim dicemus*, & mox, ut creata fuerit tutrix, inventarium facere tenebitur, non verò prius, cum tunc non sit tutrix.

13 Est † tamen maxima quædam differentia inter matrem, non petentem tutorem filiis intra annum, & tutorem administrantem, & non facientem, vel perficientem inventarium de rebus pupilli: quia mater, licet non petat tutorem intra annum, quamvis præjudicet sibi, quoad successionem pupilli decedentis in pupillari ætate, *ut in dicto iuribus*, non tamen sibi præjudicat quoad tutelam, quia potest eam assumere post annum, *ibi Bald. in d. l. precibus, col. 3. vers. & scias, num. 21. C. de impub. & aliis subst.* tutor vero administrans ante confectionem inventarii, potest accusari ut suspectus, *ut supra diximus n. 11.* Magis igitur in proposito tutelæ delinquit, qui non facit inventarium, vel minus perfecte illud facit, quam qui non petit tutorem intra annum, *ut expresse dicit Sylvanupt. in rubr. viduæ non nubendum, in vers. 3. limitat Gozadin. consil. 17. num. 3. & 8. & cum Cornes Octavian. ubi supra num. 23.*

14 Ex † quo falsa redditur opinio Bartol. *in l. legitimos, in princ. num. 7. ff. de legit. tut.* dicentis, quod licet glossa. ibi ponat decretum primo, tamen ultimum est. Debet enim tutor prius facere inventarium, & alia, quæ supra dixerat, quam ei tutelæ administratio concedatur, *ut in l. fin. C. arb. tut.* vel saltem dicit, quod debet fieri in ipso actu, quo decretum interponitur, *ut in auth. ut hi, qui obligatas se perhib. hab. ere min. §. fin.* Cum enim *l. tutores, ia.* dicat, quod tutores vel curatores mox, quam fuerint ordinati sub præsentis publicarum personarum, inventarium rerum omnium & instrumentorum solemniter facere curabunt, & ibi Salyc. exponit verb. *ordinati*, id est, sub præsentis publicarum personarum: & l. nostra Regia 15. expresse dicat, quod tutores, qui habent sub tutela orphanos, debent facere inventarium. *E luego que otra cosa hagan*, consequitur manifestissime, quod prius decerni debet eis tutela per judicem, & postquam sibi fuerit decreta, statim, quamprimum poterunt, tenentur inventarium conficere, non vero antè decretum tutelæ; nec in ipso actu decreti. Praxis, etiam communis tribunalium hujus regni, suffragatur huic nostræ sententiæ contra Bart. Hoc namq; videmus fieri in praxi, nempe ut prius decernatur tutela & cura per judicem coram tabellione & testibus, & postea fit inventarium, de qua etiam praxi testis est Greg. Lopez. *in dict. l. 15 gl. 1.* & nos quoq; ixpissime ita fieri vidimus, & de eodem iure practico, quo utimur, testatur quoq; Spinio *in suo Spec. test. gl. 29. n. 41. ad fin.*

Neq; obstat *l. fin. C. arb. tutel.* quia ipsa non prohibet administrationem per judicem verbaliter decerni, sed ipsa realis administratio interdicitur ante confectionem inventarii, *ut infra dicemus.*

Mater † ergo non conficiens inventarium, cum sit 15
tutrix filiorum, (sicut infra, & ceteri tutores, de quibus nuncupatim agemus) quatuor pœnas incurrit. Prima est, quia dolosam suspicionem incurrit, *l. tutor qui repertorium, ff. de administr. tut.* nempe furti rerum pupillarium, sicut heres inventarium non conficiens incidit in suspicionem furti rerum hereditariarum, jure communi ita præsumitur, *ut in authen. de hered. & falc. §. sancimus, coll. 1.* Quæ quidem præsumtio, cum sit juris, est liquidissima probatio. *juxta gl. in l. sicut, C. de pericul. tut. l. licet Imperator. ff. de legat. 1. ita Roman. consil. 118. quod primum, in 2. dubio*, addens, quod mater hoc casu possit poni ad torturam, si bona non reperiuntur, quem ad hoc refert & sequitur Anton. Pisg. *de tutor. & cur at. cap. 2. num. 10. & Marc. Anton. Eug. consil. 18. num. 47. ubi alios citat.* Sed hoc ultimum verum non puto nec tenendum; primum vero sequor, ut cum aliis etiam observavit Baec. *de decim. aut. c. 2. n. 55. & 59.* Secunda pœna est; quod in vinculis causam dicit, licet sit de jure secus; *ita Roman. ubi supr. & Ant. Eugen. ubi supr. & Ant. Piag. etiam ubi supr.* sed in hoc etiam reprehenditur Roma. per Hippolyt. de Marsil. *in sua pract. crimin. in verb. attingam. n. 64. & 65. quem ad hoc refert & sequitur addit. Bartol. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 6. de enfans, &c. in text. ubi, par inventare, n. 12. fol. 221. col. 1.* licet Baec. *ubi sup. n. 56.* teneat, quod tutor, qui non confecit inventarii, potest poni in vinculis, *per l. 3. §. tutores, qui repertorium. ff. de suspect. tut. Goz. ad consil. 18. num. 14.* Quod in aliis tutoribus verissimum est, & probatur expresse *in d. §. tutores, qui*, Ceterum in matre tutrice non videtur procedere, quia ipsa etiã ob causam tutelæ incarcerari non potest, cum non teneatur ultra, quam facere potest, ut observarunt Marsil. & Chass. *ubi sup.* & nos late dicemus *infra. alio c.* Nihilominus tamen adhuc in specie, de qua agimus, propter dolum præsumtum à jure, & suspicionem furti in matre tutrice filiorum, ob non confectum inventarium, verius & tenendum videtur, quod mater in hoc casu possit incarcerari ex dolo proprio, qui ipsi patrocinarinon debet: Est enim delictum & causa criminalis, atque ideo merito, ut incarcerari pro eo possit. Tertia pœna est, quod infamiam incurrit. Quarta est, quod per pupillum juratur in litem contra eam, *ut ubi per Roma. plenius habetur & Chassan. ubi supra, d. n. 3. cum seqq.*

16 Tutores igitur & curatores minorum, ut diximus, inventarium solemniter facere tenentur omnium rerum suorum minorum & instrumentorum pertinentium ad res pupilli vel adulti, *ut in jurisbus supra citatis, & præterea in l. 9. tit. 18. par. 3. & per Jas. consil. 219. lib. 2. Decta ref. 83. n. 23. vol. 2.* congerit alios plures Aut. Pisg. *de tut. & cur. q. 9. n. 8.* ubi ampliat etiam in tutore testamentario. Id, quod verissimum est atq; certissimum, & in praxi quotidie observatum est; de mente præcisa omnium tenentium, quod testator potest remittere tutori testamentario confectionem inventarii, Ergo clare præsupponunt, quod alias absq; præd. remissione id tenebatur facere: quicquid aliud velit in tutrice testamentaria Joan. Baptist. Feret. *cons. 312. n. 4. in 2. part.* quem supra improbavimus. Adde insuper Aut. Pisg. *ubi supra 4.* quod si plures sint tutores, omnes conficiunt inventarium, fisco; imputet, qui id non confecerit: non enim possunt cogere contutores seu concuratores ad dandum sibi copiam, *secund. illar. inl. alibi. ff. de administ. tutor.*

17 Tutor autem, † qui repertorium non fecit, quod vulgo *inventarium* appellatur, dolo facere videtur (ut in matre tutrice prædiximus) nisi forte aliqua necessaria & fortissima causa allegari posset, cur id factum non sit. Si quis igitur dolo inventarium non fecerit, in ea conditione est, ut teneatur in id, quod pupillo interest, quod ex jurejurando in litem æstimatur. Nihil itaque gerere ante inventarium factum oportet, nisi id, quod neque modicam dilationem exspectare possit. Ita dicit *l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de administr. tut.*

18 Quod † si tutor inventarium non fecit, vel minus legitime, in dolo esse præsumetur, ac bonorum usurpator reputabitur, ut consulendo tradit Jas. *d. consil. 219. n. 3. cum seq. incip. materia rationum, vol. 2. & voluit Bald. in l. fin. in princip. C. de jur. deliber. quem refert & sequitur Affflict. decis. Neapol. 13. n. 17. Soc. cons. 86. vol. 2. & Dec. consilio 138. col. 1. quos refert & sequitur Roland. à Valle consil. 49. n. 18. vol. 1.* dicens, quod ultra pœnas infamiæ, cui ipse tutor subjacet, & aliis quibus puniendus erit, tenebitur pupillo, quatenus juraverit in litem, quod etiam voluit Afflict. *decis. 207. n. 4. Bero. consil. 128. cum aliis a nitoribus relatis a Caval. de tut. & cur. n. 39. cum seq.* ubi etiam, quod puniri debet in duplum rei non descriptæ in inventario. Eadem etiam plures allegans probat & tenet Baet. *de decim. tit. 5. 2. num. 54. cum seq. & Ant Pisg. de tut. & cur. q. 7. n. 10. vers. 4. & Ayora de partit. 1. part. 2. n. 17.* ubi *n. 18.* idem probat & tenet, quando tutor vel administrator non legitime, ut debuit, fecit inventarium, quia omisit in eo apponere aliqua bona vel res qualitatis, vel valoris, vel ita obscure eas posuit, ut pro re certa convenire non possit, tunc enim contra eum etiam poterit petitio, quod interest, juramento in litem alterius partis probandum, quia tunc hujusmodi inventarium pro infecto habetur. *l. 1. ff. de his, quæ in testam. delentur, & in l. 2. ff. de his, qua pro non script. hab. & tenet Bartol. in termino, in d. l. tutor, qui repertorium, in princ. nu. 21. ff. de administ. tut. quem cæteri sequuntur, de ste Ayora ubi supr. sub d. n. 18. & diximus tam supra.*

19 Quod si tutor † vel administrator inventarium non fecerit mox, prout de jure tenetur, sed post multum tempus à morte defuncti, & postquam suscepit administrationem bonorum, cuique se immiscuit, poterit quidem accusari & removeri, ut suspectus, & contra eum dolus præsumitur, non tamen incurrit alias pœnas tutorum, vel administratorum, non conficientium inventarium, *ut supra diximus*, & præterea ita tenet Ayora *ubi supra, num. 16.* allegans ad id Spec. *in tit. de instrum. edit. §. fin. circa prin.* & Bart. *in d. l. tut. qui repertorium, in princ. n. 7.* qui tamen ita distinguit, quod si tutor nihil administravit, licet tardius venerit ad conficiendum inventarium, & tardius venerit ad gerendum, nihil potest ei objici à quocunque: sed si administravit, antequam faceret inventarium, nihil potest objici inventario, quia tutor est & facere debet, sed posset accusari ut suspectus, quam Bart. opinionem sequitur alios allegans Capicius *decis. 30. num. 2. & 3.* & Marcus Anton. Eugen. *consil. 19. num. 16.* nec non & Mandel. *consil. 21. num. 7.* & Malval. *consil. 115. num. 17.*

Ubi idem † probat in tutore, qui rationem conficere & reddere tenebatur, ut si illam debito tempore reddere neglexerit, etiamsi demum illam reddiderit, nihilominus sit, ut suspectus, removendus, quia concurrit eadem ratio, validumq; est argumentum de inventario ad rationis confectionem, *ut per Bartolum in l. 5. de servis, in 2. lectur. in fin. in verb. ff. de tut. & rat. distr. & Socin. consil. 159. & consil. 213. & consil. 190. volum. 2. Roman. consilio 414. in princ. Dec. ca. fil. 171. num. 1. & 2. Roland. à Valle consil. 49. n. 62. lib. 1. vers. an. consil. 94. in fin. & latissime Ploto in l. si quando, n. 92. C. unde vi, prout eos ad hoc refert, sequitur Matlus. d. consil. 115. n. 18.*

Sed † non idem erit in omissione satisdationis tutoris testamentarii, quia ipsam præstare non tenetur tutor testamentarius, *ut in princ. Inst. de satisdat. tut. cum simil.* Ita in terminis dicit M. Anton. Eug. *d. consil. 19. num. 17. & 18.* ellique indubium, & ideo accusari non poterit ut suspectus ex omissione satisdationis, si quidem illam præstare non tenetur, ut modo dicebamus.

Multoq; magis idem concludendum est de omissione promissionis defaciendo utilis, & præterminendo inutilis, quia non reperitur jure cautum, quod illa omissio operetur nullitatem tutelæ, cum sit promissio modici momenti, *ut in termino affirmat Eugenius ubi supra, numero 19.*

Pœna † autem tutoris vel curatoris, non conficientis inventarium ea est, quam prædiximus ex nostra l. Regia nempe: *Que el que la puede quitar la guarda de los bienes de sus huerfanos e de sus bienes como a home sospechoso.* Quod aliis legibus supra comprobavimus, & tenet Philip. Corneus *consil. 171. sup. frenis consultatione, num. 4. lib. 3. Ant. Pisg. de tut. & cur. quæst. 7. num. 6.* & humiliores in vinculis publicis jubentur contineri *in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut. & ibi Bart. Greg. Lopez. in d. l. 19. glos. 2. tit. 16. part. 3. Ant. Pisg. de tut. & cur. d. quæst. 7. num. 10. Marc. Ant. Eugen. consil. 19. n. 4. cum seq.* Idem est si faciat inventarium, & non omnia bona pupilli in eo scribat. Accusari enim potest ex hoc, ut suspectus, & removetur à tutela & insuper criminaliter punitur, *l. 1. §. solent. & ibi Bart. colum. 1. ff. de offic. præfect. urb. l. an eos ff. de tut.* Dolus enim contra eum præsumitur ex hoc, *utper Jas. d. consil. 219. num. 3. versic. 2. & Abb. consil. 75. num. 7. 2. part. Baet. de decim. tit. 6. 2. n. 44.*

Debent † enim omnia sigillatim describi in inventario, *dict. l. fin. §. fin. C. arbit. tut. & chirographus ff. de administratione tutorum.* Erit autem optimum consilium ad hoc, ut aliquis inspectus bonorum aliquorum ab hoc recuso liberetur: quod prædiximus *hoc eodem capit. in numero 9.*

Unde facto † inventario, si bona augeantur, augendum est inventarium, *glos. 1. in fin. in l. tutor. qui repertorium, ff. de administrat. tut. & ibi Bart. num. 11. ad fin. sequitur plures allegans Baet. d. c. 2. num. 42.*

Sed † & est alia pœna contra tutorem non conficientem inventarium, quia incidit in suspicionem furti rerum minoris, potestq; præterea subjici torturæ & causam dicit in carceribus (præterquam in matre tutrice filiorum, *ut supra diximus*) & tenet præterea Mar. Anton. Eugen. *d. consil. 16. num. 48. cum seq. & Ant. Pisg. d. q. 7. num. 10.* quod etiam procedit de jure canonico, & in clerico tutore, *ut cum Natta consil. 685. vide punctu, nu. 15. lib. 4. tenet Ant. Eugen. ubi sup. n. 31. & 32.*

Juratur

27 Juratur † præterea in litem per majorem effectum contra tutorem, non conficientem inventarium, ad interesse declarandum per dictum juramentum, in litem ipsius partis, *ut supra diximus, & præterea tenet plures etiam Ant. Eug. ubi sup. n. 12. & Ant. Pisg. d. q. 7. sub n. 10. in vers. 4. & alii.* Et probatur expresse in l. 6. tit. 11. part. 3. ubi dicitur: *Rehelde si ende el guardador de manera que no quisiesse dar cuenta verdadera al huerfano despues que fuesse de edado o otra que lo quisiesse recebir en mudo la del. o no le quisiesse entregar sus cartas si no mandasse le sacar del inventario en que fuessen escriptos alcuos de los bienes del huerfano, o no le entregasse las otras cosas que oviesse tenido en guarda por el, o file fuesse probado que al huerfano menoscabara alguna cosa de lo suyo por culpa o por engano de su guardador, dezimos que el home en qualquiera de estos casos puede ser acusado por la jura deste que fue huerfano que jure sobre quanto no querria auer menos aquella cosa que su guardador no le queria entregar, o en quanto apercia el danno e el menoscabo que recibio por razon del, deue le sobre ello apleytopor su jura, apreciando cada vna el juzgador e asumando sobre aquella quantia ianada al huerfano que jure.*

28 Sed † contra heredem tutoris non conficientis inventarium delatio hujus juramenti locum non habet, *l. 8. & l. alio, & l. fin. C. de in lit. jur. expressa l. Regia præsata 6. tit. 11. par. 3. in vers. Si el guardador se finasse*, ubi præfigit formam procedendi in hoc contra heredes tutoris, *ubi Gregor. Lop. in gl. heredes*, dicit, bene notandam practicam illius l. & eam limitat, nisi lis esset contestata cum defuncto, Lite namque non contestata, mortuo reo ob dolum præsumitur, prout est dolus tutoris, non conficientis inventarium, adversus heredem in litem juraudum non est, ut est ab omnibus receptum, *teste Covarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 14. num. 5. ad fin.* ubi idem probat in dolo vero cum Bart. *in d. l. in allionibus*, cui frequentissimo omnium consensu suffragatum esse dicit Curtius Junior, ibi *num. 34.* testragante auctoritate ejusdem Bart.

29 *in l. 1. C. de in lit. jur.*

Similiter † etiam tutor inventarium non conficiens, infamiæ nota afficitur, *l. fin. C. arb. tut. Anton. Pisg. d. q. 7.*

30 *num. 10. ad fin.*

In † inventario autem non sunt ponenda debita, quæ pupillus debet, sed quæ ipsi debentur. *Bart. in d. l. tut. qui repertorium, sub n. 10. Arct. consil. 142. 9 proposita, colu. 2.*

31 *alios allegans Baet. d. c. 2. num. 52.*

Quoad † agendum autem, non est necessarium, quod tutor inventarium perfecerit. Sufficit namque illud incœpisse, *secundum Abb. in cap. extenore, num. 3. de tempor. ordin.* quem ad hoc refert & sequitur Anton. Pisg. *d. q. 7.*

32 *num. 10. ad fin.*

Superiora † omnia dicta de obligatione tutorum & curatorum conficiendi inventarium limitantur nunc primo, quando in loco adesset consuetudo non conficiendi inventarium, tunc enim illud non conficiens excusabitur, *secundum Abbatem in cap. ex part. num. 6. de appellat.* dicentem, hoc esse admodum singul. dictum, & notabile in practica, sequitur Armil. aurea *in summa, verb. tutor, num. 4. & hos refrens Ant. Pisg. de tut. & cur. quæst. 7. num. 11.* Eandem limitationem probavit Crotus *consil. 131. facti contingentia, num. 51.* & cum eo Mascard. *de probat. 3. tom. conclus. 1302. num. 5. & ante eos Specul. de instrum. edition. §. fin. vers. quid si sit de consuetudine regionis. num. 8. Cyn. in l. fin. C. arbit. tut. & sequitur Bald. in auth. sed cum testator, colum. 2. versic. alii dicunt. C. ad leg. Falcid. Ayora de partit. 2. par. cap. 2. nu. 31.* Et consuetudo per allegantem probanda erit, *secundum Crotum & Mascard. ubi supr. num. 6.* addentes, quod ad hoc, ut valeat consuetudo, necesse est, quod fuerit obtentum in contradictorio judicio, juxta formam, quam ponit Bart. *in*

33 *l. de quibus ff. de legib.*

Falluntur † tamen in hoc ultimo hi duo auctores. Nam non est de essentia & valore consuetudinis, quod sit obtenta in contradictorio judicio: quia licet glos. dicant, requiri actus sententiarum ad inducendam consuetudinem. Quarum opinionem insinuat esse communem Mencha. *de succes. creat. §. 21. num. 114.* & videtur ipsam probare *in l. 5. tit. 2. part. 2. ibi, dos juyzios.* Verius tamen est & receptius. Scilicet, quod per actum judiciorum, & non judiciorum inducatur consuetudo, *ut in leg. cum de consuet. ff. de legib. sic an etiam contradictorio aliquando non judicio, &c.* Dictio namq; etiam innuit, idem esse etiam extra judicium. Ita cum communi probat Bart. *in d. l. de quibus. nu. 13.* tam in lectura quam in repetitione, cujus sententiam dicit etiam communem Paul. Castr. *ibi num. 11. & 16. sequitur Jas. alios allegans ibi n. 51.* Et dicit magis communem Orosc. *ibi, n. 16.* communem quoq; plures allegans testatur Menc. *ubi supr.* dicit etiam magis communem Orosc. *in d. l. cum de consuetudine. n. 1.* & communem profitetur idem Orosc. *in Lxam imperator, n. 2. ff. eadem tit. de legib.* Et etiam communis secundum Avend. *in suo dictionario, verb. costumbre, ad fin.* Neq; obstat *d. l.* in contrarium allegata, quia debet intelligi & ampliari, ut non solum per sententias, ut illa lex dicit, sed etiam per actus extrajudiciales consuetudo inducatur, *secundum Orosc. ubi sup. utrobiq;* & melius Greg. Lopez, *in d. l. n. 2.* respondet Avend. *ubi sup.* quod non requiritur binum judicium, ut valeat consuetudo, & habeat esse simplicis consuetudinis, sed ut habeat vim legis, omnino requiritur binum judicium, ut colligitur ex mente legum Regni, nempe *d. l. 5. & l. 6. & tit. 1. seq.* Male igitur Crotus & Mascard. ubi supr. requirunt ad hoc, ut valeat & excuset tutores consuetudo non conficiendi inventarii, quod fuerit obtenta in contradictorio judicio: siquidem sufficiunt actus extrajudiciales ad eius valorem, juxta magis communem præfatam sententiam.

Secundo † superiora omnia de obligatione tutorum 34
& curatorum conficiendi inventarium limitantur, ut non procedat, quando esset necessaria & justissima causa. Hæc namq; bene excusare potest ab inventarii confectione, ut expresse decidit *in l. tut. qui repertorium, in princ. ff. de administ.* ubi Bartol. *n. 17.* quarens, quæ sit illa necessaria causa, respondet, posse esse primo in persona tutoris, qui morbo sontico impeditur, *ut in l. quæsitum, ff. de re jud.* Et potest etiam esse impedimentum ex parte rei, quia nō reperitur adhibita diligens inquisitio. Et quod justa causa excuset, probatur etiam in nostra lege Reg. 15. ibi: *Pero si el guardador mostrasse razon derecha porque no pudiesse fazer el inventario, ante deuen de sposderar de los huerfanos non de sus bienes: mas deuen le mandar que fa galuezca el inventario sin alongamiento ninguno.* Esset etiam justa causa in proposito, si tempore, quo conficiunt inventarium, res in eo non apposita essent illis occultæ, *ut prædiximus supr. hoc cap. in vers. in text. Regio*, ubi sublimitavimꝰ, & praxin opportunam adduximus. Similiter quoque justa causa non faciendi in- 35
ventarium, excusans tutorem vel curatorem, erit testatoris specialis voluntas † inventarium confici vetantis, *l. fin. §. procul dubio. C. tut.* Potest igitur testator remittere tutori confectionem inventarii, ex illo §. *illa procul dubio, secundum Bartol. in dicta lege tutor, qui repertorium, numer. 18.* dicentem, hanc esse justissimam causam non faciendi tutorem inventarium, licet non sit necessaria, tenet idem Bartol. *in l. nemo potest, n. 6. quæst. prime. & ibi Dd. ff. de legat. 1.* Et est communis secundum nos, *ibidem n. 403.* ubi alios citavimus, *& secundum Ant. Pisg. de tut. & cur. quæst. 7. num. 15.* 36

Quæ conclusio † primo ampliatur, ut non tantum procedat in tutore testamentario, cujus fides visus est testator approbare, sed etiam in legitimo & dativo, *juxta glossam in d. l. tutores. de 12. verb. publicarium, ad fin.* Est communis, ut diximus *in d. l. nemo potest, n. 406.* eamque

sequitur Ioan. Orosc. *in l. 1. num. 20. ff. de offic. præsid. verb. & Anton. Pisag. d. num. 12. & Cavalc. de tut. & curat. num. 210.* ubi citat Bernardum Diaz. de Lug. *in reg. 760.* & Jul. Clar. *in §. testamentum, q. 66. vers. quoad tertium.*

37 Secundo ampliatur, † ut procedat non tantum, si testator expresse retulerit confectionem inventarii, sed etiam, si eam tacite remittat simpliciter, ut constare videtur ex glossis supra allegata *in d. l. tutores, la 2. & in l. 3. §. tutores, verb. non fecerunt, ff. de suspect. tut.* dum glossi. simpliciter dicit, testatorem remittere posse confectionem inventarii, & non exprimunt, quod specialiter eam vetet, seu fieri prohibeat. Ita tenet Cyn. *in dict. §. illo,* & est de mente Bartol. *and l. nemo potest, d. q. 6. princ.* & est magis communis opinio *secundum Rip. ibi, nu. 85. & secundum Bate de decim. tit. 2. cap. 2. num. 28.* qui eam sequitur, & nos etiam, *in dict. l. nemo potest, num. 409.* eam defendimus à contradictione Joannis Andreæ Salyret. Angel. & aliorum tenentium contrarium, ubi respondimus fundamentis contrariis & præcipue *dict. §. sed*, in illis verbis, *specialiter in testimonium confici voluerint*, quia in rei veritate paria sunt dicere, remitto inventarium, vel veto id fieri, *argumen. text. in l. si heres vetuit, juncta l. cum tale, §. Titius, in fin. ff. de condit. & demonst.* & quia nihil interest, quibus verbis utatur testator, si de voluntate ejus appareat, *ut in l. 2. C. commun. de legat. & in l. 2. C. de formul. fabric.* Et ita est tenendum, tametsi Anton. Pisag. *de tut. & curator. quæst. 7. num. 25. versic. declaratur, cum aliis quos citat, & inter eos Jul. Clar. §. testament. quæst. 66. in versic. quo ad tertium tenet contrarium.*

38 Quamvis † tamen testator remiserit tutori confectionem inventarii, nihilominus debet fieri descriptio bonorum ad faciliorem probationem, & ne bona baratentur, ut resolvimus cum aliis pluribus *in dict. leg. nemo potest, num. 411.* ubi idem quoque probavimus in patre, qui non tenetur inventarium bonorum filiorum, tanquã legitimus administrator conficere, ut teneatur, prædictam descriptionem facere ex Doctore Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. c. 15. n. 34. & alijs.*

39 Si † tamen remissio inventarii ficta tutori à testatore esset contra utilitatem pupilli, potest judex ex hac ratione non segui testatoris voluntatem, *l. in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confirm. tut. cum simil. ita Bart. ubi supra.* Est communis, ut alios allegans dixi *in dict. leg. nemo potest, num. 410. & Dect. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 28. num. 16. & Molin. Thtolog. lib. 1. de justit. & jur. col. 1377. in vers. utrum.*

40 Unde † si appareat nova causa, quæ non fuisset cognita testatori, quod scilicet talis remissio esset damnosa minori, cogi posset tutor & curator per judicem ad inventarium conficiendum, *secundum Franc. Sum Arrt. consil. 22. diligenter & matura. post num. 5. Dect. consil. 349. quod in præsenti, num. 6.* & hos referentem Anton. Pisag. *de tutor. & curat. q. 7. num. 16.*

41 Similiter † etiamsi adesset suspicio, quod tutor vel curator supprimeret res minoris, posset judex ex officio, non obstante prædicta remissione testatoris, eum cogere ad conficiendum inventarium, & librum rationis pro utilitate pupilli vel adulti. *Bald. in l. fin. C. arbitr. tut. Angel. consil. 112. quæ refert & sequitur Anton. Pisag. ubi supra num. 18. & plures allegans Cavalc. de tut. & curat. num. 210.*

42 Denique † & tertia non valeret remissio confectionis inventarii in præjudicium creditorum: ea namque non obstante inventarium fieri debet, *secundum Bald. in l. final. §. cum igitur, C. de jur. deliber.* secus esset, si solum modo legatariis præjudicium afferret: hæc namq; non esset causa legitima ad impediendam voluntatem testatoris, cum illis potuerit non legare, *ut cum Paul. Castren. & Alexandro probat Anton. Pisagum dict., quæstione 7. numero 17.*

Hinc est etiam, † ut filius non conficiens inventarium, non præjudicet sibi quoad legata, in quarta sibi debita jure naturæ, & sic quoad legitimam: secus quoad creditores paternos: illis namque integre filius non conficiens inventarium satisfacere tenetur, quia æs alienum hereditatem consumit: bona namque hereditas non dicuntur, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum, §. bona cum concordant. ff. de verborum significat. & interminus tantenet glossi. in l. fin. §. si autem, qui est penultimus, verbo, sacramento, (. de jure delib.* quam etsi Oldradus, quem ibi refert Alberic. reprehendat, eam tamen ceteri approbarunt, ex quibus Alexand. *num. 8.* Corneus *in fin. verbo*, Jas. *num. 2.* testantur illius glossi. opinionem esse communiter approbatam, & sequuntur communiter omnes, secundum Ayoram *de partit. 1. part. cap. 2. num. 23.* estque similis glossi. *in authent. de hered. & Falc. §. si vero non fecerit, verbo, non lucrari, collat. 1.* ubi etiam sequuntur omnes. Glossi. etiam communiter ibi recepta, *in authentic. sed cum testator, verbo excedant, C. ad legem Falcid.* quæ glossæ omnium consensu sunt receptæ, *secundum Doctor. Covarr.* qui plures citat *in cap. si hereditas, nu. 9. 2. testamenti* & communem profitetur, plures etiam confert ex Padilla *in authent. hoc amplius num. 19. C. de fideicommiss.* ubi etiam glossi. *verbo, naturale, in fine, idem Padilla in l. 4. num. 31. ff. de juris & facti ignorant.* Communem etiam contra alios dicit Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in 7. ampliat. num. 12. C. de inoffic. testam.* ubi *num. 9.* dubitat, an hodie ea procedat attenta *l. fori*, præcipiente, omnia bona patris esse legitimam filiorum, excepto quinto, nam possent filii fraudare legatarios, non faciendo inventarium. Idem ipse inquit, quod si ipse esset judex, recurreret ad conjecturas, quas ibi refert. Ego vero filium vel filios non conficientes inventarium, vel id conficientes ultra quintum inter extraneos, & ultra tertium & quintum inter descendentes, legatis invitos non onerarem, nec condemnarem, *juxta leges claras hujus Regni*, nisi legitime constaret de fraude, & occultatione bonorum. Et ultra omnes supradictos, eandem sententiam glossarum communem, & magis communem, atque receptiorem plurimos allegans, affirmat, latissime eam comprobans, & respondens fundamentis contrariis Octavian. Cacheran. *decisione Pedemont. 30. num. 8. cum sequentibus usque in fin. decisi.* ubi in ultimis verbis inquit, senatum censuisse sequendam esse crebriorem hanc sententiam, videlicet, legitimam non amitti, & sic contraria de jure forte sit verior, sed communis sententia longe verior est, & sequenda est, secundum Mencha, qui eam bene probat *de succes. creat. §. 3. num. 15. ad fin.*

Et pro hac receptiore & tenenda sententia adducitur per Doctores textus optimus *in authen. de hered. & Falc. §. penult. versic, non autem excipimus.* Nam in proximo *§. si vero non fecerit*, dicitur, quod si heres inventarium non confecerit, in solidum teneatur legatariis & creditoribus, deinde subsequitur *d. §. non autem excipimus*, ubi si patronus inventarium non fecerit, nihilominus legitimam sibi debitam in bonis liberti non amittit. Ergo multo minus debet filius amittere debitum jure naturæ, magis enim debita est legitima filius in bonis parentum, quam patrono in bonis liberti, cum hæc jure positivo, illa vero jure naturæ debeatur, *ut notatur in l. si quis libertum, §. final. ubi gloss. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Fit igitur ex his, ut textus *in dicto §. penult.* maxime faciat pro hac communiore sententia, quamvis cum evertere contendat Raphael *in dicta authentica, sed cum testator*, ne eam probet, sed bene respondet eius subtili ponderationi Octavian. *ubi supra, dicta decisione 30. numero 7. per totum.* Quod si aliqui ex supra citatis indistincte loquuntur, dicentes, quod filius non conficiens inventarium, non præjudicet sibi quoad legitimam

sibi debitam jure naturæ, intelligenda sunt juxta præfatam distinctionem, nempe, quoad legata: secus quoad æs alienum defuncti debitum creditoribus suis, ut constat ex cottis, quas allegant, & præterea in terminis ita nuncupatim observavit Ayora *ubi supra.* Et ita est procul dubio tenendum cum prædicta magis communi sententia.

Quamvis contrariam sententiam, imo, quod filius non conficiens inventarium indistincte privetur sua legitima, tenuerit glossa *in dicta auth. de hered. & Falc. §. si quis autem non implens, in verbo, auferri, & Oldrad. in d. l. fin. C. de jure delib.* quem ibi refert Alber. *in §. fin autem dubius, & idem Oldrad. consil. 134. num. 4. Salycet. in dicta l. final. §. si quis autem temerarii, num. 35. & in dict. authent. sed cum testator, nu. 6. & alii plures relati per Octavian. dicta decis. 30. num. 4.* dicentes eam in puncto juris esse veriorem, cujus fundamenta refert ibidem Octavian. *à num. 1. cum sequentibus*, sed eis respondet idem auctor, *num. 7. cum sequentibus*, licet in finalibus verbis illius decisionis sentiat forte de jure esse veriorem hanc sententiam ejusque fundamenta refert etiam Mencha. *dicto §. 3. num. 15. in prane*, ubi late eam fundat. Sed nihilominus communis contraria verior est, & tenenda in praxi per supra dicta, & præcipue attento jure nostro Regio, per l. 8. titulo 10. partita 6. ad fin. ibi. *fueras ende si alguno de ellos fuesse hijo del testador, o a este tal non deue perder la su legitima parte que los sijos deven aver en los bienes del padre por razon de la natural ez̃a.* sed quia lex illa loquitur in filio non adimplente voluntatem patris sui defuncti, hoc est non solvente legata ab eo in suo testamento relicta, allego aliam legem Regiam in terminis propriis loquentem, nempe, in filio non confidente inventarium, nempe lege 7. titulo 11. partita 6. ibi. *e si por aventura el inventario non oviessen fecho e tonce non podrian sacar falcidia, fueras ende si los herederos fuessen de los que desciendem, e subenpor la linea derecha de los fazedores de los testamentos, o a estos tales deuen auer da su parte legitima por derecho assi en los bienes del padre naturalmente.*

44 Eadem † ratione existimat Segur. & eum referens Padilla *in dicta authent. hoc amplius, num. 20.* neque certiæ partis meliorationem amissurum filium propter non confectum inventarium.

45 Sed videtur, † quod supra dicta magis communis sententia & resolutio sit nullius effectus. Siquidem eam intelligunt Doctores, ita ut quamvis non confecto inventario legitima minuat legata, ista legata sic diminuta per legitimam, prælari debeant solida, etiamsi excedant vires patrimonii, *ita Ricardus de malumbre, Jas. & Bart. in dicta authent. sed cum testator, num. 11. & Paul. Bald. & Angel. in l. scimus, §. penult. C. de jure delib. Corneus in eadem l. §. si vero, & consil. 180. vol. 4. Bald. in l. 1, num. 3. C. de bon. auctor. jud. possid. Suarez. ubi in dicta ampliat. 7. ad fin. Gregor. Lopez. in d. l. 7. tit. 11. partit. 6. in gl. legitima, & Mencha. ubi supr. num. 16.* & hoc frequentissime dicunt Bart. & ceteri Doctores *secundum Doct. Covarr. in d. c. si heredes, num. 9.* ubi eam Bartoli & ceterorum opinionem declarat, quo pacto intelligenda sit: & tandem inquit necessario dicendum esse, filium heredem ex legatis posse portionem legitimam deducere, atque ita legata per hanc deductionem diminuta soluturum: tunc tamen non poterit certo scire, an hæc legatorum solutio vires hereditarias excesserit, tametsi hoc videatur opinioni Cyn. Bart. & Doctorum aliqua ex parte refragari. Respondemus igitur prædictam Cyn. & Bart. & ceterorum declarationem veram non esse, nec procedere posse ullo pacto, stante prædicta magis communi sententia & resolutione, quam diximus esse in praxi tenendam. Alias enim per indirectum filius non conficiens inventarium, privaretur re ipsa sua legitima, vel parte ipsius, si semel deducta integra ex legatis, postea legata solida teneretur solvere ipsis legatariis, etiamsi excederent vires patrimonii. Quod minime est dicendum. Asserendum est ergo, prædictam declarationem, & intellectum Cyn. Bart. & ceterorum esse directo contra prædictã magis communem resolutionem, & sic ipsos tenuisse in effectu opinionem & sententiam Oldradi, & ceterorum, quos supra contra prædictam receptiorem sententiam retulimus & rejecimus, prout nunc quoque rejicimus.

Quod certius efficitur jure nostro Regio: Regia siquidem *d. l. 7. tit. 11. part. 6.* ita communem & receptiorem præfatam opinionem probat, ut secluſa Bartoli & ceterorum declaratione, filius heres legitimam portionem prius, quam legata deducat, ex bonis, quæ constiterit in patris hereditate eo mortuo remansisse: nec legata solvere tenebitur, nisi quatenus possint deducta legitima solvi ex bonis hereditariis, ea siquidem l. statuit aperte filium heredem non confecto inventario legitimam portionem posse deducere, eo modo, quo heres conficiens inventarium falcidiam à legatis deduxisset, *ita D. Covarru. ubi supra, in versic. Regia verol.* cujus observationem libentissime probo, utpote l. regia expresse approbata rejecta d. declarat. Cyn. Bart. & sequacium. 46

Redeundo † igitur ad propositum (à quo aliquantulum digressi sumus) sed non inutiliter, nempe causæ justæ excusandi tutorem, vel curatorem conficiendi inventarium; observandum est, quod judex etiam ex causa posset remittere confectionẽ inventarii, veluti, quando expediret pupillo non habere tutorem, vel quantitatem patrimonii sui non manifestari, *arg. 2. §. tractari, versic. ergo etiam si mater, ff. ad Tertull. ita Bartol. in d. l. tutor, qui repertorium, num. 19. sequitur. Rip. in d. l. nemo potest, num. 81. & nos ibi, num. 413.* ubi addidimus Porcellin. *de invent. in princ. num. 13. volum. 7. tractatu de verborum Doctorum.*

Potest etiam omitti † confectio inventarii à tutore, quando pupillus esset inops, ita quod forsan major esset expensa, quam precium rei pupillaris, *Bart. an l. Mediterraneæ, num. 4. C. de annon. & trib. lib. 11. & Alber. in l. tutores, la 2. C. de administrat. tutor. & Corsetus verbo, expensa, num. 3. Abb. in cap. de appellationibus, quos refert & sequitur Baeca de decimis tutorum, cap. 2. nu. 47. in princ. adde Boer. decisione 124. num. 16. & Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 1. casu 72. num. 3. & Tiraq. de judic. in reb. exig. firend. versic. 45. & Petrum Surd. de alimen. tit. 1. privileg. 56. num. 101.* 47

Non † tamen erit justa causa non conficiendi inventarium longa litis pendentia, super excusatione tutelæ testamentariæ, cum tamen ipsi tutores testamento dati à patre communiter fratribus impuberibus per tredecim menses à morte patris administraverint bona communia, tametsi allegetur nomine proprio administrasse: adhuc namque debebant confecisse inventarium, & librum rationis, aliàs iurabitur in litem contra eos. *ex d. l. tutor qui repertorium.* Ita fuit conclusum in facti contingentia per maiorem partem dominorum de consilio Neapolitano, teste Matth. de Afflict. *decisione 360. per totam præcipue, ad fin.* cum taxatione moderatione tenda per dictum consilium antequam iuraretur. Nam post iuramentum taxari non potest, quia redargueretur periurium, *ut in auth. sed novo jure, (. de judic. & notat Bart. in l. videamus, §. iurare, ff. de in lit. iurand.* 48

Ex supra dictis † venit decidenda quæstio illa, *an inventarium factum à tutore vel curatore minorum, profit illis quoad eorum creditores, hoc est, ut excusentur ab onere conficiendi inventarium, quod eis incumbit, tanquam heredibus patris vel matris, ita, etiamsi ipsi minores aliud inventarium per se non fecerint intra tempora à jure præfinita, non teneantur ultra vires hereditarias creditoribus patris, vel matris præfunctis,* licet ipsi creditores contrarium prætendant asserentes verum esse, minores tanquam 49

heredes inventarium confeciſſe, ſiquidem factum à tutore, vel curatore confectum fuerit pro ſe, & ratione officii fui quoad minores, non vero pro minoribus, quoad ſuos creditores: Duplex ſiquidem vinculum, atq; obligatio hic diverſa concurrit, una ex parte tutoris, vel curatoris quoad ſuos minores, de qua ind. *l. tutor, qui repertorium, in princ. cum ſimil. ff. de adminiſt. tut.* altera heredum, quoad creditores hereditarios, de qua *in l. ſi. per totam, C. de jur. delibe.* Cum ergo ſint quoad diverſas perſonas, & quoad diverſos effectus, videtur, quod implementum unius, alteram non abſolvat, neque conſumat: Secundo, quia ſi aliud diceremus, ſequeretur inde, quod inventarium bonorum minorum factum ab eorum tutore, vel curatore, poſſet ſuis minoribus nocere, ſi forte minores aliunde haberent bona, quam ab hereditate patris, vel matris: omnia ſiquidem tenetur tutor, vel curator inventario à ſe conficiendo deſcribere. *ut ſupra late obſervavimus*, & creditores hereditarii contenderent omnia prædicta bona, utpote hereditaria ſibi eſſe obligata, cum tamen verum ſit, bona minorum aliunde quæſita, quam ab hereditate parentis, non eſſe obnoxia creditoribus hereditariis parentis: & durum vel difficile eſſet minoribus probare diverſitatem patrimoniorũ, ſicq; contingere poſſet, ut quamvis hereditatem parentis adiverint cum beneficio inventarii, ob illud non confectum, de ſolis bonis hereditariis, ſed permixtim cum aliis tenerentur creditoribus hereditariis parentis ultra vires hereditarias: quod eſt contra naturam, effectum, & beneficium inventarii, ut patet. Ergo inventarium confectum à tutore vel curatore, pro ſe, quoad ſuos minores, non relevat ab altera obligatione, qua ipſi tanquam heredes parentis tenentur conficere inventarium.

His tamen non obſtantibus contrarium reſolvendum eſt in iſto puncto, & ſic pro parte affirmativa in favorem minorum, ut eis ſufficiat, quoad creditores hereditarios inventarium confectum à ſuis adminiſtratoribus cum ſolemnitatibus utriuſq; inventarii, ut non teneantur ultra vires hereditarias: hocq; procul dubio eſt, quando ipſi minores autoritate tutorum vel curatorum inventarium conficiunt, quia tunc verum eſt utroſque pro ſuis obligationibus inventarium conficere: Idemq; eſt, ſi tutor vel curator pro ſe, & ſuis minoribus inventarium confecerint, ut patet.

Quod autem majorem dubitationem habere videbatur, eſt, *quando tutor vel curator nomine tantum proprio, vel ſimpliciter inventarium confecerat*, cum in dubio id præſumatur facere ratione officii, & obligatione ipſius quoad ſuos minores, non vero pro ipſis minoribus quoad ſuos creditores hereditarios parentis præfuncti, nihilominus tamen in hac ſpecie idem probamus ex ſequentibus fundamentis.

Primo ex textu in d. *l. tutor, qui repertorium in princ. ff. de adminiſtratione tutorum*, ubi habetur, (ut non ſemel diximus) quod tutor excuſatur à confectione inventarii ex aliqua juſta cauſſa: ſed quæ cauſſa, quæſo poteſt eſſe juſtior in propoſito in favorem minorum heredum; quam quod invenerint inventarium ſolemne confectum à ſuis tutoribus vel curatoribus? Non igitur tenentur aliud inventarium conficere, niſi bona poſtea creverint.

Secundo, quia inventarium fit, ut heres non ſubtrahat bona defuncti, de quib. tenetur ſolvere debita & legata, *ut in auth. de hered. & Falcid. §. ſcimus, cum ſimil. lib. collat. 1.* Sed iſta ratio ceſſat in hoc caſu, cum conſtet heredem nihil ſubtraxiſſe de hereditate, ſed omnia bona hereditaria, quæ defunctus reliquit tempore mortis tutorem vel curatorem heredum in inventario ſolemni deſcripſiſſe, cum conſenſu & approbatione ſaltem tacita, vel præſumta heredũ, ergo, ceſſare debet *l. diſpoſitio, nempe l. fin. C. de jur. delib. ut in c. cum ceſſante de appel. in fin.*

Tertio, quia per iſtud inventarium à tutore vel curatore factum, magis ſatisfieri videtur intentioni legis volentis heredem inventarium conficere teneri, quam per inventarium ipſius heredis factum ſolum de bonis hereditariis defuncti. Nam in primo inventario ponuntur omnia bona minorum, tam quæ habuerunt à parente defuncto, quam aliunde: in ſecundo vero inventario, quod heres facere debuit & tenetur, ſolum contineri debebant atque deſcribi bona hereditaria ipſius defuncti, quæ obvenerunt minoribus, ut hereditas eorum parentis, non vero bona aliunde ſibi ante acquiſita: plenius ergo videtur ſatisfactum juris obligationi, & menti per primum inventarium, quam per ſecundum. Creditores igitur hereditarii conqueri minime poſſunt de omiſſione ſecundi inventarii, cum pleniusve exuberans habeant primum pro ſatisfactione & exactione ſuorum debitorum: aut ſaltem omnium bonorum defuncti, ſi forte minores alia bona non acquiſierint, vel habuerint ex aliis heredibus, vel donatione avorum, vel aliorum conſanguineorum. Non igitur poterunt prædicti creditores, ut hujuſmodi heredes ultra vires hereditarias in ſolidum condemnentur, ob non confectum inventarium petere: ſiquidem tutores vel curatores illud ſolemne, æquivalens, aut forte plenius confecerint.

Quarto, quia inventarium hoc à tutore vel curatore confectum non ſolum pro ſe, & ſua obligatione quoad minores confectum cenſeri debet, ſed & merito etiam pro minoribus ſuis, quoad ſuos creditores, & ſic pro utraque obligatione adimplenda, ſiquidem, ut tutor, vel curator id confecerit, & ſic etiam pro minoribus, eorumque obligatione, quia tutor, & curator ipſorum eſt, eorumque perſonas, bona & jura tueri, atque curare debeat, ipſique ſint minores ſub poteſtate adminiſtratoris conſtituti, & ignorant, quid facere debeant, & teneantur. Merito ergo quod eis non incumbat alterum inventarium conficere, ſed quod potius præſumendum ſit, etiam in dubio tutorem, vel curatorem ſuum inventarium, etiam eorum nomine confeciſſe, cum ad id quoque ratione officii teneatur, ne minores ultra vires hereditarias conveniantur, & ſic feciſſe inventarium omni meliori modo & forma, quo teneretur, & utilius ſuis minoribus eſſet, cenſendum eſt, cum juraverit eorum utilitatem prius, quam ſibi tutela vel cura decerneretur, & alias ob ſuam negligentiam ob hoc à minoribus conveniri poſſet, *ut expreſſe probat text. in auth. ut. de hered. & Fale. §. pupillis.*

Quibus ſit, ut hanc noſtram ſententiam ſic, ut ſupra, fundãtã eſſe exiſtimemus, ac tenendam. Non obſtat primum fundamentum prioris partis allegatum, quia ſam ex ſupra dictis diluitur: neq; etiam ſecundum, quoniam in inventario bonorum minoris, quod conficit tutor vel curator, ſignanter deſcribi poſſunt & debeat, quæ parens defunctus ipſius reliquit tempore obitus ſui, & quæ minor aliunde acquiſivit. Quod ſi permixte & confuſe omnia ſimul deſcribantur, onerabitur minor onere probandi, quæ fuerint parentum, & quæ aliunde. Non vero erit ideo condemnandus, ut debita parentum ſolvat ultra vires hereditarias, quod aliud inventarium non fecerit tanquã heres, ultra confectum à ſuo adminiſtratore. Quod ſi adhuc ob confuſionem patrimonii parentum condemnatur, id culpæ tutoris vel curatoris non diſtinguentis adſcribetur, præterquam, quod raro, aut nunquam continget caſus hic.

Et hæc quidem procedunt, quando creditores ſua debita peterent contra heredes jam effectos majores 25. annorum, & ultra tempora petendi reſtitutionem in integrum ad conficiendum inventarium, quo caſu ſingularia, & perquam utilia ſunt pro defendendis ipſis heredibus à præd. petitione creditorum.

Cæte-

Cæterum ſi impetantur durante minore ætate, vel tempore ad petendam reſtitutionem in integrum nondum elapſo (dato, ſed non conceſſo) quod non ſufficeret inventarium confectum à tutore vel curatore, niſi aliud ipſi heredes confeciſſent (quod negamus) ut patet ex ſupradictis, ſufficiens remedium eis remanebit ad hoc, ut omnino excuſentur à prædicta particulari confectione inventarii, de qua ſupra, nempe ut habeant beneficium reſtitutionis in integrum ob non confectum prædictum inventarium.

50 Licet † enim omnis perſona, quæ ſit heres inſtituta, teneatur facere inventarium ad hoc, ut ultra vires hereditarias ad debita defuncti ſolvenda non teneatur, *ut in authentic. de hered. & Falcid. § quia vero duplex*, & ideo etiam pupillus, & minores ad id tenentur: remanet tamen duplex ſubſidium, nempe reſtitutionis in integrum, & actionis contra negligentes curatores, qui eis de damno ſubſequuto tenentur, eo quod non confecerint inventarium, *ut in §. pupillis autem, d. authentic. de her. & Falcid. & optime Melin. Theol. 1. part. deriuſt. & iur. diſput. 217. col. 1338. per totam.* Quinimo ex eo textu comprobatur noſtra præcedens ſententia, nempe ut inventarium ſolum tutoris vel curatoris ſufficiat: ſiquidem eo confecto non poſſunt tutores vel curatores negligentes fuiſſe in hoc dici, cum tamen textus iſte fundetur in negligentia curatorum. Ipſis ergo non negligentibus non eſt opus ipſis heredibus aliquo remedio, nec læſi dici poſſunt, cum curatores inventarium confecerint, & ideo heredes non tenebuntur ultra vires

51 hereditarias in præmiſſa ſpecie.

Ex † ſupradictis comprobanda venit opinio Ayoræ *de part. 1. part. cap. 2. num. 21. & 22.* tenentis, ſufficere heredi pro inventario id, quod uxor fecit de bonis mariti defuncti cum diviſione & partitione facta cum heredibus maritimaxime ſi in capite vel ſine ejus diviſſet tutor, vel heres, quod illa bona ponebat pro inventario minoris vel heredis, cum hoc ſit plenius inventarium, quam illud, quod communiter faciunt heredes, & ſolum in nomine differant, non vero in effectu. Quam opinionem alijs etiam fundamentis probat, idemque eſſe dicit in inventario facto à marito de bonis mulieris, quamvis ejus filij non faciant aliud inventarium.

52 Inventarium † tamen per pupillum, eiuſque tutorem factum, non ſufficit pro ſubſtituto, ſed ſubſtitutus tenetur aliud inventarium facere, aliàs tenebitur ad ſolida debita, & legata defuncti, *ita tenet Bart. in l. ratione, §. quod vulgo, in verſic. venio ad quæſtionem, ff. ad legem Falcid.* cuius ſententiam late probat Ayora *ubi ſupra*, rationem differentiæ conſtituens inter hunc caſum & caſum præcedentem.

53 Tutor † etiam honorarius, vel datus cauſſa notitiæ, de quibus ſupra egimus, tenetur facere inventarium, quia *d. l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tut.* indefinite loquitur in omni tutore, & quia poteſt eis ſolvi, & habet communionem in tutela, *ita gloſſ. in verbo, feciſſe videtur, in d. l. tutor qui repertorium, quam ſequuntur Bart. ibidem num. 3.*

Tutor † tamen datus ad unum articulum, vel ad ade-

54 undam hereditatem, inventarium facere non tenetur, licet tutius ſit, quod illud conficiat, & in inventario tantum ponat ius adeundi illam hereditatem, *ut cum Cyno tenet Bart. in d. l. tutor qui repertorium, num. 4. ſequitur Carol. Molineus in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 6. gloſſ. 6. nu. & alios allegans Baeca de decim. tut. cap. 17 n. 9. Ant. Pſag de tut. & cur. quæſt. 17. n. 14.*

Tutor † etiam vel curator ad lites, non tenetur face-

55 cere inventarium, *Bart. in d. l. tutor qui repertorium, n. 5.* Et hoc verum ſaltem de conſuetudine, quia nihil recipit, *ita Specul. in tit. de actor. n. 3. & ibi Bald. in addit. gloſſ. Dd. in l. de creationibus, C. de epiſcop. and. ſequitur plures refirens Baeca de decim. tut. c. 17. n. 16. & Ant. Pſag. de tut. & cur. qu. 7. n. 13. & ante eos tenuit Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 7. §. 13. n. 6. ad fin. in verſ. nam quod autem ſub verbo, por beneficio, de inventayre.*

Poteſt † namque curator ad litem quandocunq; re- 56
vocari, non vero tutor datus pupillo, *ita Bart. & Alber. in l. curator, C. qui dar. cur. at. poſſ. Alber. in rubr. ff. de procur. at. n. 8. Baeca d. c. 19. n. 19.*

Rurſus † inventarii confectio adeo eſt neceſſaria, ut 57
ante inventarium adminiſtrare tutor vel curator non poſſit, & ſi adminiſtret, infamis eſt, & veluti ſuſpectus revocari poteſt, *d. l. tutor qui repertorium, in princip. ff. de adminiſtratione tutorum, text. in l. fin. §. illud procul dubio, C. de arbit. tut.*

Imo † ab ea geſta ante confectum inventarium ſunt 58
ipſo jure nulla & invalida, *ut ex dictis turibus probat Proſper Farinac. in ſuis quæſtionib. crimin. 1. tom. 111. de accuſat. quæſt. 15. n. 59. fol. 144. col. 3.* ubi quod ita tenent communiter Dd. prout etiam de communi atteſtatur Socin. Iun. *conſil. 22. li. 2. & alii quamplures ibi ab eo relati. & per Ant. Pſag. de tut. & cur. quæſt. 7. n. 7.* & probat l. *Regia, 15. tit. 16. part. 6.* ibi; *Calvego ante que otra coſa faga, & in verſic. E ſi el guardador noſiz iere tal eſcripto como eſte puede le toller el juez del logar la guarda de los huerfanos, e de ſus bienes como a homo ſoſpechoſo:* Tradit etiam ſupradicta Molin. Theolog. 1. *par. de inſtit. & iur. diſput. 223. col. 1378.* addens, quod ſi ſine juſta cauſſa res adminiſtrarent ante confectum inventarium, præſumatur dolo eos inventarium non feciſſe, & tenentur minori, quantum ſua interest inventarium eſſe confectum, atque adverſus eos iuratur in litem ab eo, qui rationem adminiſtrationis ab illis exigit, ſive ſit alius tutor aut curator, ſive minor iam omnino ſui juris effectus, ſive quicunque alius, qui in eis bonis ſuccedit, aut rationem exigere debet, *ut habetur in d. l. tutor qui repertorium, in princ. junctis gloſſ. ibi, ff. de adminiſt. tut.*

Et † ſupradicta præſumtio eſt juris, & de jure, *ſecun-* 59
dum Bald. in d. ult. §. ult. numer. 7. in gloſſ. violenta, & ibi Salyc. in fin. C. arbitr. tut. quos refert & ſequitur Menoch. lib. 6. præſumt. 97. n. 11. ubi quod aliis ex cauſſis tutor vel curator ſuſpectus non afficitur pœna infamiæ, imo nec removetur ab adminiſtratione, ſed ei datur adjunctus, niſi ob manifeſtum dolum ſuſpectus ſit, *ſecundum Bald. ubi ſupra.*

Ea † tamen, quæ non modicam dilationem exſpecta- 60
re poſſunt, tutor vel curator ante inventarii confectionem adminiſtrare poteſt, *text. in d. l. tutor qui repertorium, in fin. princ. quod & Dd. ubi ſupra ſentiunt, & Molin. Theolog. ubi ſupra. Nevizz. conſil. 17. numer. 13. Hero. quæſt. 68. Rolan. à Valle conſil. 30. num. 15. cum ſeqq. vol. 3. Farin. ubi ſupra, num. 60. verſ. 2. Ant. Pſag. de tut. & cur. quæſt. 7. num. 7.* Vbi † ex eo infert, quod fructus ante confectio-
nem inventarii vendere poſſunt tutores, *ſecundum Bart.* 61
Bald. Angel. & Alexan. & ceteros Dd. in l. procuratorem, C. de procuratoribus. Et quod hoc procedit etiam in fructibus, qui bienuio non corrumpentur, *ſecundum Dd. in l. fin. ff. de tutor. & curator. qui ſatis non ded.* in quibus vendendis non requiritur aliter judicis decretum, *ſecundum Bald. in l. ſancimus, §. omnem, in princ. C. de adminiſtrat. tutor.* nec tenentur † conſervare frumentum, 62
vel vinum minoris in tempus caeſtiæ, ſed poſſunt vendere occurrenti & communi pretio, nec tenentur mittere in alium locum, *l. fin. §. fin. & ibi Bart. C. de adminiſt. tutor.* Quod Salycet. † ibi dicit cordi tenendum, & debet 63
ſecundum eum tutor in rationibus ſuis ponere tempus venditionis, alias in eius præjudicium inſpicietur tempus venditionis, quo plurimum in illo menſe vel anno valuit, utrumque *ſequitur Gregor. Lopez. in l. 15. gloſſ. fin. tit. 16. part. 6.*

64 Debet † tamen exspectare tempus congruum, & vendere iusto pretio, & in loco fori, & ad utilitatem minoris, & non ad beneplacitum, & secundum suum caput: alias ad interesse erit obligatus, *ut alios allegans concludit Cavale. de iur. & cur. n. 117.*

Potest † etiam tutor perscrutari res pupillares, ut ponantur in inventario, *Bartol. in dict. l. tutor, qui repertorium, num. 27. ff. de administratione tutorum, Romanus consil. 106. colum. final. Baeca de decimis tutor. cap. 2. n. 57.*

65 Similiter † etiam tutor vel curator ante decretam

66 administrationem & confectionem inventarii potest gerere ea, quæ ad commodum pupilli spectant, *Bart. in l. legitimos, num. 9. ff. de legitim. tutor. per tex. in l. fin. C. de tutor. & curator. qui satis non ded. Guid. Pape decis. seu quæst. 330. numer. 6. Bott. decis. 124. numer. 19.* ubi idem de

67 tempore perituris, *Baeca alios allegans d. c. 2. num. 57. & D. Spino in suo spec. testam. gloss. 29. num. 37. & 38. & Farinac. ubi supra, n. 60. & Anton. Piag. de tutor. & curator. quæst. 7. n. 7. el 1. vers. & quidem generaliter.* Vbi † addit,

68 quod de necessitate tenentur tutores ea ad finem perducere, quæ dilationem non recipiunt, *secundum Carol. Rom. consil. 108. visa instrum. n. 15. lib. 1.* Hanc † tamen limitationem velim intelligatis de his, quæ nullo modo possunt obesse, sed possesse tantum, *ut declarat Bartol. in d. l. tutor, qui repertorium, in princ. numer. 27. ibi, idem puto, idem Bartol. in dicta l. legitimos, numer. 9. & probat Anton. Piag. ubi supra.*

69 Ex † supradictis decidenda venit quæstio illa satis difficilis, *an tutor ante decretam sibi administrationem à iudice, vel inventarium confiliun, possit facere pacem nomine pupilli sui?* Et quod non possit, & pax ab eo in prædicta specie facta valida non sit, probatur ex regula communi, de qua *supra*, quæ habet, *quod tutor ante decretam administrationem & inventarii confictionem bona pupilli administrare non possit, in dolosne ob non confictionem inventarii præsumatur, & ab eo propterea gesta nulla & invalida sint ipso iure.* Quo fundamento iuxta hanc partem in terminis consuluerunt Tobias Nonius *consil. crim. diversi. Dd. 152. n. 10. Lud. Sen. Paris. cons. crim. 155. num. 6. lib. 1.* nec dissentit Clar. *in pract. crim. quæst. 38. sub versic. quæro an tutor, prope fin.*

70 Nihilominus † tamen contraria in hoc sententia vetior & tenenda est. Primo, quia regula prædicta omnis, qua fundatur præcedens opinio negativa, non procedit in actu ipsi pupillo utili (prout est pax,) *ut supra probavimus.* Secundo, quia eadem regula limitatur in his, quæ dilationem non recipiunt, ut etiam prædiximus: Quod autem minor faciendo pacem & reconciliando se cum inimico dicatur lucrari, cum eius intersit inimicitias, quæ fumtum & expensas magnas afferunt vitare, non autem dicatur aliquid remittere aut perdere, probatur *in l. furti, §. pen. ff. de his qui not. infa. & in l. sepulcri, ff. de sepulc. violat. & in l. minoribus viginti quinque annorum, ff. de minoribus, l. creditor, §. 1. ff. mandat. l. præsi, cũ ibi notatis, C. de transact. & tenet plures allegans Farinac. d. quæst. 15. nu. 11.* ubi id late probat, quod nec etiam dici potest læsus minor faciendo pacem, *ut pluribus comprobat Sfortia Oddus in suo tract. de in integrum restitutione, part. 2. quæst. 15. artic. 7. nu. 46. cum sequentib.* Quinimo † licet in pace aliquando minor remittat damna, & interesse, non tamen per hoc dicetur inutiliter agere, Nam quies, salus animæ, inimicitiarum, & expensarum expulsio, quas minor ex pace consequitur, sunt

71 multo maioris utilitatis, importantiæ, & ponderis, quã amissio illius parvæ pecuniæ, quam pro damnis, & interesse remissit, si ea non remisisset, consequutus fuisset, & propterea multo verius est, pacem dici minori utilem etiam quod damna, & interesse remittat, *ut probat Farinac. ubi supra, n. 26.*

Hinc † ergo est, quod tutor faciendo pacem pro pupillo, dicitur utiliter pro eo agere, etiam quod de pupilli bonis aliquid donaret adversario, seu alteri, *secundum eundem Farinac. d. num. 26. & latius alios allegantem, ibidem d. num. 57.* 72

Nec etiam minor adversus pacem restituitur, ut cum communi plures allegans tenet Farinacius, *ubi supra, n. 30.* etiamsi damna & interesse remiserit, *secundum eundem Farinacium dicto n. 29. & n. 30. ad finem.*

Quod † autem pax sit talis, quod dilationem non recipiat, patet, quia donec minor stetisset obstinatus in non faciendo pacem, semper permansisset illaqueatus in odio & rancore, & propterea incurrisset pericula, pœnas, & censuras, de quibus *in cap. placuit, 50. dist. & tenet Farinacius, ubi supra, n. 60.* Tertio principaliter hæc nostra sententia principalis affirmativa probatur, quia ratio, quare tutori ante inventarii confectionem à iure est interdicta bonorum administratio, ea communiter per Doctores recipitur, quia scilicet præsumitur in dolo, & ideo uti suspectus removeri potest, *ut prædiximus.* Et ita etiam affirmat Farinacius *dicta quæst. 15. sub dicto num. 60.* Sed hæc doli præsumtio in actu pacis, quæ semper pupillo affert utilitatem, prorsus cessat. Ergo cessante causa prohibitionis, debet etiam cessare & ipsa prohibitio, *per iura vulgaria.* Quare merito in terminis hanc secundam partem defendit Collegium Maceraten. *consil. criminal. 150. numer. 62. cum sequentib.* & Ludovicus de Alfer. *consil. criminal. 151. numer. 39. cum sequentib. eodem libr. 1.* & Caravit. *super ritu magnæ curiæ 275. numer. 23. cum sequentib.* ubi aliis rationibus eam bene comprobat, *prout eos refert. & sequitur Farinac. ubi supra, d. num. 60.* 73

Tutor † præterea, vel curator agens ante inventarium, removetur, quia non potest agere, nec conveniri in iudicio, nec extra inventario non confecto, *ita tenet Corn. consil. 207. videtur prima facie, post numer. 4. lib. 3. & alios allegans Baeca de decimis tutor. capit. 2. num. 59. & Anton. Piag. de tutor. & curator. quæst. 7. numer. 7. el. 1.* & aliter iudicium factum est nullum, *ut plures allegans resolvit Cavalcanus de tutoribus & curatoribus, numer. 23. & 37.* 74

Vnde † si opponatur tutori, quod non fecit inventarium: necessitas probandi incumbit ipsi tutori: defectus namque inventarii facit, ut ipse non habeat legitimam personam standi in iudicio, *in l. fin. §. illo procul dubio, C. arbitr. tutor. & in dicta l. tutor, qui repertorium, in princip. ff. de administratione tutorum, ita notat Iason in illa stipulatione, num. 13. versicul. quarto ultra, ff. de verborum obligation. & Angel. in l. hoc iure, numer. 2. vers. item subdit, ff. eodem titulo, Salycetus in l. 2. sub num. 10. versicul. ego puto, super dubio prædicto, C. de iure emphytentic. Imol. in dicta l. hoc iure, sub num. 5. in versicul. item subdit, Bartolus, & Alexander in dicta l. in illa, num. 11. versicul. item in quantum tangit, & ibi Aretin. num. 3. versicul. tertio adde, Antonius de Butrio in capit. super his, numer. 30 versicul. idem dicit, si accusete tutorem, ff. de accusationibus, Ioannes Igneus in l. necessarios, §. non alias, numer. 196. ff. ad Syllanianum, Baeca de decimis tutorum, cap. 2. numer. 60. Patian. de probationibus, libro 1. capitul. 31. numero 66. folio 183. colum. 3. & 4.* Debet itaque tutor agens nomine tutorio docere de tutela & inventario, licet reus non possit ipsum impugnare, sicut in Prælatis, qui agunt ut Prælati, debent docere de institutione, vel possessione, *ut dicit Ioan. Faber in lib. non utiliter, C. de eo qui pro tutore negotia gessit, quem ad hoc refert & sequitur Cassan. in consuetud. Burg. rub. 6. §. 6. in tex. ibi, per inventayre, numer. 7. fol. mihi 221.* & quamvis Bart. *in d. l. in illa stipulatione, n. 8. & in vers. & idem si ego accusé*, videatur aliter hanc materiam

intellexisse, dicens; quod si accuso tutorem de suspecto, qui non fecit inventarium, tunc cum talis accusatio fit ad commodum pupilli, cui hoc est debitum, tutor debet probare, se fecisse inventarium. Sed si ad meam utilitatem, oppono tutori contra me agenti, quod non debet audiri, quia non fecit inventarium, tunc dicit esse magnum dubium, cui in tali casu incumbat onus probandi, an tutori, an excipienti. Vnde concludit ad effugiendam huiusmodi dubitationem potius esse, ut exceptio proponatur in hunc modum; *Peto capiam mihi dari, quæ mihi omnino danda est*, alias repelletur à iudicio.

Communiter tamen Doctores (*teste Patiano, ubi supra, num. 67.*) etiam in hoc ultimo casu concludunt, ut tutori incumbat onus probandi, se fecisse inventarium, cum talis exceptio respiciat legitimationem suæ personæ, quam tenetur quilibet legitimare in quocunque iudicio, sive plenario, sive summario, *ut tradit Marsil. in l. si quis ne quæstio, nu. 1. & 31. ff. de quæstionibus & Roland. à Valle consil. 41. visis his, in princ. vol. 1.* Id quod de iure verissimum censeo: Nam cum confectio inventarii sit facti, non præsumitur, sed probetur, *Grat. consil. 9. num. 17. in 1. part.*

76 Tutor † autem non potest opponere nullitatem tutelæ propter defectum inventarii, aut aliarum solemnitatum, *ut probat Mandel. consil. 21. numer. 1. cum sequentibus.*

77 Superiora † adeo procedunt, quod antequam inventarium sit perfectum, licet cæptum sit, tutor vel curator agere non potest, *Bar. in d. l. tutor qui repertorium, in prin. n. 22 ff. de administrat. tutorum. Paul. 19. Corn. consil. 207. litera C. versic. item peccat, vol. 3. Ant. de Butr. in cap. ex litterarum, nu. 5. de tempor. ord. quos refert & sequitur Baeca de decim. tut. cap. 2. n. 61.* Sed ego potius credo in hoc contrarium, *ut voluit Specul. in tit. de tut. §. generaliter, n. 2. in versic. quædi cæpit, ubi, argumento contra*, dum remanent in hac sententia, quamvis Bar. ubi supra eum eit averit pro sua *in princ. d. versic. quidi cæpit*, ubi eam videtur fundare, sed posttea remanet cum hac nostra opinione, quem in ea sequitur Abb. *in d. ca. ex litterarum, n. 5.* & secure Ant. Piag. *de tut. & cur. quæst. 7. n. 10. ad fin. ibi*, quoad agendum tamen. Reo † autem petenti copiam inventarii danda est, ut sibi constet de legitimatione

78 personæ actoris, non tamen ponentur in hac copia omnes res positæ in inventario, sed tantum fides fiet, quo modo talis tutor vel curator, tali die, mense, & anno incepit facere inventarium publicum suprum minorum filiorum talis defuncti, ex bonis ad eos pertinentibus, idque perfecit tali die, mense, & anno, vel alias sit a tamen ut constet, actorem habere legitimam personam standi in iudicio, ut constat ex doctrina Bart. *in d. l. tutor qui repertorium, in princ. num. 24. ff. de administrat. tutor.* ubi quod copia totius inventarii non est petenti edenda, sed ea sola pars, quæ possit probare ipsum esse tutorem, & habere legitimam personam, *Patianus de probat. lib. 1. cap. 66. num. 2. fol. 126. & refert plures Baeca de decim. tut. 62.* ubi quod hoc verum esse intelligit parte hoc petente alias secus (ut prædiximus) ex Bart. *in l. 1. ff. de curat. bon. dand.* Et satis est præstare initium & finem inventarii. D. *Spino in suo spec. testament. gloss. 29. num. 22.* Nec etiam, si reus conventus petat copiam totius inventarii, qui intendit accusare tutorem de suspecto, ei danda est omnino, sed in forma prædicta *secundum Bartol. ubi supra, num. 25.* qui bene hoc probat. *sequuntur alii allegati per Cavalcan. de tut. & cur at. num. 83.* quamvis ipse ibi, *num. 46.* velit contrarium.

79 Hæc † quamvis ita de iure sint recte constituta, de stylo tutiarum tolerantur gesta tutorum in iudiciis, & extra, pro & contra pupillos, posito, quod non constet de confectione inventarii, *teste Guid. Pap. quæst. Delph. 330. numer. 3.* Quod & in his Castellæ Regnis quotidie observari videmus, nempe ut ex solis tutelæ vel curæ instrumenti authentici productione, absque inventario, nec fide ipsius agant, & conveniantur in iudicio tutores & curatores, atque ipsi admittuntur, & iuxta merita causæ principalis lites decidantur, non obstante allegatione defectus partis legitimæ. Solum namque attenditur & consideratur, cur sint tutores, vel curatores decreti, non vero cur inventarium confecerint necne? Et merito quidem, quia hoc spectat, in idque tendit, ut tutores vel curatores inventarium non conficientes removeantur ut suspecti, & ut contra eos in litem iurari possit, *ut in d. l. tutor qui repertorium, in princ. ff. de administrat. tut. & in nostra l. Regia, 15. tit. 16. part. 6.*

Interim † igitur tutores sunt & administrare possunt 80
sub prædictis pœnis legalibus, *ut in d. l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. & docte nunc putat Bart. in d. l. tutor qui repertorium in princ. n. 7. in versic. dico ergo, Capic. alios allegans decis. 50. n. 2.* præterquam post litem contestatam super suspitione tutoris, quia non potest deinceps administrare, licet ante litem prædictam contestatam debeat administrare, *ita Angel. in l. quod si furte, §. sunt quidam, ff. de solut.* dicens, ita fuisse obtentum Perusii per dictum singulare Azonis *in summa. de suspect. tut.* & firmavit Ioan. de Imol. *in d. §. sunt quidam, & Aret. in §. si quis autem, Instit. de suspect. tut. sequitur Matth. de Afflict. decis. Neapol. 317. numer. 1.* dicens, secundum hanc opinionem Ang. fuisse iudicatum, nisi mater, de qua ibi ante litem contestatam transfisset ad secunda vota, & ideo desiit esse tutrix, & ipsimet reliquit tutelam, & *Afflict. refert*, & *sequitur Iason. Cancellot. de attentat. 2. part. cap. 4. de attentat. lit. pend. declarat. 4. n. 34. pag. 150. col. 2.*

In † eadem l. Regia, 15. ibi, *con otorgamiento del suez del logar* idem probat *l. 2. tit. 17. lib. 3. fori*, & tenuit gloss. 81
in l. tut, qui repertorium ff. de administratione tutorum, dicens, quod inventarium debet fieri in præsentia iudicis. Glossa etiam *in tutorem, la 2. verbo. publicarum, C. de administrat. tutor.* & sequitur Angel. *in tract. de invent. num. 11.* Idem *in dicta l. tutorem, num. 1.* facit eadem *l. tutorem, ubi, in præsentia publicarum personarum*, & *in l. non nulli, §. cum autem, C. de episcop. & clerc.* & *in l. de creationibus C. de episcop. audient.* ubi Episcopus, quitenet locum heredis, coram iudice tenetur inventarium facere. Idem tenet Cavalcan. *de tutor. & curator. n. 38.* ubi quod debet fieri per publicum instrumentum coram iudice cum eius decreto, & quod debet esse purum, liquidum, & clarum.

Sed non esse necessariam præsentiam iudicis, nec ei licentiam probari videtur *in l. 29. tit. 18. part. 3.* ubi ponitur forma instrumenti inventarii conficiendi à tutoribus & curatoribus, & tamen de præsentia, seu licentia nulla ibi fit mentio, sed tantum tabellionis publici & testium: Idem in inventario hereditum probant text. *in l. fin. C. de iure deliber. ibi, sub præsentia tabulariorum, &c. & in auth. de hered. & Falcidia collat. 1.* Ergo non debemus aliam solemnitatem quærere, quam lex nos edocuit. Et ita merito Cyn. *in d. l. tutorem, la 2. n. 4.* quem sequuntur alii Dd. dicit, communiter servari, quod inventarium hoc tutorum fiat tantum coram tabellione, idem observari de consuetudine, nempe quod sufficiat fieri coram notario, dicit glossa Montalv. *in d. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori, verbo, el alcalde, in fin.* quem refert & sequitur Baeca *de decim. tutor. cap. 2. n. 52. ad fin.* Faber etiam *in d. l. tut. la 2. C. de administrat. tut.* dicit, sufficere, quod fiat coram notario: Et ita moribus receptum est, *teste Cassan. in consuet. Burgun. rubr. 8. §. 4. verbo, separlepere; num. 8. & Matth. de Afflict. in constit. Sicul. incipit, minor bus, in 2. quæst. 1. notab.* ubi dicit, quod saltem debet fieri manu publica, quos refert Baeca, *ubi supra, n. 51. & 52. nec videtur Cassan. ubi supra, rub. 6. §. 6. n. 4.*

82 Et† consuetudo conficiendi inventarium est servanda, *ut late probat Ioan. Franc. Hond. cons. 55. per tot. & cum da, ut late probat Ioan. Franc. Hond. cons. 55. per tot. & cum da-nalis Cassan. ubi supra rubr. 7. § 13. verbo, Por beneficio de in-ventayre, n. 2.* Quid tenendum?

83 Vera† resolutio est, quod quantum ad tutorem vel curatorem obligandum, sufficit inventarium fieri extra iudicium coram tabellione & testibus: sed quantum ad hoc, ut faciat fidem contra eos, quorum nomina in inventario describuntur, requiritur, quod fiat coră iudice *ut in d. l. chirographis, ff. de administr. tut.* Ita distinxit re-ctissime Bart. *in d. d. tutor, qui repertorium, n. 9. ff. de admini-strr. tut.* & tenuit ante eum Cyn. *ubi supra* & sequitur Porcellin. *de inventar. c. 2. n. 9.* Vital. de Camba. *in tract. claus. 3. par. 1. nihil novari in inventarii confectione pend. n. 73. cum seqq & Greg. Lopez. in d. l. 15. vers. Con otro gui-nte del part. del lugar, & in d. l. 99. gloss. 1. ad fin.* ubi etiam, quod ad hoc, ut faciat fidem contra debitores pupilli, citandi sunt ipsi debitores per iudicem: Eandem distin-ctionem sequitur & communem profitetur Pet. Duen. *in reg. 187. n. 15. versic. in qua quæstione communiter di-stinguitur*, & sufficit unus notarius iuxta gl. & ita com-muniter obtinet, *teste Bart. in d. l. tutor, qui repertorium, in princ. n. 1.*

84 Ex† qua communi distinctione primo deducitur, quod tutores vel curatores adimplent faciendo inven-tarium bonorum suorum minorum certum & verum; quam primum possint coram tabellione & testibus et-iam sine iudice. Et ita in praxi obtinet secundum Spinum, *in suo spec. testament. gloss. 29. n. 31.* Consultius tamen erit, quod id conficiant de iudicis licentia, & per-fectum coram eo producant cum iuramento; *Quien cierto lo aly verdadero segun Diuelis ha dado a tender, y que protestan que cada y quando que aya noticia vinieren tener otros bienes, el menor, o menores los pornan en el dicho inventario.* Quamvis hoc non sit necessarium, *ut per Gregor. Lopez. and. d. l. 99. in gloss. 1. ibi, & ut hic videt*, licet Spino ubi supra dicat, obtinere in praxi, quod inventarium debeat præsentari coram iudice cum iuramento, quod omnia contenta in eo sunt vera, & solum illa bona, & non alia reperiantur pupilli, *ut resolvit Angel. in tract. de invent. n. 11. & in l. tut. in 4. C. de administ. tutorum.*

85 De inventario conficiendo per heredes nunc non agimus, quoniam non est nostra materia. Ad illud enim conficiendum sunt citandi creditores & legatarii, aliiq; sua interesse putantes, *ut habetur in d. l. fin. cum gloss. ver-bo, ceteri arum, & per Dd. ibid. & Octavian. in desis. Pedra-ment. 279. nu. 2. 8. & 10.* ubi quid de absentibus à loco, in-quo fit inventarium.

Secundo† deducitur ex prædicta communi distin-86 ctione, quod ex inventario facto coram iudice per tu-tores & curatores, in quo auctoritate ipsius iudicis, & cum citatione ad hoc speciali debitorum, scribitur ex-emplum instrumentorum debitorum minoris, possunt ipsi debitores conveniri, si forsan deperditum sit instru-mentum debiti originale, ut probat *d. l. chirographis, tenella gloss. 1. ibi, respondeo auctoritate iudicis fuit publi-catum. gloss. etiam 1. ad fin. in authent. si quis in aliquo, C. de edend. quam sequitur Bart. ibi, intertia oppositione, i-dem Bart. in d. l. tutor qui repertorium, in princ. n. 16.* Et est communis secundum Decium *ibi sub. 9.* & Curt. Iun. *n. 14.* qui requirunt partis citationem, & cum illis gloss. est communis opinio, *secundum Padill. in d. l. 3. nu. 15. C. de divers. rescript.* ubi *n. seqq.* latissime de citatione agit.

Hoc tamen ego verum esse intelligo, quoties late de-scriberetur in inventario substantia instrumenti origi-nalis, licet non ad literam. Nam alias si breviter & man-ce atque imperfecte mentio fieret prædicti instrumen-ti, quo modo ex eo conveniri posset debitor? Imo tunc potius deserviret ad memoriam prædictæ descriptionis, & ad faciendam alias exactionem, & rationem redden-dam, quam ad probationem contra ipsos debitores.

Non† tamen tenentur tutores vel curatores hanc 87 descriptionem & exemplum instrumentorum debito-rum suorum minorum spponi facere ipsi inventario, neque in praxi id observatur, ut patet *ex d. l. 99. tit. 18. part. 3.* ibi; *Et tras que fallara que auia de recibir de fulano tantos maravedis, e de fulano tantos, de los quales tenia car-tas fechas por mano de fulano escrivano publico*, Et in ter-minis ita tenet Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium, nu. 16.* dicens, quod ita observatur.

Si† tamen tutores vel curatores sponte id fecerint, 88 solemniter iuxta formam prædictæ legis, chirographis, his debitorum in eendio exustis, cum ex inventario tu-tores convenire eos possent ad solvendam pecuniam, aut ad novationem faciendam cogere, cum idem circa proprios debitores propter eundem casum fecissent, & id omisissent circa debitores pupillorum. si quid pro-pter hanc eorum cessationem pupilli damnum contra-xerunt, iudicio tutelæ consequentur, si probatum fuerit eos tutores hoc per dolum vel culpam prætermisisse, & præstari hoc ab eis debet. Hic est casus principalis dictæ legis *chirographis, in princ. ff. de administratione tutorum.*

Inventarium† tamen tutorum & curatorum in hoc 89 differt ab inventario heredis, quia contra inventarium factum per heredem admittitur probatio in contrari-um. *l. fin. § licentia. Cod. de iure deliber.* an. ubi est mirabilis modus per text. gloss. & Dd. probandi negativam & per alios Dd. alibi: Sed contra inventarium, quod fit per cura-torem adhuc, vel tutorem pupilli non admittitur pro-batio in contrarium, *ut notatur in l. fin. C. arbitr. tutor.* Item differunt, quia in inventario, quod fit per hered-dem, non inseruntur tenores instrumentorum, sed so-lum designantur, sed in inventario tutoris sic, *ut in d. l. chirographis, cum gloss. ita Cassan. in consuet. Burgund. ru-bric. 7. §. 4. in text.* ibi; *por beneficio de inventayre, nu. 7. fol. mihi 210. ad fin.* Hæc tamen secunda differentia intelli-genda, & temperanda est ixta superiora, *in ver. vera re-solutio, & in vers. non tamen generatur.*

In† eadem *l. 15. tit. 18. part. 6.* ibi; *Y en tales escripturas* 90 *como esta deven ser trasladas dos todos los privilegios e las-car das delas heredades de los moços.* Non intelligas, quod ad hoc, ut tutor gerere, aut administrare possit, requira-tur ista descriptio in inventario de verbo ad verbum: quia sufficit, quod summam & effectum instrumenti, ut supra diximus, de instrumentis debitorum pupilli, sed quantum ad hoc, ut si pereret instrumentum privilegii per inventarium probari possit: tunc namq; nec; neces-sarium est totum privilegium in instrumento describi, & debent citari illi, quibus præiudicari possit auctori-tate iudicis competentis, & nunc pătis ad illam exem-plationem faciendam, ut in terminis tenet Bart. *in d. l. tu-tor qui repertorium, in princ. num. 16.* dicens ita observa-ri, quem sequitur Gregor. Lopez. *and. d. 15. in gloss. trasla-dos, ad fin.*

Instrumenta† tamen, per quæ probatur, pupillum 91 debitorem esse, non sunt ponenda in inventario, licet possit tutor, si vellet, ea apponere, *Bart. & Salyc. in d. l. tut. la 2. C. de administr. tut. idem Bart. in d. l. tutor qui re-pertorium, n. 20. ubi, primo*, ubi quod debita à pupillo aliis tutor non tenetur ponere in inventario, quia illorum ius non est pupilli: potest tamen si vult ponere. *sequitur Greg. Lopez. in d. l. 15. in gl. de las heredades. Bata. a alie. al-legans, de decimis tut. cap. 2. n. 25.*

Quinimo† concludit Bart. *ibid.* quod si sunt aliqua 92 debita ipsi pupillo, de quibus in bonis suis non reperiatur instrumentum, tutor non tenetur ea ponere in in-ventario, antequam exigat. sed postquam exegerit, sic-

ures de novo obvenientes. *vt in l. fin. §. tali, C. de cura furio. sequitur Greg. Lopez. in d. l. 99. in gloss. de tantas co-sas, post princ.*

Debet† igitur tutor vel curator describere in inven-93 tario bona, quæ invenit penes minorem, stațim quod fuit datus ipsius tutor vel curator, inquit dicta lex 99. ibi; *E vaya a escrivir este inventario de los bienes q̃ fallo en poder del huerfano sobre dicho luego que fue dado por su guardador, tit. 18. pãr. 3.* Non ergo tenetur asserere rem esse pupilli, sed quod invenit in hereditate pupilli, *ut ibi ex ea lege observavit Greg. Lop. in gl. que fallo en poder, & tenet Bart. in d. l. tutor qui repertorium, in pr. fub n. 12. ibi, dic et iam, quod tutor debet scribere, se invenisse in bonis d. l. pupillorum fub n. 12.* præmiserat Barto. quod res debent scribi in inventario taliter, quod tutor ex illo inventa-rio possit conveniri, *vt in l. fi. in pr. C. de arbitr.*

94 Ex† quo ipse inquit, quod omnes res debent scribi per signa, per latera & confinia, sicut in libello ponerẽ-tur, quod probare videtur dicta lege 99 ibi; *Deziendo sennelladamente quantos son, e que lugares, &* ibi Gregor. Lopez *in gl. tantas cosas, post princ.*

95 Neq; † requiritur, quod in inventario ponatur æsti-matio rerum, prout de consuetudine asserit esse Salyc. *in l. fin. C. de magistr. convenend.* licet malè pro pupillis & contra d. l. fi. *vbi notat Bart. & hanc opinionem Salyc. sequitur Greg. Lopez. in d. l. 99. in gl. tantas cosas*, quamvis contrarium inter probet D. Spino *in suo spec. testament. gloss. 29. n. 39.* vbi quod non solum, quid ditas & substan-tia, sed quantitas & æstimatio est ponenda, vt tradibus obvietur, quæ de facili possent perpetrari & commisti, subrogando loco rei æstimationis dignæ, rem vilem & futilem. *arg. l. fin. C. de magistr. convenen. & Cavalcan. de tut. & cur at. num. 31.* Nihilominus tamen de consue-tudine contrarium servatur, *secundum Salyc. & Greg. Lopez. ubi supra.*

96 Nisi† in rebus, quæ pondere, numero, vel mensura constant, quæ quidem ad hoc, ut in inventario descri-bantur, prius ponderantur, numerantur, & metiuntur, vt pondus certum, & numeratio perfecta, & mensura clara ponatur, non tamen taxatur earum valor.

97 Nec† tenetur administrator ponere in inventario, id, quod domini non est. *secundum Bald. in l. 1. § solent, ff. de offic. præf. vrb.* In contrarium tamen tacit, quod he-res tenetur ponere in inventario etiam res depositas, & commodatas, *vt tenet Ang. Imol. Paul. de Castro, & Alex-and. in l. fideco, § 1. ff. de acquir. possessione, quos in hoc citat Greg. Lopez. in d. l. 99. in gloss. tantas cosas*, die ens vi-dendum per Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium, col. 2. in versic. quaro, quid si tutor, & est in numero. 14.* vbi quærens, quid si tutor dicit in inventario, quod credit esse tales res dicti pupilli, & ad eum pertinere, respon-det, quod inventarium fit de eo, quod invenitur. Si er-go inventarium clare dicit id, quod spectat ad inventi-onem, vt quod possessionem vel ipsam rem invenit in bonis, fatis est, nec putat, quod tutor habeat necesse, af-serere de dominio ipsius rei, cum hoc non subjaceatur inventioni de facili propriè loquendo. Ex prædictis er-go patet, Bart. voluisse, quod tutor sive administrator tenetur ponere in inventario, quod invenit in bonis pu-pilli, non adjiciendo aliquid de dominio.

98 Vnde† circa opinionem præmissam Baldi & cetero-rum prius adducta m observandum erit meo iudicio, quod tutor, sive administrator teneatur ponere in inven-tario omnia, quæ penes minorem invenit, *vt inquit d. l. 99. & d. d. tutores, la 2. C. de administrat. tut. & in d. tutor qui repertorium, in princip. cum similib.* Vnde tenetur scribere in inventario res depositas, & commodatas, & sic alienas repertas in bonis pupilli, nisi constaret ita notorie alienas esse, & sine aliquo iure eas detinere pupillum, ut nulla tergiversatione negari possit: tunc enim veritati stadum censeo. In dubio autem ponere ea tenetur in inventario iuxta præmissa, & qui dixerit illas res suas esse, tenebitur id probare.

Inventarium† autem debet fieri expensis pupilli, *ut* 99 *cum Fern. dicit esse probabilius Bata. de decim tut. cap. 2. n. 26. & Cavalcan. de tut. & cur. n. 62. in princ.* Non enim officium suum debet esse alicui damnosum. *d. si quis ex fi-gnatoribus, ff. quem admod. testam aperiant.* officiumque tutelæ est civile, & personale. *l. athleta, §. 1. ff. de excusat. tut.* & qui subit officium civile & personale, non debet erogare de suo, *l. fin. §. personale. ff. de mun. & hon.*

Rursus† in hac materia inventarii conficiendi per 100 tutores & curatores, obliviscinon oportet, textus *in l. fin. versic. fin autem, C. arbitr. tut.* ubi probatur, quod si tu-tor vel curator in inventario publice facto, res pupilli, vel adulti inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit, ampliorem quantitatem substantiæ non esse, aliud inspiciendum, nisi hoc quod inscripse-rit, & secundum vires eiusdem scripturæ, patrimonium pupilli, vel adulti exigit. Nec enim sic homo simplex (imo magis stultus) inventur, ut & in publico inventa-rio scribi contra se aliquid patiatur: Idem probatur, *l. 120. tit. 18. part. 3.*

Et† licet tutor vel curator faciat protestationem, 101 quod si quæ apposuit non ponenda, vult habere pro non appositis, ista protestatio nihil operatur, *Bart. in l. §. solent. ff. de offic. præsid. urb. Bald. in l. fin. C. arbitr. tu-tel. & eos referent sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 120. in gloss. 1. tenuit etiam Bart. in d. l. tutor qui repertorium, in princ. n. 23. ff. de administ. tut.*

Et† decisio text. *in d. l. fin. versic. fin autem, C. de arbitr.* 102 *tutor.* adeo procedit, ut probatio in contrarium non ad-mittatur, *secund. Vital. de Camban. in tract. in claus. nihil novari in inventarii confectione pendente, nu. 62. & Bata. de decim. tut. 1. 2. fub n. 63.* Id quod probare videtur *d. l. fi.* dum dicit, non esse aliud inspiciendum, quam quod in ipso inventario scriptum legitur. Ergo reiicit probatio-nem contrariam huic præsumtioni, quam ob id iuris, & de iure esse scripserunt Specul. *in tit. de præsumt. §. species, n. 5. in fi. Bald. ad. l. fin. n. 2.* dum dixit, admitti probatio-nem contrariam per indirectum, sicuti fit adversus præsumtionem iuris, & de iure, *secundum Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 65. ubi n. 11.* De hac scripsit & alios allegit idem Menoch. *lib. 6. præsumt. 97. n. 1. & Cavalc. de tut. & curator. n. 86.* expressi decisio. *l. 120. tit. 18. part. 3.* ubi ista hæc ampliatio ad literam approbatur.

Specialiter igitur est hoc in inventario tutoris & cura-toris, ut observavit gl. in *d. l. fin. verbo, inscripserit, C. arbitr. tut. & ibi Salyc.*

Quin† & specialius vult, quod neque allegatio erro- 103 ris profit tutori, ex quo lex non admittit probationem in contrarium, idem tenet Bald. *in d. l. 1. § solent, ff. de of-fic. præsid. urbis.*

Contrarium tamen in his terminis erroris, imo quod possit prætextu erroris huiusmodi confessio revocari, tenent Petrus, & alii antiqui Cyn. & Alber. *in d. l. fin.* & Specul. eiusque additionator, Ioan. Andr. *in tit. de instrum. edit. § fin. col. 1.* ut in exemplis ibi per eum posi-tis, idem tenet Bald. *in auth. sed cum testator, col. fin. C. ad legem Falcid.* Iciliceet quod possit tutor iustum errorem allegare. Et hæc opinio probabilior & æquior videtur, ut iustus error possit allegari, imo quicunque error, quo tutor fuisset ductus ad credendum, rem esse pupilli, *se-cundum Greg. Lop. in d. l. 120. gl. fin. ad fin. & hanc sequer.* Neq; obstat d. l. 120. quia non tollit probationem erro-ris, sed probationem tutoris dicentis ideo posuisse tales res, ut pupillus ditior appareret, vel simili causa, & sic nõ prætenderetur error, sed simulatio, ut expresse constat ex d. l. 120. ibi; *Y que consintiera a el a sabiendas que las ser ya esse, y por su error muestra que el huerfano era mas rico por que pudi-*

pudiesse mejor casar, o por otra razon semejante. Ergo à contrario sensu, quando non scienter, sed errore iusto res suas descripserit in inventario, non videtur consentire, ac per consequens admittenda erit eius probatio in contrarium.

104 Quinimo † non solum error potest allegari, & probari à tutore vel curatore, contra scripta à se in inventario publico, sed etiam per indirectum probatio admittetur, quæ adversus hanc præsumtionem iuris & de iure solet admitti, nempe res illas descriptas in inventario fuisse usu consumtas, *Matth. de Affitt. decis. Neap. 13. n. 26. & 27.* vel fuisse restitutas, *Menoch. lib. 1. præsumt. 9. 63. nu. 2 & quæst. 84. nu. 6.* & generaliter Bart. *in l. quod ad præsens. C. de muneribus lib. 10. Bald. in d. l. fin. nu. 2. C. arbitr. tut. Menoch. de præsumt. 197. n. 2. & 9. lib. 8.* ubi † *num. 8.*

105 idem in aliis probationibus, quæ adversus præsumtiones iuris, & de iure admittuntur, ut confessio adversarii, de qua scripsit idem Menoch. *lib. 1 præsumt: quæst. 61.* & notorium, *ut in d. lib. 1. q. 67.*

Similiter † etiam limitatur dispositio *d. l. fin. C. arbit. tutel.* ut non procedat in præiudicium tertii, nempe

106 quando res descripta in inventario reperitur alienata: illa namque descriptio non nocet domino rei eam vendicanti, nec tutori, quia illam describi fecit, *ita post Iacob. de Raven. docent Salycet. in d. l. fin. in fin. prior. C. arbitr. tut. quem refert & sequitur Greg. Lopez. in d. l. 120. in glos. quantas eram, & Menoch d. lib. 6 præsumt. 97. n. 9.*

107 Non † etiam procedit dispositio *d. l. uit. in d. versic. sin autem. C. arbit. tutel.* in rebus immobilibus in inventario publico descriptis per tutorem vel curatorem, quæ suas esse probare possunt tutor, & curator instrumentis: sed tantum procedit in rebus mobilibus, in quibus contrarium directe probare non possunt, *ita Bald. in d. l. fin. num. 1. & Salycet. colum. 1. versic. quæro an hæc, & Brun. consil. 120. n. 7. Alciat respons. 237. breviter in proposito, num. 2. quos refert, & sequitur Menoch. lib. 6. præsumt. 97. num. 6.* ubi quod etiam probare poterit testimonio quinque testium, *secundum Matthæum de Affitt. decis. 15. numer. 26. & sensit Bald. in d. l. ultim. num. 2.* ubi idem tenes Iacob. de Aret. Cyn. & Alberic. sic intelligentes eam legem, nempe in rebus, quæ possunt occultari, ut vinum, frumentum, & similia, & videtur istuc habere æquitatem, licet Salycetus ibi teneat contrarium. Imo quod dicta lex ultima procedat etiam in immobilibus *secundum Gregor. Lopez. in d. l. 120. in glos. quantas eram*, id bene deducens ex dicta lege Regia, dum loquitur de quantitate, & sic de rebus mobilibus, pro quo etiam facit *d. l. ultim. versi. sin autem, sbi, amplissimam quantitatem substantiæ.*

Sed † & dispositio *versi. sin autem*, extenditur, ut locum

108 habeat etiam in confectione tutoris & curatoris, factu in scriptura privata, in qua asserat rem esse pupilli, vel adulti. Nam & in hac specie oritur præsumtio iuris, & de iure adversus sic confitentem, *ita post alios Dec. in l. singularia, num. 8. & 9. ff. si cert. pet. & ibi Capnol. num. 23. Socin. Sen. consil. 159. n. 2. lib. 2. Menoch. d. lib. 6. præsumt. 97. nu. 4.* inferens inde *nu. 5.* quod sicut adversus tutorem & curatorem agi potest ex solo inventario sic confecto, ut *respondit Soc. Sen. consil. 62. col. 1. lib. 1.* ita etiam agi poterit ex confessione hac in scriptura privata facta.

109 Vltimo † in materia inventarii conficiendi per tutores, & administratores minorum, illud observandum erit, aliud esse inventarium hereditatis adeundæ, aliud inventarium fiendum per ipsos tutores & curatores ad legitimandas eorum personas, & negotia pupillorum peragenda, *ut notatur in d. l. tut. qui repertorium, ff. de administr. tut. & l. fin. C. de iure deliber.* Et ideo necesse habet tutor aliud facere inventarium, quando vult adire hereditatem cum beneficio legis, & inventarii: sed utile erit, & cum minori dispendio unum facere inventarium cum solemnitatibus utriusque inventarii, ut pro cautela tradit Capol. *cant. 226. duplex est inventarium*, ubi dixit le feciste ita practicari, quem refert, & sequitur Cavalcan. *de tutor. & curator. n. 108.* Et istud inventarium sic confectum proderit etiam minoribus quoad creditores hereditatios & legatarios, ne teneantur ultra eas vires hereditarias in prædicto inventario descriptas, tametsi ipsi minores aliud inventarium non confecerint, *ut supra n. 49. cum seqq. late probavimus.*

Debent † tamen isti tutores & curatores in adeunda hereditate minorum videre, & diligenter perscrutari, an sit lucrosa vel damnosa, & si cognoverint illam damnosam, debent cum beneficio legis, & inventarii, eam adire: alias tenebuntur ad damna, & expensas, & interesse minorum, & contra eos poterit iurari in litem, *ut per Paris. consil. 25. vidi, nu. 44. cum sequentib. volum. 2. & per Platum in l. si quando, nu. 228. versic. minoribus, Cunde vi, quos refert, & sequitur Cavalcan. de tut. & curat. num. 67.*

Et † hereditas minori delata, si pupillus est infans, debet adiri per patrem, vel tutorem solum, cum infans non habeat velle, nec nolle, & quicquid vidit, ignorat, *l. si infanti, C. de iure deliber. ubi Dd.* Si autem minor est maior infante, tunc ipse adire debet hereditatem, cum auctoritate patris vel tutoris. Et uterque solus non potest eam adire, *ut tradunt communiter Doctores, in l. bonorum, C. qui admittant. & resolvit Cavalcan. ubi supra, numer. 68.* quia hereditas debet fundari in persona pupilli, cum intelligat, & tutor & pater tantum auctor atur. *ut consulunt Paulus de Castro consil. 355. sub numer. 4. in 1. part. & cum eo, & cum aliis Cavalcan. ubi supra n. 68.*

Librum † quoque rationis de administratis tutor vel curator conficere tenetur, *ut per Dd. in l. 1. §. officium. ff. de tutor. & rat. distrah. Rolandi. à Valle consil. 49. n. 20. lib. 1. ubi num. 24.* quod si non exhibuerit librum, quis non confecerit, ex quo statim in eo deprehenditur dolus præsumtus, sicut contra tutorem, qui non confecit inventarium, tenebitur ad interesse declarandum per iuramentum in litem, *ut per Bart. & alios in d. §. officium, ut rursus, sequitur plures referens Mascard. de probat. 3. tom. conclus. 1392. num. 8. & Baeza de decim. tut. c. 2. n. 172. Decian. consil. 49. n. 18. vol. 3.*

Quod † adeo procedit, ut etiam si testator remiserit confectionem inventarii, non tamen intelligitur remisisse librum rationis, tanquam diversum ab inventario, *ut inquit Plotus in l. si quando, n. 244. versic. memoria servabis, & num. seq. Cunde vi, quem refert, & sequitur Cavalcan. de tut. & cur. n. 206.* sed & alia plura de libro rationis adduximus *infra n. 3. part. c. 1.*

Et † quæ dicta sunt supra in tutore & curatore in materia inventarii, & de libro rationum conficiendo, & de rationibus reddendis, locum habent etiam in protutore & in eo, qui pro curatore se gessit, & ceteris aliis, qui bona alterius administrant, vel administrarunt, *iuxta doctrinam Bar. in d. l. §. officio, & in consil. 40. & 139. & Anch. consil. 317. quos refert, & sequitur Boer. decis. 128. n. 15. & Mascard. ubi supra, n. 16.*

Sequitur † in tex. reg. d. l. 5. *tit. 16. par. 6.* a despues que *esto ouiere fecho (scilicet) el inventario, deven los guardadores en derecar las cosas del huerfano que no cayan e fazer labras las heredades, e criar los ganados que fallaren en los bienes del finado, e esto deven fazer a buena fe, e lealmente.*

A † tutoribus enim pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet, *ut inquit Paulus Iurisconsultus in l. à tutoribus, 34. ff. de administratione tutorum.* Præstare enim debet tutor, quantam in suis rebus diligentiam, & ideo in omnibus, quæ tutor fecit, cum facere non deberet, item in his, quæ non fecit, rationem reddere debet, præstando dolum, & culpam, *l. 1. in princ. ff. de tutel. & rat. distrah.*

117 Unde tutor † non debet finere, quodcunque ædificii genus, quod integrum hereditas dabat, collapsum ipsius fraude deperiret: sed si parens, vel ille, cujuscunque heres est minor, reliquerit deformatum ædificium, tutor testificatione operis ipsius, & multorum fide id reficere tenetur, & cogi debet *l. lex, quæ tutore vers. ergo & domus. C. de administ. tut.* alias tenetur ad interesse, *ut cum Rip. de peste, n. 14. tenet Baez. de decim. tut. c. 2. n. 20.*

118 Tutor quoque † reparare debet sarta tecta, ne pupilli frumentum pluvia corrumpatur, & non excusatur, si posuit aturem communi opinione reputatum fidelem & diligentem, *ita Ioan. de Plat. in l. 2. C. de condit. in pupillorr. libro 10. prout eum refert & sequitur Gregorius Lopez. in dict. l. 15. in glos. endereçar las cosas, & Baez. dicta cap. 2. num. 90. Molin. Theologus de justitia & jure, 2. tractat. disputatione 224. columna 1363. versicul. quod admonemus.*

119 Reficere que debet ædes, † & cetera, quæ ad sui conservationem refectione indigent, colereque prædia, aut locare, prout expedire judicaverit, & tenetur greges nutrire, secundum Molin. *ubi supra*, addentem, quod ea mobilia, quæ commode servari nō possunt, ut vestes attritas, jumenta nimiū non necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia, potest sine judicis decreto vendere, permutare, atque alienare, *ut in d. l. lex, quæ & l. ult. §. ult. C. de administ. tut. & l. ult. C. quand. decret. opus non est.* Et quod vendere teneatur hujusmodi congruo tempore, nec tam diu exspectare, quousque pereant, alioqui sibi damno pereunt, *l. tutor, qui repertorium, §. si tutor. ff. de administ. tut.*

120 Non tamen † tenetur mittere triticum, & alias res, ubi plus valeant, ut ibi vendantur, *secundum Bartolum & Salycet. in dict. l. ult. §. ult. C. de administ. tutor. quos refert & sequitur Gregorius Lopez. in l. 16. tit. 16. part. 6. gl. ult. & cum eo idem probat Molin. ubi supr. d. columna 1243. ad finem*, ubi quod satis est eas vendere, ubi existūt, nec tenetur exspectare tempus, in quo nimio pretio vendantur, præsertim cum si ob multam moram corrumpantur & pereant, tutoris aut curatoris periculo pereant: sed satis est, si pretio ordinario in loco, ubi sunt, vendantur.

121 Utile † tamen esse, ut dies, in quo res venduntur, scribatur, alioquin pretio, quo plus valuerunt eo mense, aut anno, in quo venduntur, illi supputabuntur, si non constet, quo die illius mensis, aut quo mense illius anni venditæ sint. *secundum Greg. Lopez, quem ipse dedoctus refert & sequitur.*

122 Hinc probari † potest optimo Jo. Andreæ *in addit. ad Specul. tit. de judic. §. 2. col. 8. ad fin. addit. magnæ*, dicentis, quod tutor, qui bona fide opus incœptum à patre pupilli perfecit, non tenetur, cum pupilli honorem tueri debuerit, *arg. l. cum plures, §. 2. ff. de administr. tut.* quod notandum dicit esse Greg. Lop. *in d. l. 15 gl. fi. tit. 16 part. 6.*

123 Denique † tutor tenetur administrare bona fide res pupilli, nempe domum fulcire, agrum curare, debita exigere, quæ summatim primum, deinde ad longum & figillatim enumerat atque discutit Baez. *de decim. tut. capite 2. numero 82. cum sequentibus, & nos aliis in loco diximus.*

124 Debet † præterea bona pupilli recte & fideliter administrare, & non minorem curam, affectionem, & diligentiam habere in gubernando & administrando rem pupilli, quam propriam. Aliter enim de negligentia & male administratis & indebite consumtis tenebitur, text. *in §. igitur, Instit. de obligatio. quæ ex contract. nasc. Decius consilio 192. sub numer. 5. in fin. & Plotus in dict. l. si quando, numero 214. versic. tutor ac curator, Cunde vi*, ubi *sub num. 442. & seq. & num. 546. & sequent.*, dicit, posse cum tra ipsum jurari in litem de damnis, expensis, & interesse, nisi esset rusticus grossus, *refert & sequitur alios allegans Cavalc. de tut. & curat. n. 58.* † vel nisi in testamento 125
fuisset sibi relicta liberatio, & omne illud, in quo contingeret condemnari, quia tunc de negligentiis & omissis non tenebitur, nec poterit contra eum jurari in litem, *secundum Plotum in dict. l. si quando, num. 217. cum sequentib. quem refert & sequitur Cavalc. ubi supr. sub num. 115.* Nihilominus tamen tunc reddere debet, quidquid apud eum fuerit ex rebus pupilli. Et præterea tenetur de dolo, non obstante prædicto legato, quantumvis amplissimis verbis facto, juxta communem opinionem, quam refert & probat Baez. *de decim. tut. cap. 2. num. 100. & nos quoque late probavimus supra alio in cap.* Talis † tamen 126
liberatio & legatum non valebit in favorem heredis tutoris condemnati ad reddendam rationem administrationis: cum verba remissionis & legati non sunt concepta etiam in personam heredis, alias secus, *ut per Durran. de arte testan. tit. de tut. & exteq. caut. 2. n. 4. per text. in l. qui Rom. §. Augerius, & ibi Jas. & Dd. ff. de verbo. obligat.* ubi admonet tutorē, ut faciat scribere à testatore, quod legat id, in quo ipse tutor aut ejus heres condemnari contigerit, quod est notandum, *ut inquit Cavale. ubi sup. num. 208.* qui illud comprobat, *num. 209.*

Si tamen † periculum immineret rebus adulti & ip- 127
sius curatoris, ita quod non posset unanimiter & unico actu salvare bona minoris & sua, salvando sua bona potius, quam bona minoris, non poterit sibi imputari, & ad damna non erit obligatus, alias secus esset, *ita Cavale. de tut. & curat. n. 239. ubi citat ad hoc Bart. in l. tut. §. non est. ff. de administ. tut.* ubi tenet, quod tutor in pupillaribus rebus eandem diligentiam adhibere debet, quam in propriis, & quod si certum est, quod pecuniam pupillarem non potuit collocare, sed suam potuit, non est in culpa, si utilitatem propriam prætulit utilitati pupilli, ne alias officium suum sit sibi damnosum, quod esse non debet. Hoc autem divertium est ab eo, ad quod eum citat Cavalc.

Sed & Baez. *de decim. tut. cap. 2. num. 91.* aliter in prædicta specie, Cavalcan. resolvit, nempe quod tutor adeo res pupilli curare debet, ut eas præponere debeat suis, *l. tutor secun. dignitatem. § 1. ff. de administ. tut.* & eas melius curare debeat, quā suas, nisi forte res tutoris pretiosior sit, tunc enim locus est gratificationi, *juxta gloss. in l. si ne certo, §. proinde, ff. commod. & ibi notat Bart. Curt. Iun. consil. 29. num. 19. colum. fin. lib. 1. Roman. sing. 705. alias 698. incip. attende*, ibi scribit, quod si tutor est in tali periculo, quod non potest simul & semel custodire bona sua, & bona pupilli, quod debet præferre bona pupilli, nisi res ipsius tutoris sit pretiosior. Allegat etiam Castan. *in consuet. Burg. rubr. 6. §. 4. verbo, entre gens nobles, versic. Mantenir, n. 2.*

Quid tenendum? Ego † articulum hunc ita resolve- 128
rem, ut in pari periculo rerum, & facultatum minoris & tutoris, seu alterius administratoris, ita quod tutor vel curator non possit unanimiter, & unico actu salvare bona minoris, & sua, sed tantum illa, vel hæc, potuit tenetur salvare res minoris, quam suas regulariter, *argumento textus in l. si ut certo 5. §. nunc videndum, ff. commod. ibi, proinde, & si incendio vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale, non tenebitur, nisi forte cum posset res commodatæ salvas facere, suas prætulit*, ubi glossi. verbo, *salvas facere*, idem probat in tutore, dicens sic: *& tutor pupilli pecuniam*; quia tutor tenetur ad custodiam rerū pupilli, ita quod si dicat, se non potuisse custodire, incumbit ei probatio text. *ad literam, in dict. l. tutor*, secundum dignitatem *§. 1. ff. de administ. tutorum*, ubi inquit textus, non est audiendus tutor, cum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam collocare, quod idonea nomina non inveniri arguatur eo tempore suam pecuniā bene

collocasse, & sic est textus ibi secundum Chassan. *ubi supra*, qui hanc opinionem probat, quod si tutor videat res iuv. & res pupilli in periculo, debet præferre res pupilli. Idem per illum textum tenuit Curt. jun. *ubi supra*, pupilli. Idem per illum textum tenuit Curt. jun. *ubi supra*, & ante eum Roman. *ubi supr.* nec non & Bacc. *dict. cap. 2. num. 91.*

129 Ampliatur hæc conclusio & regula, ut procedat † non solum, quando constat, quod potuit res pupilli salvare, & hoc non fecit, ut illas salvaret, sed etiam in dubio, quia tunc tutori incumbit probare, non potuisse salvare res pupilli, *ut probatur in dict. l. tutor, §. 1. & tenet ibi Bart. n. 2. & Rom. ubi supr.*

130 Secus tamen foret in casu certo: nempe, quod non potuit salvare tutor res pupilli, sed fuit *secundum Bart. ibidem*, quo casu inquit Bartolus, non esset tutorem in culpa, si utilitatem propriam prætulit utilitati pupilli, nec alias suum officium fuit ibi damnosum, quod esse non debet, *ut sup. eximio*, & hæc sit prima limitatio regulæ.

Unde Cavalcan. *ubi supra, num. 429.* qui dicit esse contra prædictam regulam tenuit, non recte loquutus est, nisi cum intelligamus *juxta supra modo proxime dicta*. Iquidem allegat Bartolum *ubi supr.* de hoc prædicto modo hanc materiam declarare.

131 Limitatur nunc † dict. regula, & nisi res tutoris vel curatoris sit pretiosior, vel par re vel re pupilli: cuius cimilorus est gratificationi, quia tutor ita re pupillari, seu commodatarius excusatur, si eam adhibuit diligentiam in re aliena, quam quilibet diligens, ut in tutore probatur, *in l. an tutor, ibus. ff. de administratione tutor.* & in commodatario, *in l. in rebus, ff. commodat. in Rom. Curt. jun. & Bacc. ubi sup. & bene.*

132 Tutor autem † & administrator, qui in ejus usum & utilitatem bona minoris converterit, tenetur ipso jure in duplum, & ad damna & expensas, & interesse minori solvendis, *ut in l. tutor, qui repertorium, §. si quis instrag. ff. de administratione tutorum. de quo late agemus supra in 3. parte alio capite.*

SUMMARIA.

1 *Jurari in litem, an possit contra alias personas, quæ tenentur inventarium conficere ob eum non confectum, quam contutores & curatores minorum? & numeris sequentibus.*

2 *Heres tenetur conficere inventarium, si non vult teneri ultra vires hereditarias.*

3 *Heres, qui hereditatem alii restituere debet per fideicommissum, tenetur ad instantiam fideicommissarii inventarium conficere.*

4 *Heres gravatus restituere alteri hereditatem, tenetur rationem reddere fideicommissario de his, quæ fideicommisso subjecta, culpa sua deteriorata sunt, & num. 12. sed non juratur adversus eum in litem, ut in num. 9 & in dicta num. 12. per dot. tamen Falcidiæ, seu Trebellianicæ detractionem ob non confectum inventarium, ut in num. 13.*

5 *Omnis, qui rationem reddere tenetur, inventarium conficere debet.*

6 *Primus majoratus possessor nullum inventarium conficere debet, rationem reddere, sed etiam sequentes restitutione cessante, & num. 7. sed non juratur adversus eos in litem, ut in num. 9. & 10.*

8 *Gerens negotia persona alterius, rationem reddere tenetur, sed non juratur adversus eum in litem, ut in n. 9.*

10 *Fideicommissarius universalis, tenetur inventarium conficere, si primus heres illud non fecerit, nec tamen adversus eum juratur in litem, nec adversus majoratus successorem.*

11 *Majoratus de rebus particularibus, ut de rerum quota successor inventarium facere non tenetur.*

12 *L. tutor, qui repertorium. ff. de administratione tutor.*

dum loquitur de juramento in litem contra tutorem, vel curatorem, qui inventarium non confecit, pœnalis est, favorem pupilli concernens, ideoq; ad alios casus detrahendi non est.

13 *Argumentum non procedit, aliquis teneatur ad conficiendum inventarium, ergo propter ejus omissionem jurandum est adversus eum in litem.*

16 *Jurat in litem ratione præsumpti doli, ob non confectum inventarium, contra eum potest, qui habet officium publicum, seu publicam administrationem, non autem contra eum, qui solum tenetur reddere rationes ex aliqua causa privata.*

17 *Remedium quod dabitur majoratus successori, si mentri bonorum subtrahionem, ut possit sibi circa hoc consulere.*

18 *Usufructuarius recusante (instante proprietario) inventarium conficere, quomodo consuletur ipsi proprietario?*

CAPUT II.

An jurari in litem possit adversus alias personas, quæ ad inventarii confectionem tenentur, quam tutores & curatores, illud non conficientes?

QUAMVIS de tutoribus & curatoribus tantum in hoc tractatu agamus, liceat mihi tantisper ab scopo divertere, ne alias in errorem incidere aliquem fortasse faciamus, ignorantia rei, in praxi necessario scindæ, quæ tamen non multum à nostra materia distat.

Egimus hac in capite præcedenti, quomodo contra tutorem vel curatorem inventarium non conficientem, possit in litem jurari propter dolum præsumptum, *ut in l. tutor, qui repertorium, in princip. ff. de administr. tut. cum simil.*

Modo quæritur, † *an etiam contra alias personas, quam tutores & curatores minorum, ad inventarium similiter conficiendum sub eodem onere, procedat, seu fieri valeat eadem disputatio, nempe, ut contra eos inventarium non conficientes juramenti possit sufficere?* 1

Heres † enim si vult non teneri ultra vires hereditarias, tenetur conficere inventarium, juxta formam & solemnitatem, *l. per totam, C. de jur. delib. & l. Rex. cum ea concordant. ut pote l. 3. tit. 6. part. 6. cui similibus.* Similiter heres, qui hereditatem alii restituere debet per fideicommissum, tenetur ad instantiam fideicommissarii inventarium conficere, † *juxta id, in hac materia* la §. *quod vulgo, ver. utrum, quam sequuntur ibi Dd. ff. ad l. falc. similis in l. §. hæc verba, ver. sufficium ff. si ex plus quam per l. falcidiam. etiam in auth. de hered. & falc. §. si vero non fecerit, ver. b. legatorum, & ver. Item ar. Paul. de Castr. in l. cum tale, §. Titius. n. 2. vers. ex hoc dicunt Dd. ff. de condit. & demonstr. quem sequitur ibi Ioan. de Imol. col. 2. Socin. cons. 31. visis instrumentis, col. 3. quem refert & sequitur Greg. Lop. in d. l. 3. in gl. lau dendæ, contra Ioa. Andr. in addit. ad Spec. tit. de inst. & sin. super verb. fecerit.* Eandem opinionem glossarum sequitur alios allegans D. Molin. *de hisp. an. primog. lib. 1. c. 28. n. 1.* 2 3

Quod † ex ratione probatur, quia heres hic tenetur reddere rationem fideicommissario de his, quæ in re fideicommisso subjecta culpa sua deteriorata sunt, *ut in l. mulier, §. si herr. ff. ad Trebell. ibi, culpa planè rationem reddere.* Ergo tenetur facere inventarium. 4

Omnis namque, qui † rationem reddere tenetur, inventarium facere debet, *l. cum oportet, §. non autem C. de bon. qui lib. Baldus in authent. sed cum testator, num. vicesimo tertio, C. ad legem falcid.* Idque in maioratus possessore asseruit Peralt. *in lege 3. §. qui fideicommissum, numero 45. ff. de hered. instit.* Quod nedum procedit in primo maioratus possessore, sed etiam in ulterioribus, respectu sequentium, ut ex pluribus probat idem *ibid. d. n.* 5

d. n. 45. cum seqq. & verum videtur Molin. *ubi supr. n. 4.* quamvis id non audeat affirmare Menoch. *de succ. ex ser. lib. 1. §. 8. n. 20.* Et non video hoc esse in jure.

6 Ad quæstionem igitur respondeo, † videtur dicendum, quod contra hunc heredem gravatum, cum ipse teneatur fideicommissario inventarium conficere eique rationem reddere, si inventarium non fecerit, possit in litem jurari ob dolum præsumptum, sicut contra tutorem & curatorem inventarium non conficientes, eadem ratione dolus præsumpti. Et † in terminis ita in 7
herede & fideicommissario censuit Claudius *in d. l. si mulier. §. si heres. ff. ad Trebellian.* & Plotus *in l. si quando, num. 595. C. unde vi*, & Matzarius *in epitom. fideicommiss. a part. quæstione 54.* quorum opinionem in majoratus possessore tenendam esse dixit Peralt. *ubi sup. a quæstione quinto, versicul. certe licet articulus iste non sit resolutus.*

8 Idem in eo † qui solum tenetur reddere rationem ex aliqua causa privata, nempe, quia gessit negotia aliena, probavit Angel. *consilio 277. num. 6. quem & alios refert & sequitur Roland. à Valle consilio 49. numero 22. cum sequentibus, volumine 1.* ubi etiam, quod juratur in litem contra gerentem negotia alterius, si non confecerit & exhibuerit librum, & generaliter, quod ob præsumptum dolum juratur in litem, etiam ultra casum tutoris, affirmat esse verius rem & magis receptam sententiam adversus Cor. *consilio 81. columna tertia, versic. imo libro quarto, Dec. in lau actionibus, num. 22. ff. de jurament. in litem. & Cottam, in dictione, juramentum in lit. Covarr. lib. 2. var. resol. c. 1. n. 6.*

9 Nihilominus † tamen contraria sententia verior in herede universali gravato respectu fideicommissarii, & in majoratus possessore, respectu sequentium, & in negotiorum gestore respectu domini negotiorum, nempe, ut propter non confectum ab his inventarium, vel minus legitime confectum, minime contra eos juramenti possit in litem, & hic quod, *d. l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de administ. tut.* in hoc tantum procedat in tutoribus & curatoribus minorum, qui habent publicum officium, seu publicam administrationem, non vero in ceteris privatis.

Ex in primus agemus de herede universali gravato hereditatem alii vel aliis restituere. Et hic quamvis inventarium non facere teneatur, tanquam heres, alias tenebitur in solidum creditoribus hereditariis, & fideicommissariis, *ut in l. §. fin vers. de iur. delib. & in l. Regia*, non tamen adversus eum propter non confectum inventarium in litem jurari potest, *ut in specie censuit Raphael Cuman. in d. l. in ratione la 2. §. quod vulgo, ff. ad l. falc.* Nulla namque lege hoc cavetur, sed quod heres teneatur creditoribus hereditariis in solidum præstare, quæ debeat solida legata & fideicommissa; sed fideicommissarius debet probare, quid in hereditate fuerit. Si enim in litem juraretur, euenire posset, ut heres non solum teneretur solvere integrum fideicommissum, sed plus quam in fideicommisso fuerit, cuius dictum refert & sequitur Flere. *ubi sup. col. 29. & Alex. cons. 82. n. 13. lib. 2. & alios plures citans D. Mol. ubi sup. d. l. 1. de Hisp. primog. a. 21. n. 5. vers. hoc casu, & n. 9. & ante eum Greg. Lop. in d. l. 3. in gl. laudas, ad fin. tit. 6. part. 6* Non enim debemus heredem inventarium non conficientem ad alias pœnas adstringere, quam eas, quibus legibus adstrictus est, quia contenti esse debemus pœnis legabus. *l. si stipulatio fulta fuerit, cum simil. ff. de verb. oblig.* 10

Fideicommissarius † autem, seu sequens majoratus successor (de quo & n. 2. supra egimus, & nunc quoque prosequimur) cui hereditas restituenda est, si fideicommissarius universalis sit, tenebitur etiam inventarium conficere, si heres illud non fecerit, cum loco heredis habeatur, alias solida etiam debita, legata & fideicommissa solvere tenebitur, *ut tenuit Bart. in dd. in ratione, §. quod vulgo. n. 10. ff. ad l. falc.* Est communis, *ut cum aliis resolvit D. Mol. ubi sup. n. 6.* non tamen lege cautum inveniius, quod ex hac obligatione, qua fideicommissarius tenetur ad conficiendum inventarium tanquam heres, posset adversus eum turari in litem. Cum enim contra heredem non iuretur, à fortiori adversus fideicommissarium non iurabitur, qui locum heredis obtinet, neque adversus maioratûs successorem: & multo minus si maioratus de rebus particularibus, seu de bonorû quota iustitutus sit.

Eius † namque successor, cui bona maioratus restituenda sunt, inventarium hac ratione facere non tenetur, quia nec heres est, nec locum heredis obtinet, *ut in d. § quod vulgo, & in §. si quis quadringenta, scribentes advertunt, & observat D. Molin. ubi supr. n. 7.* 11

Et quamvis † heres gravatus, seu ceteri commissarii, vel maioratus successores teneantur reddere rationem sequentibus fideicommissario, & successoribus maioratus, *ex text. in l. cum tale §. Titius. ff. de cond. & demonstr. & in d. l. simulier. §. si heres ff. ad Trebell.* & ideo conficere inventarium, *ut refert plures ibi tenentes D. Mol. ubi supra d. n. 7. & n. 8.* item in usufructuario probatur Matth. de Afflict. *decis. Neap. 342. n. 2. & 3.* ubi inquit, ita fuisse iudicatum, *& decis. Pisan. l. 1. C. de bon. matter. 2 part. n. 22.* ubi plures idem asserentes refert, & nos quoque probatum *in repet. l. nemo potest n. 30 ff. de legat. 1.* Nulla tamen lege cautum, quod si heres fideicommissarius maioratus possessor, seu usufructuarius inventarium non fecerit, adversus eos turari possit in litem. 12

Tamen † heres gravatus inventarium non fecerit, perdet ultra ea, quæ supr. dicta sunt, Falcidia seu Trebellianicæ detractionem, *ut late probat D. Mol. lib. 1. de Hisp. primogen. c. 17. n. 43.* 13

Neque † obstat, quod adversus tutorem, vel curatorem, qui rationem reddere debet, iuretur in litem ob non confectum inventarium *ut in d. l. tutor, qui repertorium. in princ. ff. de administ. tut.* Lex nam quæ illa pœnalis est, favorem q; pupilli concernens, ideoque ad alios casus trahenda non est, *ut docuit Philippus Corneus in d. §. quod vulgo, quem refert Alex. n. 14. & Vincen. Herculan. col. 29. Cum cons. 300. col. penult.* quo ad id est omnino videndus *idem in specie tenuit Bertrand. cons. 223. n. 5. lib. 1. & tenuit quæ Alex. cons. 82. n. 13. vol. 2. quos refert & sequitur D. Molen. ubi supr. n. 9. & c. 28. lib. 1.* 14

Non enim † procedit argumentum: *Aliquis tenetur ad conficiendum inventarium. Ergo propter omissionem juramentum erit adversus eum in litem, ut optime probat Philip. Corn. cons. 81. lib. 4. per totum, præsertim, n. 4.* ubi † inquit, quod quis teneatur esse in dolo ob non confectum inventarium, seu publicam administrationem, non autem is, qui solum tenetur reddere rationes ex aliqua causa privata: alias enim sequeretur, quod contra procuratorem ad negotia negotiorum gestorem, usufructuarium, & ceteras eiusdem generis personas, quæ tenentur rationem reddere ob non confectum inventarium in litem juratipossit, quod nullatenus dicendum est, *ut ib. optime considerat Corn. & approbat D. Molin. a. n. 9. c. 28. lib. 1. & prius Dec. & Catel. Cott. præsertim à Covar.* 15 16

Ex quibus resoluto contra priores, verius & tenendum esse, vt iurari in litem minime possit ob inventarium non confectum, vel minus legitime confectum aduersus heredem universalem gravatum, nec adversus fideicommissarios possessores, & successores maioratus nec etiam adversus gerentes negotia aliena, & obligatos ad privatas rationes reddendas ex aliqua causa, sed tantum aduersus eum, qui habet officium publicum, seu publicam administrationem, quod latius probauit D. Mol. *ubi supr.* existimans, falsam esse opinionem Claud.

ind. § fi heres. & Peralt. *in d. § qui fideicommissum, n. 45.* dicentium, ob non confectum inuentarium posse aduersus maioratus possessorem in litem iurari. Esset namque absurdissimum omnes maioratus successores huic pœnæ ne rigori absque lege astrictos reddere. Neque obstat allegatio Couarr. vbi sup. dicentis contra Corn. Dec. & Castel. Cott æsse verierem & magis receptam sententiam, quia non inuenio alium auctorem præter ipsum Couar. dicentem, eam esse communem, aut magis communem sententiam. Quinimo, vt ex dictis patet, opinionem contrariam Corn. sequuntur plures auctores. Denique ea vertor & magis iuridica apparet esse ex fundamentis & rationib. prædictis, quam opin. Couar. cuius nullum iuris fundamentum ipse refert. Nec relata pro eo à Cast. Iuo. *ind. l. in allegatis, n. 28.* quum Couar. pro se refert, sunt alicuius vigoris, aut momenti. Ideo malo probare opinionem Cot. & cæterorum supr. recte fundatam, & probatam, quam contrariam.

17 Quod si quæras, † quod tenebitur dubitur maioratus successori, qui bonorum subtractionem timet, vt possit sibi recte consulere? Respondendum erit, vt iuniet coram iudice, vt maioratus possessor de reliquis eiusdem maioratus inuentarium conficiat: hoc namque iudex ipse necessario præcipere debet, cum ad id teneatur possessor maioratus ex his iuribus citis. Quod si ipse ad iudicis præceptum inuentarium non fecerit, tunc ex contumacia & dolo poterit aduersus illum in litem iurari; *l. 2. ibi, cum vero dolus, aut contumacia resistentis, vel non exhibentis punitur, quantum in litem iuraverit aitor, ff. de in lit. iur. vbi Bart. Paul. Ias. & communiter Dd.* quia contumacia delictum est, *l. omne delictum, ff. de prine. vbi gl. & Bart. n. 1. ff. de re milit. & l. 1. § fin. ff. si quis iudic. non obtemp. vbi Bart. n. 9. & cæteri scribentes.* Idemq; iterum si ex ea in litem iurari possit, *vt optime aduertit Ias. ind. l. 2. num. 3.*

28 Ideq; in † vsufructuario, qui instante proprietario recusauit inuentarium seu descriptionem bonorum facere, censuit Bertrand. *cons. 243. n. 6. & 7. lib. 1.* & utrumque probat D. Molin. *d. l. 1. c. 28. n. 10.* quamuis, *vt prædixit,* nunquam viderim esse in usu, quod maioratus possessor conficiat inuentarium, sed forte in causa erit nō instari à successore, vt fiat, si tamen instetur, de iure tenebitur, & compellendus erit ad id conficiendum.

SUMMARIA.

1 *Tutor tenetur pupillum bonis moribus instituere, facere- que eum legere, scribere, nec non & officium sua conditioni, & facultatibus suis aptius discere, & iuxta eas alere.*

2 *Tutor vel curator debet curam habere de pupillo, vel adulto, & illum mittere ad scholas, & secundum illius qualitatem, conditionem & ingenium, & facultates facere addiscere scientiam & artem, debitasque mercedes debitis temporibus soluere magistris & artificibus illas tenentur, &c. vt hic.*

3 *Tutoris officium est alere pupillum pro modo facultatum ejus, quando iudex super hoc non est aditus, ex causa tamen potest hoc tutor absq; iudice facere, vt in num. 4. & 5.*

6 *Educatio continetur in tutela, nisi aliter sit dispositum, & dicitur pars tutelæ.*

7 *Tutor plus æquo in alimentis pupillis consumens, non id reputat.*

8 *Iudex aditus pro alimentis taxandis minoribus, modum seruandum statuit, & quomodo iudex in hoc se habere debeat.*

9 *Superesse tamen aliquid debet in fine anni de redditibus pupilli, si commode ita fieri potest, alioqui redditus omnes expendi possunt, & quid si redditus non sufficiant, num. 10.*

11 *Alimenta statuta per patrem liberis, quos heredes scripsit, sunt præstanda & reputanda per tutorem, vel curatorem, nisi ea sint ultra vires facultatum, quod si modica sint, poterit tutor ea pinguiora præstare usq; ad condecentem quantitatem, vt in n. 12.*

13 *Tutor, ubi taxatio alimentorum est immodica, potest illam restringere.*

14 *Consuetudo in constituendo alimenta est inspicienda.*

15 *Tutores & curatores cauti atq; prudentes solent à iudice petere, vt decernat, quæ alimenta minoribus sint præstanda, iuxta qualitatem & conditionem personarum, &c. vt hic.*

18 *Tutor repetit à pupillo contrario iudicio tutelæ, quicquid in alimentis impenderit.*

17 *Tutores & curatores possunt alimenta præstare sororibus pupilli, non habentis alias, unde se alat, tam q; liberalibus artibus instituere, quia ad id pupillus tenetur.*

18 *Retentio est magis favorabilis, quam petitio.*

19 *Frater divus tenetur fratres atq; sorores inopes alere, etiam in alendo erentem de patre, adeo, quod pater non potest eos interdicere alimentationem, ut in num. 20. & etiam fratrem exheredatum, ut in num. 21. & etiam clericum tenetur sororem alere, imo & dotare, num. 22. & frater divus non solum fratrem inopem alere tenetur, sed etiam ejus uxorem & filios, ut in num. 23. idem que procedit in fratre uterino, ut in num. 24. & in fratre naturali, & spurio, ut nu. 25. limitantur tamen supradicta, sicut, a quo petuntur alimenta, non habeat vltra, quam necessarium sit sibi, ut in numero 26.*

27 *Possessor quinam, antiquissimi majoratus tenetur proprios fratres atque sorores inopes ex primo majoratus instituore descendentes alere, atq; dotare, idemq; est etiam in attinentibus ex parte majoratus instituoris, licet ab eo non descendant, ut in num. 28.*

29 *Majoratus institutio ex horum regnorum consuetudine ex lege facta videtur, ut filius primogenitus familiæ caput atq; robur fratres & sorores egentes alere & dotare teneatur, quæ obligatio in omnes primogenitos in infinitum transiit, prout in simplis infinitis, in quibus jure Francorum succeditur, deest seltnum est.*

30 *Frater divus non tenetur alere fratrem divitem, vel alium habentem, unde se alat, & ut procedat in alimentis, quæ frater primogenitus præstare tenetur secundogenitæ n. 31.*

32 *Ascendentes majoriam facientes ex facultate Regia, qui legitimam debent suis descendentibus, tenentur eis alimenta & dotes præstare in locum legitimæ seu debitæ, etiamsi alias habeant, unde se alant.*

33 *Frater divus tenetur fratres & sorores inopes alere, sive sint consanguinei, vel uterini.*

34 *Frater divus non tenetur sororem uterinam dotare, sed tantum ex eodem patre natam: sed in hoc distinguitur vere, vt n. 35.*

36 *L. 17. tit. 16. ibi,* por cada alguna de las hermanas, *part. 6. intellectus, & n. 37.*

38 *Fratres non solum dotem sororibus inopes dare tenentur, sed etiam ultra dotes à patre vel eo relictas alia, quæ ad dotem addantur, subministrare, & exhibere debebunt vestes, & jocalia, quæ sponsis dantur, &c.*

39 *Frater clericus potest etiam uterinam sororem, si velit, ex redditibus ecclesiæ dotare.*

40 *Frater ante tenetur dotare sororem spuriam, sicut eam tenetur alere.*

41 *Ascendentes tenentur alere suos descendentes spurios.*

42 *Frater majoratus possessor non tenetur alere vel dotare fratrum vel sororum filios, etiam eorum parentibus mortuis, nisi eis legitimam à primo instituore debeat.*

43 *Frater majoratus possessor non tenetur alere fratres vel sorores habentes patrem, vel saltem matrem, qui illos alere vel dotare possint.*

44 *Tutor vel curator alens & dotans fratres & sorores pupilli, quos, si pupillus alere & dotare tenebatur, nihil indecens tutela pupillo vel ejus substitutis præstare tenetur, nam in pro tutore & procuratore, n. 44.*

45 *Bona præsentia in fuga recte hypothecata pupillo.*

46 *Alimenta præstita per tutorem, vel curatorem suis meritis, ut sic venientibus, an sint reputanda, & n. 47.*

48 *Tutor, qui negligens præstare alimenta pupillo, putare cedendo à domo, nulla facta provisione remoueri potest, & quid tunc iudex facere debeat, n. 50.*

49 *Tutor tenetur ergo pupillum ad ea omnia, qua diligens paterfamilias solet expedire.*

51 *Judex ex officio nemine petente remouere potest tutorem, qui negligenter prouidere pupillo, imo eum potest punire pro facti qualitate, ut in n. 52.*

CAPUT III.

De pupillo erudiendo atq; educando.

1 TUTOR tenetur † pupillum bonis moribus instruere, facere que eum legere, & scribere, nec non, & officium suæ conditionis, & facultatibus suis aptius discere, & juxta eas alere. Ita faciendum & curandum mandat 20 16. part. 6.

In tex. Reg. ibi: *Trabaiar se deue el guardador de fazer al moço que tuniere en guarda que aprenda buenas maneras: e deſi deue fazer aprender leer, e escriuir.* Adde optimum text. *in l. cum plures 13. § cum tutor, ff. de administr. tut.* vbi ita dicitur: *cum tutor non rebus duntaxat, sed etiā moribus pupilli præponatur, in primis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii pro dignitate natalium constituet.* Quod latius prosequitur citans nostram l. Regiam & d. §. *cum tutor Barc. de decim. tutor. c. 2. n. 87.* asserens, quod in summa tutori incumbere videtur, vitam pupilli à criminibus, & res ab impiorum manibus defendere, *ut in c. 12. q. 1.*

Tutor igitur pupilli animum ad virtutem formet, juveniles calores coercet. Unde dubium non est, quin eis satis digna gratia referri nequeat. Præclare enim secundum ipsum Barc. dicit Aristot. *plus debere nos his, a quib. instituti sumus, quam a quibus progeniti, quod a parentibus tantum accepimus, ut vivamus, ab institutoribus, ut bene vivamus.* Et superiora etiam ex dicto §. *cum tutor, & l. 3. § tutor. ff. de suspect. tutorib.* probat cum aliis Petrus Surdus *de alimento tit. 5. quæst. 2. n. 2. fol. 124. & iterum tit. 8. privilegio 86. n. 2. & 3. fol. 333.*

2 Tutor † ergo & curator debet curam habere de pupillo vel adulto, & illum mittere ad scholas, & secundum illius qualitatem, conditionem & ingenium, & facultatem facere addiscere scientiam, & artes, & debitas mercedes debitis temporibus solvere magistris, & artificib. ut probant prædicta jura. Et in terminis docet Plot. *ind. si quando, num. 225. vers. dare operam. C. unde vi.* addens, quod alias tenetur tutor & curator de negligentia, & diceretur esse in lata culpa, & quod contra eum poterit jurari in litem per minorem ad damna, & interesse, quem refert & sequitur Cavale. *de tut. & cur. n. 275.* quia isti tutores modum tenentur adhibere diligentiam in gubernandis & administrandis rebus minorum, sed etiam creandis & bonis documentis, & actibus dandis pupillis, & in illis debitis temporibus maritandis: alias uti suspecti poterunt removeri à tutela cura, quod ultimum verum et rede. Illud autem, quod possit jurari in litem, in præmissa specie per minorem ad damna & interesse, falsum censeo, aut saltem sine ulla lege, ac proinde non tenendum, tametsi id simpliciter sequatur Petrus Surd. *ubi supr. d. n. 2.*

In eadem lege Regia ibi: *Deue guardarse, e pensar del, dādole de comer, e de vestir, e de las otras cosas que menester fueren si quis intendiere que lo deue fazer catando todavia que lo faga, segun los bienes que recibio del.*

Officium † ergo tutoris est, alere pupillum pro modo facultatum pupilli, quando præter non est aditus, *vt in nostra lege, & l. officia, vers. si vero ff. ubi pupill. educ. deb.* ubi, quod debet arbitrio judicis æstimari. Consonat *tex 20. tit. 16. part. 6.* ubi inquit: que deue el tutor, dellegar estableçer segun su alualer, e la riqueza del menor tuerta quātia de pan, e de vino, e dinero que les den cada anno para su gouierno, e para su vestir del, e de su compannia, catando todauia que de la renta, e de los esquilmos de los bienes del huerfano salgan estas despensas, e que todo le sinque en salue, si se pudiere fazer.

Limitat † præcedentia eadem lex Regia, *quando el guardador entendiesse que seria danno del moço en descubrir la riqueza, o la pobreza del, e por esta razon le gouernasse de la suyo espendiendo por el tanto quanto fuesse suficiendo, o poco mas, por esta razon, que entonces lo pudo fazer, e deuele despues el moço, quando fuere de edad pagar todo lo que dessa manera uniesse despendido por el.*

Quod † nedum eo casu procedit, nempe, quod licet judex alimenta non taxet, sed tutor aut curator suo proprio judicio, ea minori tribuat, quando videt non expedire, ut patrimonii quantitas intelligatur, sed etiā quando id facit tutor vel curator alio justa ratione. Imo esto per incuriam accedendi ad judicem id efficiat: tam nihilominus per solvendum est ipsi, quod in alimentis debite expendisse constiterit, aut vir prudens fuerit arbitratus, *secundum l. 11. C. de aliment. pupill. præstand. & l. 2. ff. ubi pupill. educ. debeat,* ex quibus jutibus citatis citat etiam *d. l. 20.* ita affirmat Molin. Theologus *1. part. de justitia & jur. 2. tractat. disputatione 224. columna 1582. in versiculo esto judex.*

In † tutela enim continetur & educatio, nisi aliter sit dispositum.

Quia educatio liberorum dicitur pars tutelæ, *ut in specie tradit Bald. in l. omnem, C. ad Tertull. colu. 2. versic. sed nunquid istam nubens, ad fin. quem refert & sequitur Dec. cons. 49. n. 15. vol. 1.*

Sed si tutor † plus æquo dederit, non ei permittendum est tantum reputare, quantum dedit, *ut ind. l. officio*, ubi addit, quod etiamsi prætor modum alimentis statuit, veruntamen ultra vires facultatum est, quod decretum est, nec tutor suggessit prætori de statu facultatum, debet ratio haberi alimentorum omnium, quin & suggessisset, aut minuerentur ita decreta, aut non tanta decernerentur. Judicis igitur officio, qui de tutela cognoscit, congruit, reputationes tutoris non improbat admittere, ut puta, si dicat, impendisse alimenta pupilli, vel disciplinam, *ut in dict. l. officio, in princ. Molan. Theol. ubi sup. d. col. 1582. in princ.*

In summa circa modum alimentorum sequens distinctio servari debet.

Aut igitur † prætor aditus non fuit, & tunc observandæ sunt nostræ leges Regiæ, & quod prædiximus ex *d. l. officio ff. ubi pupill. educ. debeant.*

Si vero † judex aditus est pro alimentis taxandis, is modus servandus est, quem prætor statuerit, *ut ibidem probatur post principium, ibi, modus autem.* Jus itaque alimentorum decernendorum pupillis prætori competit, ut ipse moderetur, quam summam tutores vel curatores ad alimenta pupillis, vel adolescentibus præstare debeant, & modum quoque patrimonii spectare debet, cum alimenta decernit, atque eam tam moderate statuere, ut non universum redditum patrimonii in alimenta decernat, sed semper ita fiat, ut aliquid ex redditibus superfit. Ante oculos in decernendo habere debet etiam mancipia, quæ pupillis deserviant, & mercedes pupillorum, vestium, & tectum pupilli, ætatem etiam cum temperari, in qua constitutus est, cui alimenta decernuntur.

In amplis tamen patrimoniis positis, non cumulus patrimonii, sed quod exhibitioni frugaliter sufficit, modum alimentis dabit. Quod si non constat, quis modus facultatum sit inter cutrem, & eum, qui alimenta decerni desiderat, suscipere debet cognitionem, nec temere alimenta decernere, ne in alterutram partem delinquat. prius tamen exigere debet, vt profiteatur tutor, quæ sit penes se summa, & communicari grauiores ei vsuras inligi eius, quod supra professionem apud eum fuerit deprehensum. Ita decidit lex *suis alimentorum, ff. vbi pupill. educ. deb.*

Cui l. dum probat, quod in fine anni aliquid superesse debet, maledixit Dynus, qui liberalis erat, & ob id omnia expendere cupiebat: sed Rogerius illi legi benedixit, & à maledictione Dyni defendit Bartol. ibi, & qui eam seruabit, nunquam pauper erit, secundum Petrum Rebuffum *in tractatu de congrua portione, num. 69. pag. mihi 102.* Sed quod aliquid in fine anni superesse debeat ex redditibus minorum, quo patrimonium augeatur, intelligi debet in his regnis, si commode ita fieri possit, alioqui reddit⁹ omnes expendi possunt, *ut in dicta lege 2. in princip. tit. 16. partit 6. & Molin. Theologus de iustitia & iure, 1. part. 2. tractatu, disputat. 224. column. 1302. versicul. admonetur, vbi citat pradell. leg. 20. & ante eum Pelaez. de majorat. 1. parte, quæstione 28. sub num. 4. filio mihi 109.* ubi eam legem appellat singularem ad intelligentiam text. *in d. l. jus alimentorum, & Gregorius Lopez. in d. l. 20.*

10 Sed ultra † redditus expendendum non est in alimentis pupillorum, *at in l. Mediterranea ciuitatis, & ibi Soa. de Platea. C. de anno. & trib. lib. 10. cap. sapite c. cum nuper. de censib. & probat Baez. de decimis tutor. cap. 2. num. 85.* nihilominus tamen, si pupillus habeat modicum patrimonium, ita quod redditus non sufficiant ad alimenta, tutor potest ponere manum ad proprietatem, maxime vbi pupillus esset nobilis, *secundum Alber. in d. l. jus alimentorum. ff. vbi pupill. educ. debet, quem refert & sequitur Pelaez, vbi sup. num. 7. & Gregor. Lopez. in d. l. 20. in gl. alimoco. & Molin. Theologus etiam vbi supr. versic. utrum,* addentes, quod quando arbitrio prudentis, attentis circumstantiis concurrentibus, iudicatur ita minori expedire, fas est minuere patrimonium in similibus aut aliis sumtibus, ut expresse statuitur *in l. 3. in princ. ff. de contrar. util. act. tut. & in d. l. Reg. 20. vbi scipudite fazer, quam ad hoc citat Pelaez, vbi supra.*

11 Sed † si pater statuit alimenta liberis, quos heredes scripsit, ea sunt præstanda, & reputanda per tutorem vel curatorem, nisi forte vltra vires facultatum pater alimenta filiis præstanda statuerit: tunc namque imputabitur tutori, cur non adito prætore desiderarit alimenta minui, *at in l. officio, versi. si. ff. vbi pupill. educ. deb.*

12 Quod si testator † in testamento decernat tam modica alimenta, quæ non sufficiant, poterit tutor ea præstare pinguiora usque ad condecentem quantitatem, *argumento text. in l. & si quis, §. quicquid ergo. ff. de religios. & sumt. fun.* ubi dicitur, sequendam non esse testatoris voluntatem in faciendo sumtum. Allegatur etiam text. pro hac sententia *in d. l. jus alimentorum, in fine, ff. vbi pupill. educ. deb.* per quem ita tenet Brun. *in tract. de augment. & diminut. conclus. 10. in princ. num. 21. & in tract. de diminut. & deterior. conclus. 5. num. 30. quem citat & sequitur Cordub. in leg. si quis aliberis, §. sed si filius, num. 9. ff. de lib. agnoscendis & ambos Petrus Surdus tract. de alimentis, tit. 8. privileg. 85. num. 2. & 3.* ubi quod textus *in d. l. jus alimentorum*, hoc non probat, sed nihilominus in numeris sequentibus præfatam conclusionem aliis fundamentis juridicis comprobat.

13 Sic etiam, † ubi taxatio alimentorum est immodica, potest tutor illam restringere. *ita ex d. l. & si quis, §. quid ergo. ff. de relig. & sumt. fun. post Bartol. & Asinium notat Cordub. vbi supra, quem refert & sequitur Petrus Surd. vbi supra, num. 4.*

Denique † constituendo alimenta, consuetudo est 14
inspicienda, *Boer. in consuetud. Bituricens. titul. de jurisd. §. 12. column. 2. Cassaneus in consuetud. Burg. Rubric. 6. §. 4. verbo, & alimenter, quos & alios refert & sequitur Baez. de decimis tutor. dicto capite 2, numero 64.* ubi *numero 85.* quæ veniant in proposito appellatione alimentorum.

Cauti † igitur & prudentes tutores atque curatores 15
solent à judice petere, ut decernat, quæ alimenta minoribus sunt præstanda. juxta qualitatem & conditionem personarum, ac facultates patrimonii, & consuetudinem loci pro se, & famulis suis alendis: à judice autem cum summaria quadam cauſſæ cognitione hæc decernuntur.

Repetet † ergo tutor à pupillo contrario judicio tu- 16
telæ, quidquid in alimentis impenderit, *juxta superiora, ut in terminis cum Cuman. consilio 88. casus talis est. num. 4. circa secundum tenet Petrus Surd. de aliment. titulo 3. quæstione 7. numero 1. cum sequentibus.* ubi bene probatur.

Quinimo † non solum tutores & curatores minori- 17
bus suis alimenta præstare debent, sed etiam si sorori pupilli, non habenti alias, unde se alat, ea præstiterit, vel liberalibus artibus eam instituerit, nihil eis erit imputandum in tutelæ judicio, nec pupillo restituendum, ut probat expresse textus *in leg. qui filium 4. ff. vbi pupill. educ. deb. ibi, ex istimo.* Et si citra magistratuum decretum tutor sororem pupilli sui aluerit, & liberalibus artibus instituerit (cum hæc aliter ei contingere non possent) nihil eo nomine tutelæ judicio pupilli, aut substitutis pupilli præstare debere, ex quo ita tenet Cuman. *dicto consilio 88. num. 4. Petrus Surd. ubi supra, num. 18. nempe, in tractatu de aliment. tit. 1. quæst. 25. num. 1. cum sequentibus, & terum tit. 3. quæst. 7.* cum pupillus ad id teneretur, tutor debitum pupilli exclusit, & in *d. l. qui filium.* decidit⁹, quod judicio tutelæ hoc repetitur, ergo si solvuntur tutori præstita sorori pupilli in prædicta specie, quanto magis reputari debent ipsi tutori, vel curatori, eique dari retentio.

Quæ est magis favorabilis, † quam petitio, *l. per retentionem. C. de usufructu. l. Paulus. ff. de dol. except. Bald. consil. 455. colum. 2. vol. 2. Jas. in l. naturaliter, §. nihil commune, 12. colum. ff. de acquir. possess. Dec. in l. divus, n. 5. ff. de reg. jur. Ruyn. conf. 66. n. 11. vol. 1. Cravet. consil. 148. n. 2. Ceph. consil. 86. n. 20. quos ad hoc refert & sequitur Petr. Surd. ubi supr. de alim. tit. 3. q. 7. n. 12.* 18

Frater † etiam dives tenetur fratres atque sorores in- 19
opes alere, *l. mutus, ibi, ut egentem virum & fratrem, sororemve sustineat. ff. de jure dot. leg. cum plures §. fin. tutor,* secundum dignitatem, *§. fin. ff. de administrat. tutorum, d. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de lib. agnosc. gloss. final. in fine, in dict. leg. qui filium,* quam receptiorem appellat Joann. Orof. *in l. 1. §. jus naturale, num. 22. ff. de justitia & jure,* & communem Anton. Gomez. *in l. 40. Tauri, num. 75.* ubi eam limitat, præterquam si adsit mater communis dives, quia tunc ipsa tenetur ceteros filios alere, non vero frater etiam dives, inferens ex hoc ad quæstionem, an successor majoratus teneatur alere fratrem inopem, stante matre divite, & resolvit, quod non: quem sequitur, & idem probat jure communi, & Regio, loquens etiam stante patre divite, D. Molin. *libro 2. de Hispan. primogen. capite 15. numero 61.* resolvens solum in eorum subsidium, fratrem divitem fratres atque sorores inopes alere adstrictum esse, & *numer. 69.* inquit, sic intelligendum esse textum in *dict. leg. cum plures, §. fin. & leg. inter, secundum dignitatem, §. fin. final. ff. eodem. & l. qui filium, cum similibus, ff. ubi pup. educ. deb.* Eandem sententiam principalem communem dicit ex Alber. alios etiam allegans Petrus Surdus *in præfat. tract. de aliment. tit. 1. quæstione 25. num. prim. cum sequentibus,* & tenet Cuman. *in d. consil. 88. versic. circa secundum, quem sequitur idem Petrus Surdus de alim. titu. 6. qua. 14. num. 14.*

Ampliatur primo † hæc communis sententia, ut pro- 20
cedat etiam in fratre male merente respectu patris, adeo quod pater non poterit interdicere alimentationem, quia talis prohibitio esset contra ius naturale, & ideo semper iudex condemnabit fratrem divitem ad alendū pauperem, imo ad assignandum illi bona, quorum redditus ad alimenta illi sufficiant, *secundum Bal. cons. 103. n. 3. volum. 1. sequitur plures referens Cordub. in l. si quis aliberis, §. item scripsit, num. 83. ff. de lib. agnosc. & Petrus Surdus d. quæst. 25. n. 2. & 3.*

Ampliatur secundo, † ut procedat etiam in fratre, qui 21
fuit exheredatus, quia, & is est alendus à fratre divite ratione sanguinis, licet non hereditario iure, *ut est tex. in d. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tuto. per quem dixit Bald. novel. de dote 6. part. speciali. 16. colum. 3. versic. item si pater filiam.* Et hoc dicit, valde notandum, quia alii non tangunt, Palat. Rub. *in repetitione c. per vestras in 3. not. ab. §. 24. n. 4.* & ante eos voluit Bald. *dict. cons. 103. n. 2. volum.* & eos referens Petrus Surdus *dict. quæst. 25. n. 7.* ubi *n. 7. ampliat.* ut procedat prædicta communis sententia etiam quando soror virum haberet, cum tamen dotis fructus non sufficiant pro ea infirma curanda, nec etiam pro expensa cibi & potus, quia tunc frater ipse tenetur ei medicum, & medicinas præstare, *secundum Ruyn. cons. 139. n. 4. volum. 4.*

Ampliatur tertio † ut non solum frater laicus, sed et- 22
iam clericus teneatur sororem alere, imo & dotare, *ut late iure comprobat alios allegans Palat. Rub. in repet. c. per vestras 3. not. ab. §. 24. n. 4. de don. inter vir. & uxor. & Greg. Lopez in leg. 11. glo. mag. ad fin. tit. 16. par. 6. & Petrus Surdus dict. quæ. 25. n. 11. cum sequentib. & nu. 9.* late iure probat plures allegans, quod frater teneatur dotare sororem inopem.

Ampliatur quarto, ut frater, qui fratrem egenum alere tenetur, non solum eum, sed eius uxorem, & filios exhibere debeat, eisq; alimenta præstare, *Hieron. Gabriel cons. 23. num. 18. volum. 1. per gl. in d. l. si quis aliberu, §. non tantum, in verb. onera. ff. de lib. agnosc. sequitur Petr. Surd. de aliment. tit. 4. q. 24. n. 11.* dicens hoc esse generale, quod qui tenetur ex legis dispositione aliquem alere, is alimenta filiis quoque & uxori præstare debet: Sed quod hoc non habet locum in alimentis testamento relictis, vel ex pacto debitis, quia ea ad filios & uxorem non extenduntur, sed bene ad servitores & alios, sine quibus alimentarius non potest honeste vivere.

Ampliatur quinto, † ut quamvis Doctores præcitati 24
loquantur de fratre, utrimque coniuncto, vel consanguineo alendo, non vero de fratre, vel sorore uterinis, nihilominus tamen quando soror, vel frater ex eadem matre tantum, sunt valde egentes, & non habent aliunde, alendi sunt à fratre uterino, *dict. leg. qui filium, circa finem, ubi pupill. educ. deb.* qui tex. indistincte loquitur: ergo indistincte quoque venit intelligendus, *l. de pretio, cum similibus. ff. de pub. in rem actio. & ita notat Bald. in d. l. qui filium, & plures alios allegans sequitur Pet. Surd. de aliment. tit. 1. q. quæstione vigesima quinta, num. decimo septimo cum sequenti,* sed de hoc agemus latius *infr. hoc cap.*

Ampliatur sexto, † ut frater fratrem naturalem alere 25
teneatur, si alii non stent habiles ad eum alendum, *text. expresse in auth. quib. mod. natur. effic. sui circa finem, in §. si quis igitur habens,* ubi dicitur naturales filios pascendos esse à legitimis: Hoc etiam probatur *in authentic. licet, circa finem, C. de natural. liberis, tenet Barto. in leg. si quis à liberis, §. utrum. n. 3. ff. de lib. agnosc. Rip. in l. 1. nu. 85. ff. solut. matrim. Greg. Lopez. in l. 2. tit. 16. partit. 4. in gloss. final. & in l. 18. titul. 16. partit 6. ingross. verbo, casas alg. & Doctor Molin. hoc referens lib. 2. de Hispan. primogen. capit. 15. num. 64.* Et est communis opinio, ut plures allegans affirmat Petrus Surdus *dict. quæstio. 25. n. 29. ubi numero sequentibus,* an hoc procedat ibi re hereditario, vel sanguinis, & resolvit, quod iure sanguinis, etiamsi frater dives non sit heres patris, *& nu. 33.* addit intelligendum esse, quod dictum est de fratre naturali, ut procedat etiam in spurio, *secundum Socin. Palat. Rub. & Cordub. quos citat.* Sed & de hoc quid tenendum sit? infra resolvemus.

Limitantur † superiora, si is à quo petuntur alimenta, 26
non habeat ultra, quam necessarium sibi sit, *argumento legis præsenti. C. de servit. & aq.* & probat etiam in fratre naturali, & aliis personis similibus Petrus Surd. *de alimentis, titulo septimo, quæstio. 15. sub. num. 29. & num. 30.* Sed & alias limitationes congerit idem Petrus Surdus *dicta quæstio. 15. per totam,* apud quem sunt videndæ, quoties opus fuerit.

Ex superioribus deducitur, † quod quicunque anti- 27
quissimi majoratus possessor teneatur proprios fratres, atque sorores inopes ex primo majoratus institutore descendentes alere, atque dotare, *ut insinuat probat Rodericus Suarez. in repetitione legis, quoniam in proœmio, super legem fori, in secunda limitatione, num. decimo. C. de inoffic. testam.* ubi inquit, se ita vidisse iudicatum in Regali Cancellaria, & est communis opinio, *secundum Palat. Rub. in repetitione capit. per vestras. §. 24. nu. quarto,* & practicata secundum Padillam *in Rubrica C. de fideicommiss. num. quinto, in fin.* dicit etiam communiorem Pelaez *de majorat. 4. part. quæstione 27. num. 5.* communem etiam profitetur, eam sequutus, & alios citatos, inter quos, & Gregorius Lopez, D. Molina, *de Hispan. primog. ubi. 2. cap. 15. n. 56. & 57.*

Sed quamvis † ipse Suarez hoc ad fratres, & sorores, 28
ex primo institutore descendentes, restringat, id ipsum dicendum videtur in quolibet fratre seu sorore majoratus possessoris, ex parte majoratus institutoris sibi attinentibus, etiamsi à primo majoratus institutore non descendat ex dictis ioribus. Et ita plures in forensibus controversiis observatum vidit Doctor Molin. de *Hisp. primogen lib. 2. capit. 15. num. 59.* ubi fatetur se nunquam vidisse fratrem divitem, bona tantum libera possidentem, condemnatum fuisse ad alendos fratres, vel dotandum sorores, tametsi nulla ratione petentibus denegari possit, & merito, *ut supra resolvimus, & iure probavimus.*

Sed & alia † ratione hoc probari poterit, nempe, quod 29
majoratus institutio ex horum Regnorum consuetudine ea lege facta fuisse videtur, ut filius primogenitus familiæ caput, atque robur, fratres, & sorores egentes alere, & dotare teneatur, quæ obligatio in omnes primogenitos in infinitum transfunditur, atque in plorum majoratuum propriam, & peculiarem naturam convertitur, prout in simili in feudis in quibus iure Francorum succeditur, dici solitum est. In illis namque filius primogenitus, qui in feudo succedit, semper tenetur fratribus, & sororibus victum, & militiam præstare, quia feudum ipsum hac lege, & conditione eidem delatum est, prout habetur in constitutione Regni Siciliæ *libro tertio, Rubric. decimaoctava, incip. comitibus,* ubi Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. plura in idem adducunt, & interminis comprobat idem Molin. *in adnotationibus ad lib. de Hispan. primoge. ad fin. positis. num. decimoquarto, & decimoquinto,* & Antonius de Padilla *in Rubrica, capite fideicommiss. num. 5.*

Quinimo, † & si verum sit alias regulariter, & quan- 30
do frater, qui alimenta petit, dives est, vel aliunde

habeat, unde se alat, non sint præstanda alimenta, quæ à legis dispositione per iudicis officium debentur, *secundum Alexand. in consilio 27. numer. secundo, volumine quarto*, ubi tenet, quod ille, cui ex dispositione legis, seu officio iudicis alimenta debentur, ita demum ea petere potest, si aliunde non habeat, unde se alat, *lege si quis in liberis in principio, in versiculo sed & filius, & in versiculo denique, & in § solent, versiculo alimenta, ff. de lib. agnosc.* & in fratre, vel sorore probat textus, *in lege tutor, secundum dispositum, in hac ff. de administratione tutorum, & in lege, qui fatum. in fine, ff. ubi pupill. educ. deb.* cum ei aliter contingere non possit, *cuius glossa, in versiculo hoc, Bartolus in § discretus, num. quarto, in authentic. quibus modis natur. effic. sui, Capula, cant. 24. si pater habens, in ver. si, ego autem intelligo, Cordub. in lege si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 93. & alter Alter. ann. Pet. Sord. de alimen. tit. 7. quæstione 15. num. 1. cum sequentib. fol. 242.* ubi *num. 13. cum sequentibus*, idem probat, quando frater esset opifex, vel ex industria vivere posset: Et idem quando frater aliquo in loco vivere potest de suo, idque ipsum erit etiam dicendum etiam pendente lite, non enim divitibus, sed pauperibus pendente lite alimenta ministranda sunt, *l. extranei, ff. de vent. in poss. sunt. ubi Barto. & communiter scribentes id notant. d. fin. C. de ord. eccl.* ubi glo. *si non potest*, & ceteri Dd. Covarr. *in practicis quæstionibus, capite 8. num. 8. ver sic. g. requiri*, Idque verum, ac probabile videtur Doctor Molin. *lib. 2. de Hispan. primogen. capit. 16. numero 46.* dummodo paupertatis consideratio iudicantis arbitrio relinquatur.

31 Attamen † hæc non procedunt in alimentis, quæ primogenitus præstare tenetur secundogenito, quia ille alendus est, etiam si habeat aliunde, unde vivere posset, *ut fertur tenuisse Gutierr. à Perno, consilio 11. num. 10. inter consilia fundata*, voluisse etiam Afflict. *consil. 138. num. 4. usque in finem*, ubi dicit, quod vita militum est à secundogenito præstanda, etiamsi habeat aliunde, quod non solum procedit in feudo, sed etiam in aliis rebus, quando alimenta debentur ex legis dispositione, ex presa iure actionis, secus si officio iudicis, quia tunc non debentur diviti, *ut probare nititur Petrus Surdus de aliment. dicto titulo septimo, quæstione decima quinta, num. 22. cum sequentibus*, resolvens *num. 27.* quod cum lex, vel consuetudo, deferens successionem integram primogenito, mandat secundogenitum ali, tunc datur actio, & non officium iudicis, & consequenter secundogenitus, quamvis dives, ea petit.

Nihilominus tamen, quidquid in hoc sit, in feudis in vita, & militia in nostris Hispaniæ primogenitis, procul dubio contrarium dicendum, & tenendum est. Imo, quod frater primogenitus, possessor maioratus non teneatur alere fratrem secundogenitum, divitem, vel habentem alias, unde se alere possit, tum ex præcedenti regula, & communi Doctorum traditione, iure communi ex presse probata, quæ habet, quod pater, frater, nec ceteræ personæ, quæ alere tenentur filium, fratrem, vel alium, compelluntur eos, si divites sint, sustinere, sed tunc demum, cum alimentis egent. tum etiam ex mente Doctorum in specie loquentium, *ut constat ex D. Mol. de Hispan. primogen. libro secundo, dict. capit. decimoquinto, numer. 56. ubi, si ipse id commode facere possit, fratresque aut sorores inopes sint*, & in terminis tenent etiam Martin. Lauden. *in tract. primogen. colu. 7. versiculo ultimo, & Cordub. in dict. lege si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 139. ff. de lib. agnosc.* quos ad hoc refert (licet eos non sequatur) Petrus Surdus *ubi supra, sub nu. 23. & 24.* tem denique ex communi praxi huius Regni, quæ eos tantum fratres secundogenitos ali à primogenitis introduxit, qui inopes, & egentes sunt: secus vero si divites exsistant, idque merito quocunque titulo alimenta debeantur, quia obligatio alimentorum præsupponit egentiam, atque proinde ea deficiente, cessat & locum non habet obligatio. *ut in præcitatis iuris.* præterquam in casu speciali, de quo per D. Molin. *dicto capit. decimoquinto, num. 8.*

Nempe † in alimentis præstandis à parentibus, avis & proavis, cæterisque ascendentibus, maioriam facientibus ex facultate Regia, à quibus legitima debita est: Hi enim tenentur alimenta & dotes suis legitimis descentibus præstare in locum legitimæ debitæ omni iure, etiam si alias habuerint, unde se alant, quia cum in locum legitimæ subrogentur, & legitima debeatur etiam habentibus aliunde, unde se alere possint, consequens est, ut similiter alimenta etiam habentibus aliunde, unde se alant, debita sint, *ut voluit in specie Cynus in leg. Sanctimus, in fin. C. de nupt. Roderic. Suarez. in leg. quoniam in priorib. secunda limitatione ad leg. fer. num. decimo secundo, C. de inoff. testament. Gregor. Lopez. in l. 11. tit. 4. par. 6. in verb. libremente, ad finem.*

32 Cæterum cum fratri secundogenito maioratus possessoris legitima non debetur à primo instituente, proculdubio eadem ratione, saltem à contrario sensu, quod argumentum fortissimum est in iure, fatendum est, idem diviti existenti minime alimenta deberi à fratre primogenito maioratus possessore, cum tunc alimenta non debeantur ratione legitimæ, sed iure sanguinis propter egentiam, hoc autem cessante, cessat & ipsa obligatio, ut modo dicebamus.

33 Illud † tamen differre videtur in hac specie inter alimenta præstanda fratribus & sororibus egentibus, & dotem constituendam sororibus: Respectu namque alimentorum nulla differentia constituenda est inter fratres & sorores consanguineos, vel uterinos, sed utrisque à fratre divite præstanda sunt, *ut in specie probavit Cynus ley. 1. quæst. 2. C. de alend. liber. Bald. in l. qui filium, per text. ibi, ff. ubi pup. educ. deb. Alexander optime declarans in leg. filia, n. 6. ff. ad Trebell. idem Alexand. in l. 1. nu. 13. ff. solut. matrimon. ubi Rip. num. 85. Iason. in authent. res, quæ, n. 10. C. communia de legat. Tiraquell. de primogen. quæst. 62. num. 3. & hos referens D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogen. c. 15. n. 61.* concludens, ideo semper atque indistincte maioratus possessorem divitem teneri ex fructibus maioratus fratres atque sorores inopes alere, sive consanguinei, sive uterini sint: Unde tutor, vel curator dicti fratris divitis vel maioratus possessoris, alimenta præstare potest, & debet fratribus & sororibus suis minoris egentibus, sive consanguinei, vel uterini sint.

34 Respectu tamen † dotis distinguendum est. Nam frater dives non tenetur sororem uterinam dotare, sed tantum ex eodem patre natam, *ut in d. l. cum plures, § fin. incipit. cum tut. ff. de administ. tut. ubi sed non debet totem soror pupilla alio patre nata, etiam si aliter ea nubere non potuit: Nam etsi honeste, ex liberalitate tamen sit, quæ servata arbitrio pupilli est: & ubi glossa ordinaria, verb. alio patre, ad fin. ubi, vel potest duci, quam sequitur Barto. ibi, similis glossa in l. non omnis, verb. nullatenus, C. eod. tit.* ubi eam sequuntur omnes: & testantur communem Ital. *nu. 27. Rip. num. 83. in l. 1. ff. solut. matrim. glossa etiam in l. 2. verbo, incumbente, C. ad. Macedon.* quam allegat & sequitur Bart. *in rubric. præmi. ff. vet. num. 14.* Est communis opinio. *secundum Palat. Rub. in repet. caps. per vestras, tertio notabil. § 24. num. 3. de donat. inter vir. & ux. & Boer. decis. 129. num. 7. & Tiraquel. qui plura refert de primogenit. quæst. 62. num. 1. Arias Pinell. in l. 1. 3. part. n. 101. C. de bon. mater. Padill. in authent. res, quæ, num. 82. C. commun. de leg. & Doctor Molin. d. c. 15. num. 60.* Et ista videtur magis communis conclusio, *secundum Gregorium Lopez. in l. 18. in glossa, Cæsar alguna deabi, & ipsa videtur, & c. titulo 16. partita 6. quam sequitur Pelaez de majoratu, 4. part. quæstio. 27. n. 8. & latius idem quæstione 26. numero 1. cum sequentibus, & Petrus Surdus de alimentis.*

ment. titulo 1. quæstio. 25. n. 19. sequitur, licens esse communiorem sententiam cum Gregorio Lopez, *ubi supr. Molin. Theologus dicus. & iur. 2. tract. disputatione 224. col. mun. 1288. versicula ad dotandum & column. sequenti*, ubi quod non valet hæc consequentia, teneatur quis alimenta præstare alicui puellæ, si aliunde eadem habeat. Ergo tenetur eam dotare quantum satis sit, ut perpetuo se alat, quoniam longo plus est, dotem dare, quam per partes alimenta illi præbere. Sed quid hæc consequentia valet, teneatur quis alimenta puellæ præstare. Ergo potest eam dotare, ita ut ex dote perpetuo ali possit.

Contra tamen hanc communem sententiam & resolutionem adest nobis *dict. lex, decima octava*, quæ in distinctè permittit, tutoribus & curatoribus, dotem constituere sororibus pupilli: & ob eam causam bona immobilia eiusdem vendere, atque alienare, *ubi, oportet causam aliquam de las hermanas del moco*: Ergo his eorum pupilli adulti sit utrimque coniuncta, sive uterina, tantum frater eam dotare tenetur, quod & iure communi pluribus comprobat Tiraquell. *ubi supra, num. 3. cum sequentibus, & etiam Surdus ubi supra, dicto num. 19. cum sequentibus.*

35 Vera † tamen resolutio est in proposito (iuxta quam intelligendus est textus *in dict. l. 1. cum plures, § cum tutor, ff. de administratione tut. & ibi glossa, & communis opinio supra relata, & dicta lex Regia*) nempe, ut ita agamus de dote, quæ excedat legitimam, sicut illa, quæ iusta valorem legitimæ æstimanda, atque taxanda est, vel ultra alimenta protrahenda, ut congrua esse dicatur, in hac specie frater dives, sive maioratus possessor non tenebitur dotare sororem uterinam, usque ad legitimæ valorem, seu ultra quantitatem, quæ ad alimenta necessaria est: Si vero agamus de dote, quæ ad alimenta tantum necessaria est, & quæ succedit loco alimentorum, in hoc casu frater dives tenebitur dotare sororem, tam uterinam, quam consanguineam, *ita resolvit Tiraquell. dicta quæstione sexagesima secunda, numero decimoquinto.* Et videtur opinio vera, & iuridica, quia valet argumentum de alimentis ad dotem *secundum Gregorium Lopez. ubi sup. in glossa magn. in versiculo lex ista partitarum*, quamvis dicat non carere scrupulo, & ita relinquit cogitandum, sed intrepide probat D. Mol. *dicta lib. 2. de Hispan. primog cap. 15. n. 62.* qui *n. 63. post Greg. Lopez, ubi supra*, sic esse censet intelligendum textum *in dicto. § cum tutor, cum similibus*, atque id, quod æquivoce dixit Roderic. Suarez *in dicta secunda limitatione ad legem fori*, quia id simpliciter, & indistincte sumtum falsum esset.

63 Alium intellectum † ad *dict. leg. Regiam 18.* assignabat Palatius Rubeus, *dict. § 24. an quarto*, ne obsit prædictis magis communi sententiæ, nempe, quod lex illa non videatur imponere necessitatem fratri ad dotandam sororem, sed pro iusta causa reputat, quod si tutor velit dotare sororem pupilli sui, tanquam res sit licita, honesta & pia, quod possit res minoris ad hoc alienare cum decreto iudicis, & quod ad hoc forte lex *Regia octava, & nona, titulo prim. part. quarta*, quæ loquuntur de personis, quæ tenentur ad dotandum, de fratre nihil dixerunt. Hic tamen intellectus contradicit menti & verbis, *d. l. 18.* in primis verbis, *non devenios guardadores dar, ni vender. &c.* sequitur nunc exceptio (quæ debet esse de regula ut in iuribus vulgaribus) *fuera ende, si le fuesse alguna por pagar las deudas que oviesse dexado el padre del huerfano, o por casar alguna de las hermanas del moco*, dum æquiparat hæc duo. Ergo sicut tutor tenetur solvere debita patris pupilli, & ea de persolvenda bona immobilia, ceteris deficientibus, cum decreto tamen prætoris vendere, & alienare, ut patet, *in lege ob eas alienum, C. de prad. & aliis rebus min.* ita, & sororem minoris dotare. Non igitur sustineri potest ad eam legem hic intellectus Palatii Rub. Et ideo merito ipsemet non firmat pedes in eo, sed tandem relinquit cogitandum, superior ergo intellectus verior, & tenendus est.

Quinimo † quamvis frater sit pupillus, possunt tamen cogi tutores ad congruam dotem constituendam, 37 *lege prim. § prim. in fine, ff. de tut. & rat. distr.* & quamvis ibi videatur requiri decretum iudicis, tamen ille textus intelligendus est ad abundantiam, *ut inquit Gofred. ubi per leg. qui filium, in fin. ff. ubi pupill. educ. deb.* ubi etiam sine decreto iudicis recedit à voluntate patris ex iusta causa. Nec enim illæ filiæ dicuntur posse nubere ex dote assignata, si congrue & ex dignitate non nubunt, *ut nempe Proculo, ff. de verborum significatione, l. Lucas de Penna in lege finali. colum. 4. in fin. circa ver. tribi libro decimo*, ita observavit Antonius Thesaur. *decis. Pedemont. 192. nu. 8.* Sed si bona immobilia minoris venderentur, vel darentur ad dotandam sororem minoris, iudicis decretum esset necessarium, *ut in dicta lege decima octava, in verbis, e auventore, tit. 16. par. 6.*

Neque solum † dotem filiæ tenetur frater, vel illorum tutores tenentur, sed etiam ultra dotes à patre, vel 38 avo relictas, alia, quæ ad dotem addantur, subministrare & exhibere debebunt, vestes, & iocalia, quæ sponsis dantur, & quæ in testamentis avi & patris non relinquuntur, *argumento ex. in dict. l. qui filium*, ubi si pater ducentos tantum filiæ legasset, & nihil aliud, tutor tamen potest consequi etiam alimenta ab eo illi præstito, & alias expensis circa eruditionem filiorum factas: ita in terminis per allum textum, tenet Thesaur. *ubi supra numero nono.*

Frater † clericus potest etiam dotare sororem, si velit 39 ex redditibus Ecclesiæ, *Rip. in l. prim. num. 13. ff. solut. matrimon. Petrus Surdus de alimont. titu. 1. quæstio. 25. n. 28.* Imo tenetur sororem ex eodem patre natam dotare, si ipsa alias non habet, unde se dotet, *secund. Abb. & Anton. in cap. pervenit ad verbi. & Gregorium Lopez. in d. l. 18. glossa. magn. ad fin & Palat. Rubeus. ubi supr. nempe, in repet. dic. cap. per vestras 3. notab. § 24. n. 4.*

Quinimo † frater tenetur etiam dotare sororem spu- 40 riam, sicut tenetur eam alere, *ut cum Socin. in l. ff. solut. matrim. tenet Palat. Rubeus ubi supra, sub n. 3. ibi ampliabus ista, sequitur Cordub. de alimentis, in l. si quis à liberis, § item rescripserunt. n. 89. ff. de lib. agnosc. quod verum credit & probat Petrus Surdus de alimentis, titul. 1. quæstio. 25. nu. 33.* Sed hoc verum non credimus: requitas namque text. *in cap. cum haberet, de ea, quæ duxit in matr. quam poss. per adult.* solum in parte, de qua ille text. loquitur, verfatur, ideoque ad fratrem secrendendā non erit, in quo minor longe ratio, quia in ea parte nutrat. Sed iura civilia præcise in hoc casu obrivanda erunt. Et præterea nullo iure cautum reperitur, quod frater divestetenetur alere fratrem spurium inopem, vel sororem spuriam alere, aut dotare: Et ita merito hanc secundam partem negativam respectu alimentorum pro vera probavit D. Molin. *ubi supra, num. 65. & 66.* quam etiam probavit in avo & proavo Gregorius Lopez, *in leg. 5. titu. 19. partit. quarta. in glossa quæ habent, per text. ibi cum nullo iure. cap. cum haberet.*

Sed in his † ascendentibus verius esse credimus ad- 41 versi Gregorium Lopez, *ubi supr.* obligationem alimentorum currere contra eos in favorem nepotum & pronepotum spuriorum ex identitate rationis, quæ in patre (dummodo pater non habeat, unde filium alere possit) & ideo merito dubitari potest de dicto Gregorii contrario *ubi supra*, prout dubitavit Doctor Antonius de Padilla *in authentica res quæ, n. 66. C. commun. de leg.* & contra Gregor. tenet Mol. *ubi sup. n. 66.*

Similiter † etiam frater maioratus possessor non te- 42 nebitur alere vel dotare fratrem vel sororem filios, etiā eorū parentibus mortuis, nisi eis legitima à primo instituente debeatur: hæc namq; obligatio fratres & sorores alendi,

alendi, vel dotandi ad fratrum vel sororum filios non protrahitur, sed in ipsis fratribus, & sororibus finitur, *ut nuncupatim asseruit Alexander in leg. 1. num. 20. post Angel. & Ioann. de Imol. ibi, ff. solut. matrim. & alii plures, quos refert, & sequitur D. Molin. de Hisp. n. primog. lib. 2. d. 5. n. 67.* ubi refert Sylvan. hanc opinionem communem esse profitentem, *cum 33. n. 22. cum sequentib.* Iure enim cautum non invenitur, quod patruus divus nepotes alere, seu neptem dotare teneatur. Et præterea, quia alimenta mortuo fratre ad eius liberos, seu heredes non deferuntur, sed eius morte finiri debent: Vnde ab hac communi opinione recedendum non est, licet semel, eũ quæstio similis in quodam Castellæ supremo conventa quoad alimenta, controverteretur contrarium obtentum fuisse acceperit Molin. *dicto n. 67.* qui communem adhuc probat, & defendit, respondens bene fundamentis, quæ contra eam adducuntur, & inquit hoc esse singulariter notandum atque memoriæ commendandum. Quotidie namque poterit in forensibus contraveniis contingere, sed neque frater maioratus possessor tenetur alere fratres vel sorores habentes patrem, vel saltem matrem, qui illos alere, vel dotare possint, † sed tunc primæva actio in patrem, vel eo mortuo, vel inope exsistente, in matrem dirigenda erit, nec aliter quam ipsis deficientibus in fratrem maioratus possessorem excercebitur; quod in patre apertissime procedit: De matre est text. *in leg. si quis alibi, §. utrum, ff. de lib. agnosc.* ubi obligatio alendi liberos patre deficiente in matrem transfunditur, Quod ex ea leg. & aliis in specie probat Antonius Gomez *in l. 4. Tauri, n. 75. & D. Molin. dict. l. 2 capit. 13. n. 68.* addens leg Regiam id apertius probantem, nempe, *leg. 4. titul. 19. part. 4.* ubi onus alendi liberos patre inope exsistente, vel alias deficiente, ad matrem atque avos, & proavos maternos, seu paternos transfunditur: neque in ea lege de fratre ulla mentio fit. Solum namque in eorum subsidium frater dives, fratres, atque sorores alere astrictus est, ut prædict. legibus apertissime probatur, sicque intelligenda sunt ex *in dict. leg. cum plures, §. ff. de admittend. tut. & l. tutor secundum ea, quæ sunt ff. eodem tit. & l. qui filium, cum similib. ff. ubi pup. educ. deb.*

Vnde † (ut ad propositum redeamus) in casibus, in quibus inxta supradicta, & resoluta frater dives tenetur alere, & dotare fratres, & sorores inopes, in eisdem, frid faciat eius tutor vel curator, iudicio tutelæ nihil ea ratione pupillo, vel eius substitutis præstare tenebitur; secus vero in casibus, in quibus minor ad id non tenebatur. & iuxta hanc resolutionem, quæ vera est, ampliandа, & limitanda est dispositio *dict. l. qui filium, ff. ubi pup. educ. deb. & dict. leg. cum plures, §. cum tutor, qui est §. final. ff. de administr. tut.*

Et quæ dicta † sunt de tutore in hoc c. locum quoque habent, in eo qui se gessit pro tutore, vel curatore, licet tutor, aut curator non esset, *l. 1. §. hoc adito, ff. de contrah. tut. Cuman. d. cons. 12. n. 3.* Idem enim iudicamus de protutore, quod de tutore ipso, & ideo bona protutoris, qui administravit, non minus sunt in iure tacite hypotheca pupillo, quam tutoris, *iuxta gloss. in l. dubium §. 1. ff. de privil. cred. gloss. fin. in le. pro officio. C. de administ. tut. ubi Bald. notat. sicens non esse alibi, sequitur Negusant. de pignor. in 4. membr. 2. partic. un. 7.* ubi ampliat multis modis, quos, & alios refert & sequitur Petrus Surdus *de aliment. tit. 9. privileg. 4. n. 6. fol. 412.* ubi dicit communem: Refert etiam, & sequitur idem auctor *in eod. tract. tit. 3. q. 7. n. 14. qui num. 15.* Ex hoc probat prædictam opinionem Cuman. de qua nunc agimus, de eadem communi agemus etiam *infra hac 2. part. cap. 12.*

Nunc vero conclusio principalis de qua *sup. paulo post princ.* huius cap. quæ habet, quod tutor repetere possit à pupillo, imo ei reputare expensas alimentorum, † Limitatur primo, ut non procedat, si pupillus servierit, vel servivit tutori, tunc namque fiet compensatio pro rata operarum, præterquam si operæ essent, vel sint modici momenti: non enim rationabile est, quod qualecunque servitium induci debeat ad exstinctionem alimentorum. At si consideribilis sit operarum utilitas, faciendа est prædicta compensatio, quia tutor, qui servitia recepit, tanto minus dicitur impendisse de suo, ut inhærendo, ne dum rationi, sed etiam Doctorum communi opinioni, ut ipse inquit tenet Petrus Surdus *de aliment. titu. 6. quæst. 1. n. 21.* addens *n. 22.* quod non curat, æquivaleant operæ alimentis in toto, vel in parte, quando eadem sit ratio partis quo ad partem, quæ est totius, quoad totum *ut in lege, qua de tota. ff. de rei vendic.* tametsi Cuman. *consilio 18. columna 2. versiculo, ac etiam, quia & versiculo fatetur tamen*, dicat, quod si pupilli operæ æquivalent alimentis, fieret compensatio, innuens, quod ubi minoris sunt valoris, non fiat pro rata: sed hoc non dicit, nec præsumendum est voluisse. Et quamvis Cordub. *in dict. lege qui a liberis, §. si mater, num. 73. ff. de lib. agnosc.* post multum concludat: quod ubi tutori nullum est constitutum salarium, & ubi ex tutela nullum illi commodum provenire potest, tunc non prohibetur repetere tutor expensas alimentorum, sed operæ pupilli compensantur cum laboribus tutoris, sed quod ubi tutori datur salarium, tunc ipse solvet operarum nomine commodum, quod à pupillo percipit: eius tamen rationibus satisfacit Surd. *ubi supra n. 18.*

Vnde † contra tutores infert Didacus Perez *in leg. 1. tit. 2. libro 1. ordin. colu. 62.* qui pupillos in suo servitio habent, victumque his, & vestitum computant, ac sine ulla conscientia & timore Dei bona pupillorum exhauriunt. Ibi enim egerat, quæ tate possit famulus stipendium, & salarium petere, & resolvit, quod impubes artem habens, vel æstimabile servitium impendens, pro sui, domiuique qualitate mercedem recipiet victum saltem, & vestitum, *iuxta leg. 2. tit. 23. libro 4. for. à decimo anno cum duimaio. & Didac. Perez. ubi supr. refert, & sequitur frater Emanuel Roderic. in sua summa de casib. de conscientia, 2. p. cap. 42. concluf. 5.*

Tutor † autem, qui neglexit præstare alimenta, puta recedendo à domo nulla facta provisione, removeri potest, ut suspectus, *l. fidei. ff. ubi pupill. educ. deb.* Imo potest etiam pro facti qualitate puniri, *l. 3. §. tut. qui ad alimenta. ff. de suspect. tut.* per quæ iura, ita decidit Barto. *in tractatu alimentor. num. 46. quem refert & sequitur Petrus Surd. de aliment. titul. 8. privileg. 86. num. 2.* tenetur enim tutor erga pupillum ad ea omnia, quæ diligens paterfamilias solet expedire, *leg. generaliter. ff. de administratione tutorum, Roman. consil. 425.* Nullus † autem tam negligens est paterfamilias, qui familiam suam deserat & alimenta non ministret. Neglectio autem tutoris ex eo arguitur, quod per absentiam deserta, derelictaque sunt negotia pupilli: quo casu iudex evocatis assimilibus atque amicis tutoris, edicto proposito caussa cognita, † etiam absente tutore, vel removendum eum, qui dignus tali nota videbitur, decernet, vel adiungendum curatorem, et ita, qui datus erit, expendet alimenta pupillo. Quod si necessaria absentia tutoris, & improvisa acciderit, forte, quod subito ad cognitionem principalem profectus, nec rei suæ providere, nec consulere pupillo poterit, & speretur redire, & idoneus sit tutor, nec expediat aliũ adiungi, & pupillus alimenta de re sua postulet, recte constituetur ad hoc solum, ut ex re pupilli alimenta expediat, Ita cavetur *in d. l. fina.*

Ex officio † igitur iudicis nemine instante removeri poterit tutor, qui neglexit providere pupillo, ut constat *ex dict. l. final. & adnotavit ex ea Petrus Surdus ubi supra, n. 6.* Id quod est alias regulare, nempe iudicem ex officio removere posse tutorem suspectum, *l. tutor quoque, §. prætrea. ff. de suspect. tut.*

Quod

52 Quod † autem ulterius tutor, qui neglexit præstare alimenta pupillo, recedens à domo, nulla facta provisione possit pro facti qualitate puniri, *ut dixerunt Bartolus, & Petrus Surdus ubi supra ex dict. l. 3. §. tut. qui ad alimenta. ff. de suspect. tutor.* intelligendum est iuxta decisionem illius text. & ficiuxta Cottam, quem allegant prædicti auctores, non quidem tutore absente, quia tunc inquit textus ille, quod removeri potest, sicut cavetur *in d. l. fin.* sed quando non latitat, sed præsens nihil posse decerni contendat quasi inopi, tunc namque inquit text. ille *in dicto §. tutor*, quod si dativs pupillo advocatis demandatis convincatur tutor, ad præfectum urbis remittendus est, non ut quasi suspectus removeatur, sed puniendus ea pœna, qua solent affici, qui tutelam corruptis ministeriis prætoris redemerunt.

SUMMARIA.

1 *Legis 17. titulo 16. partita 6. litera summatur, sequens ex ea conclusiones deducuntur & per totum caput declarantur.*

§ *Tutor nomine pupilli minoris septem annorum, vel minoris huius ætatis absentis debet agere & defendere ius eius in omnibus caussis movendis tam per eum, quam contra eum ibidem & quidiane communis in hoc statutum sit referetur, n. 5.*

2 *Duplex praxis circa hoc refertur.*

4 *Duplex praxis firmadi libellum in caussis contra minores habentis tutores vel curatores reijcitur, & n. 5.*

6 *Citatio prima quam debeat contra minorem, & defensores eorum & iure Regio, n. 7.*

8 *L. 2. versicu. ottroli decimos titu. 7. partit. 3. intellectus.*

9 *Minor tam in civilibus quam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, ideoque ei providere debet de curatore, & praxis in hoc servanda refertur, num. 10.*

11 *Sententia ferens non potest contra minorem, si tutor, vel curator citetur & nolit citi adesse.*

12 *Sententia lata contra tutorem, vel curatorem non debet exequi in eius bonis sed in bonis ipsius minoris: fallit, quando exequutio fieret pro condemnatione expensarum, tutore non habente iustam caussam litigandi, vel non.* 23.

14 *Tutor vel curator licet iustam caussam pupilli tueri debeat, malam tamen defendere non tenetur, aliàs impensas pupillo imputare prohibentur, & in casu.*

16 *Tutor, vel curator in dubio præsumitur movisse litem animo calumniandi eiusdem actionem.*

17 *Tutor tenetur restituere expensas, si male egerit libellum nomine pupilli, idem erit si fecerit condemnari in expensis propter peremptam instantiam, vel si appellaverit, vel appellationem non fuerit prosequutus, cùm bonam caussam minor habebat, vt in num. 18.*

19 *Tutor tenetur defendere pupillis caussam iustam, & nullam occasionem omittere.*

20 *Tutela est ius ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se ipsum defendere nequit.*

21 *Tutor adeo tenetur pupillum defendere, vt possit advocatum eius agere in caussa, quam adversus eius patrem defendebat.*

22 *Minor constitutus sub tutela vel cura alterius non potest alterè se obligare: limitatur in contractu venditionis minoris & sic in ipsius favorem, vt in n. 23.*

24 *Pupillus sine tutoris auctoritate societatem sibi vtilem contrahere potest.*

25 *Auctoritas tutoris vel curatoris in iudicio, vel extra non cessat præstari per curatorem, neque per epistolam neque per nuntium.*

CAPUT IV.

An tutor curatorque, vel pupillus, aut adultus agere debeat vel defendere in iudicio?

1 LEo Regia † decima septima *tit. 16. partita 6.* caverunt Primo, quod tutor nomine pupilli minoris septem annorum, vel maioris huius ætatis absentis, debet agere, & defendere ius eius in omnibus caussis movendis, tam per eum, quàm contra eum: quod si plures sint tutores, quilibet eorum hoc facere possit absque præsentia alterius.

Secundo, quod minor septennio possit agere in iudicio cum licentia tutoris vel curatoris, vel ipse tutor, aut curator nomine minoris cum præsentia ipsius.

Tertio, quod sententia lata in dictis caussis contra tutorem, vel curatorem non debet exequi in eius bonis, sed in bonis ipsius minoris sub sua tutela, vel cura constituti.

Quarto, quod minor hic constitutus sub tutela, vel cura alterius, non potest alteri se obligare sine auctoritate sui tutoris, vel curatoris, & aliter factum in sui præiudicium non tenet, nec valet.

Quinto, quod contractus cum minore factus, & celebratus ab illis minori valet, & tenet.

Sexto, quod auctoritas tutoris, vel curatoris nomine minoris in iudicio, vel extra non potest præstari per procuratorem, vel per epistolam, sed personaliter ea præstanda, & aliter præstita non valet.

Circa primam supradictam conclusionem habemus eiũ legem vnde circa *am. tit. 2. p. 4.* dicentem, *que mezo siendo alguno de edad de veynteyvno annos no pueden hacer entre el demandas ni respuestas sin otorgamiento que sea delante aquel que lo ha de guardar, o el o algun hombre* Concordat. *l. 1. & 2. C. qui legitim. pers. &c.* & quod ad tutorem hoc spectet, *l. generaliter, & l. tutores præterea ff. de administrat. & Lanu. qui, C. de proc. lib. 12. in princ. C. de administrat.* Quod autem, qualibet tutoris possit prædicta agere, probat etiam *l. 1. & 2. C. si quis ex pluribus tut. & l. 3. §. 1. & d. l. decreto §. vlt. ff. de administrat. tut.* Quod si omnes velint agere, & convenire gl. *in d. l. dicet*, quod possint, & debet admitti sed in hoc duplex est praxis, & quælibet videtur bona, *secundum Greg. Lop. in d. l. 17. tit. 6. part. 6. in gl. 2.*

2 Prima † est ex Salyc. *in d. C. si vnus ex pluribus antoriib.* in hunc modum distinguentis, nempe vt si agant omnes admittantur uno, & eodem libello, non vero diversis, quia omnium fere est ratione offensi, & communis periculi: si vero conveniantur, aut pupillus est conventus, & tunc si omnes velint suscipere defensionem, possunt, *l. 1. §. sufficit. ff. de administrat. tut.* aut pupillus non conventus, sed tutor nomine pupilli, & tunc illo in vocato non possunt desensionem suscipere, possunt tamen assistere causse, ne concludantur, & respondet ibi *Ang. inspector. ff. de exercit.*

Altera praxis est Cyn. *in d. l. & Angel. & Bartol. in d. l. decreto, §. ff. de administrat. tut. vel. per d. l. in principio*, quod iudex eligat unum eorum, & alii poterunt assistere, & perfecto probabilis, & sustinetur unaquæque harum partium.

3 Circa † præmissam primam & secundam conclusionẽ nostræ Regiæ, observandum est, quod tutores etiam communi suffragio tutoribus ad plenam defensionẽ, quod si vel ipsi iudicium suscipiant, sive pupillus ipsis auctoritatem. Licentia igitur erit, vtrum unus in ipsi suscipere iudicium, vel pupillum exhibere, ut ipsis auctoribus iudicium suscipiatur: sit tamen, ut pro eis, quitari una possint, vel absint, ipsi tutores iudicium suscipiant: Pro eis autem, qui supra septimum annum ætatis sunt, & præsto fuerint auctoritatem præstent: In caussis autem adultorum licentia erit agentibus, vel ipsum adultum præsentem in iudicium vocare, ut consensu curatoris vetus eniatur, vel contra curatorẽ agere, ut ipse item suscipiat: In absentibus autem adultis omino contra curatorem agendum. Ita decidit ad literam textus *in leg. 2. §. sufficit. ff. de administrat. tut.* ubi eandem in fine cavetur: *non denegans tutoribus, nec curatoribus, et debitorem pupil. vel adultorum ex persona sua, & officio in iudicium vocare, vel illum (post. pupillo*

vel adultiꝰ) hoc facientibus suũ accommodare consensum.

Igitur iuxta huiusce textus, nempe §. *sufficiet*, decisionem diversorum casuum, & specierum eorum, intelligendæ, & declarandæ sunt prima, & secunda prædictis conclusionis nostræ legis Regiæ 17. *titulo 16. partit. 6.* quæ non ita figillatim, sed, ut vidimus, materiam declaravit. In omissis namque casibus standum erit iuri communi. *argumento l. commodissime, cum simil. ff. de lib. & posthum.*

Praxis † autem formandi libellum in causis contra minores, habentes tutorem vel curatorem, duplex potest esse. Prima, ut prius citetur tutor, & interrogetur, an ipse velit per se pupillum defendere, vel pupillo defendenti auctoritatem: & ex hoc redditur actor certus, qualiter formet libellum. Secunda, formando generaliter libellum contra pupillum, & quamlibet personam pro eo legitime comparentem, seu defendentem, vel intervenientem: Et ita admittit consuetudo secundum Bartol. *in dicto §. sufficiet, num. 1.* ubi, quod in adulto non est dubium, cum electio sit actoris: Unde potest ipse formare libellum, vel in ipsum curatorem, vel in ipsum adultum, vel etiam simpliciter.

Ego † vero eam praxin in hoc semper observari vidi, & iuridicam censeo, *iuxta nostram l. Regiam, & dictum, §. sufficiet*: ut libellus contra minorem septennio habentem tutorem, dirigatur contra ipsum tutorem nomine pupilli sui, & ita etiam eius tutor agat nomine pupilli: Contra maiorem vero septennio formatur libellus contra eius tutorem, vel contra ipsum minorem, eiusq; tutorem nomine ipsius minoris, quod probat glossa communiter approbata, *ut supra dicemus in leg. 4. ff. de in ius voc. verbo, infantes*, dum dicit, quod maiores infantibus conveniuntur tutore auctore, vel ipse tutor, *leg. 1. §. ff. de administ. tut.* Idemque servatur in agendo, Nam tutor nomine minoris maioris septennio, & pro eo, vel ipse minor, cum auctoritate sui tutoris agit, & libellum formatur contra reum conventum.

Quæritꝰ præterea Bart. *in d. §. sufficiet*, qualiter fiat prima citatio, an citabuntur minores, vel defensores eorũ? Et respondet, q; in adulto est electio actoris, sed in pupillo debet fieri alteratio alternative, quod compareat per se, vel per legitimam personam, ut inquit evidenter dicere text. *in dict. §. sufficiet*, Et quod etiam potest fieri in adulto: Putat enim Bartol. quod si solus pupillus citetur, valeat citatio, quia intelligitur ut compareat per se, vel per legitimam personam, quod constat ex glossa *in dicta l. 4. Verbi, infantes, ff. de in ius voc.* quatenus tenet, quod maiores infantibus conveniuntur tutore auctore vel ipse tutor, quam sequitur Paul. Castrens. *in l. 2. n. 7. ff. eodem titulo.* dicens, se plories vidisse dubitari de hoc, & quosdam dicere, quod debeat citari ipse tutor: Et inquit idem Paulus *in l. 2. ff. de conditione furtiva*, quod advocati & procuratores communiter practicant, quod nunquam citetur pupillus, sed opinio illius glossæ est verior & communis, ut constat ex Ias. *in d. l. 2. nu. 3.* & Ioan. Oros. *in dict. l. 4. nu. 1.* Imo quod ipse pupillus possit citari, ut comparet per se, vel per legitimam personam: quam etiam tenet Ioann. And. *in addit. ad Specul. in titu. de reo, §. 1. & in additione quæ incip. quæri Gofred. & Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 262. n. 2 & 4. & Gregor. Lopez, in l. 2 in glossa quæ lles, titu. 7. part. 3.* Minor autem septennio citari non potest, etiam prædicto modo. & si citetur, citatio erit nulla, *secund. Ioan. Andr. & Afflict. ubi sup. n. 1, 2, & 4.* Et hæc de iure communi.

7 Iure autem † nostro Reg. indistinctè cavetur, *Que non deven ser emplazadas las que no son de edad sino aquellas que tuvieron a ellos y a sus bienes en guarda*, Ita expresse decidit, *l. 2. versiculo. Otro si dezimos, tit. 7. part. 3.* quod notat ibi Gregor. Lop. *in glossa aquellos*, dicens, quod lex illa innuit, quod citatio non potest fieri in personam minoris, sed tutoris.

Sed dubium † est, an prædicta *l. Regia 2. in verbis præallegato*, intelligi debeat iuxta ius commune prædict. nempe in infante tantum: secus in maiore septennio, ut habet præfata communis opinio glossæ Bartol. & ceterorum, & in hoc Gregor. Lopez, *ubi supra*, primo dicit intelligendam esse illam iuxta prædictam communem sententiam, postea tamen credit, quod si pupillus habet tutorem, non sufficeret pupillum citari per illam l. quæ expresse hoc decidit: si tamen minor maior infante non haberet tutorem, teneret citatio in eius persona, & ipse deberet legitime comparere, *ut notat glos. in le. minor, C. de bon. auct. iudic. possid. Bal. in l. 1. C. qui per. tut.* 8

Ego hanc opinionem Gregor. Lop. in primo dicto. procul dubio probo, siquidem l. illa Regia, indistincte loquitur in minoribus ætatis, non distinguens ætatem septem, & plurium annorum ab infantia, cum legislator teneret, iure communi fieri prædictam distinctionem quoad comparendum in iudicio, *ut in dict. l. 1. §. sufficiet, ff. de administratione tutorum, & in nostra leg. Regia, tit. 16 partit. 6.* & nihilominus generaliter, & indistincte præcipit, citationem fieri non posse in minores ætate, sed in eorũ tutores debere fieri, quod si aliud voluisset, expressisset. Licet itaque quoad comparendum in iudicio, tam agendo quam defendendo, servãda sit prædicta distinctio, *ut in dict. tit. 16*, tamen quoad citationem habemus legem expressam præcipientem, quod non fiat in minores ætate, sed in eorum tutores vel curatores, nempe, *dict. l. 2. titulo 7. part. 3.* Et ita merito in hoc corrigitur dict. communis sententia, quia si citaretur maior infante, ut compareat ipse per se, vel per legitimam personam, & ipse ut minor, & imbecillis utrumque omitteret, quomodo ferri posset sententia contra ipsum, nec comparentem, nec defensum, ut probata, quas vires haberet: vel si valeret iuxta ius commune, profecto iniquum videretur & indiguum, ut in minorem indefensum, eiusque bona exsequeretur: quapropter iustissime nostra *l. Regia 2.* statuit, ut minores ætate citari non possint; sed eius tutores vel curatores.

Ceterum in minore maiore infante non habente tutorem, licet sequendo glossã *in dict. l. si minor*, & Gregorius Lopez, *ubi supra*, teneret citatio, & ipse deberet legitime comparere, hoc verum intelligo, si comparitio cum effectu fiat per legitimam personam: tunc enim merito, quod valeat citatio & iudicium inde sequutum: attameu si minor hic citatus, neque per se, nec per legitimam personam compareret: Imo etiam si ipse per se compareret, profecto fateri non possum, validam esse citationem, vel saltem iudicium cum eo tantum agitatũ ad hoc, ut condemnari ipse minor valeat. Quinimo deberet ei ad instantiam actoris provideri curator ad illã litem: alias iudicium, & inde omnia sequuta contra minorem essent nulla, utpote indefensum, præterquam si sententia esset lata in ipsius favorem, quia tunc esset valida. *l. non eo minus, C. de procur. minor.* Namq; † tam in civilibus, quam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, *l. clarum, C. de auctor. præst. Rolandin. a Valle consilio 31. n. 1. & num. 9. & consil. 31. nu. 34. cum sequentibus, libro 1. Beccius consilio 59. num. 11. & Antonius Gomez. 3. tomo. cap. 1. de delict. num. 64. & 65.* adeo, ut iuxta supradictos ex confessione minoris, cui non fuit datus curator ad litem, quia est nulla, sequi non possit condemnatio, & probat late Avendanno *Resp. 4. n. 1. & 2.* quidquid de hoc disputet Affli. *decisio. 208. per totam.* Verum est alia expressa lex Regia hanc nostram sententiam contra Gregorium Lopez, ad literam probans, nempe, *1. titulo 2. partit. 3.* quæ ita se habet: *Menor si endo alguno de edad de veynte y cinco annos non pueden fazer contra el demanda ninguna en juyzio a menos que sea delante aquel que lo ha de guardar a el, a sus bienes, e si por aventura acaeciesse que tal demandado como este no viesse quien lo guardadasse, aquel que quiere fazer demanda contra el deue pedir al juez del logar que de quien lo guarde responda por el en juyzio el juez deue catar alguna cosa hecho, que sea sin parescer, o viezno sin sospecha, assi commo dize en el titulo de los guardadores, e dar solo que sea guardador en aquel pleyto, e aquel deue responder por el, e guardarle su derecho bien e lealmente, e el que de otra guisa oviesse a mandar contra tal persona, que no oviesse edad cumplida, si el suyo no fuesse dado contra el demandado no darne valer, e si fuesse dado a supro o danno de de mandador to vadero*, ubi Greg. Lop. in gl. *dene pedir al juez*, tenet, non esse necessarium per illam leg. prius admonere adultum, ut sibi petat curatorem, sed judex stando ad petitionem partis citabit oblato libello adultum, ut legitime compareat responsurus Titio, & si compareat sine curatore, monebitur per judicem, ut petat sibi curatorem dari, & compelletur ad volendum in genere secund. Saly. etiam quem refert: Ipse tamẽ Greg. Lop. inquit se semper practicari vidisse, ut ipse adolescens nominet, quem vult in curatorem ad illam litem: non tamen declarat, quid faciendum sit, quando ipse minor sic certus non comparet. 10

Quare rectius † erit dicendum & practicandum, quod iudex ad instantiam actoris statim faciat coram se comparere adultum, vel majorem septennio cui lis movetur, eique præcipiat, si tutorem vel curatorem non habet, ut curatorem ad eam litem nominet, vel petat, & nominato vel petito ab eo, eam decernat, eo vero non nominante judex ei curatorem nominet, atque decernat. *juxta d. l. 11.* quæ licet indistincte præcipiat, ut judex nominet prædictum curatorem ad litem: hic tamẽ communiter in praxi interpretatus est, ut prius requiratur hujusmodi minor, ut nominet sibi curatorem ad litem. & in ejus defectum nominat judex: Non ergo bene incipiet a citatione minoris, ut legitime compareat responsurus Titio, sed ut comparet ad nominandum curatorem ad litem sibi motam per Titium, quo comparente, vel in ejus defectum fiet, quod prædiximus. 11

Adde tamen, † quod si tutor vel curator dicetur, & nolit liti adesse, non potest ferri sententia contra minorem, quia est indefensus, & si feratur, erit nulla, *glos. in lege alta apud fe. §. fin. junctis text. verb. non habentes ff. de re judic.*

Tertia conclusio, † quam ex nostra l. Regia deduximus, quæ habet, quod sententia lata contra tutorem vel curatorem, non debet exequi in ejus bonis, sed in bonis ipsius minoris: Probatur etiam iure communi *in l. 2. ff. de administr. tut. & in l. 4. versic. tut. quoq; ff. de re judic. & in l. 1. C. quando ex fact. tut. & in l. 1 C. quand. fisc. vel privat. & tenet Mar. ant. de ordin. judic. 6. parte in 3. allis de exsequutione sententiæ, num. 38. Petrus Dueñas in Reg. 275. num. 8.* 12

Limitatur hæc conclusio, † quando exsequutio fieret pro condemnatione expensarum, si tutor non habuit justam causam litigandi, & propter ea fuit condemnatus in expensis, fit exsecutio contra eum & non contra pupillum, *text. est in l. non est ignotum, C. de administr. tut. Bartol. in l. edita colum. fin. C. de edend. & in l. qui solidum, §. etiam ff. de leg. 2. & in 4. in princ. C. de re judic. ita Mar. ant. ubi supra, num. 39. & Petrus Dueñas, dict. num. 8. & Cavalc. de tut. & cur. at. num. 31.* licet † enim causam justam pupilli tutor vel curator tueri debeat, malam tamẽ defendere non tenetur. Imo si super vacuam litem instituissent tutores, vel convenirentur à vero creditore, impensas imputare pupillo prohibentur, quia non prohibentur bonam fidem agnoscere, *l. quatios, §. sicut. versic. tueri enim debet, ff. de administr. tut. d. leg. quæ solidum. §. etiam, ff. de leg. 2. Alberic. in l. præses in fin. C. de transact. & in l. properandum in princ. versic. item si tutor colum. 22. C. de judic.* unde si temere litigent, condemnabuntur in expensis, *ut in d. l. non est ignotum C. de administ. tutor.* & etiam plures refert Bacc. *de decim. tut, cap. 2. num. 109. & dicemus latius infra 3. part. cap. prim.* cum aliis generaliter defensio debeat fieri expensis pupilli, auctore Geminian. *consil. 53. num. 2. quem refert & sequitur Bacc. ubi supra.* 13

Caveat † igitur tutor & curator agens pro minore, ut justam causam foveat. Alias enim si succubuerit in causa, tenebitur restituere pupillo omnes pecunias solutas, atq; expensas factas in tali causa, cum foverit injustam, & non consideraverit, an pupillus obtinere deberet: *in d. causa, nec uel Ias. in l. omnibus, §. si procurator, nu. 21. ff. si quis judic. non obt. semper Bartol. in lege. si se non obtulit, num. 1. ff. de re judic. Capol. Tolo. decis. 40. & ibi Steph. Auffr. in addit. & alios allegans Cavalc. de tutor. & curat. numero 49.* ubi dicunt secus esse, si habuissent justam causam litigandi. 15

In dubio † autem præsumitur movisse litem animo calumniandi injuste ac temere, *juxta glossam. in l. si bonam, C. de administratione tutorum, & in cap. 1. de electi. libro 6. & Covarruv. in practicis quæstionibus. capit. 27. num. 3. versic. 6. condemnatio expensarum, ubi quamvis in dubio præsumatur sit contra reum, quod non habuerit justam causam litigandi*, ubi plures hoc tenentes allegat, & Abbatem profitentem hanc esse communem opinionem sequitur Covar. *ubi supra num. 30.* 16

Similiter † expensas tenebitur refundere tutor, si mutaverit, aut emendaverit libellum nomine pupilli, *Iason, in leg. 2. dict. num. 40. C. de edend. sequitur Cavalc. ubi supra, num. 12.* tunc contra tutorem fiet exsequutio *secundum Iason. ubi supra.* 17

Idem erit † si fuerit condemnatus in expensis propter peremptam instantiam, *ut per Ias. in l. Imperatores, sub numero 11. ff. de re judic. Bart. in l. properandum. §. final. C. de judic. Cavalc. ubi supra, num. 13.* vel si non appellavit, aut si appellationem non fuerit prosequutus: cum bonam causam minor habeat, tutelæ enim judicio indemnitatem minori præstare debet, *text. expressus in leg. si bonam causam, C. de administr. tutor. Specul. in titulo de advoc. §. utrum, quamquam num. 15. versic. item etiam caveat. in 1. parte, Carolus Rain. consil. 119. volum. 5. Cavalc. ubi supra, num. 14.* 18

Tenetur † namque tutor defendere pupilli causam, nullamq; utilem occasionem omittere, *lege tutoris præcipuum. ff. de administrat. tutorum, lege si bonam, C. eodem titulo*, & hoc, tam agendo, quam defendendo in judicio, & extra, *d. l. 7. tit. 16. part. 6. generaliter. ff. de administ. tutor. l. fin. in princ. C. eodem titulo, l. cum qui, de procurat.* 19

Tutela enim † est vis, ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se ipsum defendere nequit, *§. 1. Inst. de tutel.* Quod si non defendat, removeri potest a tutela. *Paul. Castren. in lege invitus num. 6. C. de procurat, & ibi Bart. & in fin. al. C. de administ. tutorum, Bacc. de decimis tutorum. cap. 2. num. 107.* adeo autem † tutor tenetur defendere pupillum, ut posset advocatus ejus agere in causa, quam adversus ejus patrem defendebat. *leg. ult. ff. de postul. Specul. in titulo, de advocat. §. 1. num. 19 versic. sed nunquid clericus, quem sequitur Bacc. ubi supra num. 108.* 20

Quarta conclusio, † quæ habet, quod minor constitutus sub tutela, vel cura alterius non potest se alteri obligare, probatur late pluribus exemplis *in lege obligari, in princ. ff. de auctor. tut. & imprim. Inst. eodem titul.* 22

Quinta † conclusio, quæ limitat quartam præcedentem, quando scilicet contractus est utilis minori, ut valeat in ipsius favorem, probatur etiam in dictis juribus. Placuit (*ut dicetur in dicto principio Instit. de auctor. tutor.*) melioremquidem conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem vero non aliter, quam cum tutoris auctoritate: Unde in his causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ut in emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, 23

mandatis, depositis. si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur ad invicem; pupilli non obligantur: Claudicat igitur contractus hic, ut patet: & probatur etiam *in leg. Iulianus, §. Quia a pupillo, ff. de allion. emt. & ibi, nomi Bartol. & bene Petrus Surd. consil. 9. num. 5. cum sequentibus libro 1.* ubi plures Dd. ita tenentes allegat, & num. 16. probat cum Romano Socin. & Corneo, quod pupillus sine tutore
24 contrahit societatem,† quæ tibi sit utilis, quia secundum ipsum Cornetum nulla ex hoc resultat iniquitas, quia tenebitur pupillus major factus ratificare, si voluerit, & hoc modo erit hinc inde æqualis obligatio. Erit igitur valida societas, quatenus pupilli continetur commodum *secundum Petr. Surd. d. n. 16. in fin.*

25 Sexta conclusio, † quæ habet, quod auctoritas tutoris vel curatoris, nomine minoris in judicio, vel extra, non potest præstari per procuratorem, probatur etiam jure communi, *in §. tutor, Instit. de auct. tut.* ubi, quod tutor statim in ipso negotio præsens, debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit: post tempus vero, vel per epistolam, aut per nuntium impositæ auctoritas nihil agit.

SUMMARIA.

1 *L. 18. tit. 16. partit. 6, litera x. sic tur, & per totum caput declaratur.*

2 *Tutores vel curatores minorum non debent vendere, nec alienare immobilia eorum, quod si aliter fecerint sine decreto judicis, potest contra eos in litem jurari, ut in n. 3. Idem est in administratoribus civitatis, vel universitatis absque solemnitatibus alienantibus bona communia, ut in n. 4.*

3 *Subhastatio rerum minorum quomodo fieri debeat?*

4 *Consuetudo minuens solemnitates juris requisitas ad alienationem rerum minorum valida est.*

7 *Solemnitates requisitæ ad alienationem bonorum minorum, an ex cursu temporis præsumantur intervenisse vel non: remissive.*

8 *Alienatio rei immobilis minoris facta sine judicis decreto, vel absente curatore est nulla: quo casu minor vel ejus hæres, ne dum potest agere contra emtorem, sed etiam contra quoscunque possessores, ut in num. 9. & ad fructus quos agere potest, si emtor non fuit bonæ fidei, ut in num. 10. & quando dicatur esse bonæ vel malæ fidei, num. 11. idem, num. 12. in emtore rei Ecclesiæ indebite alienatæ: & industriales quos fructus in hac specie ab emtore malæ fidei restituendi sunt, in quantum possessor factus sit locupletior licet sint consumti, num 13.*

14 *Error juris bonam fidem producit quoad acquisitionem fructuum & ad præscribendum, & multo magis si cum errore juris sit admixtus error facti, ut in num. 15. & excusatur emtor a vera mala fide, si adsint conjecturæ ignorantiæ juris, ut in num. 16.*

17 *Error juris tunc bonam fidem producit quoad acquisitionem fructuum, quando jus illud non resistit nec assistit, secus in errore juris expresse resistenti: subsumitur, distinguiene, de qua in num. 18.*

19 *Minor vel alius debitor, qui bona non servatis servandis alienata cum fructibus recuperat, an & quando pretium solutum, vel pecuniam debitam restituere teneatur cum legitimo interesse, & num. 21.*

20 *Restitutio rei justa capta pro executione debiti, non fit cum fructibus quando confirmatur executio & ex gratia in sententia præcipitur, ut soluto debito cum expensis rei executione capta restituatur debitori.*

22 *Pater tutor vel curator filii emancipati non potest ejus bona immobilia sine decreto alienare, secus est in patre legitimo administratore filii.*

23 *Bona emphytentica minoris non possunt alienari sine decreto judicis.*

24 *Bona minoris immobilia in emphiteusin dari non possunt sine decreto & debita juris solemnitate, nec in eis constitui usus fructus, aut usus fructus minoris constitutis in alieno prædio, alienari sine decreto prætoris potest: idem, est de quavis alia servitute reali.*

25 *Curator furiosi prædium, seu alia bona immobilia alienare non potest absq; decreto judicis.*

26 *Bona minoris quasi dominus rerum alienari non possunt sine decreto.*

27 *Bona minoris absq; decreto remitti non possunt, nec cedi alio, quam minor habet ad rem.*

28 *Bona immobilia minoris permutari non possunt absq; decreto nec alio modo alienare, puta per compromissum aut transactionem, nisi per eam minor retineret ipsa bona, aut si possent alienari sine decreto, ut in n. 29. si tamen eo casu, quo valet compromissum, minor lædatur, poterit restitui, ut in n. 30.*

31 *Tutor, aut curator in clarum compromissum & transactionem facere non potest, alias tenetur, secus in casu dubio.*

32 *Pater legitimus administrator filii an compromittere, vel transigere, possit super adventitiis filii? num. 32.*

33 *Alienatio res immobilis minoris evidenter ipsi utilis, an valeat facta absq; juris solemnitatibus.*

34 *Bona minoris alienari non possunt etiam pro eo alendo fame laborante sine debitis juris solemnitatibus, nisi res dilationem non patiatur, aut mora.*

35 *Bona immobilia minoris hypothecari non possunt sine decreto judicis, & quid si emat ea pallo, ut res remaneat hypothecata pro securitate solutionis pretii quo ipsa venit, num. 36. cum seqq.*

37 *Minor seu ejus tutor vel curator, an possit facere pactum de rescrovendendo.*

38 *Pactum resolutivum contractus contra Ecclesiam, vel minorem ementem, valet.*

39 *L. 1. §. si minor, ff. de rebus eorum, intellectus.*

40 *Minor non potest remittere, vel renuntiare, aut desinere acquirere rem suam immobilem sine decreto.*

41 *Pecunia destinata ad emtionem prædiorum, an possit converti in alium usum sine decreto, & in num. seqq.*

42 *Pecunia regulariter est de rebus quæ servando servari non possunt, & num. 46.*

43 *Pecuniarum magna quantitas ab immobilibus non differt.*

44 *Pecunia deposite ad emtionem prædiorum dimidia, pars pertinet ad mulierem stante statuto, quod ipse superstes marito succedat in dimidia parte bonorum immobilium ipsius mariti: contrarium, num. 49.*

45 *Pecunia destinata ad comparandum bona immobilia non mutat qualitatem, nec substantiam pecuniæ, nec immobilium naturam assumit. Sed res mobiles censentur, ut in num. 48.*

47 *Mobilibus legatis continetur pecunia cambis tradita.*

50 *L. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. & utili. act. aut. intellectus.*

51 *Bona minoris immobilia in dotem dari nec expresse obligari possunt absq; decreto judicis, & in num. 52. nec propter nuptias donari, ut in v. 53. nec in arrhis dari, ut n. 54. quamvis jure communi minor teneretur donationem propter nuptias uxori facere, sed secus est jure nostro regio, ut ibidem.*

53 *Bona immobilia minoris non possunt alienari ad præ cautelas sine decreto prætoris, &c.*

56 *Judex qui erat competens ad interponendum decretum pro alienandis rebus immobilibus minorum.*

57 *Bona immobilia minorum donari non possunt sine decreto: procedit etiam in donatione remuneratoria, ut in num. 58.*

59 *Minor potest donare res, quæ servando servari non possunt, de quibus hic.*

60 *Minor si consulte ac justam & honestam causam sibi, aliquis*

aliis qui utilem donationem fecerit, restituendus non est, secus alias.

¶ *Minor ergo regulariter donare non potest: fallit in casibus de quibus hic in num. 60.*

61 *Tutor, curator, vel prælatus an possit alienare sine decreto Mutendina & alia bona sita juxta flumen obnoxia inundationi.*

62 *Bona immobilia minorum possunt alienari sine decreto, quando pater vel testator id justit: item quando minor in suo testamento cavit rem scilicet suam immobilem certo pretio vendi, ut in num. 63.*

64 *Minor vel ejus tutor aut curator, an possit vendere vel alienare prædium sine decreto, quod testator jusserat vel promisit vendere, & num. seqq.*

65 *Tutor, qui emit rem a patre minoris defuncto, potest eam sibi tradere absq; alia solemnitate.*

67 *Pacti formalis venditionis expresse pretio & aliis conditionibus, & pacti infirmi de vendendo differentia.*

68 *Alienatio legalis vel hypotheca facta a jure inducta bonorum immobilium minoris valet sine decreto.*

69 *Minor an possit bona sua immobilia alienare sine decreto pro redimendo testatore vel consanguineo a carcere vel captivitate.*

70 *Fideicommissum reciprocè inter fratres minores remitti potest, & super eo transfallie fieri, nec competit restitutio.*

71 *Minor, qui veniam ætatis impetravit, an bona sua immobilia alienare possit sine decreto.*

72 *Juramentum minoris 25. annis, supplet defectum decreti judicis.*

73 *Consuetudo, quod in alienationibus rerum immobilium minorum non intervenial decretum judicis, valet.*

74 *Bona minorum possunt alienari ob ea alienum: & quæ requisita sunt tunc servanda, num. 75.*

76 *Bona immobilia minorum possunt alienari propter utilitatem ipsorum.*

77 *Domus paterna vel avita minorum alienari non potest, sed requiruntur plura, de quibus num. 82. & 83. & 84.*

78 *Venditio prohibita trahitur ad omnem alienationem rerum majorum.*

79 *C. 21. lib. 3. regum addocetur.*

82 *Monumenta majorum ad alios transire impium olim ducebatur.*

85 *Minor restituitur adversus adjectionem ab alio factam in re majorum suorum.*

¶ *Servi minorum, an & quando alienari possint.*

CAPUT V.

De prohibita alienatione bonorum immobilium minorum per tutores vel curatores facienda.

1 TUTORES,† vel curatores non debent alienare bona immobilia minorum, nisi ad solvenda debita patris minoris defuncti, vel ad fororem minoris matrimonio copulandum, vel ob matrimonium ipsius, vel ob aliam justam causam, cum aliter fieri non possit: & tunc id facere debent cum judicis decreto, non tamen debet judex consentire, ut domus patris, aut, in quo ipse minor natus fuit, ullo modo alienetur, si hoc evitari possit: Idem in servis ab antiquo servientibus in domo patris: hi enim utiles esse solent, conscique sunt bonorum defuncti: qui autem damnosi esse possent, vendi poterunt, pretiumque eorum in utilitatem minoris converti debet, ita decidit *l. 18. tit. 16. partit. 6.*

2 In textu † Regio in principio, ibi, *Non deuen los guardadores dar, ni vender, ni enagenar ninguna de las cosas de el huerfano que sea rayz*, de hoc agitur late *in toto tit. C. & ff. de rebus eorum, & C. de prad. & aliis reb. min. l. lex quæ tutores, per totam practicam in ver. venditione tutoris, C. de administr. tut. l. 4. tit. 5. partit. 5.* ubi excipit eum casum, scilicet, *quando los fuesse tan gran menester que no pudiesan alcançar, o por gran pro de los menores*, idem etiam habetur *in leg. 60. tit. 18. part. 5.* ubi quod in casibus debet fieri, con otorgamiento del juez, dellogar andando la cosa publicamente en almoneda tres vezes. *Vale se pueda la forma de la certa de venta para que el comprador pueda ser seguro de lo que comprare, y el guardador del huerfano se guarde de yerro*; quas leges allegat bene macretam declarans Antonius Gomez, *secundo tomo, cap. 14. de restit. min. num. 13. per totum cum sequentibus, & Pet. Duennas in regula 81. ampliat. 5. & reg. 187. num. 4. & Calid. Perez Asinreperuntur leges ficuratores cum habeant, an pariter contractum faciat, num. 1. cum fequentibus. C. de in integrum restit. minor. habentur in tradi. de restitutione in integrum, 2. parte. pag. 1145. & Petrus Surdus de alimentis, tit. 8. prælud. 15. in princip. & per totum, ubi plurima alias extant, & Molin. Tractatu 1. parte. de justit. & jur. tract. 2. disputat. 224. columna. 1287. versic. 2. immobilia, & columna seq.* ubi nonnullas causas legitimas refert.

Quod adeo procedit, † ut tutor alienans rem immobilem minoris sine decreto judicis sit in dolo, & minor potest in tali casu contra eum in litem jurare, *ita Plotus in tractatu de in lit. jur. §. 3. num. 3.* 3

Inferens † idem esse in administratoribus civitatis vel 4
universitatis, absq; solemnitate alienantibus bona communia, *Roland. a Valle consil. 40. num. 58. lib. 1. Cavalcan. de tutor. & curat. num. 125. & 126. ubi alias refert, & Petr. Surdus consil. 28. num. 61. lib. 1.*

Quomodo † autem debeat fieri subhastatio, & de ea 5
constare, agit Joannes de Platea *in leg. 1. num. 2. C. de fid. instrument. & jure hastifical. lib. 10.* & de solemnitatibus ad hanc venditionem necessariis Gregorius Lopez *in dicta lege 4. tit. 5 partit. 5. Angles, con muy gran sabiduria, & glos. seq. & Decius consil. 423. num. 21. & seqq. optime, & late Rolandus a Valle consil. 33. per totum, lib. 2. & dicit pregone que se han de dar y en que manera, Monterroso in sua pract. 7. f. 1. & 2. fol. 144. ad fin.*

Et valet † consuetudo minuens has solemnitates, se- 6
cundum Rocc. de Cort. de consuet. sect. 5. num. 27. fol. 33. in parvis, ubi alias refert.

Et an, † & quando hæ solemnitates & earum temporis 7
præsumantur intervenisse, vel non, egit latissime Mascard. *de probat. 3. tom. concl. 1305. num. 6.*

Alienatio † igitur rei immobilis minoris facta sine ju- 8
dicis decreto, vel absente curatore est nulla, & minori nullum parat præjudicium, *leg. fin. §. fin autem, C. si propter quæ pensio. dicit. leg. 2. lex quæ tutores, in vers. venditionem tutoris nulla, C. de administr. tutorum.* Unde restitutio non est necessaria, quia minor servatur ipso jure illæsus, *leg. in causa §. Pomponius ff. de minor. Bald. in l. 2. C. si adversus vendit. Calcaubr. supra 4. num. 1. per totum.* Et quod tales alienatio, & in solutum data absque decreto prætoris sit nulla, Decius *d. consil. 423. num. 11. & sequentibus, Alexander consil. 53. visis columna. 2. volum. 3. Corneus consil. 92. volum. 4. & consil. 71. quod non valet. volum. 3. Petrus Duennas in reg. 181. versic. decretum, ampliatione 2. & 4. Rolandus a Valle dict. consil. 33. num. 21. & sequenti, vol. 1. & hos referens Cavalcan. de tut. & cur. at. num. 125.*

Ubi quod hoc casu minor, † & ejus hæres, ne dum pos- 9
sunt agere contra emtorem, sed etiam contra quoscunque possessores universales & singulares, *per textum in leg. magistratus, §. si ut alienum, & §. manet. ff. de reb. eorum, & Roman. consil. 321. in causa propositæ consultatio. Paris. consil. 100. volum. 1. & Paulus de Castro consil. 105. n. 2. in 2. par.* ubi ponit remedium utilius, & forman libelli contractum rescindendi, *& Decius consil. 303. num. 19.*

Eadem ratione † (& hæc erit prima ampliatio) pote- 10
rit minor non solum rem sic alienatam, sed etiam fructus universos vendicare, si non bona fide emtor fuisse, qui emit, constiterit, text. est expressus *in leg. 2. si quis eorum. min. esse, & c. & leg. si prædium, C. de præd. min.* Igitur si emtor bonam fidem habuerit, non restituet necessa-

tio fructus omnes, quos perceperit, ut constat *ex d. l. 2.* & deducit Doctor Covar. *lib. 1. variar. resolut. cap. 5. num. 6. ad fin.* & Caldas Pereyra, *ubi supra, dicto numero 1. in versiculo, si denique.*

11 Ubi quod † dicitur possessor bonæ fidei, ubi nescivit rem minoris esse, & quod si didiceriit, & sine decreto eam emerit, judicatur malæ fidei possessor, ut fructus cogatur restituere, nec ulla capiendi conditionem habeat, *ut in lege 1. C. si quis ignor.* Eandem resolutionem in emtore rei ecclesiæ vel minoris omissis juris solemnitatibus, † ut teneatur omnes fructus restituere, jure late probat, & sequitur plures allegans; ut veriorem, & crebriorem Octavianus Cach. *in decisione Pedemont. 159. numero 1. & 2. & 10. ad finem*, quem nos retulimus, & lequuti fuimus, *consilio 6. numero 91.* sed intelligi debet in emtore male fidei, secus si sit bonæ fidei *per jura adducta.*

13 Et in dotalibus quoque fructus † in hac specie ab emtore malæ fidei æstimandi quoquo fiant, tu quamvis possessor factus sit locupletior, licet contendat sine, *secundum Covarruviam dicto capite 3. numero 6. ad finem*, ubi, quod neque discrimen ipse aliquod constituit in specie *dicti leg. 2. Si quis ignor.* an ita, a quo tandem evincitur, sit primus, qui à minore emit, an qui ab hoc emtore minoris emerit. Utrumque enim par ratione teneri ad fructuum restitutionem existimant, quamvis Carolus Molin. *in consuetudinem Paris. §. 22. numero 14.* conatus fuerit, maximum inter hos differentiam adnotare, de qua per eum in: qui mi sententiam Covarruviæ veram intelligo, si ita mala fide emtoris, alias secus, *ut in leg. bona fides 45. in principio, & §. incipiat. nec interest. ff. de acquir. rer. dom. quam ad hoc cum dicto Pedemont. ubi supra, num. 13.*

14 Error † tamen juris bonam fidem producit, sufficientque ad id acquisitionem fructuum rei minoris, vel alterius extitulo minus solemni, quia titulus nullus, vel putativus error o juris, etiam injusto causarius, bonam fidem producit, quæ ad præscribendum sufficit, ubi titulus non est ad præscriptionem necessarius, *ut in lege ejusdem §. post it. ff. de liber. & post. & in capite per venit, de rest. & vendit. nov. Innoc. col. unic. 2. an versiculo, item nota, quia licet error: & illustrius etiam ibi, quem refert & sequitur Felinus in capite de quarta, numero 34. de præscript. & in capite cum contingat, numero 5. de restitut. idem tenet Bartolus in lege Cæsar, numero 17. versiculo diximus, ubi etiam Paulus de Castro columna 1. ff. de usucap. & in consilio 44. columna penultima. libro 2. sequitur D. Covarruv. in 1165. possessor, in 1. parte §. 7. num. 5. versic. 2. Ancisus. & Rubeus consil. 75. num. 4.* ubi post Bald. Barbat. Alex. & & Jas. concludit, ex justis causis inducit bonam fidem, dicens hanc esse communem opinionem, prout eos refert, & sequitur decis. Pedemont. *supra citatam, num 5.* dicens, etiam esse hanc communem conclusionem, & quod licet ad præscribendum dubitabilis sit, attamen quoad fructuum acquisitionem indubie dicitur procedere, secundum Imol. *in cap. fin. colum. 4. de præscript.* & alios, quos ibi refert bene id probans, esseque etiam communis, ut plures allegans affirmat Doctor Covarruv. *lib. 1. variar. resol. cap. 3. num. 3.*

15 Hocque † multo magis verum esse, ubi cum errore juris admixtus quoque esset error facti: tunc enim error juris bonam fidem produceret, non modo sufficientem ad fructuum acquisitionem, sed etiam ad præscriptionem. *Bald. in dicta lege Celsus, in quarto notabili, numero 22. post alios quos refert, & Covarruvias dicto libro 1. variar. resolut. cap. 1. numero 8. versic. potest etiam, & dicta decisione Pedemontana 159. numero 9. ad finem*, ubi *num. 10.* hoc limitari existimat in emtore rei minoris, viro prudenti, & sagaci, quia is non excusatur à fructibus ob bonam fidem ex errore juris causatam. *secundum Asetin. consilio 17. columna 1. versiculo præterea, alia ratione, & Grammat. decisione septuagesima septima, numero 7. & 8.*

Hinc moderni † Paris. *in consil. Paris. §. 22. numero 32.* 16
dicunt, excusari emtorem à vera mala fide, si adsint verisimiles conjecturæ ignorantiæ juris ex qualitate emtoris, aut ex qualitate venditoris, quia erat forte vicinus ætati majoris extra tutelam & curam, & forte uxoratus, qui industrioleres suas per se exercebat, *leges 1. & 2. adversus vend. veniam ætatis impetraver.* & non apparet in aliqua circumventione, vel fraude procedente ab emtore: His namque, vel aliquibus ex his, aut aliis similibus concurrentibus bonus judex æstimare potest, emtorem coruisse dolo, & mala fide, quamvis injure erraverit, & ejus sacramento stare, & hic non condemnabit eum ad fructus, nisi post litem contestatam, maxime si sit persona fide digna, *sequitur Bald. in dicta lege Celsus, numero quæstionis tertio, in fine, ff. de usufructu, quæ refert & sequitur decisio Pedemontana prædicta 159. numero 10.* ubi, quod si non sit persona fide digna, tunc probabitur error juris ex qualitate facti, & personarum juxta practicam, quam tradit Bartol. *in l. non fatetur, numero 12. ff. de confess.*

Sed & quod † prædiximus, errorem juris bonam fi- 17
dem producere, quoad ad quisitionem fructuum, procedere velim intelligas in titulo causato ex errore juris non resistentis, nec assistentis: secus vero in errore juris expresse resistentis actui sive contractui, quia talis titulus non causat bonam fidem, sed potius malam, & ideo erranstenetur ad fructus, *ut in lege 1. C. de fideicommissorum, & jure habita ff. calle, lib. 10. & l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. libro 11.* Ita notabiliter declarat Bartol. hic intelligens prædicta *jura & cap. quæ contra jura, de regulis juris, in 6. cui lege, §. scire, numero 4. ff. de petitione hereditatis*, quem refert & sequitur Fel. *in cap. cum causam numero 27. de restitutis. post alios quos citat, & Parisius in cap. si diligenter, numero 27. de præscriptis.* ubi limitat non procedere in persona simplici, vel quando iuis esset dubium: ita quod talis titulus non sit sufficiens ad acquisitionem fructuum, est etiam textus *in lege jubemus, §. sane ubi l. C. de sacrosanctis Eccles. & in dicta lege 1. C. de fideicommissorum, & l. & in cap. si quis presbyterorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis*, eandem doctrinam Barto. sequuntur plures relati per Doct. Covarruv. *dicto lib. 1. var. resol. 5. num. 1.* ubi profitetur, eam esse communem quam etiam sequitur, late eam jure probans, & alios allegans *d. decisio, Pedemont. 159. numero 11. cum sequentibus*, ubi specificat in emtione rei minoris, non solenniter factæ, quia lex ei expresse resistit, eamque irritam declarat, *ut in dicta l. lex, quæ tutorem C. de administrat. tut. & supra latius resolvimus*, & ita procul dubio censeo tenendum, tametsi glossa *in dicta leg. 2. versiculo suum bona fide, C. si quis ignorans rem suam &c.* contrarium teneat in his terminis rei minoris emtoris erranti in jure, ob solemnitates non servatas, quod faciat fructus suos, quæ ibi commendant Baldus & Salycetus, & si similis *antiqua, quæ in §. finali. in glossa final. ff. de publicis in rem act.* eandem etiam notabilem dicit Jason. *in lege prima, §. si vir, numero 22. ff. de acquirenda possessione Curtius Senior, dicto consilio 72 columna sexta, in fine post Joannem de Platea in lege 1. quartonotabili, C. de prad. dentur, non alien. libro 10. & Laurentium de Rodulf. in repetitione capitis fine, 12. quæst. in penult. quæst.* quos in hoc citat, non tamen sequitur decisio Pedemont. *prad. 159. n. 2.* sed veriorem esse existimant D. Covarruv. *dicto libro 1. variar. resol. capite 3. numero 8.* addens pro ea Innoc. Anchar. & Imo. *d. c. ad nostram, de rebus Ecclesiæ non alien.* & conantur respondere juribus in contrarium adductis, ut procedant & intelligantur, & locum habeant, cum possessor malæ fidei fructus percipit, sed cū d. jura absq; ulla hujus rei distinctione loquantur, *ut fatetur ibidem ipse Covar.* profecto non

non video, qualiter hic intellectus gravissimi viri subsistere possit: Nec obest, quod sit ab omnibus receptum, bonam fidem ex juris errore ortam sufficere ad fructuum acquisitionem, cum hæc recepta sententia procedat tantum in errore juris non resistentis, nec assistentis: secus vero in errore juris expresse resistentis actui, vel contractui: quia talis titulus non causat bonam fidem, sed potius malam, & ideo merito talis errans tenetur ad fructus, ut bene probatur in juribus supra citatis: Et hoc est, quod habet nostra communis sententia, quam defendimus adverss. glossat. & sequaces.

18 Nec † placet distinctio quorundam in proposito intelligentium, prædictam communē sententiam ut procedat, quando jus ita resistit, ut rem prohibeat regulariter alienari, sicut in prohibitione alienationis rerum ecclesiæ contingit, *ut in dicto capite si quis presbyterorum, & in decisione dictæ legis quemadmodum, C. de agricol. & censitor. libro 11. cum simil.* secus vero, ubi & si jus resistat, permittit tamen rerum alienationem certis adhibitis solemnitatibus: sicut apparet in alienatione rerum minoris: item in donatione inter virum, & uxorem, *tenent Arct. in leg. quod uxor. ff. de acq. possess. Curt. dict. consil. 72. num. 8. ex glos. in dict. l. 2. C. si quis ign. rem. minor.* Utroq; namq; casu resistit contractui, & tandem res est alienari prohibita ex juris regula, nisi alienetur eo modo, quo jure statutum est: Constat etenim alienationem rerum minoris factam absque juris civilis solemnitatibus tertiam esse ipso jure, *ut supra probavimus*, sicut rerum Ecclesiæ, inter quarum rerum alienationes parum discriminis est quoad effectum: Et ita merito prædictam distinctionē impugnavit D. Covar. *dicto libr. 1. cap. 3. num. 8. versiculo ceterum opinio.*

19 Illud tamen † observatione dignissimum censeo in proposito, quod minor, vel alius debitor, qui bona non servatis servandis alienata cum fructibus recuperat, vel petit, sive vendicat, tenetur pretium solutum, si conversum fuerit in ipsius utilitatem, vel pecuniam debitam, cum legitimo interesse restituere creditori, omissa disputatione, alias per doli exceptionem repelli potest. *ex textu in lege prædiorum 10. & in lege utere 14. & lege si prædium 16. C. de prad. & aliis rebus minor.* qui text. loquuntur in minoribus vendicantibus prædia sua alienata citra decretum judicis. Tenentur namque, si eis opponatur, sortem vel pretium cum usuris restituere: item & sumtus meliorat prædii, *ut in dictis juribus, & ibi Doctores.* Et hoc, si pretium versum sit in utilitatem minoris, alias secus, ut ibidem expresse probatur, & tenet alios allegans Rolandinus à Valle *consilio 60. numero 31. libro 3.* Et in hac causa locum habere potest æquitas *leg. ennavit, C. de adl. emt.* quam ad hos terminos citat Franciscus March. *decisione 21. in fine, quem refert & sequitur Robuff. de restitutione, articulo 1. glossa 3. numero 31. & decisione Pedemont. præcitata 159. numero 16. ubi numero 13.* refert ita condemnasse senatum in specie, de qua ibi. nempe, declaratis actis exequutionis nullis, condemnavit possessorem conventum ad restitutionem bonorum cum fructibus à die traditionis, actore prius solvente quantitatem debitam cum legitimo interesse, quod cum fructibus facta omnium liquidatione proportionabiliter compensari mandavit, sequutus ea, quæ scribit Jaso. *in §. actionum, numero 137. cum sequentibus, de actionib.* id, quod observant, & jubere solent iudices superiores in his Regnis, cavendo censum annuatim solvi ad respectum quatuor decim pro militario, & compensari cum fructibus, *secundum Doctorem Azevedo in lege finali, numero 127. titulo 21. libro 4. novæ collectionis Regiæ:* Ex quibus in utroque casu remanet probata nostra prætata observatio, nempe, in minoribus vendicantibus res suas immobiles absque decreto iudicis alienatas, & in aliis debitoribus petentibus res à se

per exequutionem perperam, & absque juris solemnitatibus sublatas cum fructibus. Utrisque enim hoc petentibus opponi potest per emtores vel creditores deli mali excepto pro solutione pretii soluti, conversi in utilitatem minoris, vel debitæ sortis cum usuris, hoc est, inter esse licito, & sumtibus melioramentorum, & quod hoc solvatur ante omnia, & subeatur cum fructibus prædictis compensari, & eorum liquidationem fieri: Quod procedit, quoties alienatio, vel exequutio ejus nulla: tunc enim, ut vidimus bona sic alienata capta, jubentur restitui cum fructibus soluto debito, cum interesse prædiorum ante omnia, compensando tamen cum prædictis fructibus: Secus vero † ubi quoties exequutio est valida, 20
& pro tali confirmatur per judices superiores, licet ipsi ex gratia soleant in eadem sententia jubere, quod solvente debitore debitum, pro quo exequutio fuit facta, cum expensis ei restituantur bona capta; quia tunc restitutio non fit, cum ex gratia potius, quam ex rigore iustitiæ hæc sententia feratur, *ut probavimus libr. 2. pract. quæst. 101. num. 2.*

Sed ad hoc, † ut superiora procedant, requiritur ne- 21
cessario, quod opponatur de pretio non soluto, & sic intelligantur parte opponente, *ex his, quæ notat † ja. in dicto §. actio. nu. 134. & seq. Inst. de actionib. post alios, quos refert, & Dec. consil. 219. num. 1. & 2. & consil. 248. num. 2. Affuit. decis. 220. num. 4. & 5.* Et hæc est crebrior sententia, *secundum Octavian. Cachet. 2. decis. Pedemont. 15. num. 17.* ubi dicit, tuisse concludum, audiri posse ex tertem, si de pretio non soluto non opponatur: Et de prædictis late egemus *lib. 2. practicarum quæstionum, ad fin.*

Secundo † principalis ampliatur conclusio, nostra l. 22
Regia *11. 12. 13. part. 5. cum simil.* ut procedat etiam in patre tutore vel curatore filii emancipati: adhuc enim is pater non potest res immobiles filii alienare sine decreto & licentia prætoris in calibus à iure permissis, *ut in l. si pupillorum, §. si pater ff. de reb. eorum, & ibi notant Bar. Bal. & communiter Dd. text. in l. cum emancipatus, C. de præd. min. & ibi Dd.* est communis sententia, *secund. Ant. Gom. d. 2. tom. cap. 13. de resolut. min. num. 23. in vers. quod primo extende, & enumerem in 1. 48. Taur. nu. 18. ubi secundo qui à eo casu, sequitur plures referens: Panel. in 1. 1. in 3. part. n. 21. C. de bon. mat. & Cal. Pereyr. ubi supe. n. 43. pag. 145. an fin. & col. 2. in fin & col. sequen. prine.*

Non tamen procedit in patre legitimo administratore filii sui tam. Hic namque pater ex causa iusta, & necessaria & à iure permissa potest vendere & alienare rem immobilem sui filii minoris 25. annor. absque decreto & auctoritate iudicis, *secundum Ang. in sum. C. de bon. quæ lib. num. 11.* cujus opinionem plures allegans testatur esse communem & tenendam Antoni Gom. *ubi sup. ut probat.*, tametsi contrarium opinionem cum Salyc. & Ja. dicat esse veriorem in puncto iuris: Eandē communem sententiam sequitur Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 395. n. 1.* communem esse profitetur plures allegans D. Covarr. *lib. 1. var. resol. c. 3. n. 6.* & Arrias Pinel. *ubi sup.* ubi eam dicit esse receptissimam, & quod secund. eam iudicatum vidit, & licet *n. seq.* fundet opinionem contrariam Salyc. & aliorum, quos ibi citat, nihilominus tamen *n. 22.* dicit, quod à communi sententia non recedit, eamque defendit atq; probat. Eandem plures referens sequitur Cald. *ubi sup. o. 3. vers. sin autē* dicens, quod licet hæc sententia Azonis communis sit, & ab ea in iudicando non sit recedendum, contrarium verius videtur ex iuris principiis cum Joa. Crot. *in l. frater à fratre, n. 22. ff. de condendo* & Ant. Gom. *ubi sup.* & quod ita in illo Regno Portugalliæ videtur iudicatum attenta l. Reg. illius contra Azon. sicut in Burgund. affirmat Cassanæus *in consuet. Burgu. rubr. 6. 2. 5. n. 4.* & tandem Caldas *ubi sup. in vers. at si*, inquit, quod si quis à sententia Azon. & communi recedere non audeat, intelligenda est, quando pater, imminente re

alieno, aut alia simili vergente causa alienavit, ac vendiderit. Nam si voluntarie vendidit, nihil aget, & hanc causam probare debet emptor, *secund. Papet. ubi sup. num. 23.* ubi quod in hoc non est standum relationi patris, asserentis ex causa necessaria pro solvendis debitis alienasse, quam sententiam verissimam arbitratur Caldas *ibidem*. Cautius tamen erit emptori, ut decretum judicis intervenitat ad fugiendas opiniones.

23 Tertio † ampliatur conclusio nostræ legis Regiæ, ut non tantum bona minoris propria, & patrimonialia sine decreto judicis alienari prohibeantur, verum etiamsi sint emphyteutica, ut eam probat Alvar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst. 1. num. 22.*

24 Quarto † ampliatur, ut neque etiam res minoris immobiles in emphyteusin dari possint sine decreto, & debita juris solemnitate, *etiam, C. de prædiis mind. hâc pecunia, §. sciendum, ff. de rebus eorum. Abbas in cap. nulli, de rebus Eccles. non alien. Alexand. consil. 46. libr. 3. Antonius Gomez ibi secundo tom. 2. cap. 14. num. 142. in vers. 7. & Molina Theologus de iustitia & iure, 2. part. 2. tract. disputat. 224. colum. 1391. versic. iudicis decretum*, ab eo, quod judicis decretum necessarium est ad emphyteusin, & constitutionem usufructus in proprio prædio, aut ad alienandum usumfructum minoris constitutum in alieno prædio: Videndæ quæ vis alia servitute reali, *lege, si fo pecunia, & si ius, cum sequentibus, ff. de reb. eorum, & leg. ult. C. de reb. alien. non alien.* Et ita quoque res libellaria, *secundum Paris. consil. 85. num. 6. 7. 8. 9. 12 & 25. volum 3. Menoch. consil. 29. num. 17. volum. 1.* & hos referens Cald. *ubi sup. num. 3. pag. 1143. col. 2.* ubi quod neque redditus annuos super bonis suis potest constituere, quoniam hi inter immobilia connumerantur, de quo alibi egimus, an scilicet inter immobilia connumerentur. Nihilominus tamen, quicquid sit in hoc, hanc ultimâ ampliationē de redditibus annuis non constituendis sine decreto prætoris à minoribus, vel eorum curatoribus probo. Addit Paris. *dict. num. 9. & Alvar Valas. de iure emphyt. quæst. 35. num. 3.* quod neque è converso minor potest accipere prædium ad libellum sine debita solemnitate, quibus suffragatur text. *in leg. 1. §. fin. cum leg. sequenti, ff. de reb. eorum.* Sed contrarium in hoc versus esse probat Cald. *ubi supra dict. num. 3.* quia cum causa sit lucrativa, nihil obstat, quominus minor in emphyteusin pretium accipere possit sine decreto, quamvis si læsus fuerit, poterit restitui, in quam partem inclinat Alva. Valasc. *dict. quæst. 35. num. 4. & 5.* & libenter amplectitur Caldas, *ubi sup.*

25 Quinto ampliatur, † ut curator quoq; tutoris prædium, seu alia bona immobilia absq; decreto alienare non possit *l. 2. C. de curator. furios. l. interdum, §. qui tutelam ff. de furt. l. ab agnato, & l. ult. ff. de curat. furios.*

26 Sexto ampliatur, † ut non modo decretum sit necessarium, quando venditur res, cuius minor est verus dominus, sed etiam, quando est quasi dominus, *l. magis puto, §. si pupil. ff. de reb. eorum, ubi glos. Bar. Alb. & alii communem firmant. Ant. Gom. 2. tom. c. 19. de restit. min. ante num. 14. & alios referens Cald. ubi sup. num. 8.*

27 Septimo ampliatur, † ut neque res immobilis minori possit remitti absq; decreto, neq; eedi actio, quam minor habet ad rem, quia de actione idem est judicandum, quod de ipsamet re, *per text. in l. 8 ad resolvendam, C. de prad. minor. Ant. Gom. dicens communem, d. n. 14. & alios allegans Cald. ubi sup. n. 7. Gr. Lop. in d. l. 18 tit. 36. p. 6. in gl.*

28 Octavo ampliatur † præfata regula in omni alienatione, unde permutari res minoris absq; decreto non potest, *ut in l. non solum, C. de prad. min.* neq; hereditatem dividere minor absq; decreto potest, *l. cum pater, §. hereditatem, ff. de legat. 2* neq; locare ad longum tempus, *l. sed si pecuniā, §. fin. ff. de reb. eorum*, neq; transigere, sine decreto, *d. l. non solum & l. cum ii, §. transactionis. ff. de transact.* nisi ex transactione res esset apud minorem remansura, *Lasi in l. 2. n. 4. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Pinel, in leg. 1. 5. parte, C. de bon. mater. n. 46. Cald. ubi supr.* neque compromissum a minore vel eius tutore, & curatore fieri potest super re immobili absq; decreto iudicis, quia est quædam translatio, *l. non distinguemus, §. Iulianus, ff. de arbit. & ibi Bart. & communiter Dd.* & in terminis ita tenet Baldus *in l. 1. num 3. C. si adversus transact.* quem sequitur Ant. Gom. *d. cap. 14. num. 14. & 15.* Id verum intelligens, quando virtute transactionis minor redderet alteri rem immobilem: secus vero si ipse retineret eam data pecunia adversario, quia valet sine decreto, *iuxta gl. in l. 2. de offic. eius, &c.* quam ibi adhuc summe notant, & commendant Bart. & communiter Dd. sequitur alios allegans Cald. *ubi supr. pag. 1147. sub n. 7. vers. 4. & versic. 5. & superest ea sequitur Molina Theologus ubi supra.*

29 Ex quo sequitur, † quod super re, quæ potest alienari sine decreto, bene valet & tenet compromissum absque decreto, si fiat cum tutoris vel curatoris auctoritate, *glos. finali, in principio, in leg. 1. C. si adversus. ut ausult.* loquens in transactione, quam sequitur ibi Bartol. Baldus, Salyc. & ceteri, & inquit Baldus hos procedere etiam in compromisso. & Molin. Theol. *de iustitia & iure, 1. part. in 2. tract. disputat. 224. column. 1391. versic. iudicis decretum.*

30 Eo tamen casu, † quo valet compromissum absque decreto prætoris, si minor ex eo lædatur, poterit in integrum restitui, *secundum Anton. Gomez, dict. 2. tom. c. 14. de restit. min. num. 1. in fin.*

31 Tutor autem † vel curator in claris compromittat, & transactionem facere non potest: aliàs tenetur, si non fecerit prius solemnia, sed tantum id facere poterit absq; solemnibus in casu dubio, *ut per Caval. de tutor, & curator. num. 15. cum sequent.*

32 Sed an patet † legitimus administrator filii compromittere possit, vel transigere super adventitiis filii, agit latissime Arias Pinel. *in l. 1. 3. part. num. 44. cum seqq. C. de bon. mater.*

33 Nono † regul. prædicta principalis nostræ *l. 18. tit. 16. part. 6.* ampliatur, ut procedat, etiamsi alienatio esset evidenter utilis minori, ut puta fundi sterilis, *l. si fundus, ff. de reb. eorum, l. magis puto, §. si ex alienum, ff. eod. tit. glos. in dict. leg. si fundus. verb. movere, & in leg. ob ea alienum, C. de prad. min. glos. 1. ibi, quod non placet*, quam opinionem excepto Angel. & paucis quibusdam ceteri omnes sequuntur, *secundum Joann. Oroz. in leg. 2. num. 10. ff. de officio eius*, & dicit communem Jaso. *ibi, num. 9.* & eam defendit Matthæus de Afflictis *decis. 57.* dicens secundum eam nemine differente fuisse iudicatum, *sequitur eam Cald. ubi supra, num. 14. pag. 1151. column. 1. versicul. quæ tamen*, ubi agit de rescissa Ecclesiæ, sequitur plures referens Petrus Surdus *in tract. de alimen. tit. 5. privileg. 55. num. 1. pag. 299.* pulcre Capicius *decision. 115.* concludens, majorem partem dominorum fuisse in ea sententia, quod venditio non esset confirmanda *Rodoan. in tract. de reb. Ecclesiæ, non alienan. in rubr. de constit. annus census, num. 31. folio 103. Follar. in pract. censual. §. iuxta modo, num. 40. fol. 153.*

34 Unde licet, † quando pupillus fame laborat, possint vendi bona sua pro eo alendo, *iuxta glossam primam, in lege ob ea, C. de prad. min. argumento leg. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt*, & illam gloss. dicit esse notandam Bart. *in authent. ita, qua circa finem, C. communia de legat.*, & communiter approbatam Padilla *ubi numero 21. & alios allegans Petrus ubi supra, numero 2.* nihilominus tamen adhuc erit necessarium judicis decretum, *ut late probat, ibi Surdus, & in numer. 3.* hoc intelligit, quando necessitas patitur iuris solemnitates servari, secus si adeo urgeat, ut non patiatur dilationem, aut moram: Et ita est tenendum, tametsi glossa *in dicta lege secunda, verb. vanssa coquita, in fine, ff. de officio eius* contrarium

rium velit indistincte, imo quod fundus sterilis possit vendi sine decreto, quam sequitur Curt. Iunior. *ibi n. 12. post Angel. & Martin. Laud.* sed non est vera per suprædicta, & communiter reprobatur, *secundum Paul. de Castr. ibi num. 2.*

35 Decimo † ampliatur eadem iuris regula, ut neque res immobiles minoris hypothecari possint sine decreto iudicis, *ut in l. si pupillorum, §. primo. ff. de rebus eorum, ubi, quod si decreverit alienandum vel obligandum pupilli prædium. & ibi, si pupillus dederit res pignori permissa prætoris, & paulo post, ubi, si parens inter se liberos an prætor adeundus sit, si obligare velit? magis est, ut debeat, & in versic. sequent. ibi si prætor tutoribus permisit vendere: & illi obligaverint, vel contra, an valeat, quod actum est, & mea fert opinio, cum, qui aliud sentit, quam quod a prætore decretum est, nihil egisse. leg. penultima, C. de his, qui venum erat. imperat. & tenent Antonius Gomez. 2. tomo, capit. 14. num. decimoquarto, & Gregorius Lopez. in lege quarta, titul. 5. partit. 5. in verb. enagenar las cosas, & alii Doctores communiter secundum Mol. Theologum, de institia & iur. 1. part. tractat. 2 disputation. 224. col. 1391. versic. iudicis decretum.*

36 Quod nedum † procedere videtur, quando minor hypothecaret rem simpliciter suam, sed etiam eam, quam emit, pretiumque non solvit. Pro eius namque solutione hypotheca non tenebit, quamvis ex pacto à venditore res sit vendita, & tradita, *iuxta textum in l. 5. §. si minor. ff. de reb. eorum*, cuius verba hæc sunt, *si minor 25. annis emerit prædia, & pretium solverit, essent pignora obligata venditori, nonputo pignus valere etiam ubi dominium quæsitum est minori, capit non posse obligari*, per quem textum ita in terminis tenet & late probat Caldas, *ubi sup. pag. 1148.* Et procedit textus ille, sive ipse minor, sive etiam eius tutor sit, qui emit nomine tantum minoris, *secundum Goz. ad conf. 15.*

Cuius textus decisio sic intellecta mirabilis quidem & peregrina est, ad complures iuris regulas, *ut ex Cumano, Tiraquel. & Pinel refert Caldas, ubi supr.* adeo, ut pro solutione & intellectu Cumanus crediderit, textum illum loqui, quando illud pactum fuit appositum, ex postfacto aliquo ex intervallo, quam sententiam coloratam dicit Alciatus *in leg. si tibi pecuniam, ad finem, ff. si cert. pet.* sed nihilominus improbat hunc intellectum Caldas, quia textus litteram violat, & licet in se verus sit, quoad illum tamen tex. nullatenus convenit: siquidem loquitur eo casu, quo in ipso contractu venditionis fuit reservata hypotheca, *secundum Pinell. quem refert & sequitur, ut prædiximus.*

Quare tenendo hanc subampliationem huius decimæ ampliationis Cald. *ubi supr. in versicul. nobis vera*, addicat iurisconsulti decisionem sic intellectā potius subtilem, quam rigorosam, & quod fundatur in iuris principiis vulgatissimis. Nam si tempus, quo res venditur, consideratur, pignoris obligatio contrahi non potuit ante rei traditionem, quoniam eo tempore vendens adhuc erat dominus rei, quæ sibi obligari nequivit, *ut in l. nec pignus ff. de reg. iur.* si vero consideretur tempus, quo res fuit minori data, & sic quando iam erat in eum translatum dominium, pariter pignus teneri non potuit, quia res minorum, sicut alienari, ita neque hypothecari possunt sine decreto, *ut probatissimus sup.* Ergo non est mirum, neque rigorosum (*inquit Caldas*) quod ipso casu respondit Iurisconsultus Ulpianus, nullam contrahi hypothecam.

Sed quicquid dicat Caldas, ego teneo contra eius intellectum, ad textum *in d. §. si minor*, nec non etiam contra suam subampliationem, & sic, quod hypotheca pro solutione pretii rei immobilis relevata, ex pacto venditoris tempore venditionis & traditionis eiusdem rei factæ in favorem minoris, vel tutoris, aut curatoris, eius nomine teneat, optimoque iure valeat, argumento text. *in leg. licet, C. qui pot. in pig. hab. cui consinati. 30. tit. 13. part. 5. & eorum, quæ diximus in nostra sup. 8 iuris allegatione*, tum etiam, quia tempore traditionis rei sui potest quis apponere quæcunque pacta, & conditiones, iuri non repugnantia, in tempus futurum, quo sua esse desierit, ut transeat cum illo onere, *iuxta ea, quæ adduximus cons. 1. & 2.*

Tertio, hanc eadem nostra sententia efficaciter comprobatur ex late adductis per eundem Cald. *ubi sup. d. n. 9. versic. 2. unde infertur usque ad finem d. n. 9. pagin. 1148. ad fin. cum sequent.* ubi pluribus hinc inde adductis resolvit cum veriori & æquiori sententia plurium contra alios.

Quod licet minor, † sive rem tutor, immobilis sine 37
decreto alienare non possint, neque rem sui tutor vel curator possit facere pactum de retrovendendo rem immobilem ab illis emtam ex intervallo, *ut in d. l. si, ad resolvendam, C. de prad. min. amplius gl. & tradit latissime Tiraquell, de retract. convent. ad finem tenet. num. 1.* cum ipso tamen contractu possunt pactum de retrovendendo, & aliud pactum apponere *text. in leg. cum ea, § si filium familias, ff. de pact. tradit copiose Tiraquellus, ubi sup. n. 2.* & comprobat Lasiart. *de decim. vendit. in addition. ad c. 14. nu. 40. titul. 33. column. 3.* per quem textum idem in prælato ecclesiæ, vel alio administratore resolvit, *folio 334.*

Similiter etiam adducit Caldas, quod magis communis sententia, *in cap. cum. de foro competit. contra Innocent.* eandem habet, † quod valeat pactum resolutivum 38
contractus contra ecclesiam, vel minorem ementem, *secundum Pinell. in 1. 2. part. num. 35. fol. 111. column. 2. post medium, cum seq. C. de bon. mater.* Si hæc igitur ita se habent, quæ ratio quæso differentiæ assignari potest in proposito inter hypothecam rei emtæ tempore venditionis, & traditionis, eiusdem rei constituram, & inter partes conventam pro securitate resolutionis pretii, & pactum de retrovendendo, per resolutorium contractus eodem tempore appositum & conventum, quare hypotheca sine decreto non valeat, cetera vero pacta iure subsistant? nulla prorsus. Non igitur recte dici potest, textum *in dict. l. 5. §. si minor. ff. de reb. eorum*, loquentem in hypotheca, esse limitandum in pacto retro resolutorio, vel simili, ut hoc valeat sine decreto hypotheca vero non. Quinimo utrumque procul dubio valet, dummodo tempore venditionis & traditionis rei apponatur; quandoquidem iuri non repugnat, *l. ut fateatur ibidem Caldas*, quod quis rem suam cum vendit, legem pacti aq; apponat ad libitum, dummodo bonis moribus non repugnet, *ut in l. pacta, & in l. leg. C. de pact. cum vulg. text. ubi notant omnes in l. 2. C. de pact. inter emt. & vend.* Quamobrem cum semper res mea possim apponere pacta & legem mihi placitam, circa eiusdem rei revocationem non est mirum, quod minor emens, remaneat illa lege contractus & pactis obligatus, antequam sit effecta sua. Ergo idem servandum est in pignore, vel hypotheca à fortiori: siquidem minoris præiudicii est hypotheca minori, quam pactum de retrovendendo, vel resolutivum contractus, ut patet evidenter. Ergo, &c. Nec Caldas contrarium dicens in pignore, vel hypotheca, ullam rationem reddit sui dicti, pressus auctoritate, vel potius difficultate, *d. l. 5. §. si minor*, intelligendo eum text. in pacto hypothecæ tempore venditionis, & traditionis ipsi rei immobilis constitutæ iuxta suam opinionem. Quod quidem verum non est, sed falsum, *ut statim dicemus.* Ergo & differentia prædicta iure non procedit, sed in utroque casu dicendum est, pactum, tam hypothecæ, quam retrovendendi, vel resolutivum contractus, tempore traditionis rei appositum, valere absque decreto, quoniam tunc nondum res effecta erat minoris, sed cū ipso pacto, vel hypotheca effecta fuit sua, & nō alias, nec

alio modo. Ergo apponi potuit, & valet sine decreto, eo
38 casu, quod qui eam rem minori, vel eius tutori, vel cu-
ratori, quod qui eam rem non vendere. Ergo & simi-
liter cum ex hypotheca vel pacto vendere: cum aliter
alias vendi fuit, nisi hypothecam retineret. Autigitur
tota venditio non debet valere, quod minime est dicen-
dum. Aut cum sua hypotheca omnino valere debet, ne
fraus fiat venditori contra eius expressam voluntatem,
& conditionem contractui appositam.

39 † His igitur sic veritissime constitutis, ac probatis, re-
liquum est, ut dissolvamus difficultatem textus *in dicta*
lege 1. §. si minor ff. de rebus eorum, cuius verba supra cita-
vimus, & quidem verus & literalis intellectus illius tex-
tus est, quem supra retulimus ex Cumano & Alciato,
nempe, loqui in pacto hypothecæ appositio, ex post fa-
cto, aliquo exinde valio, ut patet, ablque ulla violatione
literæ, ex illis verbis textus, ubi assignatur ratio scilicet:
nam ubi dominium quæsitum est minori, cœpit non
posse obligari: ergo si dominium fuit quæsitum mino-
ri, quando hypotheca fuit adiecta & constituta, iam erat
prius pacta res vendita minori, vel eius tutori aut cura-
tori tradita, nimirum ergo, quod minor dominus effe-
ctus non possit rem illam obligare sine decreto, quia
iam simpliciter, pure, ac libere effecta erat sua: ex ratio-
ne autem textus, alterius ve cuiusque dispositionis tan-
quam animæ ipsius intellig & declarari debere eius præ-
cedentem dispositionem, perspicuum in iure est. Id
quod latissime probavimus *lib. 3. pract. quæstion.*
19. num. 18. cum pluribus sequentibus. Accedat etiam pro
elucidatione huius veritatis talis consideratio, nempe,
quod in præcedenti decisione text. *in d. §. si minor*, nul-
lum verbum reperitur, quo constet hypothecæ pactum
appositum fuisse tempore venditionis, & traditionis
rei, sed potius contrarium ab ordine literæ, dum prius
dicitur ibidem, *si minor 25. annis emerit prædia, & postea*
(hoc est) facta iam venditione dicatur, & quoad pretium
solverit, est pignori obligata venditori. Quod evidentius
sit ex ratione statim assignata iam supra relata, scilicet,
nam ubi dominium quæsitum est minori, cœpit non
posse obligari: ergo dominium quæsitum erat iam mi-
nori, quando obligatio prædiorum fuit adiecta sive
constituta. Quinmo à contrario sensu probat expresse
text. ille, quod antequam dominium per traditionem
rei quæratur, minori poterit obligatio & hypothecæ iu-
re optimo constitui absque decreto, quia cum eo pacto
& obligatione tibi quæritur dominium, & non alias, ne-
que alio modo.

Superest igitur, tantum abesse, quod textus ille
probet opinionem Caldas, ut potius sit expressus ad versus
eam, & in nostrum favorem. Præterea remanet ex præ-
dictis, quod textus ille conformis est sic literaliter in-
tellectus omnibus aliis iuris regulis, non vero terribilis,
neque rigorosus cum in effectu probet, quod perfecto
iam contractu ex post facto, obligatio, sive hypotheca,
vel aliud pactum apponi non possit sine decreto, cum
res sit iam minoris, vel Ecclesiæ, ut fatetur & alias iure
probat Caldas, *ubi supr. nu. 9. ad fin. versic. quæ conclusio*,
dicens, hoc casu procedere & verum esse, quod dixit
Cuman. intelligens in hac specie loqui *d. §. si minor*, quod
ipse Cald. superius improbavit. Est namque non solum
verum, sed etiam verissimum & conforme literæ, & ra-
tioni dicti textus.

Non etiam obest confideratio duplicis temporis e-
iusdem Caldas supra adducta in contrarium, nempe
temporis, quo res venditur, & quo fuit minori tradita.
Nam esto in utroque videatur obligationem prædictam
constitui non posse, omisit considerare alterum me-
dium tempus habile ille auctor, hoc est traditionis eiuſ-
dem rei, quo proculdubio, ut probavimus, quæcun-
que pacta & leges bonis moribus non repugnantia ap-
poni possunt, & sic remanent dilata fundamenta
contraria, & omnis difficultas pacata ac veritas illuci-
data.

Undecimo † principaliter ampliatur decisio nostræ 40
l. 13. tit. 16. part. 6. ut procedat, etiam si minor non alie-
uet de patrimonio, sed remittat, vel renuntiet, & deli-
nat acquirere aliquam rem immobilem, in qua est sibi
quæsitum dominium ipso iure ut legatum vel fideicom-
missum sibi relictum, *text. est in l. magis puto, §. fundum,*
ff. de rebus eorum, & ibi gloss. communiter Dd. Ante, Gom.
lure 2. num, variar. resolutorum capit. 14. num. 14. ubi solvit
difficultatem text. *in l. qui etiam, §. 1. ff. quæ in fraud. cre-*
dit. qui videbatur contrarius, est etiam communis, *se-*
cundum Mol. Theol. de iustit. & iur. 1. part. 2. tract. disput.
224. col. 1301. in princ. ubi quid, quando actio aut debitum
esset alternativa de re immobili, aut certa pecunia,
prout debitor magis velit.

Duodecimo † eadem regula ampliatur, ut non mo- 41
do procedat in bonis immobilibus, aliisque, quæ servan-
do servari possunt, *l. lex quæ tutores, Cod. de administrat.*
tut. sed etiam in pecunia destinata ad emtionem immo-
bilium.

Licet † enim pecunia regulariter sit de his rebus, quæ 42
servando servari non possunt, *ut inquit gl. in l. 1. §. si fuit*
quæstum, verbo, necessaria, ff. ad Trebell. quam ibi sequun-
tur Dd. idem sentit gloss. & ibi Bartol. in l. interdum, ff. de
condit. and deb. Barto. in l. potest pupillus, ff. de auctorit. tut.
refert plurimos Tiraquell. de utroque retr. alle. tit. 1. §. 1. gl.
7. n. 107. cum sequentibus, ubi *num. 105.* inquit, quod hæc
est communis sententia, & probat late alios allegans
Caldas, *ubi sup. num. 11. versicul. pecunia autem, pagina*
1260. columna 1. ubi respondet *d. l lex quæ tutores, C. de ad-*
ministratione tutorum. ibi, aurum argentumque, & quic-
quid vetustatem temporis, ne obstet supradictis, scilicet,
quia ibi loquitur quoad actualem & non fructuosam
conservationem, sed ad hoc, quod pecunia afferat utili-
tatem, secundum eum usum, ad quem destinata est, di-
citur de rebus, quæ servando servari non possunt, ut o-
mnes concludunt, ex quo non est necessarium decre-
tum in eius distractione, *secundum Roderic. Suarez. in*
tit. de las arras, nu. 67. Est communis, *secundum Tiraqu.*
ubi sup. nu. 105. ubi refert plurimos, eosque sequitur Boer.
decision. 209. num. 4.

Attamen † quando pecunia est destinata ad emenda 43
bona immobilia, reputatur immobilis, *l. 3. §. quid ergo. ff.*
de contrar. & util. ant. alienat. ubi ita dicitur. Quid ergo
si de re pupillari non potuit sibi solvere, quia erat depo-
sita ad prædiorum comparationem; siquidem non po-
stulavit a prætore, ut promitur pecunia, vel hoc minus
deponatur, sibi imputet. Probat igitur expresse textus
hic, quod pecunia destinata ad prædiorum emtionem,
sine decreto non potest creditori satisfieri, & sic aliena-
ri, per quem textum ita in terminis tenet, & probat ali-
isq; pluribus fundamentis Palat. Rub. *in repet. sub. ile do-*
nat. inter virum & uxorem, §. 31. num. 6. in fin. & refert
quatuordecim auctores huius opinionis, Boerius *decis.*
209. num. 5. & plures citat Antonius Gabr. *libr. 3. com-*
mun. opinion. conclusione 12. de probat. sub nu. 20. qui *nu-*
meris sequentibus refert plures distinctiones diversorum
auctorum in hoc. Idemque est, si pecuniarum magna sit
quantitas, quia ab immobilibus non differant, *ut per*
Boer. ubi sup. & Greg. Lop in l. 14. tit. 11. par. 4. gl. 20. & ad
fin. ultra Palat. Rub. ubi supra eandem principalem con-
clusionem ex *dict. §. quid ergo*, probatam tenuerunt alii
plures, quos refert Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. gl. 7. n. 106.*
cum seq. ubi ad idem citat tex. *ant. si cherus, §. 1. ff. de legat.*
3. ubi probant, quod nunc reponi, ut mutuo dentur, nō
comprehenduntur in legato mobilium; de cuius textus
intellectu in 2. parte, dum loquitur & contrarium pro-
bat in nummis repositis prædicti causa. Plura adducit Cal-
das,

das, *ubi sup. d. n. 11. per totum*, ubi etiam plura cumulat in
comprobationem superioris conclusionis, probat ex *d.*
§. quid ergo, ad idem l. si fundum, ff. de legat. 3.

44 Hinc † Alberic. *in 2. parte statut. quæst. 205. item quæro*
duas pulcras quæstiones scripsit, quod ex statuto dispo-
nente, mulierem, quæ superstes est marito, ei succedere
in dimidia parte bonorum immobilium, ea habere de-
bet dimidiam partem eius pecuniæ, quæ deposita est ad
comparationem prædiorum, *per leg. & pœna sunt, §. quod*
ergo. ff. de aur. & argent. lega. l. granaria, ff. de aut. emt.
quem si quis videatur barbat. in Rubric. de reb. eccles. non
alien. sub n. 192. in vers. & in quantum.

45 Verum † his omnibus non obstantibus ego contra-
rium in eis, & verius & communius esse censeo, teneo,
& probo, imo quod pecunia destinata ad comparanda
bona immobilia non mutet qualitatem, neque tale tan-
tam pecuniæ, nec immobilium naturam assumat, & ide-
o absq; decreto possit alienari. Idq; sequentibus ratio-
nibus & fundamentis.

46 Primo, † ex communi sententia supra relata, quæ ha-
bet, pecuniam esse rem mobilem, & de his, quæ servan-
do servari non possunt, quam usus amplectitur, licet
contraria sit verior, *ut inquit Caldas, ubi sup. dict. num.*
12. citans pro contraria Pinell. *in l. 1. in 2. parte, num. 22.*
C. de bon. matern. & Rimin. al. dan 6. 2. pollitur. quib. se alle-
gna. licet, num 74 cum sequentibus. Sed communem sequi-
47 tur & communem quoque profitetur Mantic. *de conject.*
ul. volunt. libro 9. titu. 2. num. 2 fol. mihi 202. ad fin. & tit.
3. num. 2. fol. 205. Vnde † etiam mobilibus legatis contin-
netur pecunia, etiam cambiis tradita, *secundum Arian*
Pinell. in d. l. 2. part. n. 44. ubilate rellringit & declarat
Mantic, *d. tit. 3. n. 2.*

48 Secundo, † quia pecunia etiam destinata ad emtio-
nem prædiorum, vel redditum, res mobilis censetur,
secundum communem sententiam, quam communem
ex utroque latere Doctoribus profitetur Boer. *decisione 209. num. 1. cum sequentibus, & Post. supra in d.*
§ sed si paravit, & cum eis Mantic. titul. 3. num. 7. & re-
fert alios Tiraquell. ubi sup. num. 108. & Mar. Socin. Iun.
consilio 120. versic. non obstat modo, volumine 1. Anton.
Gabriel, ubi sup. num. 20. in princ. limitat Mantic. *ubi sup.*
num. 3. ut procedat, quando mobilia simpliciter, seu
generaliter, sine certi loci adiectione sunt legata: secus si
mobilia alicuius loci relicta sint, veluti domus, vel quæ
sunt in domo: tunc namque non intelligitur legata pe-
cunia, quæ fœnori vel negotiationi illi est parata, quoniam
ibi est ad tempus, non causa prædicti, vel perpetuæ cu-
stodiæ, *dict. leg. si fundus, & leg. si domus. §. 1. & leg. si tale*
gatum est. ff. de legat. 3. Eandem sententiam veriorem &
communiorem arbitratur Caldas, *ubi sup. num. 12. in*
princ.

49 Nec obstat illatio † & opinio Alber. de qua supr. quia
contrarium voluerunt Iac. Rabin. Rayn. Baldus, Angel.
Imol. Florian. Alexand. Franc. Aret. & Ias. *in dict. l. cete-*
ra, §. sed si paravit ff. de legat. 1. nempe, eam pecuniā non
haberi pro immobili, neque dimidiam eius partem u-
xori cedere, *prout eos refert Tiraquell. ubi sup. num. 108.*
in quam sententiam sibi stipulatur Arctin text. *in dict. l.*
3. §. quid ergo, qui est principale fundamentum prioris
partis, ibi namque (inquit ipse) quod illa pecunia solo
iussu iudicis potest in aliam causam converti, non ta-
men requiritur in ea decretum iudicis, neque toť sole-
mnitates, quot in alienatione rei immobilis minoris,
quem textum etiam pro hac parte citat Alexand. & alii
medio adducit. *ut per Boer. d. decis. 209. n. 3. & 4. ibi, certe*
imo 16. alios, ubi etiam citat plures auctores tenentes con
tra Alber. *ubi sup.* & contra eum tenet Caldas *d. num. 12.*
vers. ceterum, col. 1. citans alios, ultra quos idem probat &
sequitur cum aliis Castellus *in d. l. 6. Taur. in glo. la Rayz.*,
dicens, q; sufficit confuetudo, quod mortua uxore mobi-
lia

Doctor-

Doctores, teste Gregorio Lopez. in dict. leg. 18. in gloss. del nullius. Ita etiam voluit Ioannes, quem refert glossa, *vers. com in bona, in l. unic. C. si adversus dot.*, ubi Iacobin. dicit esse communem sententiam, *teste Caldas, ubi supr. num. 25. ampliat. 2. pag. na 115. ubi citat Roderic. Suarez. eidem tenentem.*

Nec † etiam bona immobilia mulieris minoris 25. 52
ann. dotem promittentis, possunt expresse obligari sine decreto iudicis, & cum curatore, nec tacite remanent hypothecata, ut probat & resolvit Antonius de Pauo *in tractatu de pignor. 4. membr. 2. part. n. 74. & 75.* ubi quod respectu aliarum rerum, quæ alienari non sunt prohibita per minorem, potest puella minor se dotare moderate absque curatore & decreto, *ut in l. 1. C. si adversus dot.* & quod tunc in consequentiam oritur tacita hypotheca.

Idem est † in donatione pp nuptias, *ut ind. l. lex, quæ* 53
tutorum, ibi, vel in donationem propter nuptias, l. fi. C. si mater fuit. &c. Est communis sententia, *secundum Cald. ubi sup.* Et quamvis Salyc. *in d. l. fina. & in l. præsata, C. de præd. min.* velit communem hanc ultimam sententiam hodie non esse tenendam, quia minor ut ea dotem tenetur 54
† dotationem propter nuptias facere, *auth. dot data, C. de donat. ante nupt. ubi gl. & Dd.* quo casu, cum alienatio sit necessaria, inquit ipse, cessat decretum, *ut in leg. 1. C. de præd. min.* Hodie etiam hoc cessat, quia iure Regio ad id minime compellitur, ex quo Suarez *in 111. de let. 41. var. n. 61. cum seqq.* firmat, arrhas hodie minorem non posse sponte promittere sine decreto: liquidem voluntariæ sunt non necessariæ, nisi illas constituat ex bonis, quæ servando servari nequeunt, *refert & sequitur Cald. ubi supra.*

Decimo quarto † amplistur præfata regula, ut pro- 55
cedat etiam quando minor vel eius administrator vult alienare rem immobilem ad pias causas. Ita voluit Abb. *in c. in præsentia. de probat. n. 10.* quem ibi defendit Dec. *n. 31.* Et est communis, verior, & communior opinio, *secundum Cald. ubi sup. n. 15. pag. 1173. col. 2.* ubi cum Isa. & Dec. fateri oportere dicit, non requiri decretum, quando minor ingreditur monasterium, tunc enim bona accessorie, non principaliter, alienantur, sed in consequentiam personam sequuntur, & proinde quasi alienatio legalis & necessaria decretum non exigit.

Sed † quis iudex erit competens ad interpositionem 56
decreti in prædictis casibus, & aliis, quibus id necessarium sit, utrum iudex loci originis, an loci domicilii minoris, an potius loci, ubi res alienanda sita est? In quo respondemus, quod si tutor aut curator datus à iudice loci domicilii, aut originis universalis sit, quia de omnibus bonis minoris datus est indifferenter, pertinebit interponere decretum ad iudicem loci originis, aut domicilii, & ad iudicem loci, in quo res est sita, & quicunque interponat, sufficit de prioribus duobus, nempe, iudicibus loci originis, & domicilii. Habetur in *l. magis puto, §. illud quari, ff. de reb. eorum.* Quod vero spectet etiam ad iudicem loci, in quo res sita est, textus expressus *in l. iudicem loci, C. de præd. min.* Consentit communis Doctorum sententia, quam refert & sequitur Anton. Gom. *d. cap. 14. n. 17. & Mol. Theolog. ubi sup. col. 1392. vers. dubium est, in 1. parte, de iustitia & iure, 2. tract. disp. 224.*

Donare tamen † res immobiles, etiam iudicis de- 57
creto, est prohibitum minoribus viginti quinque annis, *l. fi. §. cum autem, C. si mator fact. alien. rat. hab. ibi, neque cum decreto*, quam extollit Paulus de Castro *in l. fi filius, nu. 2. C. de inoffic. donat. Suarez allegatione 20. num. 7. cum concordant. per D. Octavian. Simoncell. in tractatu de decret lib. 1. & 2. in princip. Sfortia Oddus in tractatu de restitutione in integrum, part. 2. quæstion. 55. artic. 1. num. 2. in 2. parte tractatuum, de in integrum restitutione, pagina 713. col. 1.* Res namque immobiles minorum non possunt alienari, nisi ex iusta causa, *l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum*, quæ iusta causa in donatione dari non potest, *l. non omnis 16. C. de administratione tut.* Hinc inquit Paulus *cons. 1. 468. nu. 3. vol. 1.* quod solemnitas, id est, auctoritas tutoris, & iudicis, nihil prosunt, quando actus non pertinet ad utilitatem minoris, *l. tutor ad utilitatem 23. de administr. tut.*

Quod procedit † etiam in donatione remuneratoria, 58
ut verius esse censet, & probat contra Roman. & Isa. Caldas, *ubi sup. n. 19. pag. 1156. colum. 2.* nisi merita essent aliàs obligatoria.

Res † tamen mobiles, quæ servando servari non pos- 59
sunt, (de quibus *in leg. lex, quæ tutores. C. de administr. tutorum.* bene potest minor donare, & merito iure valere talem donationem, probat lex *secunda. C. si adversus donat. ibi, in aliis vero rebus, & dicti leg. fisilius, & ibi notant Paulus & Areti. nus, C. de inoffic. test donat.* Quod procedit, nedum, quando is minor tempore donationis tutorem non habebat, sed etiam si illum haberet, & sine eius auctoritate donaverit: adhuc namque mero iure valet donatio, ut cum Petro Barbosa probat & tenet Caldas Pereyra in dicta leg. scriatores habentes in parte, contrarium fuisse, *num. 53. Cod. de in integrum restitutione minor. inter tractatur restitutione in integrum, 2. tomo, pagina 1160. column. 1. & 2.* quod non probo, *ut infra dicemus, c. 8. quæst. 2. num. 15.*

Imo si † minor consulte, ac in causam iustam, & ho- 60
nestam, sibique alioquin utilem, eam donationem fecerit, seu gratuitam renuntiationé, restituendus non erit, non enim dici potest in hoc minor circumscriptus, quod præcise ad concedendum minori in integrum restitutionem requiritur, sicque intelligendus est textus, *C. si adversus donat.* ut optime considerat Corneus *consilio 30. num. 8. & 11. volum. 1. & alios allegans D. Molin. de Hisp. primogen. lib. 2. cap. 1. num. 32.* ubi quod sic est intelligendum, quod dixit Dec. *consilio 280. num. 4.* quod scilicet contractus donationis factus à minore firmetur iuramento, quod etiam repetit idem Dec. *cons. 281. nu. 4. quem refert & sequitur Anton. Gabr. libr. 3. communi. opin. titu. de iure dotium, conclusione 1. num. 21.* Et quod in donatione nulla laesio considerari possit, & ideo adversus eam non detur restitutio, tenet plures allegans Sfortia Oddus, *ubi supra dicto articul. 1. num. 12.* Idem probat Molia. Theolog. *de iustitia & iur. disputat. 373. columna 2119. versicul. si minor aliquid*, dicens, quod minor non censetur laesus, ac proinde non potest petere restitutionem, si donaverit ex iusta, rationabili, & utili causa, ut si donatio sit remuntiatoria, commensurata obsequiis & beneficiis receptis, aut sit sponsalitia largitas, moderata attenta qualitate personæ ac quantitate patrimonii, & consuetudine regionis iuxta communem opinionem, quam ibi refert post Anton. Gom. *2. tom. variar. cap. 14. num. 1. colum.*

Si vero à filiis minoribus seu maioribus pauperibus, nihil, quod unde se alant, habentibus, nec ex causa sibi utili, nec etiam pia, nec religiosa, id ex facilitate actum fuerit, secus erit, *secund. Mol. ubi supra n. 39.* & utrumque probavimus & sequuti sumus *in repet. auth. sacramenta pub. n. 118. C. si adversus vend.* ubi alios auctores in idem citavimus. Vtrumq; etiam probat Sfortia Odd. *ubi sup. artic. 2. n. 16. 17. & 19. pag. 714. col. 1.*

Sit igitur regula generalis, quod minor non potest donare, etiam cum auctoritate iudicis & præsentia curatoris, *ut in dict. l. fin. §. cum autem, C. si mator fact. ex l. 1. §. si non mortis, ff. de tut. & rat. dist. & per D. Octav. Simoncell. & Sfortiam Oddum, ubi sup.* qui *d. art. 1. n. 3. cum sequentibus*, septem casibus id limitat, & præcipuus est in donatione iurata, *ut per ipsum ibi, art. 2. per totū*, & articulis sequentibus, an restituatur adversus donationem factam piæ causæ, vel ex causa remunerationis, vel propter nuptias, vel ex causa mortis: minor tamen 25. ann. si bona habeat Castrensia vel quasi Castrensia legitimo pollens iam usu rationis, potest ea donare, quia de peculio castrensi vel quasi castrensi potest ad libitum disponere, donare, & testari, sicuti in vita patris, ita & post mortem patris, quia in his filius vivente patre censetur esse paterfamilias, *sta frater Ludovic. Lop. in suo instrum. negotiantium, lib. 2. cap. 59. in versicul. adde ultimo, columna 485. cum seqq.* dicens hoc esse de mente Sylvest. *vers. peculium 1. quæst. 3.* & est communis, *secundum Emanuel. Rodric. in summa. 1. part. cap. 98. num. 7.* & præbendæ Ecclesiasticæ habentur loco peculii quasi castrensis, *l. sacrosanct. Cod. de sacrosanct. Eccles. & dicemus infra 2. part. c. 32. n. 4.* Similiter non procedit d. regula in casu, de quo supr. *in prime. huius n. 60.*

Nunc ad † limitationem regulæ iam supra ampliatæ 61
descendamus. Et primo quidem *regula dict. l. 18. tit. 16. part. 6.* limitatur per graves Doctores, ut non procedat in molendinis, & bonis sitis iuxta flumen obnoxiis inundationi: ea namque tutor, vel curator, aut prætatus potuerunt alienare sine decreto, *sta Angel. ubi Fulgos. idem commendat in l. non solum ff. de pets. hered. & Rup. in l. quo minus, num. 182. in fin. ff. de flumin. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, §. 18. num. 9. de donat. inter virum & uxorem, Rubeus cons. 158. columna 1.* ubi id extollit, & inquit, neminem contradicere, & refert alios Tiraquel. *de utroque retrait. situl. 1. §. 1. gloss. 7. num. 92. & 93.* ubi, quod huiusmodi molendina computantur inter mobilia, ex quibus videtur, hanc esse communem sententiam, quam ut communem probat Paulus *in l. 2. ff. de offic. eius*, & Iacob. de Nigris *ibi n. 11. teste Cald. ubi sup. n. 10. in princ. pag. 1154. col. 1.*

Sed hoc alii Doctores verum intelligunt in illis molendinis, quæ instar navium super flumina meant, ac veluti ambulant, cuiusmodi multa sunt in Ligeri flumine, & in Pado, *ut refert Bartol. in l. quo minus. in 18. quæst. ff. de flum.* & in Tiberi, ut commemorat Paulus de Castr. *in l. fluminum, in principio, circa med. ff. de dam. infect.* Hæc namque rebus mobilibus aggregantur, *ut expressum dicit Rip. ubi sup.* ubi ex hoc dicit ea contineri legato mobilium, posseque alienari à tutore, & prælato, sine solemnitate: tametsi alia molendina, quæ tanquam domus in terra, aut in ripis fluminum fiant, illisque adhærent, sint immobilia, *ut satis ex se patet, & voluit Bald. in capit. contingit, columna penult. versicul. quæro, numquid mola, de dol. & contumac.* ubi plus dicit, molas ipsius molendini non esse mobilia, sicuti neque regulas domus, quamdiu illi sunt applicitæ, quia una contignatio est. *l. eam, qui ædes, ff. de usucap.* & idem Bal. *in l. certi, colum. 2. sup. 4. quæst. vers. quid si molendinus, C. loc. at.*, tradit, molendinum esse prædium rusticum, quem sequitur Isa. *in d. l. quo minus, in 19. quæst. in fin. & Rip. ibi n. 126.* & refert Tiraq. *ubi sup. 2. num. 92.* ubi *num. 94.* refert diversas consuetudines locorum quorundam, eandem distinctionē servantes, Arias Pinelli, *in l. 3. part. n. 28. C. de bon. mater.* inquit, se non dubitare, priores Doctores, qui tenuerunt, molendina posita iuxta flumen, obnoxia inundationi, posse sine decreto alienari, errasse, & tenet contra eos, quia peculium, quod illi Doctores considerant, erit ex causa decreti, quod necessarium est in alienatione immobilium, etiam si talia sint, ut illis carere expediat, *l. magis puto, §. si ex alienum, & l. si fundus sterilis. ff. de reb. eorum.* Et quod ideo causa iusta ad has alienationes non sufficit sine auctoritate iudicis, ut constat ex illis iuribus & aliis, quæ ibi citat. Idem tenet Caldas, *ubi sup. versicul. quæ tamen.*

Petrus autem Surd. *in tractat. de aliment. tit. 8. privil. 43. folio 299. num. 4.* priorem opinionem Angeli & sequacium intelligit, quando periculum est in mora, ita quod non est tutum exspectare solemnitatum omnium cursum, quia textus *in d. l. non solum*, quo movetur Ange. loquitur de rebus, quæ mora perituræ sunt, & hoc casu evitabimus (inquit ille) dict. Pinelli, *ubi sup.* quæ sustineri possunt, quando periculum non est in mora, sed ei status patitur dilationem. Addit etiam Angel. non dicere, posse alienari huiusmodi molendina sine solemnitate, sed solum posse alienari, & quod ideo non mereatur simpliciter reprehendi à Pinello.

Quid tenendum? Ego præfatam distinctionem supr. in versic. *sed hoc alii Doctores* supr. relatam teneo ac probo, quia vera & iuridica mihi videtur ex ib. dict. nec admitto intellectum Petri Surd. supr. relatum, quia censeo, raro, aut nunquam verificari posse eius dictum, & declarationem: siquidem nullum periculum ita repente contingere potest, quin locus sit observandis iuris solemnitatibus. Quod si ipsum adhuc contingat, quis quæso emere vellet rem illam tam gravi periculo expositam? Quod si adsit emitor, & non sit tutum exspectare concursum omnium solemnitatum, alienatio fiat, salvè præcedente summaria causæ cognitione de prædicto periculo, & cum decreto prætoris, & hoc modo medebitur tali morbo.

Secundo † principaliter limitatur regula nostræ le- 62
gis Regiæ, quando pater aut testator iussisset testamento, aut codicillis, ut res immobilis minoris heredis vendi deretur sine decreto, *ut in l. 1. versicu. præterea, ff. de reb. eorum, ubi, nisi id, ut fieret, parentis testamento vel codicillis caverint, & ita tenet Dec. in c. in præsentia. n. 33. de probat. & alios plures refert Cald. ubi sup. n. 15. pag. 1155. colu. 1.* ubi cum Isa. *in l. 2. n. 8. ff. de officio eius*, ampliat, etiamsi testamentum sit imperfectum *per l. final. ff. de reb. eorum quod latius prime probavit Anton. Gomez. 2. tom. cap. 14. n. 16. & novissime Molin. Theologus, 1 parte, de iustitia & iure, secundo tractatu, disputatione 224. col. 1392. in vers. quando pater.*

Similiter † Doctores probant, quod quando minor 63
in suo testamento heredi suo mandat, rem certo pretio vendere, non requiritur decretum iudicis, quos refert Cald. *ubi sup. d. num. 15. in principio*, ubi quod hæc limitatio non sibi cum indicio, sed imo incepte videtur ab scribentibus inventa: siquidem hoc casu res minoris venditur post eius mortem, & heredis, non autem minoris res distrahitur, *ut in l. 1. Institut. de hered. qualit. & diff.*

Tertio † limitatur prædicta reg. secundum Tiraq. *de* 64
iur. marit. gl. 8. num. 154. fol. 322. ut minor aut tutor illius possit sine solemnitate decreti alienare prædium, quod testator iussit, vel promisit se venditurum, vel stipulanti spoponderit, quia hæc alienatio huiusmodi est, quæ necessario ex voluntate testatoris dimanat. *d. §. 1. & l. magis puto, § si pupillus, & l. ult. ff. de reb. eor. l. 1. & l. præsatum, & ibi gl. Faber, & alii, & quando decret. opus non est*, quod late prosequitur Bart. Bald. Aret. & alii recentiores *in l. qui Romæ, §. quo heredes ff. de verb. oblig.* ubi probatur, non esse necessarium decretum, quando defunctus rem iam alienaverat, quia eo casu illa alienatio necessaria est, & pupillus magis exsequitur paternum contractum, q novum ineat alienationis, ideoq; decretum non est necessarium, quod plurib. confirmat Tiraq. *ubi sup. n. seqq.*

Ad † idem est singularis textus *in l. fistulas 78. §. primo,* 65
ff. de contrahend. emt. ubi tutor, qui emit à parte defuncto, potest sibi rem tradere absque alia solemnitate, quia præcedentem contractum exsequitur, non vero quidquam de novo facit, ex quo minus recte sensisse videtur Alciatus *in l. singularia, ff. si cert. per.* dum censet, textum illum specialiter procedere in tutore, pupilloque herede patris, siquidem text. ille ex communi Doctor. interpretatione generaliter procedit in quocunque

que extraneo heredè, per regulam *d.l. magis puto, §. si pupillus, & per leg. 3. C. quando decret. opus non est, & per legem 2. C. si adversus venditionem pignor. secundum Caldas Pereyra, ubi supra, num. decimo sexto, ad finem, & num. 17. pag. 1155. colum. 2.* ubi idem comprobat in curatore pupilli, & allegat alios Dd. & respondet ad textum *in leg. 1. §. fiat quæsitum, ff. ad Trebel.* ubi tutor non potest sibi quartam solvere, aut detrahere: quod illo casu secundum Bald. *in l. cum ipse, ad fi. C. de contrah. emt.* posset tutor detrahere, sibique auctorare pupillo nocere ex eo, quia quarta non erat liquida, neq; certa, de quibus ibi, quod secus est in casu dictæ legis, *fistularum*, §.

66 Nihilominus † tamen præfatam limitationem Tiraquel. in promissione testatoris de vendendo falsam arbitratur, Caldas *ubi supra, dicto n. 17. in verficulo, quod nos, pagina 1156 columna prim.* quia aliud est vendere, aliud promissio de vendendo: Ille enim, qui vendidit, contraxit, quia solo consensu venditio perficitur, quod si non tradit rem venditam, id minor facere potest, quia in exsequitione consistit. Ceterum si solum præcesserit promissio de vendendo à patre, vel auctore pupilli facta, non vero venditio, minor cuius heres promissionem prædictam adimplendo magis de novo contrahit, quam præcedentem contractum exsequitur, ac proinde non bene arguit Tiraq. *ubi sup.* ab aliis iuribus, qui solum exsequtionem contractus minori permittunt, in qua nulla læsione à minore contracta, interceditur, sed omnimoda necessitas, quam non licet variare, verfatur: quod in promissione de vendendo non procedit, in qua si à defuncto pretium non fuit taxatum, nemo inhibitor in eo taxando posse minorem decipi, aut lædi: quod si fuit taxatum, forsan ei magis expediet interesse solvere, quã rem ipsam vendere: quod iudicis ac tutoris arbitrio & auctoritati relinquendum est. Quo circa cum hoc casu minor interesse præstans liberetur, sicuti defunctus liberari poterat. Respondendum est, vendere minorem non posse sine decreto contra Tiraqu. *ubi supr.* eiusq; limitationem. Quodsi venditio à parente celebrata sit, atque omnino perfecta, absque traditione, tunc minor procul dubio rem venditam à patre tradere emtori poterit sine decreto, quia magis contractum paternum exsequitur, quam denuo contrahat. Ita tenet Cald. *ubi sup. d, n. 17.* cuius opinionem probo. præterquam quando à patre facta fuit promissio de vendendo certo pretio convento & stabilito: tunc namque contrariũ censeo. Imo quod minor, vel eius tutor vel curator possit rem illam tradere emtori saluto pretio absque decreto, quia verũ est, magis contractum paternum exsequi, quam de novo contrahere: sicut quando celebrata fuit venditio à patre. Hæc n. duo æquiparantur ex his, quæ subtiliter consideravit Lasarte de Mol, *in tract. de decim. vendit. c. 17. n. 42.* ubi probat, quod si venditionis pactum formale sit ex-

67 pressũ pretio, conditionibus, quibus expressa † quoque res vendenda erit, non solum sit, & iudicetur pactum de vendendo, sed vera, propria, ac pura venditio, statim illis verbis contracta, in hunc modum: *promitto tibi vendere illam domũ, hu & huiusmodi designatam, mille aureis ita solvendis, & his conditionib. & pactis*, & tu in idem placitum consentias, dicasque, *te recepturum & emturũ eandem rem, dicto pretio, pactis, & conditionib.* Iecus autem dicendum fore, si pactum fiat informe, veluti si paciscamur, *quod tibi vendam illam rem, & tu emas*, non autem conventum fuerit de certo pretio: isto namque casu solum pactum de vendendo fit, non venditio, & quamvis Lasarte *ubi sup. nu. 41. cum seq.* aliud teneat. & probet, imo quod pactum de vendendo, etiam formale non sit, pura & statim contracta venditio, quia vere partes non vendunt, sed promittunt vendere, quæ res valde differunt, ut patet. Hoc quidem verum est, & procedit quoad non solvendam gabellam & interitũ rei ad emtorem non pertinet, dum, quousque vere & realiter pure venditio ipsa celebretur, seu res tradatur, ut tenet idem Lasarte, & nos quoq; probavimus *in nostro tractatu de Gabellis, quem constituimus super lib. 9. nov. collectionis Regiæ.* Ceterum quoad obligationem & vinculum, quo tenetur promittens vendere certo pretio ium constituto, ac conditionibus de pactis, & hinc inde inter contrahentes placitis, & stipulatis, & per consequens eius heres, proculdubio nulla differentia est inter venditionem, & prædictum pactum formale de vendendo, ac proinde poterit minor tradere sine decreto eam rem à patre promissam vendi certo pretio, & conditionibus ac pactis inter partes constitutis.

Nec obstat, quod poterit expedire magis minori solvere interesse, quam rem vendere: quia si hoc ita contigerit, poterit auctoritate tutoris seu curatoris hoc interdere, remque non tradere, de quo hic non quæritur, sed tantum, an possit rem tradere, & promissionis pactum formale à patre factum adimplere absq; decreto, & defendimus posse cum Tiraq. & veriori sententia, quia si aliud diceremus, ut vult Cal, idem contendi posset in venditione celebrata à patre, cp est contra tex *in d. l. fistulas, §. 1. ff. de contrah. emt.* opinio igitur Cal. in hoc non procedit, sed tantum in simplici promissione & pacto non formali à patre facto de vendendo, nullo pretio constituto, tunc n. quia non venditio est, nec pactum formale de vendendo certo pretio, & conditionibus nullis adiectis, & ne in pretio decipiatur minor, & quia contrahit, & alienat denuo, & non solum exsequitur patris voluntatem merito, quod requiratur decretum iudicis.

Quod si minor aliquam exceptionem legitimam habeat ad non adimplendum contractum venditionis, seu pactum formale de vendendo à patre celebratum, veluti læsionis ultra dimidiam, vel quia convenerit de scriptura conficienda, & non sit confecta eo casu, cp hoc allegari iure possit, vel quod non teneatur rem tradere, sed cp liberetur solvendo interesse, prout vult solvere, vel alias defensiones iuridicas, hæ semper salvæ sibi manebunt, quia non hic de his non agimus, sed tantum quod minor possit contractum, seu pactum formale venditionis rei immobilis à patre celebratum exsequi absq; decreto prætoris, cp verissimum & iuridicum esse censeo per prædicta, præterquã in pacto informi de vendendo.

Quarto † limitatur d. reg. in alienatione legali, quæ etiam necessaria reputatur, veluti in hypotheca tacita, 68
quæ à lege inducitur in reb. illatis in domum conductã: hæc n. tacita hypotheca etiam habet locum in bonis minoris, ut cum communi resolvit Isal. *in l. item quia, n. 20. ff. de pact. & latius idem Isa. in l. si constante, in 4. par. 5. part. princ. ff. sol. matr. & Anto. de Fano in tract. de pig. 4. memb. 2 par. n. 154.* qui eam tenet & in tacita hypotheca pro dote, *ut late probat Palat. Rub. adver. Bart. in repeti. 6. per vestras, §. 26. per totum, de donat. inter vir. & uxo.* ubi *n. 4. & 6.* † cp minor tamen 18. annor. sive habeat curatorem, sive non, potest immobilia sine decreto prætoris alienare pro redimendo testatore vel consanguineo 69
à carcere, vel captivitate, quia in hoc ipsa lex tacit ipsum maiorem, & legitimæ ætatis. Excp ideo non competeret sibi restitutio in integrum adversus huiusmodi actum, *secund. Bald. Novell. quam refert*, quia in his, quæ facit maior 18. ann. & minor. 25. in his, quæ sunt de iure naturali, vel quasi, non restituitur in integrum, *ut per eund. Pala. Rub. d. §. 26. n. 7.* Eandem opin. Palat. Rub. nempe, quod bona mariti minoris sint à lege tacite hypotheca pro dote, sequitur, & dicit cofinem plures allegans Anto. de Fano *in d. tract. de pign. 4. memb. 2. parte, n. 73.* sed illam, cp prædictus minor possit immobilia alienare sine decreto prætoris pro redimendo testatorem vel consanguineum à carcere, vel captivitate, & si hoc opus pissimum sit, omnino tutam non censeo, cum ex veriori & cõiori opinione *sup. in 14. ampliat.* probaverimus, & ad pias causas, non licet minori, vel eius administratori alie-

nare immobilia absq; decreto prætoris, cum in hac alienatione mukũ lædi, & incaute alienare contingere possit: ideo decreto prætoris opus est, ut omnia provide, & recte fiant. Justa tamen caussa alienationis erit redemtio parentum à carcere, vel captivitate: nihilominus tamen decretum requiritur, sicut etiam ipsum intervenire debet, quando ob æs alienum necessario solvendum, & prout alimentis jure naturali competentibus bona immobilia alienanda sunt, si periculum in mora non sit. Et ita censeo tenendum, tametsi Caldas, *ubi supr. n. 18. pag. 156. col. 1. ad fin.* indistincte ac simpliciter nostram hanc 4. limitat. probaverit cum illatione Pala. Rub. *ubi sup. d. n. 6.*

70 Quinto non procedit † ea pe d. regul. quando alienatur spes fideicommissi reciproci inter fratres, quia hujusmodi fideicommissum reciprocum remitti potest, ac fieri transactio super eo à minore, ita ut remittens illud, non censeatur læsus ex transactione illa, neq; competat ei restitutio in integrum, cum fratrum concordiæ, remoto captandæ mortis alterius voto improbabili, retineatur. Iste est casus *l. de fideicommiss. ff. C. de transact.* ubi notant omnes, & pulchriam eam l. esse profitetur Bar. ibi, & posteriores omnes, quamplurimum ejus utilitatem commendant, & unicum esse text. illum affirmat Bald. *in leg. cum Archimedes ff. mand.* nec *in posse ff. legat.* Verum est prope similis in lege, *cum propositus 16. C. de pact.* & in terminis ex dicta lege *de fideicommiss.* hanc quintam limitationem tenet, ac probat Caldas *in d. l. scaratorem habens, in parte contractum fecisse. num. 20. C. de in integr. restit. min. in 2 parte, tract. de in integ. restit. min. pag. 1157. colum. 2. in prine.*

71 Sexto fallit † eadem regu. si credimus Doc. *consil. 403. col. 1.* in eo minore, qui veniam ætatis impetravit. Is namque absq; decreto judicis potest bona sua immobilia alienare. Contrarium tamen verius est, & probatur *in l. fin. C. si major fact.* ubi lex illa loquitur in alienatione facta ab eo, qui veniam ætatis impetrat, & probat decretum esse necessarium, *text. est clarus, & expressus ad hoc in leg. 3. C. decis qui ven. ætatis impet. & tenet Salycet. in l. pen. ult. C. si mator fact. & Tsraquel. de nobilit. c. 20. nu. 42.* ubi alios citat. Est communis *secund. Ant. Gom. 2. tom. c. 14. n. 12.* ubi inquit, quod ita communiter ponitur in concessionibus venix ætatis, quas in isto regno concedit Princeps. Et hanc opinionem jure communi, & regio Portugaliæ probat Cal. *ubi supr. num. 21. d. pag. 1157. col. 2.* ubi bene declarat & limitat, nisi in eadem concessione exprimatur, quod deinceps bona sua possit liberare, alienare, & non sufficere, quod in venix concessione dicatur, quod possit deinceps bona, quam vis immobilia, alienare; nisi adhic illud verbum *alienare*, vel aliud æquipollens, per quod induci possit, concedentem voluisse excludere decretum, alias semper necessarium.

72 Septimo principaliter limitatur eadem regula, quando minor alienavit sine decreto, cum juramento tamen, tunc namque juramentum alienationi adjectum firmat contractum, neq; opus est decreto judicis, nec etiam auctoritate curatoris, *text. est in auth. sacramenta pub. cum similibus legib. hujus regni, C. de adversus vendit. cum ibi a nobis latissime adductis in repetitione*, ubi etiam, an hoc locum habeat data enormissima læsione, & an ei possit renuntiare.

73 Octavo fallit, quando existaret consuetudo † in contrarium, quoniam per illam derogari potest iuri decretum exigenti, *ut per Bald. in c. 1. per text. illum per quos fiat investit. commendat. Isa. in l. 2. n. 1. vers. 4. notabiliter, ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Pari. consil. 83. n. fin. vol. 3.* licet de hoc dubitet, ceterum dubium non est, *ut probat Cald. ubi sup. n. 24. pag. 1160 col. 2.*

74 In eadem lege † Regia 18. tit. 16. part. 6. ibi, *fuera ende si le fiziera alguno per pagar las deudas que oviesse de su padre o del huerfano*, idẽ *per deuda* simpliciter dicit *l. 60. tit. 18. part. 3.* Idem, *quando les fuesse tan gran menester que non podrian al hazer, probat lex 4. tit. 5. part. 5.*

Sed ad hoc, ut venditio rerum immobilium † minoris valeat ultra decretum judicis, & cetera requisita, de quibus per Roland. a Valle, *consil. 33. per totum. lib. 1.* necesse est, quod subsistat æs alienum, *l. ob æs alienum, C. de prad. & aliis rebus, minor. leg. magis puto, §. ne passim. ff. eodem tit. tenent Roman, Corneum, Matth. de affict. & moderni de emt. & vendit. quos refert & sequitur Rolandus à Valle, dict. consil. 33. lib. 1. num. 1.* Imo non sufficit, quod sit æs alienum, sed etiam requiritur, quod creditores ea de re effectu instent minorem, seu ejus tutores vel curatores ad solvendum, *ut in dicto §. ne passim, ut verfic. si modo urgeat creditor, & ubi Bart.* ubi inquit, quod judex debet adhibere causæ cognitionem, an creditor instet & petat sibi solvi, quod alias non est ei solvendum. Ad idem est text. *in latitor urgentibus creditoribus, ff. de minorib. & Bartol. ubi supra sequitur Doc. consil. 403. num. 2. & Paris. consil. 91. num. 2. cum seq. vol. 1. & consil. 85. num. 40. vol. 3. Roland. à Valle, ubi supra n. 2.* Quod adeo verum est, ut etiamsi in instrumentis dicatur, creditores instasse, & petiisse sibi solvi, adhuc non probaretur ipsa instantia & petitio, ex quo sunt verba prolata à notario, & dicta à curatore & contrahentibus, quia hoc plene judici constare debet ultra assertionem curatorum & emtorum. *ut per Doc. & Roland. a Valle, ubi supr. n. 3. & optime per Paul. Paris. dict. consil. 91. & dict. consil. 85.* ubi plura alia requirunt ad hoc, ut bonorum immobilium minorum alienatio facta valeat, quæ sunt videnda apud ipsos, quoties opus fuerit, & casus occurrerit.

In eadem l. Regia ibi *o por casar alguna de las hermanas del moco*, de hoc late egimus supra, *capite tertio huius 2. partis.*

In eadem lege ibi, *opor casamiento del mismo.* Idem probat leg. dicta, *qua tutores, C. de administratione tutorum, cum gl.* ibi communiter approbata *in verb. velen dotem, decimus sup. hoc c.*

In eadem lege Regia, † ibi: *o por otra razon derecha,* 76
licet propter utilitatem minoris, *ut in d. leg. 60. tit. 18. part. 3. & in l. 4. tit. 5 part. 5. & ibi Greg. Lopez.* Alios casus refert in proposito idem Gregor. Lopez, *in hac lege 18. in glos. derecha, tit. 16. part. 6.* Et hoc cum causæ cognitione fieri debet, *ut in d. magis puto, §. ne passim ff. de reb. eorum, & tradit magistraliter Speculator, de emt. & vend. §. nunc dicendum restat, in verf. hoc quoq; quem refert & sequitur Greg. Lop. in gl. exceptiat.* Ite intelligens hanc nostram l. m illos verbis, *non le pudiera de ofender en ninguna manera*, quod & jure probat Rola. à Valle, *consil. 33. n. 10.*

In text. ibi, † *pero non de manera que no se confesase que la causa que fue del padre o del abuelo del huerfano, o que el mesmo se enganeo en ninguna manera pudiendolo ofender*, Idẽ jure communi probat optima ratione, *d. l. 1. qua tutores, C. de administrat. tut. vii, ne vero domum vendere liceat, in qua defecit pater, nisi ea vendi, in qua maior eam inquilinus aut non habere foras aut res illas videre sine est inquire.* Adde legem *si in emtione ff. ubi gl. ff. de minor.* quem text sitis commendant Dd. congesti per Tiraq. *in præfatione de utroq; retract. in n. 34. Ant. Gulea. Mad. vol. consil. 37. n. 29.*

Hinc deducitur, † quod licet dubium sit, an prohibita venditione, censeatur prohibita omnis alienatio, 78
tamen si huiusmodi prohibitio sit eius rei, ad quam probandus verisimiliter affectionem habuerit, quia esset maiorum ipsius, sine dubio trahitur dict. prohibitio ad communem alienationem, *per dict. l. lex, qua tutores C. de administrat.* Ita in terminis decidit Joa. Crot. *in repetitione legis filius familias, §. decimi ff. de legat. 1. col. 33. vers. sit conclus. quem ad hoc refert & sequitur Tiraq. ubi supra, num. 49. vers. sitic locus.*

Neque hinc † longe abest, quod scribitur, *3. reg. c. 21* 79
Naboth. Regi Achab denegasse vineam, quæ tradjuncta

Palatium Regis, qui pro ea meliorem obtuleratid namque dicebat, *propterea sit multo Deus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi*, ut facile possis hinc intelligere, res majorum nostrorum nos pluris æstimare, quam alias etiam multo meliores, ejusque affectionis gratia nos Regum, vel potentissimorum auctoritatem contemnere. Sed ut præterea intelligas, hunc effectum non improbum esse autemerarium, prosequere lectionem ejusdem sacræ historiæ, dum commemorat, quæ ipse Achab passus est divino judicio: Ob id namque responsum successus Achab, cum interimi jussit, vineamque ejus usurpavit. Is enim gravissimam cladem perpessus est. Cujus historiæ sit mentio *ex c. convenior 23. qu. 1. & in c. Achab de pœnitentia distinct. 3.*

80 Sic etiam scribit Alexandrinus *libr. 1* inter præcipuas causas, cur legem Agrariam divites recusarunt apud Romanos, hanc fuisse, quod impium ducerent monumenta majorum ad alios transire, *ut refert Tiraquellus ubi supra num. 42.* qui alia similia congerit.

81 Sic etiam minor † restituitur adversus adjectionem ab alio factam in ære, quæ majorum ejus fuit: : alter non est restituendus, *textus in dicta lege, sive emationem, ff. de minor.* ubi glossa notat interelle mirabile, & Baldus inquit, quod ob illud interelle singitur major cum oriri alias enim non restitueretur, *leg. 60. ff. de in integrum restitutione minorū, & sequuntur plures, quos congerit Tiraquel. ubi supra, num. 34.* qui numericseqq. plurimum in proposito adducit, quæ hic enumerare potius laboriosum esset, quam subtile.

82 Sed decisio nostra † legis Regiæ supra relata desumta est ex *d. l. lex, qua tutores*, quibus prohibetur venditio domus paternæ, vel aviæ minoris, in qua ipse natus fuit; ut heri possit, procedit non ouidem simpliciter, sed necessario plura concurrere debent: non enim sufficit, quod patris fuerit, sed etiam, quod antiquitus majorum ejus fuerit: item, quod illum habitare consueverint, & pater ipsius in ea defecerit, & pupillus ibi fuerit procreatus, natus, & educatus, illicque creverit, & matorum fixæ conspiciantur imagines: alias enim affectio cadere non videtur, neque per hoc alienatio tunc prohibetur, nec etiam in integrum restitutio adversus alienationem, si fiat, conceditur, *dict. leg. lex, qua tutores, §. nec vero domum vendere. Cod. de administratione tutorum, & leg. 1. §. si rem quidem, ff. si quis in fraudem patroni. Antonius Galeat. Malvas. dict. consilio 37. num. 30.* deinde affectio illa, quæ ex eo venit, quod res majorum & antiquorum fuit, ex parte fœminarum non consideratur, quia agnationem & cassatam, ac illius nomen non conservant fœminæ, sed illam inter rumpunt, & lineam paternam exstinguunt, & deuere faciunt, ex eo, quod in alienam familiam transeunt, opesque, ac matorum suorum bona in illam transferunt, & inde amplius de eorum familia, domo & cassata non appellantur, nec vocantur, nec illam curant & diligunt, sed tantum maritī familiam magni faciunt, & colunt, progenitorum insignia, & armis spretis, mariti solum utuntur, *ut notant Jason & alios in leg. mavortius, C. de procurat. late Cornetus consil. 26. videtur dubitandum columna. 2. & in consil. 41. videtur in hac consultatione, columna penult. vol. 4. & Gozadin. consil. 79. num. 7.* sed solum in masculis attenditur, quia hi sunt, qui majorum suorum agnationem conservant, memoriam retinent, onera, gravamina, odia, & inimicitias sustinent, & semper de eadem familia, & agnatione nuncupantur, ejusque diuturnitatem repræsentant, *lege liberorum, in fine. ff. de verborum significat. cum similibus.* quod satis experientia rerum magistra demonstrat, *item Malvasia, ubi supra, num. 31. & 32.*

83 Exquibus fit. † quod ad rem ruinosam, destructam, ac solo terræquatam talis affectio non habetur, *ut probat idem Malvas. ubi sup. num. 33.*

Demum prædicta affectio † omnibus supradictis etiam concurrentibus non impedit alienationem prædicti domus majorum, quando præcise, & necessario venditi debet ad solutionem æris alieni, vel alimenta pupilli, ut puta, quia non habet alia bona sufficientia ad prædicta, onera sustinenda & solvenda, nec alius modus inveniri potest, quo ei satisfiat, nisi per alienationem dict. domus, ita quod ipsius venditio & alienatio excusari non potest, ut probatur argumento à contrario sensu desumto ex dicta *leg. 18. tit. 16. partit. 6. ubi pudendolo excusser.* & probat etiam subtiliter ad hoc poderando *dict. leg. lex, qua tutores Malvasius dicto consilio 37. numero 31.* dicens, quod non omnino prohibet rem, ad quam cadit affectio alienari, sed ex utilitate, & caussa necessaria permittit.

84 In eadem lege Regia, ibi, †*Otrosi no deve vender, ni enagenar los siervos*, &c. hæc lex ortum habuit à dict. leg. *lex, qua tutores. C. de administratione tutorum, ubi, antea igitur urbana mancipia, quæ totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate, & in domo retinentur: nam bona servis fraudem fieri prohibebunt, mali, si res exigeat sub qualitate possit poterunt prodere veritatem: nihilominus tamen noster lex Regia addit, & permittit, que los sieruos que el tutor, o curador entren dueseque podrian ser damnosos bien los puede vender, e que el precio de ellos dende lo meter en pro del huerfano.* Unde, quamvis tolerabilius esse dicat, dicta leg. *lex, qua tutores* (si ita contigerit) servos mori suis dominis, quam servire extraneis, quorum fuga potius tutori adscribitur, sive negligentia, dissolutas esse patiatur eius disciplinam, sive duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat, nec enim dominos exfeerantur, sed magis diligunt, nihilominus tamen attenta hac nostra lege Regia partitæ, in verbis modo relatis, tutores & curatores bene possunt hodie vendere servos minorum suorum, quos intelligent damnosos esse posse, dummodo pretium eorum convertant in utilitatem minoris.

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores donare gratis non possunt de bonis suorum minorum, neque gratis remittere jus pupillo competens, ut in num. 3.*

2 *Procurator Cæsaris, aut procurator generalis cum libera, vel procurator reipublicæ donare non potest, nisi specialiter hoc sibi concedatur.*

3 *Procurator habens mandatum ad transigendum & componendum cum potestate, non potest debitum gratis remittere.*

4 *Procax non potest donare.*

5 *Pupillus etiam cum tutoris auctoritate donare non potest.*

6 *Tutor ad donandum dari non potest ibi, n. 6.*

7 *Tutor etiam accedente judicis decreto non potest bona immobilia donare.*

8 *Procurator cum libera potest remittere debitum egentissimo debitori.*

9 *Tutor, curator, vel administrator principis, vel alicujus optimatis, potest pro dignitate domus facere donationes & remissiones.*

10 *Tutor pupilli potest munera solemnia mittere parentibus & cognatis pupilli, de bonis ipsius, secundum qualitatem & consuetudinem hoc facere debuit dominus, & num. 10. idem in pupilli nobilis tutore.*

11 *Tutor, quando possit præstare pupillo necessaria ad honestas recreationes & eleemosynas?*

12 *Tutor non potest ita in arbitratores & amicabiles compositores compromittere, ut alter & basse procedant, &c.*

13 *Administrator quivis non potest remittere jus suis principalis.*

14 *Tutor, an possit remittere jus redimendi pupillo competens in præjudicium pupilli, vel facere falsum esse tempus redimendi?*

15 *Tutoris sententia, quando dicatur sententia pupilli, & ipsi nocere.*

16 *Tutoris confessio, quando noceat pupillo? & num. 19.*

17 *Confessio facta in judicio respondendo petitioni alterius, videtur facta in vim contentiosæ jurisdict.*

18 *Confessio procuratoris, quæ sit ex contumacia ipsius, in non respondendo positionibus est valida.*

20 *Dominus potest revocare confessionem procuratoris in casibus, in quibus ipsi nocet probando errorem.*

21 *Minor per suum curatorem in litem potest revocare confessionem sui tutoris, vel curatoris in casibus, in quibus sibi ea nocet probando errorem.*

22 *Tutor non potest alterare fundi naturam in præjudicium pupilli.*

23 *Tutor potest donare de bonis pupilli pro faciendo pace ad favorem pupilli.*

24 *Curatores minorum donare possunt ex rationabili causa, sicut dare alimenta fratri majori naturali, matri vel sorori minorum egentibus, ut hic.*

25 *Tutor nomine pupilli mortem evitantis potest mittere ensem magistro suis conjunctim, & remittere debitum non liquidum ex rationabili caussa.*

CAPUT VI.

An tutor, vel curator possit donare de bonis minoris?

1 TUTORES vel curatores, †licet habeant liberam & generalem à lege administrationem, donare tamen gratis non possunt, de bonis suorum minorum, *leg. tutor. secund. signatum 14. §. finali in fine. ff. de administratione tutorum, leg. 1. in princ. ff. de tutelis, & rat. dist. l. patium curatores, C. de pæd.*

2 Idem in † procuratore Cæsaris probat expresse *lex 1. §. 1. ff. de officio procurator. Cæs.* Idemque est in procuratore habente ab homine, vel universitate mandatum generale cum libera, & plena potestate, quæ æquipollet speciali mandato, *juxta leg. procurator, cui libera. cum glossian leg. mandare, cum gloss. & ibi Bart. ff. de procurat. in cap. quid agendum de procurat. in 6. lee. nam & notare, & ibi Bald. ff. de pact.* Non enim potest donare, aut remittere, *leg. contra jus, §. final. ff. de pact. leg. filiusfamiliae. ff. de donat.* ubi quod donare est perdere, *Bald. in leg. non absimile. C. de novat. refert plures ad hoc tenentes, Petrus Ducenus in regul. 31. in 2. concl. & Petrus Surdus consil. 1. num. 71. Menoch consil. 22. num. 14, volum. 2. decis. Pedemont. Octavian. Cacheran. 31. num. 31. & Mascard. in leg. 3. gloss. 2. num. 2 tit. 3. lib. 3. nov. collect. Reg.* ubi limitat, nisi specialiter hoc sibi concedatur, *leg. 1. §. ff. de officio procurat. Cæs. leg. 3. §. plane ff. quod vi, aut clam.* Et amplitatur in procuratore reipublicæ, & in procuratore patrimonii Cæsaris, ut hi non possint donare, licet censeantur habere mandatum cum libera, *lege præsi, Cod. de transactionē, & data lege mandato generali, ff. de procurat. decisiones late de jure omnium confirmat. 1. parte, capitulo 50. num. 11. cum sequentibus*, ubi quid de jure nostro Regio partitarum.

3 Imo neque habens † mandatum ad transigendum, & componendum cum generali potestate, non poterit debitum gratis remittere, *ut ex dictis jurisbus probat Federic. de Senis, consil. 2. & latius Caldas d'ereyra in tractatu de restit. in integ. in secunda parte, verb. sine curatore constituto. num. 120. pag. 1103.* ubi etiam probat legitimos administratores: veluti tutores, & consules, non posse donare, & eodem modo, neque syndicum universitatis, vel collegii. Et in tutore, & curatore, & prælato ecclesiæ. & omnibus administratoribus, ut non possit donare, probat etiam Matienc. *ubi supra*, citans ad hoc Cyn. Bal. & ceteros *in l. 1. C. etiam per procuratorem, & Doctores in dict. l. præses, & Joan. Lop. in 2. Palat. rub. an regentia nebricen. de donat. inter vir & uxor. §. 68. num. 19.* ubi *num. 30.* hoc extendit ad Proregem, quem etiam in hoc ultra † Matien citat, & cum eo tranlit Calil. *ubi supra, super verb conservationem sacri, sub num. 19. vers. cum decreto, pag. 1137. col. 1.* 4

Demde observandum est, quod † quemadmodum tutor donare non potest libere rem pupilli, ita nec gratis remittere jus pupillo competens, quia renuntiatio, sive remissio juris principalis est donatio, *leg. hoc jure, §. 1. ff. de donat.* & ideo remittere non potest jus non liquidum, vel liquidatum, quia gratis remittendo donare videretur, ut probat late Caldas *dict. numer. 120. & Joann. Garc. de expens. & meliorat. cap. 20. num. 9. in versic. nudem prælatis.* ubi idem probat in prælatis, parochis & œconomis, & his similibus, & in administratore civitatis, cum liberā quod non possit remittere debitum civitatis, sicut nec donare, probat Padilla *in dict. l. præses, num. 11. C. de transact.* ubi etiam, quod Procurator cum libera non potest remittere debitori exceptionem peremptoriam, quod etiam tenet Joan. Garc. *ubi supra*, & de prælatis Ecclesiasticis, & similibus administratoribus, quod non possint remittere exceptionem peremptoriam, tenent plures DD. quos refert & sequitur Caldas *dict. nu. 120. in vers. hanc elegantem, & Menochius consil. 31. num. 38. libr. 1.* 5

Imo † neque ipsemet pupillus cum auctoritate tutoris donare potest, ut Nevizan. *consil. 8. num. 40. Menoch. dict. consil. 22. num. 13.* ubi *num. 14.* quod tutor ad donandum dari non potest. *Rum. 4 consil. 170. n. 12. & consil. 187. num. 27. lib. 2. & idem Menoch. consil. 31. num. 37. lib. 2. & Marcus Antonius Eugen. cons. 43. nu. 19.* tametsi contrarium fortius probet Calil. Peregrin. *in leg. si curatorem habens super. verb. contrarium sensit, nu. 38. C. de in integ. restit. minor.* scilicet, quod donatio facta à minore curatorem habente sine ejus auctoritate mero jure valeat, non tamen probo ejus opinionem, & contrarium tenet, hoc est, primam opinionem supra dictam Lud. Lop. *in sua instructo negotiant. lib. 2. c. 29. col. 28. n. in vers. accedit. 2.* 6

Sed neque † etiam tutor, accedente judicis decreto, potest bona immobilia minoris donare, *leg. fin. §. cum autem, & ibi Bart. Bald. Salyc. & communiter omnes. Cod. si mulier sui. alien. at. habeat. l. ab agnato. & l. fin. C. de curat. furios. l. 3. sed si non mors. ff. de tutel. & rat. distr. quos refert & sequitur Prosp. Farin. in sua quæstionibus criminal. tit. de accusat. quæst. 15. num. 37. fol. 104. ubi plures alios Doctores extar. ultra num. supra cap. præcedent.* † Ell tamen casus, in quo procurator cum libera potest donare atque remittere, ut fugientissimus is sic curremittit, extremaque fortuna inopia laboret, *juxta gloss. versicula competeretur, in leg. omnes. C. de ann. & tribut. lib. 10. quam sequitur plures adeguat Padill. in dict. l. præses num. 13. Cod. de transact.* 7

Secundo limitatur præcedens conclusio negativa, ut non procedat in administratione Principis, vel alicujus optimatis, qui posset pro dignitate domus facere donationes, atque etiam remissiones, *argumento text. in l. filiusfamilias, ff. de donat. ubi hoc notat. Rom. ad idem leg. cum plures, §. cum tutor. ff. de administ. tut.* ubi tutor pupilli potest munera solemnia mittere parentibus & cognatis pupilli, de bonis ipsius pupilli, secundum qualitatem tum, & consuetudinem hoc facere debuit, quia non reputatur hoc mera liberalitas vel donatio, *& ibi notant DD. & Baldus l. 2. C. de aut. prom. Bart. in l. contra jus. §. 1. ff. de pact. & Palat. Rub. an repetitione rubr. de don. inter vir & uxor. §. 63. n. 12. & 11. Menoch. consil. 29. n. 3. libr. 1.* qui tamen *num. 33.* hoc verum intelligit, quoad ea, quæ modici prædicti sunt, atque ita bene consideratis facultatibus minoris & bene meritis donatarij. 8

secundum Aret. cons. 24. num. 14. Sed & hanc secundam principalem limitationem ex dict. *leg. cum pluries, §. cum tutor*, sequitur alios allegans Tiraquel. *in l. si unquam, verfic. donatione largitur. num. 25. C. de revoc. donat. Azor. 2 de partit. 2 parte, quæst. 14. num. 36. fol. mihi 120. Innocent. Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in cap. grandi, de supplend. negligentia prælat. num. 8. Covar. fen. num. 10. in dict. l. prafes. & Ioa. Paulil. num. 10. citans Alciat. in dict. l. pallium curatorii, num. 5. Cod. de pall. & Tiraquil. de nobil. cap. 37. num. 35.* Nihil enim nobilitatem magis decet, quam munificentia, *cap. 2. de donat.* Tutor igitur, vel curator Regis potest donationes, beneficia, munera & largitiones subditis conferre. Si enim tutor privati potest munera parentibus, cognatisque pupilli mittere pro dignitate & persona parentis, cui pupillus succedit, ut ultimos, multo magis id facere poterit tutor Regis in suorum subditorum, ut probat etiam Caldas Pereyra, *ubi supra, num. 119.* ubi refert Ruinoldi. *in §. 1. Institut. quibus modis tut. num. 121.* dicentem, in tutore & curatore illustrissimarum & clarissimarum personarum esse proprium donare: Simili quoque ratione arbitrator Caldas, *ubi supra, num. 122. in princip.* tutorem seu curatorem Regis gratis posse facere remissionem eorum, quæ à debitoribus illi, vel sub alia regio filco, vel etiam patrimonio domus Augustæ debentur, vel etiam remittere jus illis competens: Et quod tutor Regis etiam extra causam meritorum, & gratitudinis possit donare, probat etiam Petrus Surdus alios allegans, *consil. 140. num. 31. & consil. 15. num. 23. lib. 1.* ubi hoc locum habere dicit, quando tutor exercet liberalitatem, eo modo, quo Princeps exercere consuevit, alias secus. *secundum Innocent. in dict. cap. grandi, & alios, quos ibi cumul. sequitur etiam Caldas dict. num. 119. ad fin.* Estque receptum *secundum cumul. Cald. in eadem lege, & dict. de in integr. restit. min. in parte, contra actum stressa, sub num. 19. verfic. 1. cum decreto, pag. 1157. colum. 1.* ubi refert alios DD. tenentes, & inter eos Palar. Rub. *ubi supr. & Pinel. in l. 2. in 2. part. num. 57. C. de bon. mat.* Et tandem inquit, quod alias, nisi expediat, urgente necessitate, & necessaria causa, quæ in Regibus consideratur, & in aliis negotiis ipsis, & tempora possunt inducere, urbanius, & rectius arbitratur, esse tandum fore legitimam ætatem minoris, qui pro arbitrio suo remuneravit, curatori tamen Regis non licet eiusmodi remittere, *l. vectigalia in princ. ff. de publ. & vectig.* cujus verba sunt hæc, *vectigalia sine Imperatoris mandato, nec, prædia, nec curatores, nec, curatores constituere, nec, præscripta reformare, & his vel addere, vel diminuere licet*, per quem tex. ita tenet Lassart. *in addit. ad præst. n. 20. de dec. vend.*

10 Et quod tutor, tam institutor & procurator liberam administrationem habentes, possint donare pro pupillo nobili, tenet Palat. Rub. *in rubrica de donat. inter vir. & uxor. §. 9. num. 5. & Ariz. Pinel. ubi supra, num. 57. & alios allegans Ioan. Garf. dict. 1. cap. 20. num. 9. verficul. si vero pupil. & Azevedo in dict. l. 5. tit. 9. un. 10. lib. 5. novæ collect. reg.* ubi etiam, quod tutor potest donare propter servitia & bene merita in patrem collata: item quod quoties donatio est parva, & non magna, permittuntur fieri administratori. Imo & procuratori liberam & generalem administrationem habentibus permittitur transigere, & alia non valde prætudicialia domino, facere *secundum ipsum ibi per l. 19. tit. 5. part. 3. 1. glossa, & diximus ubi supra.* Et quod tutor possit donare propter remunerationem ex dict. leg. *cum pluries, §. cum tutor, ubi glossa, ff. de administr. tut. & l. qui filium. ff. ubi pupill. educ. deb.* tenet plures allegans Petrus Surd. *dict. cons. 14. num. 34.* ubi idem probat in prælato, qui & si non possit regulariter rem Ecclesiæ donare, id tamen facere potest ex causa remunerationis, *cap. per tuas, de donat. cap. relatum, el. 2. de test. cum simil.*

11 Tutor similiter potest pupillo † præstare necessaria ad honestas recreationes & ad moderatas eleemosynas, donationes, & liberalitates, quæ talem minorem det eat, semper tamen ad eam summam pervenire non debet, quam ipse, si omnino sui juris esset, scilicet major iam 25. annis effectus, licite posset esse rector quæ ipse nomine pupilli mittere, ex munera aliis potest, quæ ut mittantur judex verit pupillo expedire, qualia sunt consueta, & quæ ex honestate dimitti non possunt: secus de consuetis, quæ sola honestate dimitti possunt, quoniam hæc tutor sua auctoritate præstare non potest, ut jure probat Mel. Theul. *de justit. & jur. 1. part. 2. tract. disput. 204. col. 1382. adfin & in princ. seq.* sed & alios multos casus, in quibus licitum est tutori donare, remissive refere Menoch. *consil. 22. num. 15. lib. 2.*

Tutor † tamen non potest ita in arbitratores, & amicabiles compositores compromittere, ut alte, & basse procedant & decidant, & aliquam partem tollant, & alteri dent immodica, & magna quantitate in omnibus & per omnia, prout illis videbitur, & placebit, quia ita faciendo videtur potestatem dare arbitratoribus bonis pupilli remittendi & donandi, quod tamen facere non potest, *ut ant. imperatores, ubi Angel. ff. de pall. & alios allegans inter meos decisas Ant. Gutier. Matienf. cons. 101. n. 2.* quod verum esse censeo, comprobatur ex iuprædictis, 12

Quivis namq; administrator non potest jus sui principis remittere, *ut cum Iaf. & Dec. probat Menoch. cons. 31. num. 31. cum seq. lib. 2. Iaf. in leg. præsi. num. 12. Cod. de transact. Dec. consil. 402. num. 9. Marc. Ant. Eugen. consil. 91. num. 16.* 13

Ex quibus merito dubitari potest de † doctissimo Bero. *consil. 121. num. 19. lib. 2.* dicentis, quod tutor potest remittere jus redimendi ex instrumento pupillo competens in præjudicium ipsius pupilli, vel fateri lapsum esse tempus redimendi, sicut illud prorogare potest, *ut per Capyol. ant. 2. quæst. 102. num. 102. Cod. de pall. inter emt. & vend.* Siquidem ex hujusmodi remissione resultat donatio, quæ permissa non est tutori regulariter, *ut supra vidimus.* Et intermissis, ex his contra Bero. *ubi supra*, tenet Marcus Ant. Eugen. *dict. consil. 91. num. 16.* nihil sic interest eventibus solemnitatibus requisitis in alienationibus rerum pupilli, *ut ubi per eum, num. 17.* 14

Nec obstat, quod † tutoris scientia dicatur scientia pupilli, & idem eidem noceat, *ut per Bartol. & Soc. ant. quos duos. ff. de reb. dub. Marcum Ant. Eugen. dict. cons. 91. n. 18.* quia ibi procedit in acquirendis, secus quoad amissionem rerum suarum, aut juris jam sibi delati, quia tutor, neque expresse in eo præjudicare potest pupillo, *ut per Marc. Eug. ubi sup. num. 14.* Et præterea Bart. & Soc. *ubi supr.* præsupponunt scientiam plene probari debere. 15

Unde secuserit, si per confessionem † tutoris tantum de ipsius scientia constiterit, quæ cum emanaverit per modum voluntariæ jurisdictionis, non præjudicat ipsi pupillo, *ut tenet idem Bartol. & alii plures, quos refert & sequitur Alexander consil. 80. num. 9. lib. 2. & consil. 170. num. 3. libr. 8. & consil. 152. num. 8. lib. 4. Eugen. ubi supra, num. 15.* Secus esset in confessione facta à Procuratore, tutore, vel curatore per viam contentiosæ jurisdictionis, quia tunc noceret domino, vel minori, *juxta doctrinam Bartol. & ibi Alex. and. an l. certum. §. sed an ipse. ff. de confess.* Quæ communiter approbatur *secundum decis. Genuens. 110. n. 3. flatim in principio, & eam sequitur decis. 142. num. 3.* 16

Et confessio † facta in judicio respondendo petitioni agentis videtur facta etiam in via contentiosæ jurisdictionis, *ut plures citans tradit decis 110. num. 2. additio Capel. Tholos. decis. 391. verfic. si vero.* 17

Ubi idem esse dicit in confessione † Procuratoris, quæ surgit ex contumacia non respondendo positionibus, *ut in capite 2. de confess. lib. 6.* quia valet hæc confessio vera, vel facta procuratoris, cum non habeat instar donationis, 18

tionis, quia fit in invitum & intra mandatum suum, sive in his, in quibus habet mandatum. Idemque ait esse dicendum ex Bart. † & aliis in tutoribus & curatoribus, ut distinguitur, an fiat confessio voluntarie aut contentiose, quando judicium agitatum fuit per tutorem seu curatorem: secus si per pupillum cum tutoris auctoritate, quia tunc non præjudicat confessio solius tutoris vel curatoris. In casibus tamen, in quibus confessio procuratoris nocet domino, † potuit eam dominus revocare probando errorem, sicut propriam posset, *ut ibidem probat additio Capellæ Tholos. & tenet etiam altera additio dec. Rotæ 19. de procurat. lib. 2. in novis.* Ergo & idem minor poterit facere per suum curatorem ad litem. hoc est, revocare confessionem sui tutoris vel curatoris sibi præjudicialem. Probando † errorem, *ut pradiximus. & tenet etiam Dec. cons. 146. num. 15.* 19 20 21

Tutor etiam non † potest feudi naturam in præjudicium fisci alterare, *ut probat Aoton, Thesaur. decis. Pedem. 227. num. 12.* 22

Tertio limitatur † regula negativa prætendens, prohibenda pace ad favorem pupilli. Ob hanc namque causam bene potest tutor donare de bonis sui minoris, *ut per Farin. ubi supra, num. 57. fol. 442. col. 3.* 23

Similiter etiam † curatores minorum ex rationabili causa donare possunt, sicut fratri minoris naturaliter licet non legitimo. Immo tenetur ejus curator donare alimenta, inter quæ, si est filius nobilis, comparatur tunc tum tui studii pro Grammatica & Rhetorica edificandæ, & alimenta matri & sorori pupilli, si egent, tenentur præstare, quæ alimenta sunt præstanda, secundum consuetudinem regionis ad arbitrium boni viri, & juxta facultatem pupilli, & dignitatem alendorum: Similiter † tutor nomine pupilli more civitatis potest mittere ex extra ingressu & suis conjunctis. Similiter potest quoq; tutor ex rationabili causa remittere debitum sui pupilli, quando tale debitum non est liquidum, *l. pallium curatori, ff. de pall.* Hæc omnia tenet Ludovic. Lopez *in sua instruct. negotian. libr. 2. cap. 59. col. 484. in fin. & col. sequenti & Emanuel Roderic. in sua summa de casibus de conscientia. 1. Tom. cap. 89. num. 7.* ubi etiam, quod minores, finelicentia suorum curatorum possunt facere donationes, quas alii suæ ætatis, & conditionis sub patria potestate constituti, possunt facere. 24 25

SUMMARIA.

1 *Pax facta per minorem, vel per ejus tutorem, quando valeat & per totum caput.*
2 *Infans nec, ipse solus, aut interventu tutoris pacem facere potest.*
3 *Major infante potest cum auctoritate tutoris, vel curatoris pacem facere, secus vero absq; eamet consentire potest.*
4 *Per alterum ejus nomine fieri, ut in num. 4.*
5 *Prohibitum simpliciter aliquid facere, nec etiam alteri facienti consentire potest, quando est eadem ratio prohibitionis.*
6 *Decretum judicis, an sit necessarium in pace facienda per minorem, cum auctoritate sui tutoris & curatoris. Optima quæstio, & late in utramq; partem discussa, in sex seq. aliquæ pars affirmativa.*
7 *Honor faculatibus & propria vita præponi debet.*
8 *Offensus potest licite prosequi suam, vel suorum injuriam juridice, & sine animo vindicæ. Quod præcipue procedit in pupillo, ejusq; tutore, in quibus regulariter cessat malus animus, & cordis ardor.*
9 *Minor faciendo pacem & remittendo injuriam, non dicitur remittere damna & interesse.*
10 *Remittere injuriam non est notare infamia.*
11 *Tutor pro salute animæ pupilli potest absq; judicis decreto pecuniam usuris extortam restituere, & videtur an possit idem facere in excessu justi pretii pro re minoris venditæ in publica subhastatione exacti.*
12 *Minor, an possit sine judicis decreto alienationem rei immobilis utilem sibi facere?*
13 *Decretum judicis medium requiritur in contractibus venditionis & alienationis rerum immobilium minoris, sed etiam in transactione, quæ alienationis nomine venit, nisi minor tunc nihil dimittat vel distribuat, ut in num. 14.*
15 *Minor cum tutoris auctoritate, vel etiam tutor nomine minoris non potest semper & in omni casu facere pacem, sed tunc demum, quando expedit pupillo illam facere aliis servatis, quæ prius debet apparere in judicio per cognitionem, ut in num. 16.*
17 *Statuta aere solemnitatis inter vivos minime debent in minoris pace facta cum tutore vel curatore auctoritate, præcipue si pax sit juranda, nisi in casu de quo n. 18.*
19 *Tutor impuberis solus potest pacem facere exposita distinctione, de qua hic num. 20.*
20 *Tutor possibant antequam in lucem ipse pupillus ea detur transactionem facere non potest.*
22 *Tutor licet sententia condemnatoria contra inimicos pupilli, an pacem facere possit injuriam, remittere.*
23 *Pax facta à minore infante juranda sine tutoris aut curatoris auctoritate, bene valet & tenet. Idemq; est in impubere dolo capace, pacem jurante, ut in num. 24.*
24 *Impubes dolo tamen capax ex pura præcepta pubertatis facere ita non tenetur sine obligatione juramenti.*
25 *Minor ante restitutor adire sua pacem à se factam & injuriam remissam in captione, in quibus valida est talis pax & injuria remissio.*

CAPUT VII.

Quando, & quomodo possit minor ejusq; tutor, vel curator pacem facere?

IN calce ca. † præcedentis diximus, tutorem posse donare de bonis sui minoris pro habenda pace in favore pupilli. & supra, c. 1. hujus secundi, partis egimus, quomodo tutor sive curator potest facere pacem pro pupillo vel adulto ante confectionem inventarii, nunc vero jam locus hic ampliorem declarationem hujus materiæ expostulat, nempe, quando valeat pax facta per minorem infantem, vel eo majore. Item, quando valeat pax facta per tutorem minoris. 1

Quoad primum † regula sit, quod infans pacem facere non potest, nec ipse solus, neque cum interventu tutoris, *ita Specul. in tit. de homicid. in princ.* quod non solum est communiter receptum, sed etiam omnes in id concordant, *ut alios antiquiores ab eo adductos testatur Nellus in tractatu de hannitate 3. part. 2. temperie, quæst. 32. verfic. videamus ergo, decimo de consult. verbo, pax, verfic. item quæritur, Caravit super visu magnæ curiæ, 275. numer. 19. Crotus in l. 4. §. Cato in 1. reipublicæ, num. 179. ff. de verb. oblig. Julius Clarus in sua pract. criminali, §. fin. quæst. 52. sub versic. quarto, an tutor*, ubi, quod hoc est expeditum in jure. & novissime *D. Octavian. Simoncel. in tract. de decret. libr. 2. tit. 6. num. 133. quos refert & sequitur idem affirmans Prosper Farinac. Roman. in sua 99. crim. tit. de accusat. quæst. 15. in princ. num. 1.* ubi, quod hæc 1. reg. indistincte, & absque ulla restrictione procedit. 2

Quoad secundum regula sit, † quod major infante potest cum auctoritate tutoris vel curatoris facere pacem, absque vero tali auctoritate hoc minime facere potest. *Specul. an tit. de homicid. in princ. colum. 2. versic. sed an autem quæritur, Iacob. de Arest. Cyn. Bal. & alii in l. 1. C. de in integ. restit. min. Alber. Salyc. & Paul. de Castr. & alii in leg. pallium curatorii, C. de pallii, Alber. in l. clarum, C. de auctor. præstand. allegat plures Ant. Gom. 3. tom. c. 9. de homicid. n. 86. Plachia de delict. c. 25. num. 8. Stephan. Lambert.* 3

de contractibus eorum, gloss. 1. num. 370. Est communis, *secund. Iol. Clar. in pract. crim. dict. quæst. 58. sub eodem vers. quæro, an tutor, & alii plures, quos refert & sequitur Farinac. d. qu. 51. de accus. num. 20.*

4 Ampliatur primo † ista regula, ut sicut minor sine tutoris auctoritate parem facere non potest, ita nec etiam possit sine eadem auctoritate alteri pro eo pacem facienti consentire.

5 Quando enim est ratio prohibitionis † (prout in nostro casu, imbecillitatis, scilic. consilii, & intellectus tunc prohibitus simpliciter aliquid facere, nec etiam alteri facienti consentire potest. *gloss. in leg. cum pater. §. liberis, ver. aliquo, ubi Bartol. ff. de legat. 2. plures allegat Hippolit. Riminald. consil. 50. num. 1. lib. 1. Bertachin. in tractat. de Episc. 4. parte, quæst. 63. Decium, & Capol. in leg. ait prætor, ff. de regul. jur. Iattum per Guidel. Roldan. in tractat. de alien. rer. eccles. in rubrica, de sequit. verb. alien. fol. 11. num. 1. cum sequentibus.* & in terminis patris ista concludit Octavian. Simoncel. *in tractat. de decret. hor. 2. tit. 6. in effectu ge 19. num. 141. cum sequentibus*, ubi bene rationibus comprobat, quem refert & sequitur Farinac. *ubi supra, num. 3. & 4.*

6 Ampliatur secundo præfata regula, † ut in pace per minorem facienda cum tutoris auctoritate, judicis decretum minime necessarium sit, *ut voluerunt Baldus in leg. pallium curatoris num. 2. Cod. de pact. & in l. num. 2. C. de in integ. restit. min. Paul. Castr. in d. pallium, & in l. rescriptum, §. plerumq; num. 8. ff. de public. Crotus in dicta lege 4. §. Cato, in prima lectura, num. 108. cum seqq. ff. de verborum obligatione, Nella in tractat. de bannitis, in tertia parte secundi temporis, quæst. 32. num. 52. & seq. Nicol. Aldoran. in tractat. de renunc. & pact. quæst. 21. per totam. Antonius Gomez. 3. tom. 6. cap. 3. de homicid. num. 66.* De communi refertur collegium advocat. curial. provinciæ Marchiæ, *consil. criminal. diversorum Zilet. 150. num. 8. cum seq.* ubi plures adducit concordantes, ac de magis communi, & indubitata refertur Abbas *consil. 108. num. 3. illud in effectu, lib. 2.* quem refert Ant. de Pudil. *in tractatu de transigere, nu. 64. C. de transact.* nec ab eis discedit Julius Clar. *in practica criminal. §. fin. dict. quæst. 58. vers. quæro, an tutor, & plures supradictos adducunt concordantes.* Et cum præfata magis communi opinione pertransit Stephan. Lamberten. *de contractibus eorum, gloss. 2. nu. 347.* Et hæc opinio non solum communis est, sed & verior, & saluti animæ, ac Reipublicæ quieti, & utilitati magis amica, *ut inquit, & latissime probat Farin. in suis qq. crim. tit. de accus. q. 51. n. 9. cum pluribus seqq.* respondens fundamentis contrariæ partis.

Contrariam tamen sententiam, imo, quod in hac specie judicis decretum requiratur, tenuerunt Ubertus de Bobio, quem refert & sequitur Specular. *in tit. de homicid. in princ. num. 6. Cal. in l. 1. num. 7. & Paul. de Castr. in l. conventionum, num. 4. ff. de pact. Ioan. de Arn. in suis commentariis, comment. 120. Cassan. in consuet. Burg. tit. de justicia, §. 1. vers. sil. grace. nu. 164. Jul. Ferrar. in tit. de feriis, n. 55. Nov. in pract. crim. c. fin. n. 48. Thobias Nonius. consil. 108. n. 4. Placa de delict. c. 45. nu. 7. Caravit. in ritu magnæ curiæ, 173. n. 19. vers. ego vero, sed an pupillorum patres sint de tut. & curat. min. c. 10. n. 35.* ubi hanc opinionem sequitur tanquam tutissimam, & magis securam, & *Octav. Simoncel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 16. in fine, 19. num. 137.* ubi quod hæc opinio est verior, & rationabilior, quicquid Doctores circa id intricate loquantur, quos ad hoc congerit Farinac. *ubi supra, n. 5. vers. contrarium.* Et hanc sententiam magis probo, ut veriorem, & securiorem utriq; parti pacem facienti, *ut patebit ex seqq.*

Primo, quia, *ut inquit Specular. in tit. de homicid. n. 6.* & subtiliter ponderat Octav. Simoncel. *ubi sup.* si absque decreto, etiam vilissimum prædium distrahere nequit minor, *l. magis puto, §. si ex alienum, & leg. si fundum, ff. de reb. eorum, & diximus supra cap. præcedenti*, quanto magis cohibitus prohibitus pacem facere, in qua de dignitate, & honore pertractatur; qui non modo vilissimis facultatibus, sed etiam propriæ vitæ anteponi debet, *Barbat. cons. 47. scribitur præclare, vol. 19. libr. 2. Iaf. in leg. reprehendenda, 3. nonibil. C. de institut. & substit. &c.* debet-que, † quis velle potius mori, quam relinquere honorem suum, *Gerard. sing. 82. incip. quæ sunt contra eum alias per Neviz. 4. in Sylva Nuptial. 6. n. 34.* & quod injuriam ultum relinquere, & sic facere pacem sit verecundia & dedecus, *l. miles, §. fecer. ff. ad l. Iuliam de adult. & ibi Paul. Castr. n. 1. cum aliis citatis a Farinac. ubi supr. n. 6.* 7

Nec obstant responsiones huic primo fundamento assignatæ per Farinac. *ubi supra, num. 9.* die contem primo, quod licet judicis decretum à jure requiratur in distractione rerum minoris, non per hoc tamen est inferendum ad pacis contractum, in quo nihil distrahitur, & semper minori, ac pupillo utile, & expediens est, quod non contingit in alienatione rerum immobilium, quæ ut plurimum solent esse damnosæ, quoniam replicamus, in pacis contractu distrahi jus licitæ ultionis, & prosequutionis suæ vel eorum injuriæ, quod æstimabilius est, quam bona immobilia, ut habet præsens primum fundamentum nostræ sententiæ, quam defendimus, negamusque, contractum pacis semper utilem, & expedientem esse minori & pupillo. Cum imo sæpe, ac sæpius possit contractum accidere, nempe, quod in ipso contractu pacis læditur minor, & pax fit sibi ignominiosa, & damnosa, vel in honore, vel in omissione damnorum, vel ejus, quod sibi interest, aut alias in aliis pactis, & conditionibus, *ut infra latius dicemus.* Merito igitur in hujusmodi pacis ineundæ contractu decretum judicis, juxta rigorem inspecto requiratur.

Non obstat † secunda responsio Farinac. scilic. quod licet honor sit cunctis rebus præferendus, non tamen saluti animæ, & reipublicæ quieti, quæ multo magis pacibus & concordiis reservatur, quam discordiis. Quoniam, & si hoc verum in se sit, negamus tamen esse illicitum prosequi offensum, suum & suorum injuriam juridice, & sine animi rancore. Imo id omni jure licitum reputamus præcipue in pupillo, cujusque tutore, in quibus cessat regulariter malus animus, & cordis rancor. Sed imo in eis præmaxime præsumi debet contrarium, & sic bonus zelus, & ut recuperent actione injuriarū damna, & interesse ob mortem puta patris interfecti vel vulnerati, quod possunt, *juxta late tradita per Anton. Gomez. 3. tomo variar. resolut. cap. 3. de homicid. num. 37. & sequentes. Roland. a Valle, consil. 49. per totum, volum. 2. Novis. 122. Platum in l. si quando, num. 69. cum seqq. ff. ad num. 783. C. unde vi, secund. antiquam impressionem, & Iul. Clar. in pract. crim. §. homicidium vers. tenentur hi. Plat. de delict. c. 8. Plot. cons. crim. diversf. 73. n. 13. tom. 2. in magn. Joseph. Ludovic. decis. Lucens. 62. part. 1. Puteum decis. 220. libr. 3.* qui omnes communiter concludunt post alios, quos citant, quod homicida etiam civiliter tenetur heredibus occisi ad damna per ipsos passa occasione homicidii in defunctum commissi, vel vulneris illati.

Nec satisfacit responsio huic † rationi assignata *per eundem Farin. n. 13. adfin.* nempe, quod minor faciendo pacem & injuriam remittendo, non dicitur remittere damna & interesse, secundum communem sententiam, de qua post alios habetur per Bossium *in tit. de pace, n. 11. Antonium Gomez. 3. tomo variarum resolutionum, cap. de injur. n. 13. & Clarum, in pract. crim. d. qu. 51. versic. quæro modo*, quia in claris non est locus conjecturis, nempe, cum minor omnia hæc expresse remittit: Ergo faciendo pacē hoc modo non utiliter agit, sed perdere reputatur, quod necessario fateri deberet Farin. quando minor in pace à se facta remittit expresse gratis, vel aliquo parvo recepto injuriam, damna, atq; expensas, ut communiter 8

solent remitti: tamen si ipse *n. 14.* censeat, quod & si pax in hac ultima specie non dicatur minoribus utilis, non tamen per hoc est in tali remissione necessarium judicis decretum, quia remittuntur actio, & ius, non ad quid immobile, sed ad pecuniam, & sic ad quid mobile *ut late post alios quos allegat, concludit distinguendo Octa. Simon. de decret. lib. 1. tit. 3. nu. 4. vers. secundus casus est &c.* quoniam ut præ diximus, & habet hoc primum fundamentum nostræ hujus sententiæ principalis affirmativæ, quā defendimus, honor præferetur cunctis facultatibus, & propriæ vitæ, ergo à fortiori in injuria gravissima remittenda requiritur decretum judicis, etiam quoad damna & interesse, tum, quia in judicio de eis agitur, tum etiam, quia incidenter veniunt & petuntur cum vindicta principali injuriæ, reipublicæque interest, ne delicta remaneant impunita, *ut in juribus vulgaribus:* Ergo non solum ad desistendum ab accusatione licentia judicis requiritur etiam in maioribus accusatoribus, ne incidant in Turpillianum, *ut in toto tit. ad Turpill.* sed etiam decretum judicis ad faciendam pacem per minores suosq; administratores. 9

Secundo respondemus ad prædictam secundam responsionem Farinacii, quod ista nostram principalem sententiam, quam hic defendimus, non impeditur pacis confectio, nec salus animæ, & quies Reipublicæ, ut Farinacius existimabat, sed hoc tantum prætenditur, quod pax fiat, consultius judicis decreto interveniente, & in utilitatem minoris. Ex quo cessat omnino responsio secunda præfata Farinacii, & remanet firmum prædictum primum fundamentum principale, pro nostra hac secunda contra priorem.

10 Tertia responsio † Farinacii est, quod licet ex vulgi opinione verecundia sit, injuriam inultam relinquere, verius tamen est, quod remittere injuriam non est notarii infamia, *ut in l. furti, §. penult. ff. de his, qui notan. infam.* Imo Christus redemtor noster præcipit, inimicos diligere, & benefacere eis, qui nos oderunt; ideoque nō vituperandus, sed laudandus & honorandus est is, qui pacem facit & servat, non solum jure divino, sed & humano, *ut in l. 1. ff. de confib. & in leg. nunc. C. de cadue. toll. & in terminis probat Anton. Gom. tit. de homicid. c. 3. n. 66. ver. nec iste casus,* & quando minor pacem facit, ac injuriam remittit propter amorem Dei, non solum dedecus non patitur, sed actum commendatione dignum apud probos & catholicos viros fecisse videtur, *ut deduxit Sperta Oddus in suo tract. de restit. an integ. par. 2. q. 85. art. 2. n. 52. & latius prosequitur Farinac. ubi sup. d. n. 9. ver. licet.*

11 Vbi etiam, † quod si tutor pro salute animæ pupilli potest absq; judicis decreto pecuniam usuris extortam restituere, ut consideraverunt optime collegium advocatorum Curiæ, provinciæ Marchiæ, *d. consil. crim. 150. n. 32. vol. 1.* & Ludovic. Alpher. *simil. consil. crimin. 151. n. 41. vol. 1. gloss. & communiter Dd. in l. præses, C. de transact.* cur non licebit etiam eidem tutori facere, non solum pro salute animæ, sed corporis ipsius pupilli, sine decreto judicis, *ita Farinac.*

Sed respondemus, quod hæc omnia non contradicunt nostræ veriori sententiæ. Eo namque tendunt, ut concordia & pax in hac specie fieri conveniat, & admittēda sit; quod non negamus, sed contendimus requiri decretum judicis pro eius firmitate, ut consultius fiat in favorem minoris, cum alias facta sine causæ cognitione, & decreto judicis, posset resultare in magnum dedecus, ignominiam, & læsionem minoris, neque exemplum de restimendis usuris absq; decreto judicis aliquid præstat, quia hoc ideo verū est, quia usuræ fuerunt contra omne tus extortæ à tutore, ideoque merito tutor propria auctoritate potest eas restituere pro animæ pupilli salute. At vero prosequi injuriam minoris bono zelo est licitū: Imo ad id tenetur tutor, & quamvis optimum sit, opusque meritorium, pacem facere, ne tamen in damnum grave minoris erretur in hac pace facienda, & in modo remittendi injuriam, & ficut discernatur, an expediens sit pax minus illo vel alio modo, inter venire necessario debet causæ cognitio, & decretum judicis ex dicto primo fundamento. Sic etiam tutor vel curator minoris, cuius res in publica subhastatione sunt venditæ plus, aut minus, ultra dimidium justi pretii, propria auctoritate restituere non debet, quod plus justo abstulit, quia suo periculo id cederet, sed tenetur laudare in excessu, & gravamine pretii, neutrum supra dictorū facere tenetur. Quinimo potius tenetur commodo minoris prospicere, ita Mercado *de tractat. y contract. del vender, y comprar de contado, c. 12. fol. 65. pag. secunda, libr. vessa resolvidor, &c. Cordoba in summa quæstionē, &c. & Frater Ludo Lopez. in 2 part. inst. ut, consul. sent 24. 63. 9. 2. quos novissime refert & sequitur Vega lib. 2. de suæ casus de confessario, casu 97.*

12 Secundo † & principaliter eadem nostra sententia affirmativa approbatur ex gloss communiter approbata *in leg. cum hoc. 5. eam tractationem, vers. alias autem ff. de transact.* quæ habet, quod minor prohibitus à jure rē alienare sine judicis decreto, nequeunque sine eo alienare potest, etiam si alienatio sit utilis ipsi minori, de qua communi opinione, & resolutione, quæ circa eam tenēda sit, late alibi egimus. Sed ultra ibidem adducta eandem sententiam communem profitentur Natta *consil. 631. n. 35. lib. 3. Roland. a Valle cons. 49. n. 38. lib. 1. & consilio 42. lib. 2. & cons. 7. num. 26. lib. 3. Cephal. consil. 107. num. 29. lib. 2. Rursat. consil. 62. nu. 21. lib. 1. Hiero. Gabr. consil. 36. sub. num. 47. volumine primo, Menochius de arbitr. judic. cent. 2. casu 171. num. 50. cum sequentibus, lib. 2. & in tract. de adipiscen. possess. remed. 3. sub. nu. 80. circa finem. Pinell. in repet. l. 1. parte 3. sub. nu. 31. C. de bonis maternis, & late eam defendit Octavian. Simoncell. de decretis, lib. tertio, titul. 1. in effectione 17. num. 125.* Ergo nec minor pacem facere poterit, sine decreto judicis, dato quod aliquando non sit dedecus, nec præjudicet honori pupilli, puta quando adversarius esset potentior ipso minore, vel quando fieret cum incerto occisore, sicut posset alios coniderat collegium Advocat. Curial. provinciæ Marchiæ, *d. consilio crimin. 150. nu. 40.* Quod si judex viderit pacem esse utilem pupillo, neque in eius dedecus redire, debet tunc decretum interponere: secus si non sit utilis, & in illius verecundiam redundet, & sic utilitas pacis erit tuta causis interpositionis decreti, sed non poterit, ut minor possit illa sine decreto, *secund. Octavian. Simoncell. d. lib. secundo de decret. tit. 6. in fine. 16. num. 138.* ubi his, & similibus considerationibus optime hoc probat. telle Farinac. *ubi sup.*

Neque obstat evasio huius fundamenti à Farinacio, *ubi sup. sub dicto num. 9. in versicul. 1. dixi non obstat assignata, nempe, quod in pactis contractu nihil alienatur.* Contrarium namque verissimum est: siquidem agitur de honoris detrimento, qui omnibus bonis, & vitæ propriæ interponitur, *ut prædiximus.*

Tertio principaliter † hæc eadem nostra sententia affirmativa optime comprobatur ex altera communi sententia, quæ habet, quod judicis decretum nedum requiritur in contractibus venditionis, & alienationis rerum immobilium minoris, sed etiam in transactione quę alienationis nomine venit, *gloss. Bartol. & communiter Doctores in leg. prim. C. si adver. vendit. Anton. Gom. de contract. cap. 14. sub nu. 14. vers. 1. est communis, ut plurimi allegant testatur Farinacius, ubi supr. num. octavo,* 13

sed pacem facere nihil aliud est, quam transigere, *l. transigere. ff. de transact. late Iulius Clar. d. q. 58 per totam*, Ergo & in pacte contractu iudicis decretum requiritur, & ita formaliter astringit in terminis nostris, *Bla. d. c. 15. n. 7*

14 Neque obstat † responsio Farinacii, *ubi sup. d. n. 9. ver. & similis modo*, nempe quod hæc modo relata sententia de transactione non procedit, ubi per transactionem minor nihil dimittit, & nihil distrahit: tunc namque in transactione indeis decretum minime intervenire debere, discretim communiter Dd. *in l. si profectus, C. de transactionis Curiæ Rota. conslio 11. col. 2. lib. 4. Decius consil. 479. col. 1. & consil. 586. col. penult. in fin. Rol. à Vall. consil. 1. n. 44. Iulius resp. 49. n. 5. Manoch. de arb. iud. centur. 2. casu. 71. n. 24. Iulius Ludovic. decisione Peruf. 55. num. 8.* qui omnes loquuntur in fortiori casu, quando scilicet minor transigendo dimitteret aliquid tam ab eo possessum, ad quam ius præterea debitum. Cuius contrarium sustinet Octav. Simoncell. prædictos omnes referens, *de decret. d. c. tit. 9. in spec. l. 11. n. 2.* sed ubi minor nihil remittit aut dimittit, tunc omnis cessat difficultas, *ut ibi per eum*, scilicet in contractu pacis minor nihil remittit aut dimittit. Ergo non requiritur decretum iudicis, quando nihil remittat aut perdat minor in contractu pacis, late mittit ex pluribus probare Farinac, *ubi sup. n. 11.*

Non inquam obstat hæc responsio, quotiam multum dimittit, & remittit minor faciendo pacem, nempe vindictam iustam honoris & damnorum, atque vius quod interest ter compensationem, *ut supra probavimus*. Ergo cessat prædicta responsio.

15 Quarto † peremptorie pro hac parte facit, quia minor, cum tutoris auctoritate, vel etiam tutor nomine minoris non potest semper, & in omni casu facere pacē, sed tunc demum, quando expedit pupillo illam facere, alias secus, *ut post gloss. Baldum & Salyset. in leg. pactum emptoris. C. de pact. ad. & de communi testatur Curæ. super tit. de rest. in integ. Curiæ. 275. n. 19. in prin.* nec dissentit Oddo. *de rest. in integrum, prim. parte, quæstione 83. artic. 17. num. 44.* ubi pariter dicit, quod valet pax facta a pupillo cum auctoritate tutoris, si fuit ex iusta causa, alias secus: tunc igitur demum pacem pro pupillo facere potest, quando pax est eidem utilis & expediens, ut puta (ut exemplificant Doctores) quando ob potentiā adversarii imminebat esset pupillo periculosa, secus si pax non utilis, sed ignominiosa est. Ita distinguit Specul. *in tit. de homicid. col. 2. in versic. illud autem quæritur, & ibi Ioannes Andr. & Bald in addit. circa finem*, & cumulat plurimos hanc distinctionem tenentes, *Farinac. d. tit. de accusat. quæstione 17. n. 63.* ubi citat dicentes, eamet esse communem, & magis communem, nempe Caravitam *ubi sup.* & Alex. *cons. 91. vol. 1. in causa actoris, ante finem, versic. ultimo finiri hæc lex, n. 7.* Nellum *in tract. de damnat. q. 32. cum sequentibus*, Villamp andum *super l. 22. tit. 1. part 7. a. 29. n. 1.* Plachum *in epitom. de delict. cap. 45. num. 7.* Curt. Iun. *in dicta leg. pactum curatoris, n. 17.* Crotum *in leg. 4. §. Cato, in 1. repetitione, num. 169. ff. de verborum obligat.* collegium Marcer. *ar. cons. cum diver. 150. nu. 7. & 8. libro* 1. Stephan. Lamberten. *de contrad. eorum. gloss. 1. n. 343. in fin. & num. 347. in fin.* Octav. Vulpel. *in tract. de pact. q. 12. n. 2.* Iolium Clarum *in d. quæst 58. ver. quæro, an tutor, prope fin.* & Sfortiam Oddum *ubi supra*. Et hanc sequitur Decian. *consil. 33. num. 2. volum. 1.* dicens, esse communiter approbatam, & præmaxime procedere, quando occisor iam fuit condemnatus per sententiam ad accusationem pupilli.

16 Siergo tunc demum † tutor hoc potest, si pupillo expediat, & si adsit iusta causa faciendi pacem, aliter secus: necesse est, quod ista qualitas, quod expediat pupillo, prius debeat apparere, ut tutoris potestas fundata sit, *argumen. text. in leg. Fulcinius §. cum hoc, ubi Bart. ff. ex quibus caus. in possess. eat. & leg. Fulcinius, §. ait prætor, ubi etiam Bart. ff. ne quid in loc. publ. cum aliis per Gram. consilio sive post decisionē posito. n. 31. & 32.* & consequenter, antequam tutor pacem faciat, debet in iudicio præcedere causæ cognitio, an illa utilis & expediens sit pupillo, nec ne? vel an sit iusta causa vel non? eaque adhibita iudex interponit decretum. Et ita magis communiter servari testatur Caravit. *ubi sup. n. 20.* prout cum refert Farinac, *ubi sup. n. 8. ad fin.* quamvis ipse ibi, *& nu. 63. ad fin.* contrarium asserat servari de consuetudine, quicquid sit de iure, secundum Iul. Clar. *ubi supr.* & Bosl. *de pace n. 14.* & insuper addit, quod licet talis observantia sit contra communem præcedentem distinctionem, nec placeat Vulpel. *in loco citato*, latis tamen iuridica, & rationabilis sibi videtur, qui nunquam crederet revera dici posse, quod pax pupillo sit futura damnosa, vel ignominiosa, & quod ideo nec etiam apud suos vidit unquam per iudices fieri aliquam difficultatem, & per inquisitionem in similibus pacibus per tutores nomine pupillorum factis, an scilicet utiles, nec ne? quia semper utiles præsumuntur. Quam sententiam veriorem quoque æstimat idem auctor *d. q. 15. num. 12. in ver. & ex prædict. contra Caravitam.*

Ego nihilominus præfatam magis communem distinctionē probare malo, & præterea supradictam secundam sententiam affirmativam in nostra quæst. principali, quam fundavimus, nempe, *q*) in hac pace facienda per minorem cum auctoritate tutoris vel curatoris, vel per ipsam tutorem nomine pupilli requiratur decretum iudicis, *q*) est iure veritis & probabilior sententia, nec non & etiam recepta per Dd. *ut patet ex sup. allegatis*, & ut credo, in praxi in nostra Hispania observata. Regulare nempe est in omnibus pactis & transactionibus, præsertim quando lis pendet super eo, in quo transigitur. Imo hoc etiam expedit securitati tutorum & curatorum, ut postea eis culpa imputari non possit. Similiter & eis, cum quibus transigitur. Verior igitur, ac probabilior receptaque à Dd. nec non, & in praxi nostra præfata sententia affirmativa.

Nec obstat motivum principale Farinacii, nempe, *q*) qualiscunque pax sit, semper expediens pupillo dici potest. Hoc namq; negamus, prout negat etiam præfata magis comunis sententia. Talis namque pax potest esse, ut potius ex ea approbrium minori resultet, quam commodum, & deinde in expensis & damnis, atque interesse lædi potest minor, per quam maxime, si inconsulto pax fieret absque prætore, iuxta negotii qualitatem, & magnitudinem. Quare ut omnes difficultates tollantur, quinque consulit Decian. *ubi sup. nu. 1.* ut in pace facienda celebrentur, de quibus ibi per eum.

17 Tertio principaliter ampliatur † prædicta regula secunda, ut in minoris pace facta, cū tutoris seu curatoris auctoritate minime intervenire debeant statutariæ solemnitates, ut cum communi testatur Abb. *cons. 108. illud in effectu. l. 2. per totum, & alios plures referens Far. d. q. 15. n. 15.* Quod verum credo, præterquam in decreto iudicis à iure requisito per *supradicta*. Hoc namque intervenire debet, ut probavimus, quam ampliationem in Farinac. *ubi sup. n. 16.* multo magis & sine ulla difficultate inquit procedere, quando pax esset iurata. *& n. 19. cum seq.* eam limitat, quando statutum iannullans contractus minorū, seu mulierum, sine certa solemnitate celebratos, vlterius procederet, eos præsumendo dolosos & fraudulentos. Isto n. casu iuramentum non supplet solemnitates statutarias, secundum magis communem sententiam, quam ibi refert & sequitur: saltem, quando statutum expresse facit de iuramenti mentionem, volens eo non obstante, vel d. iuramentum, vel contractum, in quo est interpositum præsumi dolosum, vel fraudulentum, quod iterum declarat ibi. *n. 21. & 22. cum seq.* late disserit, an quando statutum utitur aliquibus verbis generalibus, comprehendentibus non solum contractus, ultro citroque obligatorios, sed etiam ex una parte tantum, puta, si diceret solemnitates requiri in obligationibus, renuntiationibus, remissionibus, & similibus, debeant his casibus intervenire statutariæ solemnitates & refert duas receptas Doctorum sententias, quarum negativam dicit esse magis communem, quam ipse probat ea ratione, quia pacis conventio remissionem non contineat saltem eam, de qua seruerunt statuentes. Et dato, quod eam contineret, statuta ad casum utilis remissionis, de quo est pax, applicari non possunt, ut late ibi prosequitur, persistendo in sua opinione iam relata, quod pax, & remisso iniuriæ semper sit utilis minori. Sed ego, qui contrarium censui & probavi supra optimis rationibus usus, atque magis cōmuni distinctione, de qua supra non possum probare in proposito partem hanc negativam, quam probavit Farinac. sed potius affirmativam *per supradicta*.

19 Quarto principaliter ampliatur † prædicta secunda regula, ut sicut maior infans, & adultus cum auctoritate sui tutoris vel curatoris potest facere pacem, & concordiam, & remissionem super morte patris occisi, ita etiam solus tutor impuberis nomine ipsius pupilli eam transactionem facere poterit, ut volumus supr. & tenent cōmuniter Dd. *ut plures allegans asserit Anton. Gom. d. c. 9. de homicid. n. 36. & Placa de delict. lib. 4. c. 25. num. A.* Et est communis, *ut plures allegans profitetur Antem. de Padilla. in dicta l. transigere, nu. 6. a. C. de transact. & Farinac. dicta qua. 15. n. 42.* ubi n. 61. idem probat in pactibus datis ab specialibus curatoribus adversus Iulium Clarum, *in praxi criminis, quæst. 58. ver. quæro an tutor, in fin.* Requiritur tamen decretum iudicis, ut cum veriori, & recepta sententia probavimus supra, contra alios, & ita merito Padilla, *ubi supra* hanc nostram sententiam volait, dum contrariam limitat, quando remissio huius iniuriæ, & transactio dedecori esset ipsi pupillo, ut quia infamiam aliquam in patre, fratreve occiso per pessimus fuisset, quo casu non expediret multum, hanc iniuriam remittere, sed iudicis auctoritate eam vindicare tutor teneretur, *arg. text. in l. multa, §. sicer. ff. ad leg. Cornel. de adult. text. in l. finem. §. fin. ff. de pact.* Vnde merito, quod ad faciendam prædictam pacem requiratur causæ cognitio ad sciendum, an expediat minori eam facere nec ne. Et insuper decretum iudicis, *ut pro ximum*.

20 Non igitur procedit distinctio † nonnullorum tenentium, hanc pacem à tutore fieri non posse, si aliquid constaret, de offensa patris pupilli vel minoris, secus si non constaret, *ut voluerunt distinguere Guid. de Suz. a. Gandi. & Bonifac.* quorum opinionem communem dixit Brunus *libr. de constit. ver. pax, ver. 5. item quæritur*, quem ad hoc refert Iul. *ubi sup.* dicens, quod certe hæc sententia non tenetur, *secundum Ioann. de Anic. consilio 28. post n. 2.* sed est tenendum, quod prædiximus, nempe, ut tutor cum decreto iudicis possit pacem facere, iniuriamque remittere.

21 Tutor tamen posthumi, † antequam in lucem ipse posthumus edatur, transactionem facere non potest, ita fuit ex facto determinatum. *secund. Bald. in l. finemo. §. testamentis. ff. de testament.* aut. qui id probat & Cumān. *ibidem*, quos refert & sequitur Padilla, *ubi sup. num. 05.* & Villalpand. *in d. l. 22. §. 29. n. 1. tit. 9. par. 7.* & probat latissime Placa, *de delict. c. 42. n. 1. cum seq.* Accedente tamen decreto iudicis valida erit transactio à prædicto tutore posthumi facta per prædicta.

22 Similiter etiam lata † sententia condemnatoria contra inimicos pupilli, tutor eius remittere iniuriam non potest, *secundum Alber. in dict. Solarium, nu. 3. C. de auth. præst.* sed contrarium censet Padill. *ubi supr.* si remissio non fiat in pupilli dedecus & iniuriam. Ego illi addo, & pax cum decreto iudicis solidetur.

23 Si tamen maior infans, † sine tutoris, aut curatoris

auctoritate iniuriam remitteret, pacemque faceret cum iuramento, bene valeret & teneret, quia iuramentum facit minorem haberi pro maiori, *gloss. in auth. sacramenta puberum. C. ad vers. vendit. & in tit. de dotium gloss. etiā 2. in l. 2. C. de reficiendo. vend. & novissime gloss. has alios allegans Farinac. fatetur tit. de accusat. quæst. 15. n. 32.* ubi n. 33. plurimos citans, addit iuramentum regulariter in contractibus minorum supplere defectum tutoris, & hanc esse communem sententiam, & per totum mundū servari, quam etiam communem sententiam late adduximus *in d. auth. sacramenta puberum*. Et in specie, quod pax facta sine tutoris aut curatoris auctoritate, sin ea interveniat iuramentum, valeat & sit servanda, probat etiam Abb. *d. consilio 108. illud in effectu, lib. 2.* Iulius Ferret. *in tit. de prin. n. 31.* Ferculum, in tract. *de cautione, de non offendendo. n. 38. n. 4.* Collegium Marcerat. *d. cons. criminal. 150. n. 18. cum sequentibus*, Ludov. de Alfer. *consilio 151. nu. 27.* Tho. Nonius *consilio 152. num. 4. infin. & num. 9. omnes n. volum. consil. crim.* Zilettus magnus Octav. Simoncell. *ubi supr. libr. 2. tit. 8. in sect. tione 16. n. 10. Sfortia Oddi de restit. in integr. par. 2. quæstione 83. art. 7. nu. 19.* nec dissentit Caravit. *super titu magna Curia. 275. num. 20. in versic. pradict. opinionem intellego, & num. 21.* ubi etiam generaliter concludit, quod iuramentum firmat pacem a minore factam, alias invalidam, quos omnes refert & sequitur Farinac. *ubi sup. num. 33.* sed non Decianum idem tenentem *consilio 33. nu. 9. volum. 1.* & nos in repetitione d. *auth. sacramenta puberum, n. 225. cum seq.* qui idem probavimus. Quare iuramentum hoc supplebit etiam defectum decreti iudicis, ut resolvimus, *ubi supra in d. auth. sacramenta puberum, n. 23.* loquendo generaliter in omnibus casibus, in quibus ad alienationem rei minoris requiritur decretum iudicis, ut eius loco sufficiat iuramentum.

Quod non solum † procedit in pubere & adulto, verum etiam & impubere, doli tamen capace, ut puta, pubertati proximo. Huius namque iuramentum validum efficit eius contractum, alias de iure invalidum, *ut tenent communiter Dd. in d. auth. sacramenta puberum*, cuius communis, & magis communis sententia, *ut late resolvimus ibidem, n. 27. & novissime eidem facit Farinac. plures allegans, ubi sup. nu. 34.* & in terminis pacis iuratæ ab impubere doli capace, idem probat Abb. *ubi sup.* & Caravit. *ubi sup. n. 20. ad fin.* eosque referens, & alios sequitur Farinac. *ubi supra num 34. & 35.* adversus alterum communem sententiam in terminis d. auth. *sacramenta puberum*, quam ibi recitat.

An autem minor † restituatur adversus pacem à se factam, & iniuriam remissam in casibus, in quibus valida sit talis pax & iniuriæ remissio agit late Sforzia Oddus *d. art. 7. per totum, quæst. 85. 2. part.* ubi ponit regulam communem negativam cum aliquibus limitationibus.

SUMMARIA.

1 *Leg. 39. & 20. tit. 16. par. 6. litera a referunt, & per totam eapud declaratur.*

2 *Pupillus educari debet in eo loco & apud eos, quos pater vel Avus præceperit.*

3 *Vade si in fersit educare penes novercam, ipse in hoc præferenda erit avia materna concurrentibus in ea, de quibus hic.*

4 *Nonnunquam tamen in hoc à voluntate patris recedit Prætor, ut ex casibus hic expressis.*

5 *Iudex pariter vel a quo hoc non provident eligere debet personam idoneam cui amet pupillo, & qui ex post mortem succedurus non sit pœnes quem educari debeat: arbitria ergo in hac re cum causa cognitione, & magna cura hoc relinquitur à iure tamen regulato.*

6 *Iudex advertere debet ne pupillus educatus statuat apud eum, qui ex ea est successurus tamquam pater aliud inserit, & n. 7. an hoc procedat in fratre substituto?*

8 *Iudex posset decernere pupillum educandum apud eum, qui esset pro examine suæ vitæ.*

9 *Mater bonæ famæ dum secundas nuptias non contraxerit, præfertur in educatione liberorum.*

10 *Iudex non arbitretur pupillum esse educandum penes matrem volentem ire penes.*

11 *Avia materna post matrem admittitur ad pupilli educationem,*

12 *Avia, eisdem rationibus, quibus mater, excluditur ab educatione pupilli, cum ei nuptias intempestivas procurasset.*

13 *Iudex potest arbitrari puellã esse reponendam in monasterio si dubitetur de educatione apud consanguineos.*

14 *Mater removetur ab educatione filiorum, si suspecta sit ex eo, quod prolis sit immaturam & inæqualem matrimonium procurare.*

15 *Mater in hac materia educationis filiorum, in dubio præfertur fratri adulto ipsius pupilli, nisi pupillus magis commode apud fratrem educari possit, & utilius sit ex ipsi pupillo, ut in n. 16. vel quando pro fratre exstat consultor ata patris voluntas, velutis quando pater filiæ hereditate instituto & dote filia relicta eisdem alimenta à filio præstanda, etiam si forore vel fratre substitutus hoc fecisset, ut in n. 17.*

16 *Iudex in hac materia educationis pupillorum agere debet ut pater, non permittendo pupillum morari apud eum, qui insidiatur eius vitæ, vitæ, animæ, bonis moribus, nuptiis aut sponsalibus, vel patrimonio ipsius pupilli, & n. 20.*

19 *Iudex pro arbitrio potest decernere, ut pupilla apud sponsum educetur pro sponsalibus qualitate, sed in hoc tenenda est discretio de qua hic, n. 20.*

22 *Mater tranlens ad secundas nuptias removetur ab educatione filiorum, nisi apud aliam magis idoneam alimentari non possint, & in matre & vitrico esset omnis suspicio, ut quia pupillus habet substitutum, & sint honestæ vitæ, ut in n. 22. si tamen mater ad secundas nuptias convolans pupilla ab intestato esset successura in octabore distante, vel in 3. eius parte proculdubio ab eius educatione repellitur, ut in n 23.*

24 *Mater contra quam est suspicio, quod cum velit ad secundas nuptias, an repellatur ab educatione filiorũ.*

25 *Avia vilis improbæ impudicæ, vel imprudenti denegatur educatio nepotum, etiam si dudum sit, & alia eligitur persona idonea.*

27. *Pater nullius vellet suam filiam apud matrem secundo nubentem morari.*

28 *Adultus educatur, ubi ipse voluerit.*

29 *Iudex decernere potest ut pupillus alatur apud interim substitutum esse successurus pupillo ab intestato.*

CAPUT VIII.

Vbi pupillus educari debeat?

SOLET prætor † frequentissime adiri, ut constituat, ubi filii vel alantur, vel morentur, non tantum in posthumis, verum omnino in pueris, & solet ex persona, ex conditione, & extempore statuere, ubi potius alendus sit, ut exoreditur materiam huius capitis Vlpian. *in l. 1. ff. ubi pupill. educ. debeat.*

Opportune igitur *l. 19. tit. 16 part. 6.* huic rei providit, dicens primo. † *Criar se debe el huerfano en aquel lugar o con aquellas personas que mando el padre, o el abuelo en su testamento.* Id quod probat *l. 2. C. ubi pupill. educ. debeat & tenet Durand. de arte test. num. 8. tit. 7. cant. 1. in fin. Cavalc. de tut. & cur at. n. 304. Petr. Surd. in tract at. de alimentat. tit. 4. quæst. 13. n. 2. cum seq. filio. 550.* Cuius ratio est, quia præsumitur patrem semper melius ceteris profexisse utilitati filiorum, *leg. nec ancæ. ff. de adult.* etiam quando aliquo primo aspectu videretur filio damnosus, *ut cum Bart. & aliis probat Surd. ubi sup. n. 3.*

Hinc respondet Decian. † *consil. 49. num. 9. cum seqq. n. 1.* quod si pater iusserit in testamento, quod filiæ suæ minores educentur penes novercam, ipsa in hoc præferenda erit aviæ maternæ, concurrentibus illis, de quibus in suo calu, *ut ibi late explo ribus probat:* Nonnunquam tamen in hoc a voluntate † patris recedit prætor, ut caveatur *in dict. l. 1. in prine. ff. ubi pupill. educ. deb. l. Quintus Mutius, ff. de ann. legat. in vers. sic nec tunc semper,* veluti propter vitium, quod pater forte ignoravit in eis esse personis, apud quas morari iussit, ut ibi caveatur, vel quia alias videat prætor id pupillo non expedire, ut tenet Socin. *consil. 163. in 2. 4. lib. 2. quem refert & sequitur Aym. Crav. consilio 190. n. 9. & sequitur Molin. Theolog. de iust. & iur. 1. part. 2. tract. disput. 220. col. 1380. in princ. Decian. ubi sup. d. consil. 40. n. 20. vol. 1.* ubi exemplificat, quando non possent liberi penes destinatum à testatore ab fine aliqua maligna suspitione, puta quando se, in penes quem iussit testator educari, foret eidem pupillo substitutus, *ut dd. l. in fi. an prin. ff. ubi pupill. educ. deb.* de quo infra latius agemus.

Profequitur eadem lex † Regia inceptam materiam dicentes: *si por aventura a en el testamento de ninguno destos no fue ello feziere la persona y lugar en que ycanquien se deua criar el huerfano y fonce el suez del lugar de ve criar con grande sciencia, e escoger algun home bueno que ame la persona del huerfano, e si prouecho de el. E que sea tal que muriendo el mucho no aya derecho de heredar lo suyo.* Vide *l. fin. C. ubi pupill. educ. deb.* ad discernendum, utrũ nepos ex filia apud avum vel patruum morari debet ex singulorum affectione, & qui magis ad suspicionem ex spe successionis propriorsit, æstimandum esse statuit & decidit: Similiter si dicatur (inquit *l. penult. ff. ubi pupill. educa. deb.*) ubi morari vel educari pupillum oporteat, causa cognita id præsidem statuere oportebit. In causæ autem cognitione vitandi sunt, quæ pudicitiæ impuberis possunt insidiari: In iudicis ergo arbitrio hoc positum est *d. penult. ff. ubi pupill. educ. deb. & in l. 1. & 2. C. eod. tit. Bal. in l. huon. ff. de inoffic. testam. Coras. cons. 375. n. 15. lib. 4. Barbo. cons. 60. vol. 1. a. Alb. 3. Socin. sen. cons. 193. an 2. dubio, lib. 3. Curt. Iun. cons. 92. col. vlt. Paris. consil. 16. n. 3. & 4. lib. 1. Crav. cons. 190. n. 2. ver. & propterea, pront ecrtsert & sequitur Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 2 casu 168. n. 1. idem consil. 62. sub n. 12. ver. 4. vol. 1. sequitur etiam Greg. Lopez. in d. l. 19. in glo. que casare, ibi, nam ubi pupill. &c. tit. 16. part. 6. & Caval. de tut. & cur. n. 301. Berò. cons. 130. n. 1. cum seqq. vol. 2. & alios plures allegans Pet. Surd. de alim. tit. 4. q. 13. n. 1.* ubi quod hoc iudicis arbitrium debet esse à iure, vel secundum ius regulatum, non sibi absolutum & irrationabile, *ut admonet Cav. ubi sup.* multos allegans contra iudices, qui pro libito voluntatis sub colore arbitrii subvertunt iuris regulas. Eandem conclusionem principalem, quod quando mater nec avi minoris sunt superstites, ad iudicē eligere spectet, ubi & apud quem educari debeat, spectaris qualitatibus omnium, quoad propinquitatem cum minore, affectum ad illum, mores, & alia reliqua etiam Molin. Theol. *de iust. & iur. 1. par. tract. 2. disp. 220. col. 1380. in fin. & col. 1381. in prin.*

Debet tamen † iudex advertere, ne pupillum educari statuat apud eum, qui est ei successurus, *ut in d. l. 1. §. ver. denique, ff. ubi pupill. educ. deb. & in l. fin. C. eod. tit. expressa nostra l. 19. tit. 16. part. 6. Mol. ubi sup. col. 1381.* & in substituto pupilli, ne apud eum educetur ipse pupillus, si ex inquisitione iudicis constet, ex successione oriri posse aliã suspicionem, etiamsi pater aliud iusserit, probat *d. l. 1. §. 1. ver. denique.* Sed generaliter in eo, cuius proxima est successionis spes, probat *d. l. fin. C. ubi pupill. educ. deb.* & d lex Regia 19. *E que sea tal que muriendo el mucho no aya derecho de heredar lo suyo.* Tenet & Bald. *consil. 427. in prin. ut ver. debet advertere, vol. 5.* ubi generaliter monet, non esse collocandum pupillum in domo eius, qui illius vitæ insidiatur, & ponit exemplum in substituto, *Iaf. consil. 53. n. 23. vol. 3.* ubi loquitur de successione intestati, *Menoch. de arb. iud. d. casu 168. n. 15. ubi citat alios, & secum d. consil. 62. n. 12. ver. 3. & plures allegans idem sequitur Petrus Surd. de alimentat. tit. 4. q. 13. n. 30. cum seqq.*

Limitat tamen † hanc sententiam ita iure probatam Menoc. *ubi sup. n. 16. & d. consil. 62. n. 18.* ut procedat in extraneo substituto, in quo ꝓdicta suspicio consideratur, non vero in fratre, ut inquit considerasse Dd. à se supra *n. 15* citatos. Sic etiam dicit Barb. *consil. 60. vol. 1. a. lib. 3.* illam suspicionem exoriendam ex spe successionis, non considerari in persona matris. Ergo idem & in fratre, qui & si non esset substitutus, ab intestato ei succederet. Sic etiam in avunculo substituto respondisse testatur Soc. Sen. *consil. 193. col. ult. lib. 2.* qui dixit, vitæ bonitatem hanc suspicionem diluere. Concluditque ibi Menoch. quod index agat in hac re, ne si ipsius pupilli pater foret, *ut admonet Bald. à Cravet. ubi supra, consil. 18. n. 5.*

Hæc tamen † declaratio & limitatio non arridet Pet. Surd. *ubi sup. n. 31. & 32.* qui ex plurib. ea non improbat, & contrarium tenet etiam in fratre ex tex. *in d. l. fin. C. ubi pupill. educ. deb.* ubi indistincte contra patruum, & quoscunq; successores consideratur suspicio, proveniens à spe successionis. Et præterea plurimis doctrinis suam contra Menochium confirmat opinionem, & tandem eã insinuat esse communem, & inquit esse magis tutam & æquam, quam ipse quoq; probat, tum ex *d. l. fin.* tum etiam ex nostra l. Regia supr. citata in verbis relatis, quæ indistincte & generaliter prohibet educari pupillum apud eum, qui pupillo mortienti successurus est, & non excipit personam fratris substituti, ergo ipsum comprehendit. Sed stante tenuitate patrimonii pupillaris, & divitiis substituti, iuncta bona fama & moribus, facile iudex posset inclinare in sententiam Menochii, *secundũ Pet. Surd. ubi sup. num. 32.* Sed & ex aliis præsumtionibus contrariis tolleretur suspicio illa, de qua in nostra l. Reg. ibi *Quesea talque muriendo el mozo non aya derecho de heredar lo suyo,* posset iudex decernere pupillum educandum apud eum, qui eius proximus successor sit, *ut tradit Sor. d. consil. 193. circa primum quæsitum, vol. 2. quem refert & sequitur Greg. Lop. in d. l. 19. in gl. 6.*

Tertio decidit eadem l. Reg. † *que si oviesse madre que fuesse muger de buena fama, bien le puede dar el suez el mio que le crie e ella pue de tener mientras mandaviere y bindez yno casare. Mas luego que casare, desen sacar el huerfano de su poder: porque dixeron los sabios que la muger suele amar tanto al nueuo marido, que no tan solamente le daria los bienes de sus hijos, mas aun que conjuntara con la muerte dellos por fazer plaʒer a su marido l. 1. & 2. C.* ubi pupil. educ. deb.

Hinc iuste iudex arbitratur, si matre existente ei educationem decreverit, quandoquidem de matre lex multum confidit, ut probat *d. l. 2. Cod. ubi pupi. educ. deb.* Quis n. amor parentum amorem superare posset? *l. ult. C. de curat. furio. Meno. d. casu 168. n. 2.* hoc tamen intelligi debet iuxta nostram l. Reg. nempe *Si la madre fuesse de buena fama, y mientras mantuviere bindez yno casare,* unde merito inquit Mol. Theol. *ubi sup. col. 1380. vers. mater,* quod si mater superstes sit, neq; ad secundas nuptias transivit, regulariter nullibi commodius iudicandum est, educari posse minorem, q̃ apud matrem, *ut in d. l. 1.* nisi circumstantiæ sint, q̃ aliud suadeant, ut si illa pravos habeat mores, ut aliunde periculum spirituale & corporale minoris ex educatione matris timeatur.

Vnde iudex non arbitrabitur † pupillum esse educandum penes matrem vilem ac turpē, *ut respondet Bal. consil. 427. pupill. morari, lib. 5.* ubi ꝙ negꝫ penes alterum, qui vitæ, religioni, moribus, vel bonis pupilli insidiari præsumeretur. Quod procedit etiam ꝓ illis stante patris voluntate, *ut in l. 1. in fi. prin. ff. ubi pupill. educ. deb. & sup. dictum.* Et in terminis ultra supra dicta probat etiam Menoc. *d. consil. 168. n. 5. Cavalc. de tut & cur. nu. 301. Guid. Pap. q. 529. n. 2. Gr. dec. 55. n. 1. Pet. Surd. ubi sup. q. 5. n. 44. & 8.*

Similiter avia materna post matrem † admittitur ad pupilli educationem, ut decisum fuit *consil. Neapol. reste Tho. Gram. decis. 55. n. 3. quem refert & sequitur Men. d. casu 168. n. 4. & bene comprobans Pet. Surd. ubi sup. q. 5. n. 20. cum seqq.* Succedit n. avia in locum matris, & continetur sub nomine parentum, & ideo apud eam & avũ maternum educari debet pupillus non obstante successione aliqua ab intestato. *secund. Caval. de tut. & cur n. 301. ver. 2. pones aviam, quem sequitur Pet. Surd. ubi sup. n. 25.* Et hoc propter imminentem amorem ascendentium in descendentes suos, quib ꝓpe natur eorum nomen & successio, & nullus est amor q̃ vincat paternum, *l. fi. C. de decur. l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adul.* Et inquit tex *in l. sibi quidem. ff. quod iussu cau.* q̃ pater amat filium plus, q̃ seipsum, *ut refert & sequitur Rol. a Vall. consil. 41. n. 58. vol. 1. & cum eo Caval. ubi sup.* quinimo avia plus amat q̃ materteram dentibus n. descendit amor in nepotes q̃ vigeat erga filios, *d. libro rum, in fin. ff. de verb. signif. Cur. Iun. cons. 169. n. 13. Chass. consil. 67. n. 10.* quos ad hoc refert & sequitur Surd. *ubi sup. n. 26.* ubi ꝙ proinde, quia ratione mater in alendo filium præfertur aliis, ea ipsa præferri debet aviæ post matrem, sicut etiam vidimus in ordine tutelæ, *auth. matra & avia. C. quando, mul. tut. offic. fung. poss.*

Sed eisdem rationibus † quibus avia excluditur ab educatione, quib. mater, unde erit avia suspecta, ut penes le neptem educet, cum ei nuptias intempestivas procurasset. Et ita in prædicta specie ꝓ avunculo contra aviã consultavit Sor. Sen. *d. consil. 193. n. 2. 1. 2.* quem sequitur Crav. *consil. 18. n. 11.* qui, & de matre idem scribit *cons. 193. n. 6. 7. & Pet. Sur. ubi sup. nu. 28. & 29.* ubi, idem probat, quando avia cepit bona pupilli dilapidare: vel si ad secunda vota transivisset, vel quando luxuriose viveret, vel alter in moribus peccaret, & poterit iudex arbitrari puellam esse reponendam in monasterio, † si dubitetur de educatione apud consanguineos. *secund. Calcaneum, cons. 21. col. 3. n. 5. & Crav. d. consil. 190. n. 7. sequitur Men. d. casu 168. n. 6. Gig. cons. 96. nu. 24.*

Mater namque † removeturab educatione, si ex aliis causis suspecta sit, puta quia prolis sit immaturum & inæquale matrimonium procurare, *ut considerat Crav. d. consil. 18. n. 11.* ubi, *n. 6. 9. & seq.* dicit, ob eam causam licere tutori pupillum auctoritate propria eripere de manibus matris. Et eand. causam in aliis personis considerat idem Crav. *d. consil. 190. n. 6. Menoch. casu 168. n. 6. quatrefert & sequitur Surd. ubi sup. n. 25.*

Mater igitur in hac materia in dubio † præfertur fratri adulto ipsius pupilli, ut constituta precedentibus. Licet enim ex textu *l. 9. possessionem, C. communi. utriusque iudic.* videatur æquare matrem, & fratrem in amando pupillum, *ut perspexit Gramm. ad decision. 55. in fin. litteræ,* tamen ordo ostendit, matrem esse primam in amore, *ut recte censuit Menoch. d. casu 168. n. 8.* qui *n. 7.* hanc opinionem in terminis ex hoc probavit, & late alios allegãs *per d. l. C. ubi pupill. educ. deb. & ibi omnes Doctores Petr. Surd. ubi sup. n. 22. cum sequentib.* & est expressa nostra lex Regia *19. tit. 16. partita 6.* in verbis *pracitatis,* cum circumstantiis, de quibus in ea iam supradictis.

Limitatur tamen hæc communis & † vera sententia, atq; regula, ut non procedat, qñ pupillus magis comode apud fratrem educari posset & utilius foret ipsi pupillo, *ni in d. l. 1. C. ubi pupill. educ. deb. ibi, quando autem iuret eam, & cognatos, & matrem super hoc arta fuerit dubitatio additus præsis provincia inspecta personarum qualitate, & eminentione perpend.* Ita tenet Soc. *d. consil. 193. col. 2. ver. ex qualitate, n. 2.* Et cũ magis hoc æquũ sit, iudex arbitrari debet, quia in his æquitatem sumopere exspectare debet, *ut respondet Cravett. d. consil. 190. n. 1. Paris. consilio 56. numer. 5. lib. 1.* Nec ut aliter faciat iudex moveri debet lacry-

lacrymis maternis, sed omnino facere debet, quæ utilia magis sunt pupillo. Ita Baldus *consilio 487. pupilla morari, in fin. lib. 5. Inf. consilio 237. in fin. lib. 2. quos refert & sequitur Menoch. ubi sup. num. 9.* ubi eam prædictam limitationem probat, & Petr. Surd. *d. q. 13. n. 33.*

17 Secundo limitatur † præcedens conclusio pro matre, ut non procedat, cum pro fratre stat conjecturata patris voluntas, ut eo casu, quando pater filio herede instituto, & dote filiæ relicta, reliquit ei alimenta a filio præstanda. Alimenta namque præstanda sunt in domo gravati. *ut docuit Bartol. in l. cum, § Imperator, ff. de alimen. & cap. 16 de at. & plures allegans Menoch. ubi supr. nu. 12.* qui ex hoc & aliis fundamentis hanc opinionem probat, dicens, ita judicatum fuisse, *& n. 19. cum sequentibus*, ampliat hoc procedere, etiam si fratri vel fratri substituto hic frater esset. Nam adhuc ex justis supradictis rationibus educari apud eum debet, quamvis alias id non procederet, *ut sup. resolvimus*. Ego vero circa hanc limitationem multum esse considerandum per judicem censeo, ut perpensa fratris qualitate & aliis debitis circumstantiis vel decernat pupillum, aut pupillam apud eum morari, & educari, vel non, juxta id, quod sibi rectius videbitur. Agatigitur in hac specie, ac si ipsius pupilli, vel pupillæ pater foret, †ut admonet Baldus *dicto consilio 487.*, dicens, quod judex in decernendo, apud 18 quem puella educetur, debet assumere patrem, & facere, quod ipse de filia propria verisimiliter faceret, non permittendo eam morari apud eum, qui insidiaretur castitati, vitæ, animæ, bonis moribus, nuptiis aut sponsalibus, vel patrimonio ipsius pupillæ, quem refert & sequitur Cravet. *consilio 18. num. 3. & Menoch. d. casu 168. nu. 17. & late Petrus Surd. dicta quæstione 13. num. 27. cum seq. usque in fin.*

Sic Bartol. *quæstione 16.* quæritur, utrum in illa quæstione, *an pupilla penes eius sponsum educari possit*, decidit, judicem pro arbitrio posse decernere, ut apud sponsum educetur pro sponsi qualitate, *ut ibi apud eum*. Cuius 19 doctrina hac in re est admodum notata digna, *secundum Menoch. ubi sup. num. 18.* quamvis contrarium velit Paul. de Castr. *consilio 127. n. 3. vol. 1.* dicens, quod non debet esse apud patrem sponsi, quia non est tuta pudicitia, nec libera est facultas recedendi a sponsalibus, quem sequitur Cravet. *cons. 190. n. 3. adfin.*

20 Sed in hac specie † mihi plus placet doctrina Bald. *in leg. 1. ff. ubi pupill. educ. debeat*, dicens, quod aut pupilla est minor septem annis, & tunc sponsalia nihil operantur, si vero est major septem annis, & tunc, aut est legitime tradita sponso, per patrem, vel legitimas personas, & nō debet auferri sponso. Si autem non esset ei tradita per patrem, vel alias legitimas personas, tunc non debet apud eum educari, præsertim si matrimonium non sit bene conveniens. Et tandem concludit, quod omnia ista remanent in pectore boni viri, hoc est, judicis. Et tradit etiam Alexan. *consilio 161. super 1. dubio, colum. final. nu. 9. volumine 5. Inf. consilio 237. num. 10. volumine 2. Gregor. Lopez. an dicta leg. 19. in glos. del huerfano, tit. 16. part. 2. & Pet. Surd. ubi sup. num. 34.* ubi ex Inf. *ubi supra*, probat, quod potest diuitri apud patrem sponsi, quando sponsalia sunt convenientia, & utilia, & quod si mater & tutrix adversentur sponsalibus, tunc sponsa non erit deponenda apud eam, & insuper allegat Cornæum, *consil. 292. colum. final. volum. prim.* dicentem, quod recte educatur apud patrem sponsi, si sponsalia sint condecentia, in tantum, quod sponsus potest eam recuperare, si de facto auferatur, & loquitur, quando nulla stat contradictio vel suspicio Pudicitiæ, Idem probat Cravet. *d. consil. 190. num. 4. & 5.* dicens hoc procedere, quando sponsalia sunt legitima & condecentia: secus quando sunt incongrua, ut quia ex impari desponsata, vel suasionibus extraneorum seducta, *& d. 8.* inquit matrem esse suspectam, quæ induxit filiam ad sponsalia.

Tertio limitatur † prædicta conclusio communis 21 matre, ut non procedat, si ipsa mater transierit ad secundas nuptias, ut patet ex nostra l. Regia 19. titulo 16 partit. 6. ibi, *mas luego que ella se casare deben sacar el huerfano de su poder*, textus *in dicta leg. 1. Cubi pupill. educ. debeat, ubi, si non vitricum, eis induxit, late Curt. Jun. consilio 93. colum. ultim. n. 9. Cravet. dict. consil. 18. n. 3. & 11. & consil. 190. nu. 8. Fran. March q. 612. in 2. parte. Spino in suo Specul. testamentorum, gloss. 29. num. 13. Menoch. d. casu 168. num. 10. Capr. consil. 72. nu. 10. Gig. consil. 36. num. 12. & plures allegans Petrus Surd. de aliment. d. tit. 4. q. 13. nu. 15.* ubi ampliat cum Guid. Papa, quod judex in hoc casu non tenetur sequi voluntatem patris, *Greg. Lopez. in d. l. 19. in gloss. que casare*, ubi quod tunc, tam ipsa mater, quam vitricus repelluntur ab educatione.

Hoc tamen † verum intelligit Bald. *in leg. omnem, sub* 22 *nu. 11. in versic. tem nunquam, C. ad Tertullianum*, si apud magis idoneum pupillus possit alimentari commode: quia tunc non solum mater, sed etiam ipse vitricus repellitur ab educatione pupilli, alias secus. Nam ubi pupillus educetur, est in arbitrio iudicis, *ut in authent. de nupt. § . eius quoq; principis collatione quarta, sequitur Paul. de Castr. in leg. si pater, num. 5. C. de neg. gest.* ubi limitat etiam, quando qualitas personæ aliud suaderet, *ut ibi per eum, quem refert & sequitur Pet. Surd. ubi supr. n. 20.* Sed ultra eos idem voluit Alberic. *in dict. leg. 1. in fin. Cod. ubi pupill. educ. deb.* dicens quod etiam si mater superinduxerit virum, si tamen cessat omnis suspicio, ut quia non est successura pupillo, quia habet substitutum, & est honestæ vitæ, & vitricus similiter tunc ali potest pupillus penes maritum, *sequitur Greg. Lopez, ubi supra, Cur. Jun. d. consilio 90. n. 9. & Bald. & Greg. Lopez ubi sup. refert & sequitur Mol. Theolog. 1. part. de iustit & iur. tract. 2. disputat. 224. col. 1380. vers. quando mater, & Surd. ubi sup. num. 18.*

Quando igitur mater filiæ † pupillæ ab intestato esset 23 successura, proculdubio, si transit ad secundas nuptias, ab eius educatione repellitur, *secundum Curt. Jun. d. consil. 93. quem sequitur Cravet. consil. 18. num. 3. & 4.* etiam si rei non sit successura in tota hereditate, sed in tertia, *ut contra Curt. Jun. ubi sup. num. 9. probavit Petrus Surdus, ubi supr. num. 19.*

Vbi num. 18. † idem probat cum Menoch. si subsit 24 suspicio, illam esse convolaturam ad secundas nuptias, quia non admittitur ad educandum filium in domo sua, sed hoc attenta nostra lege *19 tit. 16 part. 6. ubi, luego que se casare* procedere non videtur sumto argumento à contrario sensu, & quia ante, quam transeat ad secundas nuptias, si mater sit bonæ famæ, jam permittit sibi l. illa educationem filii, dum fuerit vidua, & alias nuptias non contraxerit.

Et quæ dicta † sunt in matre transeunte ad secundas 25 nuptias, procedunt etiam in ea, quæ & si vidua sit, est tamen vilis, improba, impudica vel inutilis. Nam et quoque denegatur educatio, & alia eligetur persona idonea *secundum Bald. dict. consilio 487. colum. 2. in princip. vol. 5. Menoch. d. casu 168. num. 5.* Paria enim sunt, quod mater secundo nubat, vel inhoneste vivat, ut utrumq; probat & tenet Pet. Surd. *ubi sup. n. 22. & 21.*

Iudex igitur in decernendo, † apud quem puella edu- 26 cari debeat, assumet patrem, facietque, quod ipse de filia propria verisimiliter faceret, non permittendo eam morari apud eum, qui insidiaretur castitati, vitæ, animæ, bonis moribus, nuptiis, aut sponsalibus, vel matrimonio ipsius puellæ, *ut sup. dicebamus.*

Nullus tamen † pater filiam propriam vellet morari 27 apud matrem secundo nubentē, quæ ex eo præsumitur affectionem ad filios immutasse, *ut inquit Gran. d. consil. 18. num. 4.* & probat nostra lex Regia 19. in fin. ibi. *Por que dixeron los sabios antiguos, que la muger suele amar tanto al nuevo marido, que notan solamente le daria los hienes de sus hijos, mas aun consentiria en la muerte de ellos por hazer plaz ar a su marido*, nec hoc casu judex tenetur sequi voluntatem patris, *ut supra dicebamus.*

28 Adultus autem educabitur, ubi ipse voluerit, *secundum Alberic. post Ubert. de Bobio, quem citat in l. fin. Carbit. tut.* ubi inquit hoc procedere, etiamsi adultus eligat educari apud vitricum, quod tamen non esse perpetuum probat ex multis Pet. Surd. *ubi sup. num. 5. cum seq.*

29 Iudex etiam decernere potest. † quod pupillus alatur apud tutorem, ei namque commissa est cura, non solum rerum, sed etiam personæ pupilli, *lex 1. ff. de tutel. Paulus Castr. consil. 127. num. 1. volum. 1. Cordub. in leg. si quis a liberis, 8. si mater, num. 45. ff. de lib. agnosc.* Hoc autem non procedit indistincte: quia non eo ipso, quod tutor quis sit, educabitur pupillus apud eum. Fallit namque, quando tutor esset successurus ab intestato pupillo, quia tunc is non debet apud eum educari, *leg. fin. & ibi Dd. C. ubi pupillus educari debet. Curt. Jun. d. consil. a 4. num. 9. Guid. Pap. q. 539. num. 3. sequitur utrumq; Pet. ubi sup num. 9.*

SUMMARIA.

1 *Tutores Cæsarum constitutionib. tenebantur statim accepta tutela, vel ex pecuniis pupillaribus prædia ameere, vel easdem pecunias, juxta usurarum modum fenori dare.*

2 *Tutori permissum olim erat, pecuniam pupilli sub usuris dare ad alimenta pupillo exhibenda.*

3 *Tutor olim, qui pecunias pupilli in suos usus propria authoritate convertebat, tenebatur usuras pupillo dare.*

4 *Tutores hodie in prædiis cassibus non tenentur ad usuras, sed solum ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis boni viri arbitrio.*

5 *Tutor, vel curator hodie tenetur pecuniam pupilli, vel in emptionem prædiorum expendere, vel eam alicui mercatori tradere ad partem honesti, & licitilucri recipiendā secundum regionis & provinciæ morem, quib. inspectis lucrum honestum potest, absq; verisimili damno minoris tutor accipere, & minoris acquirere, idēq; est in aliis administratoribus, & in locis ubi mercatura non exercetur, tenetur tutor d. pecunias, & res mobiles infructuosas convertere in emptionem prædiorum, alias tenetur ad fructus & interesse, & hoc quando talia prædia essent venalia, & emi potuissent, ut in n. 6. nisi in testamento sit sibi relicta liberatio, & omne illud in quo eum condemnari contigerit, ut in n. 7. quia tunc de negligētia, & omissi non tenetur, nec potest contra eum in item jurari, secus si in dolo deprehendatur talis tutor, ut in d. n. 7.*

6 *Tutores in subsidium tenentur pecunias pupillares ad honestum lucrum dare, sc. ubi non reperuntur bona stabilia venalia, præsertim cum pater non fuisse solitus pecunias dare ad honestum lucrum, vel ad mercaturas, vel etiam, quod fuisset solutus, si tutor non fuisset insuffersosus, quemadmodum pater.*

7 *Tutor debet petere interesse, secundum mercatorem, qui dat minus, & ideo ad amplius non tenetur, ut num. 10. secus si in suos usus convertit pecunias pupillares, ut in num. 11. & 12.*

10 *Tutori deponenti pecunias pupillares ad lucrum apud campsorem communiter eo tempore reputatum virum bonum, hoc est, idoneum, licet postea decoquat, & aufugiat, non est sibi imputandum, idem est si casu fortuito perdantur pecuniæ, vel merces, puta, quia navis submergeretur, vel incursu latronum res pupillares pereat, vel mercator, apud quem fuerunt depositæ pecuniæ ad partem honesti lucri erat idem, apud quem pater tales depositiones faciebat, nisi tutor hic fuisse negligens in exigendo, & recuperando d. pecunias, ut in num. 13.*

14 *Tutor, qui dedit pecunias magnas ad societatem officiis in personam alterius, qui postea decessit, & prædictæ pecuniæ fuerunt perditæ, tenetur ad damnum earum, ratione de qua hic.*

15 *Tutores aut curatores, non debent aut possunt pecunias minorum in aliquod exercitium, puta in societatem collocare, nisi illud in usu fuisset patri pupilli.*

16 *Tutor aut curator, qui negligens fuit in convertendo pecunias sui minoris in emptionem prædiorum, vel in partem honesti lucri, tenetur & condemnabitur in id, quod interest, præsertim ubi ergā se ipsum, tutor vel curator diligens in hoc fuisset: idē est, si ardivus hoc fecisset, nam tenetur ad interesse, ut num. 17.*

18 *Tutor, qui pecuniam a se debitam, a seipso non exigit, inque emptionem prædiorum non convertit, ad interesse pupillo tenetur.*

19 *Tutor qui non est idoneus ad damnum pupillo resarciendum ob non exercitum fenus pecuniæ pupillaris, vel omissum comparationem prædiorum extraordinem coercebitur.*

20 *Tutor debet usuras etiam finito officio usq; ad diem, quo tutelam restituit.*

21 *Hæres tutoris tenetur ad usuras pecuniæ, quæ in ejus manus pervenit.*

22 *Tutor se defendere, aut excusare non potest à solutione interesse minoris omissi, si dicat, eamtim ego esse mutuando pecunias pupilli, quam si illas deposuisset ad partem honesti lucri.*

23 *Tutor, vel curator in ea provincia, ubi frequens est reddituum annuorum venditio, ut in nostra Hispania continetur, maxima culpa dignus censebitur, qui pecuniam pupilli ext negotium expendere neglexerit, ac proinde damnādus erit in id, quod pupilli interest ejus pecuniam ociosam fuisse, absque ullo lucro apud mercatorem, vel curatorem, ita tamen ut levius, & moderatius interesse sit tatur, ut in exemplo hic posito, n. 24.*

25 *Tutor, vel curator modicam pecuniam minoris non tenetur dare ad lucrum.*

26 *Tutoribus & curatoribus, quantum temporis detur ad exigendum & collocandum pecunias pupillares in emptionem prædiorum, vel in annuos redditus, & n. 27. ponitur vera resolutio in hoc.*

28 *Tutor vel curator ita demum debet collocare pecunias pupillares in emptionem prædiorum vel in redditus annuos, si hoc facere potuerit, alias secus, & melius est solvere debita pupilli, quam emere prædia: & cui incumbat onus probandi potuisse collocare, vel non, vel convertisse in suos usus agitur n. 29.*

30 *Calculatores regulariter non habent potestatem aut jurisdictionem ad condemnandum in reliqua, sed tantum summam dicunt interponendi super reliquis, & interesse juxta distinctionem, de qua c. 9. 2. part. ut ibidem num. 31.*

32 *Tutor vel curator, si usuras exactas nisibus sibi retinuerit, eas tum usuras præstare tenetur.*

33 *Tutor vel curator an teneatur ad interesse pupilli pecuniarum, quas omisit exigere, vel pretii bonorum mobilium, quæ vendere tenebatur, & id omisit facere, & n. 34. & 36.*

35 *Prælatus, qui passus est rem ecclesiæ præscribi, tenetur ipse cum suis heredib. damnum resarcire, idem est in spoliatore & administratore, ac etiam in socio administrationem habente, & in morose, aut propter bellum, & tyrannidem fuerunt extorta bona creditoris.*

37 *Tutor vel curator negligens in convertendo pecunias pupillares in emptionem prædiorum, vel exercitum succurrentia ad partem honesti lucri, quod interesse solvere debeat, an respectu fructuum prædiorum, quæ emere debuerat, vel ratione liciti lucri pecuniarum?*

38 *Tutor, administrator, & socius ad hoc, ut non teneantur,*

de negle ctis, tenetur probare se adhibuisse omnem diligentiam in administratione & exactione debitorum.

39 *Tutor non tenetur exigere debitum, cujus exactio cariosa esset, quam ipse sors debita.*

40 *Tutor vel curator tenetur à seipso exigere debitum.*

41 *Tutor potest sibi silvere, quod pupillus sibi debet, & à tempore moræ desinunt currere usuræ hodie interesse, & hoc nisi ea pecunia sit destinata ad emtionem prædiorum, ut in n. 42. & quid si debitum sit simplex sine usuris, n. 43. & in alio debito quocunq; præter mutuum, n. 47. duo tamen requiruntur ad hoc, ut tutor possit sibi silvere, ut in n. 43.*

43 *L. quotiès, §. sicut, ff. de administrat. tut. intellectus, n. 43. & 44.*

45 *Tutor in causam propriam non potest sibi auctorari, nisi hæc auctoritatis interpositio ad utilitatem pupilli principaliter transferatur.*

46 *Pupillus tutore auctore non potest ipsi tutore fidecommissum restituere.*

49 *Tutor creditor pupilli in pecunia non potest sibi satisfacere ex bonis immobilibus.*

50 *Tutor, qui alias à patre pupilli emit fundum, potest fundum sibi tradere.*

51 *Tutor, vel administrator bonorum præsumitur sibi satisfacere de credito suo, & procedit etiam in mulieribus administrantibus bona pupillorum circa repetitionem suarum dotium.*

52 *Uxor agens via executiva contra heredes mariti ex publico instrumento, quod ex forma statuti habet executionem paratam ad dotem, mortuo marito non potest impediri propter non redditam rationem administrationis tutelæ filiorum suorum.*

CAPUT IX.

De obligatione tutoris, vel curatoris ad convertendum pecunias minorum in eorum utilitatem.

1 CÆSARUM † constitutionibus statutum est, imo præceptum, tutoribus statim accepta tutela, vel ex pecuniis pupillaribus prædia emere, vel easdem pecunias juxta usurarum modum fœnori dare, *l. tutores, l. 2. C. de administ. tut. l. quotiès, ff. eodem tit. l. tutor, qui repertorium, §. si post depositionem per totum, cum simil. ff. de administ. tut. late Bacc. de decim. aut. c. 2. num. 92. cum seqq.*

2 Imo permissum erat tutori pecuniam pupilli mutuo † sub usuris dare ad alimenta pupillo exhibenda, *ut in authent. de his, qui obligi se haber. perhib. res minor. §. quoniam. collat. 6. & C. de administ. tut. l. constitutio.*

3 Tenebatur etiam † tutor, qui pecuniam pupilli in proprios usus convertit propria auctoritate usuras pupillo dare, *l. qui sine, ff. de negot. gest. l. tutor, qui repertorium, §. pecunia. l. non æstimo, ff. de administrat. tut. leg. 1. C. de usur. pupill.*

Usuræ autem legitimæ & pupillares, quæ essent, in hac materia declarat, *ut dict. tutor, qui repertorium, § si post depositionem*, quorum Jurisconsultorum responsa defendere conatur [illegible].

4 Verum † illa hodie apud Christianos procedere non possunt, nec licita sunt, quæ in eis permittuntur & præcipiuntur. Non enim tenentur tutores pupillis suis ad usuras, sed solum ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis boni viri arbitrio, atque ita hoc modo ad praxim est reducendus textus *in d. l. tutor, qui repertorium, §. idem sentit*, cum alioquin tolerandum non sit fœnoris exercitium, etiam in favorem pietatis. Ita insignis præceptor communis, & Christianissimus præsul D. Covart. *lib. 3. var. resol. c. 2. n. 1. sequitur Bacc. de decim. tutor. c. 2. n. 93. & 96. ver. sed certe, & Padil. in l. præses, num. 26. C. de transact. & Molin. Theol. de just. & jur. 1. part. tract. 2. disp. 224. col. 1586. ver. quando ergo.*

5 Tenebitur † igitur omnino hodie tutor vel curator, qui juxta veteris juris civilis sanctiones tenebatur pecuniam pupillarem mutuo dare sub usuris, *leg. ob furtum, ff. de administr. tut. l. si pecuniam, C. de usur. pupill.* vam pecuniam vel in emtionem prædiorum expendere, vel eam alicui mercatori tradere ad partem honesti lucri recipiendam, secundum regionis & provinciæ mores, quibus inspectis lucrum honestum potest absque verisimili damno minoris tutor accipere, & minori acquirere, *argument. text. optimi in c. per vestras. de donat. inter vir. & uxor.* Ita probarunt Bart. Paul. Castr. & Alexand. *num. 9. in l. divus Severus, ff. ad l. Falcid. Bar. in d. l. tutor, qui repertorium, §. si post depositionem, Roman. consil. 28. & Iustus consil. 129. in versic. ideo dixit, Bart. consil. 182. in versic. quoad secundum Socin. consil. 2. libr. 1. colum. ult. Dec. consil. 192. colum. 1. Palat. Rub. in d. c. per vestras. §. 6. illat. 7. Salyc. in auth. novissime, C. de administr. tut.* quos refert & sequitur Covarr. *ubi supra, d. num. 1. vers. illud sane, Sylv. in summa. verb. tutela, quæst. 4. Pet. Surd. de alimentis. tit. ult. quæst. 46. num. 55. cum seqq. fol. 427. Corn. consil. 243. num. 9. vers. hinc videmus, lib. 3. & Signorol. consil. 197. in fin. Mascar. consil. 20. num. 13.* ubi hoc extendit ad alios quoque administratores, ex Corneo, ubi supra, & concluf. prædictam principalem sequitur etiam plures citans Decianus *consil. 85. num. 32. volum. 2. & Remin. consil. 325. num. 21. libr. 2. Gvam. decis. 103. num. 22. & 23. decis. Perus. 67. num. 1. Bacc. de administ. tut. cap. 2. num. 92. Paris. consil. 96. num. 35. & 36. libr. 1. Roland. a Vall. consil. 49. num. 34. & 35. lib. Ant. Gaiea, Mald. vas. consil. 113. num. 21. & Ayora de partit. 1. part. c. 4. num. 21. & 22. & Molin. Theolog. ubi supr. ad fin. col. 1396. Cavalcan. de tut. & cura. num. 113.* qui *num. 115.* addit, quod in locis, ubi mercatura non exercetur, tenetur tutor dict. pecunias, & res mobiles intructuosas convertere in emtionem prædiorum, alias tenetur ad fructus & interesse, *ut per Roman. singul. 179. & Roland. a Vall. consil. 35. num. 17 & consil. 49. num. 34. vol. 1. & Palat. Rub. ubi sup. num. 1. qui alios allegat, & Bacc. de decima tutor. cap. 1. num. 13. & c. 2. num. 97. idem Cavalc. ubi supr. n. 116.* Et hoc quando talia prædia essent venalia, & emi potuissent, alias secus, *ut pro Roland. a Vall. de lucrodot. quæst. 64. n. 20. Franc. Marc. decis. 167. num. 9. in 2. par. & Plo. in l. si quando, num. 117. cum seqq. C. unde vi, & infr. latius dicemus.*

Unde qui opponit negligentiam tutori, quia pupillarem pecuniam non convertit in emtionem prædiorum, 6
tenetur probare, quod stabant in loco prædia venalia. *Aretin. consil. 31. in fin. Decius consil. 562. col. 2. in fin. Crav. consil. 21. n. 5. & hos referens Pet. Surd. consil. 39. num. 15. lib. 1. congerit plurimos decision. Perusin. 67. num. 2. & 3. in secunda parte*, quod quo modo intelligendum sit, infra dicemus.

Limitat † tamen hoc Plot. *ubi supr.* si in testamento 7
fuisset sibi relicta libertatio, & omne illud, in quo eũ condemnari contigerit, quia tunc de neglectis, & omissis non tenetur, nec potest contra eum jurari in litem, *refert & sequitur Cavalc. de tut. & curat. num. 115.* secus si in dolo deprehendatur talis tutor, ut quia pecunias pupilli in proprios usus convertit, unde prædo dicitur, *leg. qui fundum, §. si tutor. ff. pro emt. cum simil. lib.* Et ita cum sic factus locupletior, & in dolo ex facto suo deprehendatur, rationes reddere tenetur, ita Decius *consil. 192. num. 4. & 5. ad fin. & Cavalc. ubi post Plotum.*

Sed ita demum † permittitur tutoribus dare pecu- 8
nias pupillares ad honestum lucrum, ubi non reperiuntur bona stabilia venalia, & sic in subsidium, præsertim, quando pater non fuisset solitus pecunias dare ad honestum lucrum, & ad mercaturas, vel etiam quod fuisset solitus: si tutor non fuisset industriosus, quemadmodum pater, *Bartolus in leg. Titium & Mævium, §. alteram, ff. de administrat. tutorum. Socin. senior. consilio 24. num. 44. libr. 1. Plotus de in litem jurand. §. 5. numero 18.*

quos

sunt ad hoc relati & sequitur decis. Perus. 67. num. 31. in 2. parte, ubi *n. 33.* quod hoc tanto magis non videtur permissum in civitate Perusina, in qua quotidie reperiuntur bona stabilia venalia, ac etiam homines perquirentes pecunias ad census, & ad mercaturas.

9 Quod si in illo loco, ubi degit tutor, & ubi habet fœnerati pecuniam pupillarem, sunt multi mercatores, qui diversimode dant lucrum pro pecuniis sibi creditis, debet tutor interesse petere secundum mercatorem, qui dat minus, *juxta text. singul. & unicum, in d. l. tutor, qui repertorium, §. si post depositionem. ibi, ex ceteris casibus, secundum morem provinciæ præstabis usuras, aut quinuncium, aut trientes, aut si quæ alia leviora in provincia frequentantur*, quem multum commendant ad hoc Ludovic. Roman. *singulari 176. jure hodierno*, dicens, quod ita fuit pronunciatum, & *consil. 139. & Palatium Rubeum, ubi supra, num. 2.*

10 Inde deducens, † quod si tutor pecuniam non posuit ad partem honesti lucri, non tenebitur ad illud majus interesse, quod potuit habere ab illo mercatore, qui plus dabat, sed solum ad illud, quod habere potuisset ab eo, qui minus dabat, *Petr. Surd. de alimentis. tit. 9. qu. 40. num. 47. fil. 407. colum. ult.* ubi etiam refert ad idem Rot. *decis. 742. num. 5. 1. parte, in novissimis.* ubi dicit, usuras fuisse taxatas ad octo pro centenario, quemadmodum solvuntur census, non autem ad duodecim, ubi redduntur census. Idem ex illo textu tenet Ayora, *de partit. 1. part. 1. q. 4. num. 30.* hoc intelligens procedere, quando tutor non con-
11 vertit pecunias † pupillares in usus suos, aut non constat convertisse, sed retinuisse secus si in suos usus convertisset. Nam tunc inquit, quod si hoc probatum fuerit, tenebitur ad usuras legitimas, (hoc est) ad graviores secundum legem permissos, hoc colligens, & bene ex dicto §. *si post depositionem, versic. si depositi, & vers. residuarum autem summarum, versic. ex ceteris*, ubi fit differentia inter usuras pupillares, quæ sunt graviores, & ceterarum causarum, quæ sunt leviores. Requiritur igitur super hoc secundum ipsum causæ cognitio, ut secundum distinct. prædicta pronuntietur.

12 Quod si tutor † deposuit pecuniam ad lucrum apud camplorem communiter eo tempore reputatum virũ bonum (hoc est) idoneum, quod dicitur adonando, licet decoquat, & aufugiat, non est sibi imputandum, *ita Alberic. & Paulus, num. 2. in leg. qui sub conditione, per illum text. ff. de condit. & demonstrat. leg. si res pupillaris. ff. de administr. tutorum, ibi, vel argentarium, cui tutor pecuniam dedit. cum fuisset celeberrimus, solidum reddere non posse, nihil eo nomine tutor præstare cogitur*, qui textus ad hoc est singularis, *secundum Palat. Rubeum, ubi supra, nu. 3.* quidem sequitur plures Dd. citans hoc tenentes. & Bacc. *de decim. tutor. c. 2. num. 92. & Petr. Surd. d. q. 40. num. 32. dec. Pedemont. 67. n. 30 in 2. par. sequitur alios allegans Cavalcan. de tut. & curator. num. 114.* ubi idem probat, quando casu fortuito perduntur pecuniæ & merces, puta, quod navis submergeretur (addetu) vel incursu Ltronum res pupillaris pereat, *ut in d. leg. si res pupillaris.* Idem erit dicendum, si mercator, apud quem fuit deposita pecunia ad partem honesti lucri, erat ille, cum quo pater pupilli erat solitus tractare, & apud quem pater tales depositiones faciebat: tunc nam que tutor excusatur à damno inde sequuto, & imputatur pupillo, *ut bene probat Palat. Rub. ubi supr. num. 12. & decis. Perus. supr. adducta 67. num. 34. ubi alios allegat.*

13 Limita † tamen casum hunc, nisi fuisset negligens tutor hic in exigendo, & recuperando dictas pecunias, *ut per Plotum, in dicta leg. si quando, num. 216. cum seqq. vers. negligentia tutoris. (unde vi.* ubi etiam dicit, quod ista negligentia est peccatum mortale, quod etiam cum Socin. & Cravet. tenet Bacc. *dict. c. 2. num. 102.* & Plotus *num. 248. versic. & minus excusantur*, inquit. procedere etiam, quod iste tutor, aut curator constituisset factorem, vel actorem negligentem, *quem alias referens sequitur (cavalcan. d. num. 114.*

14 Quinimo † tutor, qui dedit pecunias pupillares magnas ad societatem officii in personam alterius, qui postea decessit, & prædictæ pecuniæ fuerunt deperditæ, tenebitur ad damnum earum, qui debebat prævidere periculum imminentis mortis, & poterat eas in emtionem prædiorum venalium convertere, vel in tuto ponere ad honestum lucrum, absque periculo amissionis capitalis, puta ad census perpetuos, ad cambium, ac etiam ad licita, & honesta lucra mercaturæ, quod lucrum mercaturæ, licet stet sub periculo fortunæ, à communiter tamen accidentibus regulatur, ut plurimum in mercaturis & negotiationibus homines solent superlucrari, ut pretbat decisio Perus. *supra adilla 67. in princ. ante num. 1. & num. 30. cum seqq.* ubi *num. 33.* inquit, se ita judicasse, *& nu. 34. cum seqq.* præfatam sententiam limitat tribus modis. Primo, quando pater tutoris fuisset solitus illas pecuniarum quantitates dare ad societatem officii. Secundo, quando essemus in tutore cujus fidam magnatis & valde divitis arbitrio judicis. Tertio, in omnibus tutoribus, qui dedissent parvas pecuniarum quantitates ad societatem officii, attentis divitiis, & qualitate ipsius pupilli, & aliis in summis tantiis arbitrio judicis, quarum trium limitationum, primam & tertiam probo, meditam autem, & sic secundam rejicio, quia meo judicio vera non est, nec fundamentum ejus aliquid præstat aut concludit.

15 Similiter † tutores aut curatores non debent aut possunt pecunias minorum, in aliquod exercitium, puta in societatem colloeare, nisi illud in usu fuisset patri pupilli, juxta *gloss. in authent. ut hi, qui obligi. & §. si vero, argumento leg. si negotia, ff. de negot. gest. Bartol. in leg. Titium & Mævium, §. alterò ff. de administr. tutor. Socin. consil. 24. num. 44. volum. 1. Bacc. de decim. tut. d. c. 2. num. 103.* ubi, quod si tutor non est ita industriosus, ut pater, non debet conferre rem pupilli in exercitium patris, *secundum Bartol. & Soc. ubi supra.*

16 Tutor autem vel † curator, qui in prædictis ante versic. *quinimo modo præcedenti*, negligens fuerit cum commode posset id lucrum minori acquirere, tenebitur & condemnabitur in id, quod interest, quemadmodum probatur *in d. §. si post depositionem. & in dicta leg. tutor, in princ.* ac fatentur præcitati auctores potissime, ubi erga seipsum tutor diligens fuerit in hisce lucris acquirendis, *text. in l. si tutor secund. dignitatem, §. ff. de administr. tutorum*, ubi inquit text. non est audiendus tutor, cum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam collocare, quod idoneum nomina non inveniret, si arguatur pro eo tempore suam pecuniam bene collocasse, *& ibi Bartolus & Alberic. gl. in c. ultim. 12. q. 2.* cujus meminit Abb. *inc. 1. col. 2. de usuris integr. refut. Barbat. in c. 4 decreti, col. 2. de rescrip. Doctor Covarr. lib. 3. variar. resol. c. 2. num. 1. versic. illud sane, ibi, aliquo si tutor, Socin. consilio 2. num. 16 lib. 1. Vega lib. 4. de just. casibus de conscientia, casu 345. Bacc. dicto c. 2. num. 94. & 101.*

Addens dicto *num. 94.* idem esse, si tardius dedit: nam tenetur ad usuras (hoc est) interesse medii temporis, *ut in d. §. si post depositionem. ver. si depositi.*

17 Imo tutor † qui pecuniam à se debitam, à seipso non exigit, inque prædiorum emtionem non convertit, ad interesse pupillo, tenetur Carol. Ruin. *consilio 108. num. 16. volum. 1.*

18 Similiter ob fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum, aut fundorum omissam comparationem, tutor si non sit idoneus ad damnum relarciendum extra ordinem coercebitur, textus expressus *in leg. ob fœnus. ff. de administr. tutorum, Bacc. d. c. 2. n. 94.*

29 Ubique † debet usuras, etiam finito officio usq; ad diem quo tutelam restituit. *ut ind. l. tutor, qui repertorium, in fin. & in leg. tutor pro pupillo, § 1. cum leg. seq. & inl. Lucius, § 1. ff. de admin. tut.*

21 Et *num. 95.* † idem probat in tutoris here de, qui tenetur ad usuras pecuniæ, quæ in ejus manus pervenit, *ut in leg. tutor, § pecunia, qui ex arca. ff. de administr. tutorum, & in leg. cum ostendimus, § usuras. ff. de fidejuss. tut. bonæ textus in d. leg. tutor, qui repertorium, § si post depositionem, in verbo pecunia, quæ in arca. ff. de administr. tutor.* Quod de licito lucro & interesse intelligendum est, *juxta supra dicta, & infra dicenda.*

22 Nec tutor se defendere aut excusare poterit, si dicat, cautius egisse mutuando pecunias pupillares, ex quo semper in promtu non sunt paratæ prædia, quæ comparari possint, quam si illas depositillet propter periculum, quod in depósito spectat ad deponentem. cum dominium non transferat in depositarium, *ut in l. 1. § aliud. ff. depósit. & præterea, Inst. quibus mod. re contrah. oblig.* Quod non est in mutuo, cum bene in maturarium tranferatur dominium, *l. 2. in princip. ff. si cert. pet. & ibi Doctores.* Unde non ad mutuantem, sed ad ipsum recipientem mutuo spectat periculum, *leg. incendium, C. si certum pet. & ibi Bald.*

Quamvis ita mutuando minime dici possit. cum cautius egisse, *ut late ex pluribus interminis probat Ant. Gal. Mal. obs. d. conf. 113. num. 31. cum seqq.*

23 Ex quibus hic, † ut in ea provincia, ubi frequens est redditum annuorum venditio (ut hic in nostra Hispania contingit) maxima culpa dignus tutor vel curator censebitur, qui pecuniam pupilli in id negocium expendere neglexerit, ac proinde jure optimo damnandus erit in id, quod pupilli interest, ejus pecuniam ociosam fuisse absque ullo lucro apud tutorem vel curatorem, *ita Covarr. d. libr. 3. variarum resolut. cap. 2. num. 1. vers. illud sane, ad fin. quem refert & sequitur Baez. de detim. tutor. d. cap. 2. num. 95. ad fin. & voluit Pet. Surd. de alimentis tit. ult. quæst. 40. num 30. folio 407.* sequitur etiam Anton. a Cord. *in sua summa de casis de consentent. qu. 163. in 1. dubio.* dicens. hoc esse intelligendum, si tutor reperiret census annuos securos, vel prædia, in quorum comparationem pecunias pupillares posset impendere, tenet etiam Ayora *de part. 1. part. 2. cap 4. num. 21. cum sequentibus, & Molin. Theologus, ubi supra, colum. 1316. ad fin. & in princip. sequentis:* ubi quod in locis, in quibus id non est frequens (ut in Lusitania affirmant Doctores) tradenda est pecunia mercatori, aut alteri simili ad licitam & tutam negotiationem, de quo sit mentio & approbatur *in d. cap. per vestras. de dotar. inter virum & uxorem.* Et quod ita fieri consueverit olim in Lusitaniæ regno, latenque præscribitur modus, quo tradenda erat, *libr. 1. ordin. tit. 67. a § 29.* Sed quod postea par. *1. legum extravag. tit. 19. l. 2.* deponi eam præscribitur una cum gemmis, & rebus aliis aureis & argenteis minoris in arca publica ad id deputata, nec inde extrahi, nisi, ut suo tempore reddatur, vel ut inde prædia, aut annui redditus minori emantur, vel congrua sustentatio illi tradatur, debitave illis solvantur, & quod hoc ipsum hodie servatur, & fortasse ob difficultates & pericula pecuniæ, quæ experiebantur, quando ad negotiationem tradebatur, hoc ita constitutum fuit consentanee ad authentic. *ut hi, qui obligat. § quoniam autem.*

24 Sed in regnis † Castellæ & Legionis. quod prædiximus ex Covarruv. & sequacibus. observandum est, ita tamen ut levius & moderatius interesse solitum ab his tutoribus & curatoribus, qui pecunias pupillares in emtionem prædiorum vel aliud honestum lucrum. vel redditus frequentes non collocaverunt, exigatur. Verbi gratia, *Que sien aquellà a tierra se suelen comprar frequentemente juros y censos de a cator ze mil y a diez y seys mil, y a veynte mil el millar y a menos, se carguen a los tales tutores y curadores, a veynte mil maravedi el millar poco mas o menos, que son los reditos y tributos mas leves, que se suelen llevar en estos reynos. pero si esse dinero de el menor, le convenia el tutor o curador en sus pronechos, constando de esto, si le han de cargar a al administrador a razon de los intros y censos mas graves que segun ley son permitidos.* Ita in praxi probat Ayo. *de part. 1. d. 1. p. 2. 4. num. 30. ex d. l. tutor. qui repertorium, § si post depositionem, versic. ex cæteris, cum versic. precedentibus*, de quibus supra, cujus distinctio rationabilis est, & in illo text. probata. Modicam autem pecuniam † non tenetur tutor, vel curator dare ad lucrum, *secundum Alb. in l. sive. ff. de integrum restitut. mino. & in dicto verb. tutor. quem refert & sequitur Baez. dict. cap. 2. sub num. 92.* ibi, ubi dicit, & merito profecto. quia alias esset iniquum, obligare tutorem vel curatorem summam quamlibet pecuniarum minimam, quamprimum eam exigit convertere in emtionem prædiorum vel censuum, imo pupillo damnosum. Debet igitur exspectari quousque aliqua notabilis quantitas pecuniarum esset congesta atque concinnata, quæ in id commode converti posset a bittio judicis, ut probatur clare *in l. ita autem, in princ. sup. ff. de administr. tut.* per quem textem ita tenet gloss. *in leg. fin. verb. prædiorum, C. de administr. tutorum, etiam Ayora, ubi supra, num. 32.*

Nunc autem † opportune hic agendum superest, quantum tempus detur tutoribus. vel curatoribus ad exigendum & ad collocandas pecunias pupillares in emtionem prædiorum, vel in animos reddituum, ut hic non facto ex illo tempore ad usuras, hoc est, interesse licitum teneantur suis minoribus. Non enim justum est, ut statim in id condemnentur, sed lapso aliquo temporis spacio, si negligentes fuerint. 26

In quo duo tex. videntur esse contrarii. Text. namq; in fæpe allegata *l. tutor, qui repertorium, § si post depositionē, vers. usuræ ff. de administ. tut.* ita inquit, usuras a tutoribus non statim exiguntur, sed interjecto tempore ad exigendum & ad collocandū duorum mensium. Rursus tex. *in l. si tutor constitut. 30 ff. eod. tit.* spacium sex mensium tribuit.

Sed pro veritate † resolutionē ita distinguendum est. scilicet 27 tutor vel curator noviter constitutus, non statim sit in culpa, si cum jam primum suscepit tutelam, pecunias pupillares non collocavit. datur n. ei alegetempus sex mensium ad id, & in hac specie loquitur tex. *ind. l. si tutor*, dum dicit, *si tutor constitutus intra sex primos menses pupillares pecunias non collocaverit, ipse in debitam pecuniam, & in usuras ejus pecuniæ, quam non feneravit convenitur.* Tutor. v. jam dudum creatus exigere, & collocare debet pecunias intra duos menses, quod si eas in suos usus convertit, statim ad earum usuras, hoc est, interesse licitum tenetur, & in hoc casu loquitur d. ver. *usuræ*, qui est hujusmodi: *usuræ autem ib. non statim exiguntur, sed interjecto tempore ad exigendum & collocandum duorum mensium*, idq; in judicio totalæ servari solet: quod spacium seu laxamentum temporis, tribui non oportet iis, qui nummos impuberū, vel adolescentium in suos usus converterunt. Ita recte d. jurat intelligit Bae. *d. c. 2. n. 96. vers. secundum a.*

Hoc a † de collocatione pecuniarum pupillarium intel. 28 ligi debet ita demum, si tutor vel curator eas collocare (ut præmisimus) potuerit, alias secus. *ut in l. cum pluries, § fin. ff. de admin. tut. text. and. l. tutor, qui repertorium, § si post depositionem, in pr. ibi, nisi per eos factum non est, quominus compararent. ff. de administ. tut. l. qui negotiationē, § pennis. ff. eod. gl. in d. vers. usuræ, verb. duorum mensium, & in d. l. si tutor constitutus, Baez. d. c. 2. sub. n. 96. ver. collocare a.* ubi etiam, quod melius est solvere debita pupilli, quā emere prædia, *ut notat Paris. cons. 96. n. 36. lib. 1.* Ad hoc igitur, ut tutor vel curator condemnetur, si non collocavit pecuniam, ut dictum est, oportet probare potuisse, attamen cessasse, secund. Baez. *d. c. 2. n. 99. & diximus sup. latius.*

Ego

29 Ego vero † ita distinguerem, ut si quidem constat de receptione pecuniarum, & quod per administratorem non sint collocatæ. tunc hoc primo casu censeo, cum teneri probare, eas non potuisse collocare, quamvis ei rei diligentiam & operam debitam dederit. ut constat ex dicto § *si post depositionem, in princ. ibi. tametsi essent etiam usuris, plellende sunt tardiusve gratia, nisi per eos factum non esset, quominus compararent*: Ecce ergo, quo modo ipsi tutores & curatores tenentur comparare, alias etiam usuris plectendi sunt, & hæc regula stat pro minoribus jure ipso probata. Qui igitur ab ea se liberare prætendit. exceptionem debet probare, nempe quod per eum non steterit, quominus compararet, *juxta l. ex qua dicit, ff. de probat. cum similibus.* & ita in terminis tenet Ayora *de part. 1. part. cap. 2. num. 30.* dicens. *Que aun que no sepruve que el tutor, o curador convertio en sus usos, y aprovecho assi en los dineros del menor, pero si el dicho no sepuede hazer en cargar que recibio los dineros del menor, assi de la suerte principal, como de los reditos, o de los frutos de los bienes de el menor, y no los ha empleado y colocado en bienes rayzes, o en ssi se pudo hazer en cargar los curadores o de los interesse que hubiesse podido hazer en cargar, segun la mas moderada usura a interes que se suelen tomar y dar en aquellos dineros en aquella tierra, a aquella razon de veynte mil maravedi el millar poco mas o menos que sea los mas que se suelen llevar a vuestros reynos.*

Cetterum si agamus de usuris, vel interesse debitis ratione conversionis pecuniarum pupillorum in usus proprios tutoris vel curatoris, qui sunt usuræ legitimæ graviores, tunc hoc secundo casu ad hoc interesse durius & gravius conlequendum lequitur. quod hoc probetur legitime, quia non ex ipso, quod tutor pecuniam pupillarem, non fœnerasit vel deposuit, aut non collocavit in emtionem prædiorum, censendum est in usus suos conversisse, *ut in d. § si post depositionem. vers. pecuniæ, & vers. earum*, & in terminis ita distinguit & intelligit materiam hanc Ayora, *d. c. 2. n. 28. 29. & 30. cum his verbis que los cantadores, que condemnan hazer cargo a los tutores de los reditos, o interesse que pudieran auer resultado los dineros del menor, a razon de a otros 7 mil el millar, an sido la suerte principal, como del valor de los frutos de cada un año, ha sido mal, pues la pueden hazer de derecho, no constando legitima mente que aprobantes bastante, que essos dineros los convirtieron en propios usos, la qual se hade probar y aueriguar ante el vuez. ordi. sobre ello las partes, ut in d. §. si post, ubi gl. & Dd.* & quod ideo debent prædicti arbitri, & calculatores examen huiusmodi articuli ad judicem remittere, ut causa cognita super hoc pronuntiet, vel statuat, quod facile dum ex parte in primo casu præcedente desta distinction, de qua supra. *En el qual lo pueden hazer los cantadores, quels quando se trata solamente de cargar a los tutores, y curadores el interes mas moderado para zen de no auer empleado los dineros de su menor en compra de heredades o tueros y cansos seyoros, sin tratar si los convirtieron, o no en su uso, como esta dicho.*

30 Quamvis † enim calculatores regulariter non habeant potestatem aut jurisdictionem, ad condemnandum, *a la parte que fuere a lecancada en las cuentas, sino solamente para hazerlas, y declarar el alcance para condemnar en el, a hazer cargo a los tutores, ni curadores de las usuras, ni interesses del dinero que retuvieron, o recibieron en sus tratos bienes y rayzes, como lo hazen muchos cantadores de hecho: porque todo esto ya condemnation lo han de remitir al juez, ut in l. in stipulat. & ibi gl. & Dd. C. de jur. fisc. lib. 10. late Castella en su tratado de cuentas, que escripsit super l. 27. Tauri, versic. quarto, an isti calculatores*, ubi testatur, hoc sæpe vidisse ita judicatum, & revocata multa judicis arbitrorū. calculatorum, qui super his condemnationes aliquas fa-

ciunt, quod ut verum *Salon. si el juez les da commission y les de lugar en el arbitrio, para que cuyo fuesse y tuuo passo fuere aquel a quien mas pronto tuuiere* Ayora *ubi supra num. 24. & 25.*

Attamen si aliter factum sit, † vel calculatores prædicti non condemnent in supradictis, sed tantum suum judicium interponant, scilicet, *que hazen aquellos alcances contra los tutores, y curadores, an si de la suerte principal como de los interesses*, servanda est præcedens distinctio, nempe ut in priori casu judex teneretur cum judicio calculatorum se conformare. *por que en este segundo caso, pertenece al juez el cargo de la primera, y esto por ser de tanta calidad, y quantidad en si como es la suerte principal, y esto por ser de tanta calidad, y quantidad en si como es, y venirse al juez, la de mas alta suficiencia, y abilidad en esta materia.* Ayora *ubi supra, num. 26.* consulens, *aunque es verdad que muchas veces estos calculatores se suelen entrometer a tratar, sobre el costo, y mill maravedis de el salario que ha de auer, y de costas, que se han de dar.*

Similiter etiam, † si minus cauti tutor vel curator 32 usibus suis proprios, eorum vires pupillares retinebitur. Parum enim refert, utrum fuerit pupillarem, an aliarum in usus suos converterit, ut monet Baez. *cit. § si post depositionem, versic. si vero, & quidem si quis, ubi sequitur de parisi. 1. par. 2. q. 27.* & ante eum glossa aliique, ex quibus colligitur Cavallos. *cit. & tenet ol. num. 318.*

Pro quo † pro præmissorum declaratione, de qua supr. *in versic. ego vero*, probandum, est optimus textus. *in l. hoc qui negotiationem § ex de dote. ff. de administr. tut.* ubi dicitur, quod si mater superstes exigit a debitoribus cum ultris, quantum ex tutela ad tutorem debuit si per venerat, eamq; pecuniam in se vertisset omnia pecuniarum ultra præstare tenetur a debitoribus verò pecunia manserit in rationibus pupilli, præstandum est, quod bona fide perecepillet, aut percipere potuillet. si tutori dare cum potuisset, non percipisset. cum id, quod ab alio de tutore nomine ufurarium eam forte natum, ei qui accepit totum, sortis vice fungitur, vel fungi debet.

Quando † una cosa que el tutor, o curador ha cobrado 33 *los tutores del menor, aunque sea en menos precio que es obligado a pagar de su hazienda al menor en dinero, si la dexa de cobrar el juez a su arbitrio, segun los plazos passados por su negligencia, o dexa de cobrar los curadores de algunos censos que tenia el menor, o de ser de los algunos bienes muebles que se hayan perdido, o hazer los dineros propios de su menor, que le han de entregar en dinero, segun la calidad de la hazienda, y de los plazos passados, que se han de cobrar, en todos estos casos, y otros semejantes, si se pudiere hazer en cargar a los tutores, o curadores, an si de la suerte principal, como de los frutos, o rentas, que se pudieran auer cobrado, y no se cobraron

roger aphis, in pr. ff. ad sct. et late probat Barc. de decim. tit. 2. n. 110. & tit. & alios allegat Cavale. de tut. & cur. at. nu. 13. ubi idem probat post alios, quos citat in prælato, qui pupillis est eorum Ecclesiæ præscribi, quia ipse & ejus hæredes tenentur damnum relarcire: insuper & in quolibet factore & administratore, ac etiam in locin administrationem habente, ut in macellatore & similibus, quia isti tenentur de dolo, lata culpa, & levi & in morofo, eo propter bellú & tyrannidem fuerunt extorta bona creditoris.

55 Dubito † tamen de prædicta opinione Ayoræ, dum censet, tutorem vel curatorem non teneri ad solutionem reddituum, vel ejus quod interest ratione debitorú pupilli, vel adulti, vel reddituum, censuum decurrentium minoris non exactorum, quæ omnia tenebatur exigere, insuper, & vendere bona mobilia, quæ tenebatur vendere, & pecunias ex eis redigere, & ea emptionem prædiorum vel reddituum ad favorem pupilli collocare. Videtur namq; ad utrumq; tutorem vel curatorem teneri, ne scilicet & ad periculum & damnum sortis principalis amittat. & ad quas usuras, hoc est, ad licitum interesse ejusdem sortis, quandoquidem teneatur in hac specie de negligentia, & an damnum sua culpa minori cauillatum, propter omissionem & prætermissionem prædictam, *ut modo probavimus.* Sed hic est, quod si exigerentur debita prædicta, & venderentur bona præmissa tempore debito, prout tenebantur, pecunias inde exactas atq; redactas collocare possent, & deberent in utilitatem minoris. Ergo & ad hoc interesse quoq; tenetur minori solvendum, quandoquidem ob culpam & negligentiam administratorum sibi acquisitum non est, ac si pecuniam jam exactam non collocarent in redditum, vel saltim citius collocarent, *ut ind. § post depositionem. in princ. & in d. § inter cauillantur.*

36 Nihilominus † tamen censeo ita distinguendum in proposito, ut respectu debitorum pupillí non exactorú à tutore, vel curatore, quæ liquida & clara erant, & poterant præmissa diligentia facile exigi, &c; recuperari, & in utilitatem minoris converti, & ob dolum, culpam & negligentiam tutor. vel curatoris, non fuerunt exacta, imputari eis debeat non solum damnum sortis principalis ob id incursum, & contingens, sed etiam eius interesse, hoc est, reddita moderatus, & leviter in provincia solitus, nisi ipsi administratores docerent diligentias sufficientes tempore debito factas, ex quibus constare possit dolum & culpam eorum omnino abesse, idq; ex seqq. Primo ex præmissa juris *non fore* latione. Secundo & in terminis, ex textu *d. l. qui nec exactionem, § ipsum ff. de administ. tut.* ubi inquit text. pupillo here de instituto filiæ exheredatæ duo millia aureorum à substantia hereditatis seponere. *Si duo millia aureorum à substantia hereditatis seponere. Si duo millia aureorum collocare negl exerunt, usurarum nomine pupillæ tutela judicio tenentur?* Respondi teneri, per quem tex. ita tenet Barc. *d. n. 2. n. 111.* observando, loco usurarum hodie succedere prædictum interesse, ut probavimus.

Respectu vero reddituum minoris non exactorum, quamvis ad damnum & solutionem eorum teneatur tutor & curator, si amissi fuerint ob sua culpam, qui tempore debito eos non exegit, nec debitas diligentias fecit circa exactionem, non tamen credo eos teneri ad solutionem interesse seu redditum, & sic ad id, quod jure communi dicitur ad usuras usurarum non exactarum, sed tantum ad interesse redditum exactorum, quia fungiuntur vice sortis, non vero non exactorum, ex juribus allegatis per Ayor. *ubi supr.* quæ in hoc casu loquuntur.

Idem probo in negligentia tutoris vel curatoris circa res mobiles, quæ vendere tenebatur. Si namq; id omiserit facere, de periculo & deteriorationc prædict. bonorum, tamen ad nullos redditus valoris eorum tenebitur, quia nulla pecunia debebatur, & ideo redditus peti non potest, sed tamen periculum, & deterioratio rerum administratori incumbet. Et ita censeo distinguendos esse prædictos tres casus, ut in priori interesse reddituum imputandum sit tutoribus & curatoribus negligentibus ob suum dolum, vel culpam, in 2. & 3. minime, sed tamen damnum & periculum reddituum culpa administratorum amissorum, & deterioratio bonorum mobilium, quæ vendere tenebantur, & per culpam & negligentiam omiserunt vendere, tametsi Ayora prædict. tres casus confudcrit, & in omnibus respondcrit, redditus non deberi, sed quod prædixímus, verius & tenendum esse existimo.

Ex quibus † omnibus cessat omnino opinio subtilis 37
Hieron. Gab. *consil. 20. n. 4. cum seqq.* ubi supposito, quod prædiximus, nempe, quod olim tutor tenebatur, pecuniam pupilli, vel fœnori dare, vel in emtionem prædiorum convertere, & si secus faceret, præstabat usuras & hodie vel in licitam negotiationem pecuniam exercere, vel alicui mercatori exercendam dare, aut prædium emere. Quod si non faciat, tenetur ad interesse non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis dubitat, quomodo condemnati debeat ad interesse, utrum habita ratione ejus, quod lucratus esset, exercuisset, aut fructuum quos percepisset, si prædia erota fuissent, & tandem affirmat, & ex multis probat, verú esse, tutorẽ hujusmodi nõ posse conveniri ad interesse, præsertim cum pater minoris non erat negotiator, nec solitus pecuniam exercendam tradere, nec, ut tutores id faciant, ullo in loco est consuetudo, *ut per Socin. consil. 34. n. 44. vol. & eleganter per Aret. consil. 31. n. 8. vers. præterea, ut in fallo.* Imo hoc casu si negotiatus esset, id suo periculo faceret, & lucrum esset pupilli. Nam quæ dicebantur olim de fœnore exercendo, intelliguntur de pecunia mercatoris ad honestum lucrum assignanda, *ut omnes notant super l. Divo. ff. ad l. Falc.* sed non tenebantur, imo nec poterant sine metu dispendii tutores fœnus exercere, *ut in auth. ut hi, qui oblig. & c. § quoniam vero, & in auth. nouissime, C. de sanctiss. Trin.* sed tenebitur tutor ad interesse habita ratione fructuum quos percepisset, si prædia emisset, *ut decidunt Bart. in l. tutor, qui repertorium, § si post depositionem, n. 2. ff. de admin. tut. Anch. in c. conquestus, de fur. Ar. cons. d. consil. 51.* ita tamen si probetur ejus culpa & negligentia, sc. quod prædia essent venalia, & summam idoneam pecuniæ habuisse, *ut habetur in prædict. locis, præsipue per Bart. ubi sup. n. 4. Dec. cons. 440. & latius cons. 178. in fin. & Craveta consil. 21. n. 5. Roin. consil. 92. n. 3. dub. 5. Rol. a Vall. consil. 49. n. 31. lib. 1. quos refert & sequitur Meno. 127. n. 15. vol. 2. & Crav. consilio. n. 37. refert plurimos idem tenentes, sic ph. Ludov. de isf. Peru. 67. n. 2.* ubi quod hæc est communis & recepta opinio tam antiquorum quam modernorum. Dd. & *n. 3.* quod hoc debet probari ex parte pupilli, *& n. 5. & 6. 24. 25.* ponit modum probandi idoneum, *ax ium in sup. hoc e. num. 6. & 7.* Et hæc secund. ipsum Hier. Gab. sine dubio procedunt, si tutor pecuniam non exercuit nec exercendam tradidit, sed eo nomine convenitur, quod negligens fuit, vel quod in usus suos simpliciter convertit: secus si pecuniam exercendam tradidit, quantum attinet ad eos annos, quibus eam in negotiatione habuit, quia tunc omne emolumentum & lucrum pertinet ad pupillum, si tutor eam exercendam tradidit. Verum si tutor non pupilli nomine, sed sui ipsius negotiatus est, tunc secundum omnes lucrum tantum redactum ex rebus primo loco pecunia pupilli emtis, pertinebit ad pupillum, *per l. curator. C. arbit. tut. C. quando ex fact. tut.* sed luerum perceptum ex rebus emtis, postea ex pecunia inde redacta, esset ipsius tutoris.

Teneri v. inquit perinde, ac si pecuniam in usus suos convertisset, & consequenter, sicut olim tenebatur ad usuras, ita hodie ad interesse, id est, ad damnum, quod sensit, aut lucrum quod non fecit pupillus ex eo, quod tutor non egit, quod agere debebat, & poterat, & consequenter ad

ter ad fructus quos percepisset, ex prædiis, quæ emere debebat. Concludit igitur Hier. Gabriel, *ubi sup. nu. 12.* tutorem tunc teneri ad fructus, quos percepisset, si prædia emisset, si probetur, potuisse emere tam pro tempore, quo pecuniam exercendam non tradidit, quam pro tempore, quo proprium tutoris nomine mercator aliquis eam exercuisset: ita tamen, ut ratio meatur lucri, qd factum est ex rebus primo loco emtis pecunia pupillari, quod pupillum pertinet, *ut per Bart. Salyc. & reliquos in l. si paternus. C. communia utriusq; judic.* hæc ex ipso Hieron. Gabr. sunt desumta, quia pulcra & subtilia.

Sed meo iudicio in nostra Hispania locum non habent, quatenus sunt contraria superioribus, præsertim dictis *in vers. quib. sit, ut in provincia, &c. ad finem* & aliis atque in hunc locum, & præcipue, quia ita se habet consuetudo in Hispania, & quia communiter DD. nostri tenent, quod prædiximus circa interesse tenendum, & quod tenentur tutores & curatores, qui pecunias minorum otiosas habuerunt, vel in suos usus converterit, nempe ad rationem reddituum censuum redimibilium unius milliarii pro singulis quatuor decim, vel viginti plusve minus milliũ dipondiorum respective: quia in hac provincia frequens est annuorum reddituum venditio, & facilior inventu, quam prædiorum: Accedit præterea, quod difficilis admodum & incerta esset taxatio fructuum percipiendorum, si prædia emta fuissent, quia, ut prædiximus, necesse erat probare prædia fuisse venalia, quæ emere potuisset tutor, & quod adcitus manustor pecuniæ per eum erit, quod prædicta illa, quæ erat venalia emere potuisset, insuper, & qualitatem, & quantitatem fructuum deductis expensis. Vnde favore minorum, ob hæc evitanda, tanti sequenti sit annuorum redditum venditio, merito, ut ad hos circa interesse minorum ratio habeatur in nostra specie, quæ certior & facilior est, quam fructuum prædiorum emendorum, si venalia fuissent: Alias enim raro aut nunquam minoribus solveretur interesse, dicetur q; occasio administratoribus ipsorum ea fraudandi redditibus suorum pecuniarum, eaq; convertendi in proprios usus tutorum & curatorum, in præiudicium grave minorum, & detrimentum animarum hanc ob rem administratorum.

38 Tutor igitur, † administrator, & factus ad hoc, ut nõ teneatur de negligẽtia, tenetur probare se adhibuisse omnem diligentiam in administratione, & exactione debitorum, *ita Cavalcan. decis. 30. n. 34. & ter um in tertia prima partis verb. tutor & administrator, el 1.* præterquam si tales debitores essent, ut ab eis exigere tutor non potuisset. etiamsi non cessasset, quia tunc nihil est, quod ei imputetur, *ut eam alias probat Barc. dict. aspit. 2. sub num. 111. versicul. summen*, quamvis alias tutor imputaretur, si debitores pupilli potuit convenire, & exigere, & non exegit, *ut in leg. chirographi. ff. de administr. tut.* etiamsi debitor esset frater ipsius pupilli, alias tenetur ad sortem, & ad usuras, *ut in d. l. qui negotiationem, ff. de administ. tut.*

39 Similiter non † tenetur tutor exigere debitum, cuius exactio carior esset, quam ipsa sors debita, *ita Bartol. per text. ibi in l. Mediterranea, C. de ann. & temp. libr. 10. & Bacc. d. n. 111. ad fin. Roland. a Valle, consil. 15. num. 30. & 31. lib. 1. Joann. Francis. de Pavinis, de officio, & potest. cap. feda vac. quæst. 3. 2. partis, n. 16. volu. 11. tractat. de variis debit. folio mihi 185. in antiquis, & congerit plura in proposito Mexia. super l. Regia Toleti, in 1. fundamento 12. part. sub num. 11. fol. 27. col. 4.*

40 Sed & à † seipso tenetur tutor, vel curator exigere debitum, quia alias non videtur pupillus defendi, & sic tutor tenetur facere, quod quisquam paterfamilias idoneus faceret, *l. generaliter 11. ff. de administratione tutorum, l. item autem, § debitor, lege quarta. § sicut, & § item, si temporalis, ff. eodem*, ubi inquit textus loquens in tutore & generaliter, quod adversus alium præstare debuit pupillo suo id adversus se quoque præstare debet: fortassis, & plus: adversus alius enim experiri sine actione non potuit, adversus se potuit, *Bacc. d. n. 112. ubi remissive, an debitum naturale ab exigere debeat.*

Quod † si pupillus tutori aliquid debeat, potest & debet tutor sibi solvere, & à tempore moræ, vel negligentiæ in sibi solvendo desinunt currere usuræ, (hodie interesse licitum, & sic reddituum) *dict. leg. quoties, § sicut autem*, ubi etiam, quod si usuræ fuerint graviores, quæ debebantur, relevabitur eis pupillus, quia tutor se potuit liberare, sicut aliis quoque solvere, & potuit, & debuit. *Barc. dict. n. 2. aum. 113. per sic. versus, & Part. Sur. d. de alimentis. tit. 8 privilegio 57. n. 10 fol. 304. Laurent. de Pino consil. 20. n. 2.* tutor namque in hoc potest sibi auctoritate *secundum communem opinionem de qua per Jas. in l. § fiat pupillus n. 7. & 16. cum seqq. ff. ad Trebell. Bart. in d. § item si tempore, n. 6. & in l. si procurator, n. 11. cum seq. ff. de condit. ob. Pet. Ilarc. in 1. quia si. verbo, administrationem, conclusione 2. & n. 3. fall. 2. & tex. in 6. actionum n. 46. & 47. Instit. de act.* quam communem esse scripsi dixi & profitetur Cavale. *de tut. & cur. nu. 179.* ubi limitat, nisi pecunia, † in qua tutor, vel curator vult sibi satisfacere, esset delicta in ad eum rem prædiorum, quia in ea non potest sibi solvere, nisi in ludibrium, *ut per Rom. jun. n. 4. in habita, quod pecunia.*

Secundo † constat ex aliis Casibus per eos *in regul. lic. si curator vendere non potest, ubi concludam sic, fit. n. 17. in vita adverte. 4. n. 4. & C. de in integr. rest. min.* ut procedat, quando pupillus tutori debebat sub usuris, alias non potuit interponere auctoritatem tutor, ut sibi solvatur, *aux. ex regul. l. 1. § fiat quæstum. ff. ad Treb. ibi, & decretum est a divo Severo, non posse & aliore effectus hereditatem, quia in rem suam auctor ipse non posset. l. 2.* probat text. *in l. restitutas 47. ff. ad Treb. & tradidum text. sutentiat Dec. in l. singularis a. n. 15. ad fin. ff. si cert. pet. quem vos sequitur Curt. n. 100. & ibi arrogat Corros. lib. 6. miscellan. c. 15. ad fin. quæ ad hoc refert Calda. ubi sup.*

Hic tamen intellectus, & rellrictio ad *dict. § sicut autem* mihi non placet, quia absolute in eo cavetur, quod tutor possit sibi solvere: & præterea illud de usuris, de quo ibi fit mentio, non positive restrictive, sed causaliter, & sub conditione, nempe, si usuræ fuerint graviores, quæ tutori debebantur. Ergo idem erit, si nullæ fuerint usuræ, ut patet ex regula affirmativa præcedente illi textui, *ubi sicut autem solvere tutor, quod debet, ita exigere à pupillo, quod sibi debetur, potest, & creditor sui patrii, item ubi, uxor sine statuto assignata, sicut, nam & sibi solvere potest, si modo sit res pecuniæ, modo solvat.*

Nec etiam admitto aliam † decisionem ad dict. §. 44
sicut autem, in fine Cald. ubi sup. ex verbis, unde adverto, dicentis, tutorem auctoritatem præstituisse pupillo ut sibi solveret, aliter enim, sine consensu pupilli, qui dominus est pecuniæ, non posset tutor dominium acquirere, *ux tex. ibi, quod nostrum. ff. de regular.* dicens, hanc interpretationem esse de mente *glos. 3. in l. unic. C. de contrahi. judic.* quam ad id notat Salyc. *in l. si seminum. § fin. n. 6. ff. de contrahend. emt.* & etiam de mente Angel. *in § tutor, num. 2. Instit. de auct. tutor.* quoniam est contra generalitatem text. *in dict. §. sicut autem*, & præterea, quia pupillus, & præcipue remotus a pubertate, nullum legitimum, aut integrum consensum habere potest, quo in tutorem transferatur dominium sue pecuniæ, lex igitur potius transfert hoc ejus dominium in tutorem, quasi consensus pupilli, vel infantia, & ita diluitur difficultas. *d. l. ad quod nostrum.*

Non obstat, † quod tutor in causam propriam non 45
possit sibi auctorari, ut pro regula tradatur hic, *in l. 3. ff. de auct. tut. cum simil. & in casu d. l. 1. § fiat quæstum. ff. ad Treb.* quoniã hoc verũ, nisi hæc auctoritas interponitur

ad utilitatem pupilli principaliter referatur, quo casu licet in consequentia contingat, tutorem sibi negotium gerere, poterit tamen auctoritatem præstare, *l. 1. & l. quod tractamus ff. de auct. tut. & comprobat Cald. ubi supra, versic. nec obstat*, sed verius credo responderi posse, quod regula *dict. l. ff. de auctor. præst. & dd. in §. fuit quæstum eo semel.* non procedit in solutione debiti a patre minoris eius tutore tunc nasque, sicut tutor potest solvere, quod alias minor debet, ita etiam exigere a pupillo potest, & sibi solvere, si creditor patris fuit, ut caveatur *in dict. §. fi eni autem*, cuius ratio esse potest, quia hoc negotium solutionis debitum minoris utile procul dubio ipsi est, præmaxime licuerunt uforæ contra eum. Unde in favorem ipsius, merito introductum est, ut tutor sibi ipsi solvere possit, & auctoritatem præstare ut facto proprio, ut minor liberetur ab obligatione, qua mediante cessebat sui, quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, *ut in principio. Instit. quibus modis tollitur obligatio eum semel.* quianimo solus pupillus potest conditionem suam meliorem facere, *ut in pretio. Instit. de auct. tut. & in §. pupillus, instit. de inutil. stipu.*

46 Ad ea est in † calu, *in d. l. 1. §. quæritur ff. ad Trebell.* nempe in restitutione fideicommissi tutori facienda. Hanc namque pupillus tutore auctore eidem facere non potest, quoniam cum ista ditio beneficium fe deductionis quartæ, quod est potest utilitatem, vel damnum afferre, prout est heredi ea, quæ damnosa, ei nullis esse potest. merito pupillus cum tutore auctoritate suscepisti tutori facere non potest, quia ob ingenii imbecillitatem discernere nequit, an damnosa, vel utilis sit hereditas sibi. Ita fuit ex mente gl. *in d. §. fuit quæstum*, præmaxime, ut Bart. ibi sentit, cum restitutio patrimonii magni momenti sit, ideo pupillus sine auctoritate eam restituere non potest. *Sequitur Cald. ubi supra n. 30. in fine.*

47 Nec est speciale in mutuo, quod tutor solus † sibi solvere possit, sed procedit etiam in debito ex quacunque causa. *ut tenet Bart. in 7. contra Ias. 1. sin. in dict. l. fin. iuniores*, ubi communiter DD. Bart. *sequuntur secundum Decium idem n. 15. ex text. in leg. fiduciæ, §. ff. de contrahend. emt. & ex text. in dict. §. cum autem in fine citato*, & est receptus *secund. Cald. ubi sup. n. 11.*

48 Duo tamen † copulative requiruntur ad hoc, ut tutor possit sibi solvere, primum, quod fuerit creditor patris pupilli, secundum, quod sit pecuniis, unde sibi solvat, ut pateret text. *in d. l. quotiens, & sicut autem, ff. de administratione tutorum*, loquente ea conditione aliter in prædictis casibus, & in terminis obsecrat. *Surem de Pino. cons. 49. n. 14.*

49 Non † ergo creditor pupillin pecunia poterit propria auctoritate sibi satisfacere in bonis immobilibus, *ita Bald. in Leum esse tutor in fin. illius mi. verbu. Cod. de contrahend. emt. sequitur & bene comprobat Laur. de Pino, ubi supra.*

Similiter etiam † tutor, qui alias a patre pupilli emit 50 fundum, potest ipse eam venditionem exsequendo, fundum sibi ipsi tradere, faciendo, quod pupillus, & eius familia dicebat, & ipse tutor ingrediatur possessionem, per textum notabilem *in leg. si fundum, §. fundum ff. de contrahend. emt.* quem ita intelligit Bartol. *in leg. 2. ad finem, & ibi etiam Imol. & Raphael. C. de stipul. prætor. & alii plures, quos refert & sequitur Tiraq. post ll. connubial. glo. 5. num. 88. Laurent. de Pino. consil. de. nu. 4. & 29.* de cuius text. ratione, & intellectu plura tradit Cald. *ubi supr. nu. 27. in d. leg. si curatorem habens verb. contractum fecisti, C. de in integr. rest. min.*

Sic etiam tutor te auctore potest, veluti in consequetiam & sequelam vendrtiquis rei minoris alteri factæ, sibi rem ipsam retinere, si emetor pretium non solvit, & tutor de suo in utilitatem pupilli convertit. *leg. tutor rem ff. de administratione tutorum, quam dixit Bart. singul. & notabilem, ad hoc Roman. & Ias. quos refert & sequitur Tiraq. ubi sup. num. 189. & Laurent. de Pino, ubi supr. dict. n. 20.*

In dubio † autem tutor, vel administrator bonorum 51
præsumitur sibi satisfactus de credito suo, *secund. Matt. de Afflict. decis. 13. num. 10. ex doctrina Angel. in leg. sed si damnum. §. peculium, versic. nam eleganter ff. de pecul.* Et hoc procedit secundum eum etiam in mulieribus administrantibus bona pupillorum, circa repetitionem suarum dotium, ut dicit *Alex. in Lucditores. ff. de verb. oblig & Io. Nevizan. cons. 17. n. 11. Crav. cons. 129. n. 5. lib. 2. sequitur Cavale. de cut. & cur. nu. 181.* dicens, quod prædicta procedunt in dubio, sec in claris, videlicet, quando ille tutor creditor, aut administrator probaret contrarium ex rationibus administratis, & sic sibi non solvit, & q hoc modo probatur negativa contraria præsumtioni iuris, nisi pupillus probaret postea contrarium, quia tunc præsumtio cedit veritati, & plus non operatur, q veritas, *ut per DD. per eum ibi allegates. n. 182. quem & alios refert & sequitur Mascar. de probat. 1. tomo, conclus. 1302. n. 19.* & addit Cavalcan. *ubi supr.* cordi habendam hanc limitationem, quia millies evenire potest, quod tutor, aut administrator non fecerit inventarium, vel librum rationum, quam obrem non poterit iuridice reddere rationem administrationis, quo casu non erit audiendus, si peteret creditum suum tanquam satisfactum iuris præsumtione, & quod ideo iuste cohortatur, præstare idoneam cautionem de compensando, vel restituendo dotem cuddius ratione administrationis, si reperiatur debitrix, dias enim secundum eundem Cavalcan. *ibidem n. 219.* non potest minor opponere contra tutorem creditorem ex alia causa, quam rurele, se non teneri ad solvendum, nisi prius reddita ratione administrationis.

Hinc nihilominus † pro vera probanda venit doctrina Antonii de Fan. *de pignoribus, in quinta parte, membro primo, q. 18.* dicens, quod uxor agens via executiva, contra heredes mariti ex publico instrumento, quod ex forma statuti habet exsequutionem paratam ad dotem, mortuo nutrito non potest impediri propter non redditam rationem administrationis tutelæ filiorum suorum, quoniam recentio dotis generaliter, & indistincte prohibetur, *ut in lege unica, §. iacet, & in §. sed neque retentio, in fine, Cod. de rer. uxor. act. ibi, ut sic omnium retentionum expeditus tractatus*, & explicatu actio merito secundum sui naturam, nullam recipit retentionem, maxime cum Imperator, *in dict. §. iacet*, ponderet, quod ubi competit alia actio, retentio dotis dari non debet, sed pro ratione tutelæ reddenda competit alia actio. Ergo retentio dotis fieri non potest. Deinde, quia mater non prohibetur a tutela filiorum suscipienda ob creditum, quod est inter eam, & filios. *textum in authentica ad hoc, Cod. quando mulier tutel. officio fung. poss.* sed debitum in sua natura permanet, *ut ibi*, ergo debitum dotis non debet mutare naturam, quæ est, ut non patiatur de retentione propter tutelam assumtam, vel expressam hypothecam ex ea resultantem. Tandem, quia promissio reddditionis rationis, cum restitutione reliquorum, quæ fit in tutela, non potest separari, nec aliqua extra quantitas, quæ forte in inventario esset apposita, potest de per se peti; sed insimul tota ratio revideri debet. Ergo cum debitum tutelæ non sit liquidum, sed incertum, donec tutelæ ratio integra non sit revisa, admitti non debet retentio, quæ est quædam compensatio, nec retardari exsequutio dicti instrumenti dotalis per retentionem bonorum obligatorum, pro redditione rationis administrationis tutelæ. Et ita merito Antonius de Fan. ibi concludit, quod prædiximus contra Socinum, *consilio 180 diligenter pensili, volum. 2.* dicens ita plures iudicasse, & iudicari vidisse contra decisionem Socini, *ubi supr.* Et ita nos quoque in terminis contra Socinum iudicavimus. & sequitur Fanum Cavale. *ubi supr. dicto num. 219.* dicens, quod ita etiam iudicavit Rota Florentina de ann. 1570. mense Augusti, in favorem domini Lucretiæ de Pistorio, & quod hanc opinionem tenet verissimam, sicut Evangelium.

Nec huic sententiæ, & doctrinæ omnino tenendæ obstat, quod prius modo retulimus ex Cavale. *ubi supr. nu. 181.* quoniam adversus viam executivam non sufficit præsumtio debiti soluti, nisi solutio ipsa vere & sufficienter probetur, ut patet ex legibus Regiis, hac de re agentibus, & quia de non liquido ad liquidum compensatio non admittitur, ut iure notum est, tum etiam, & peremptorie, quia cum cautione, & iudicissime retractus legis Toleti, quæ ab actore exlequirante præstanda est, iuxta legem Regiam satisfit cautioni, de qua per Cavale. *dict. n. 181.* & sic non obstat, imo conducit in proposito sua doctrina.

SUMMARIA.

1 *Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio, potius quam alieno.*

2 *Tutor, vel curator, faciens aliquid, quod non sit alieno est obligatus facere, licet id factum nomine proprio ea præsumitur & censetur facere nomine pupilli, nisi actus principaliter non spectaret ad pupillum, sed ad ipsum tutorem etiam pertinere posset, ut in n. 4.*

3 *Administrator quilibet rerum alienarum, faciens id, quod ut talis administrator tenetur facere, quamvis nomine suo id faciat, præsumitur, & censetur facere tanquam talis administrator.*

4 *Tutor in dubio præsumitur nomine suæ pupillæ emisse.*

5 *Heres gravatur restituere hereditatem, si rem emat nomine hereditatis, ipsi heredi ex acquirit, si fideicommissarius id acceptarit, idem est in curatore bonorū hereditatis ementis pecunis hereditatis. etiamsi suppresse nomine officii id fecisset, & etiam nomine proprio.*

6 *Administrator Ecclesiæ & minoris. ementis pecuniis ipsius ea acquiritur.*

7 *Tutor præsumitur solvisse de pecunia pupilli, præsertim, quando administrator non erat dubius de posse præstare eam pecuniam, quam solvisse. esse suam.*

8 *Tutor, qui continuat mercantiam, vel negotia patris pupilli præsumitur nomine ipsius pupilli continuare.*

CAPUT X.

Factum à tutore in dubio, cuius nomine censeatur factum?

1 ACTus † quamvis in dubio præsumatur factus nomine proprio, potius quam alieno, *argumento l. & mucius. ff. de solut. l. sina stipulatus, la. 6. §. Cherysogonus, ff. de verb. oblig. l. 6. pallam. ff. de prob. l. leg. si non verum, ff. filii, C. de donat. inter vir & ux. vel post mortem. ff. quand. ex fall. tut. d. Titium, §. præterea, ff. de administratione tutorum.* Tiraquel, loquens in marito nomine proprio simpliciter sine mentione uxoris, agente ad retractum rei ad uxorem pertinentis, de utroq; retract. *tut. 1. §. 10. gl. nunc, num. 2. cum seq.* quæ conclusio generalis communi scribentium calculo recipitur, *ut plures allegans affirmat Mascard. de prob. 1. tomo, conclus. 38. in prine. & sequitur idem 3. tomo. conclus. 1393. n. 1.* & limitat pluribus modis Masc. *d. concl. 38. per totum.*

Hoc tamen non procedit † in tutore, vel curatore fa- 2
ciente id, quod nomine alieno est obligatus ad agendū,

& ideo licet faciat nomine suo præsumitur tamen & 3
fetsetur facere nomine pupilli *per legem Lucius, §. tutorem, ff. de administratione tutorum. Bartolus in leg. fistum, §. alitero. nu. 2. versi. 3. casu, ibi communiter est dicendum, vol. titul. Alban. consil. 2 num 3. Grat. cons. 24. num. 4. volum. 1. per text. in leg. eius quis provincia, ff. fiscet. prit. & in leg. Lucius. §. tutorem ff. de administ. tut. refert & sequitur plures allegans Cavale. de tut. & cur. nu. 243.* hoc intelligens ex ipsis procedere, si contraheantes, & agentes sciebant illum esse tutorem, *& sequitur Mascard. ubi sup. n. 1. 2. & 3. Pet. Sur. d. cons 93. n. 4. lib. 1.*

Idem servandum est in † quolibet rerum alienarum 3
administratore, *ut tenet Cavale. & Mascar. ubi supra dict. concl. 1393. n. 4.*

Sed si † actus, aut emtio, non spectaret principaliter 4
ad pupillum, sed ad ipsum tutorem etiam pertinere posset, eo casu proprio nomine præsumeretur fecisse, nisi ipse tutor, vel administrator descripsisset in suo libro se emisse tutorio nomine, vel nomine pupilli, quia tunc efficeretur ipsius pupilli, *ita tam Alex Cavale. ubi sup. d. nu. 243. & 244. & Masc. d. concl. 1393. n. 4. & 5. & 8.*

Quibus sic, † ut in dubio præsumatur tutor nomine 5
pupilli fuisse emisse, *ut cum Alex. consuluit, vide habemate, num. 19. volum. 1. & late Crave. consil. 129. lib. 1. probat Cavalcan. ubi supra, dicto num. 243. quem refert & sequitur alios allegans Manoch. consil. 115. num. 39. libro 3.* ubi loquitur, etiamsi dixerit tutor se tuo nomine emisse, & *ibi num. 40.* quod res emta a tutoribus, vel curatoribus pupillorum, vel minorum eis acquiritur, non autem hereditati, *ut resp. dit Capra. consil. 32. in fin.* Idq; procedere ambo dicunt, quando emisset nomine proprio secus 6
alias, si esset † propria hereditate, & nomine ipsius hereditatis, quia tunc venire ot res emtæ, si fideicommissarius id acceptet, & velit eas venire in ipsa restitutione fideicommissi, & *num. 15.* Idem probat in curatore bonorum hereditatis ementé pecunis hereditatis, ut tunc hereditati acquiratur. Addem idem esse, etiamsi suppresso officii sui nomine id fecisset. & etiam nomine proprio ob eandem rationem, quia ex officii necessitate tenebatur convertere dictam pecuniam in emtionem prædiorum, *lege. Lucius Titius, §. tutorem, ff. de administratione tutorum*, de quo late egimus supra, *capit. proximus præcedente*, & in administratore † Ecclesiæ, & 7
minoris per hanc rationem, idem dixit Baldus *in leg. pri. num. 2 Cod. si quis alt. vel sib.* & probat Menochius, *ubi sup. num. 55.* dicens *num. 56.* quod multo magis idem dicendum est, quando curatorio nomine id fecit, & sic expresso nomine curatoris.

Sic etiam † tutor præsumitur solvisse de pecunia pu- 8
pilli, *ut cave Crave. consil. 20. n. 5. volum. 1. ubi adit Mascar. d. concl. 1393. num. 9. dicens num. 8.* hoc præmaxime procedere, quando administrator non erat adeo dives, ut possit præsumi eam pecuniam, quam solvit, habuisse *secund. Crave. ubi supr. & servit Alexand. dict. cons. 108. volum. 1.*

Similiter etiam † tutor, qui continuat mercantiam 9
vel negotia patris, præsumitur nomine pupilli continuare, *ut in quæ Rimin. cons. 400. n. 71. vol. 2.* ex doctrina Bal, *in leg. si pater eius. C. commu. utriusq; iudic. sequitur Mascard. d. concl. 1393. n. 14.*

SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator, tenetur collocare in matrimonium minorem suam, eique dotem competentem constituere iuxta facultates patris, & dignitatem mariti, & numer. 2. quod si scienter maiorem dotem facultatibus constituat.*

2 *Curator durante officio, dat ans suam minorem simpliciter de suis bonis incerta dotis quantitate, quæ excedit vires sui patrimonii, non tenetur in excessu.*

4 *Curator hæc faciens fcienter, vel donaſſe videtur, vel cum doloſe fecerit, ei non ſuccurritur.*

5 *Curator certam quantitatem dotis ſuæ minori promittens excedentem ſuas facultates, ſi ſe ſuaq; bona ad id obligaverit, de ſuis bonis exceſſum ſolvet.*

6 *Mater, vel extranea ultra eius patrimonium, vel ſubſtantiam, quando dæ exceſſu teneatur.*

7 *Mater adminiſtrans bona filiæ, ſi det fundum communem ei in dotem, videtur ſuam partem donare, & idem eſt in fratre, ut in 8.*

9 *Tutor, vel curator mittens pupillæ, vel ad domum ſponſitios munera nuptialia, an poſſit eam pupillæ impiare?*

10 *Tutor, vel curator, aut alius conſanguineus pupillæ recipiens aliquid pro eo marit anda, an teneatur id reſtituere? & n. 11.*

12 *Tutor, quatn dolo verſatus fuerit, ut quia dedit pupillam indigno, teneatur ad intereſſe pupillæ.*

CAPVT II.

Quod tutor, vel curator teneatur collocare pupillam in matrimonium, cui dotem congruam aſſignare.

TVTOR præterea, vel curator tenetur collocare in matrimonium minorem ſub ſua cuta conſtitutam, eique dotem competentem conſtituere, ita volunt Ioan. Andr. in addit. ad Specular. titul. de indic. §. generalia, ſuper num. 32. lit. F. ad medium ibi, quia quam vis ſicut, quod debuit, &c. pag. mihi 46. col. 4. Alber. Bald. & Angel. in l. qui ſine. ff. de neg. geſt. Alberic. ant. quicquid. Cod. arb. tutel. Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. § 3. n. 22. de donat. inter vir. & ux. Cavalc. de tut. & curat. num. 275. Baez. in tract. de decim. tut. c. 2. n. 114. & de non meliorat. dot. fil. c. 1. n. 9. ubi quod non tenetur tutor dare minori ſuæ in dotem totum, quod illi reliquit pater, etiamſi nubat ei, cui ille iuſſit, ſed mixta facultates patris, & dignitatem mariti dotem æſtimari debere, ut in leg. cum poſt. §. dotis, ff. de iure dot. & in lege quæro, ff. eodem titulo. Habemus Hiſpani expreſſam legem Regiam de hoc, videlicet nonam, tit. 11. pa. 4. ibi, Otroſi qualquiera home que tenga en ſupodero, e en ſu guarda alguna muncela con todo lo ſuyo, que fueſſe ya de edad para caſar, puedenlo apremiar que la caſe, e la eſt ablez, e adote, ſegun fuere larique za que avia ella, e ia nobleza de aquel con quien la caſa, caſi mos eſt ableeſſe por dote, de lo que oviere na valdria.

2 Sed videtur, † quod lex hæc Regia, in hoc verſiculo, *caſi mos eſt ableeſſe por dote de lo que oviere, no valdria.* cum indiſtincte hoc dicat, corrigit diſpoſitionem *l. cum poſt mortem. ff. de adminiſtratione tutorum*, ubi cavetur, quod ſi ſciens curator non ſufficere dotem promiſerit, vel donaſſe videtur, vel quoniam doloſe fecit, illi non ſuccurratur. Præterea idem decidit, l. illa, quoties curator officium ſuum egreſſus ſponte obligavit, nempe, ut ei non ſuccurratur, ſed is, ſi non donandi animo, ſed negotii gerendi cauſſa dotem promiſit, habet mulierem obligatam, & poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem, ſicut in collocatione ſanctorum dicitur, vel certe poſt divortium, ſive exacta ſit dos, ſive maneat nomen, quia poteſt efficere, ut ei accepto feratur, quod ſi mulier ſuum curatorem adimplere id, quod ſupra vires patrimonii eius in dotem dare promiſit, non quæratur: curator quidem in hoc, quod ſuperfluum eſt, per exceptionem relevari, mulierem vero cautionem in maritum exponere debere, quod ſi quandoq; locupletior conſtante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſolvat.

Nihilominus tamen lex Regia prædict. in ſuo caſu iuxta ius commune intelligenda eſt, ut ipſum non corrigat, & pro clariori intelligentia huius articuli, tres caſus diſtinguendi ſunt.

Primus eſt, quoties curator † durante officio dotat ſuam minorem ſimpliciter de ſuis bonis in certa dotis quantitate, quæ excedit vires ſui patrimonii: tunc namque proculdubio in exceſſu, dotis promiſſio non valebit, neq; ultra curator ſolvere tenebitur, & in hoc caſu meo iudicio expreſſe loquitur dicta lex Regia, & non dic. *l. cum poſt mortem*, ſed quando officium egreſſus curator ſe ſponte obligavit. 3

Secundus caſus eſt, quando curator ſciens non ſufficere, promiſerit: nam † tunc, vel donaſſe videtur, vel cum dolo fecerit, ei non ſuccurritur. Ita expreſſe diſponit *dict. l. cum poſt mortem, verſic. præterea, & illud*, quo caſu non videtur loqui, *d. l. reg.* ſed cum ſimpliciter, ignoranter, & ſine dolo promiſit plus, quam facultas adultæ ſit maxima enim eſt differentia inter prædict. duos caſus, nempe, ſimplicis promiſſionis dotis de bonis adultæ, vel cum ſit eadem promiſſio ſcienter, & doloſe. *ut in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. cum ſimil.* 4

Quo fit, ut idem à fortiori dicendum ſit, quoties curator certam promiſerit dotis quantitatem fuæ minori excedentem ſuas facultates: attamen pro ſecuritate dotis promiſſæ obligavit non ſolum bona ſuæ minoris, ſed etiam propriam perſonam curatoris, ſuaque bona, & præcipue ſi fuit dotator proprius de ſuis bonis totius quantitatis, vel exceſſus dotis: tunc enim in ſolidum remanet obligatus, & conveniri poteſt, quia videtur de ſuo donare, *ut in l. unica. §. accedit, cum ſimil. Cod. de rei uxor. act. & alios allegant Baez. de non meliorat. dot. filiabus, cap. 15. num. 12. verſic. quod autem, & plurimi citant bene id probat Petr. Surdus in tractatu de aliment. tit. 9. q. 1. num. 21. cum ſeqq.* 5

Tertius caſus eſt, cum curator egreſſus officium ſuum, certam dotem promittit adultæ, & tunc ſervanda eſt diſtinctio, *d. cum poſt mortem, uſq; in finem*: quia de hoc caſu non loquitur *d. l. Regia*, nec correctum invenitur ius commune, ſecte igitur Greg. Lop. *in d. l. 9. an gl. no valdria* admonuit eam l. intelligendam, ut in *dict. l. cum poſt mortem, §. 1.*

Ex quibus ad ſciendum, *an quando mater, vel extranea promiſit dotem, quæ excedit patrimonium, & ſubſtantiam filiæ, vel filiæ, vel extranei, illud plus, vel reſiduum teneatur de ſuo proprio patrimonio ſolvere, an vero remaneat liberata?* Breviter ita reſolvendum eſt: quod extraneus nullo modo tenetur, ſed remanet liberata: ſi † mulier, pro qua promiſit, non eſt ſolvendo: quia in dubio videtur promittere adminiſtratorio nomine, niſi probetur, quod promiſit animo donandi, vel ſcienter, & doloſe ſciens, & cognoſcens vires patrimonii ipſius mulieris: quia tunc reſiduum tenetur ſolvere per text. formalem, & expreſſum, *in d. l. cum poſt mortem, §. 1. ff. de adminiſtr. tut. & ibi gloſſ. ordinaria, Bart. Alber. & communiter Dd.* ſi vero mater, vel ſæcendens, quæ non habet filium in poteſtate, promiſit, tenetur reſiduum ex ſuo patrimonio ſolvere: quia ratione naturali coniunctionis pietatis, & affectionis videtur donare, *argumento text. cum materia in l. Neſennius, ff. de negot. geſtis, & in Lulmenia, C. eodem titul. & quæ ibi notantur, & in expreſſo ita tenet Baldus Novell. in tract. de dot. 6. parte, privileg. 45. nu. 2. quem refert, & ſequitur Ant. Com. in l. 53. taur. num. 24.* ubi etiam idem citat. Palac. Rub. *in repe. rubr. de donat. inter vir. & ux. §. 66. nu. 16. & 17.* ubi loquitur in matre vidua tutrice ſeu curatrice filiorum, bona ipſorum adminiſtrante, & promittente dotem magnam forſan, ultra vires patrimonii filiæ, quam nuptui tradidit: Inquit namque, quod in eo, quod excedit patrimonium filiæ, videbatur mater ex ſuo donare, quando ſuo nomine dotem promiſit, unde tenetur ſolvere integram dotem, & ſolutam non repetit: quia non videtur promiſiſſe animo repetendi: ſecus credit in extraneo, qui adminiſtrabat bona puellæ tanquam tutor: quia licet ſimpliciter promitteret dotem ultra patrimonium puellæ, videtur animo repetendi promiſiſſe, *ut in dict. l. cum poſt mortem, §. qui cum eſſet, & ibi latius probat.* Itaq; hactenus Palat. Rub. prædicta reſolutionem omnino probare videtur, quam etiam nos probamus. 6

Sic etiamſi mater forſan † adminiſtrans bona filiæ det fundum communem ſibi, & filiæ in dotem, intelligitur, partem ſuam donaſſe, non fiducia pietatis adminiſtratricis, licet in quolibet adminiſtratore potius præſumatur animus adminiſtrandi, quam donandi in adminiſtratione neceſſaria, *ut in dict. l. cum poſt mortem cum ſimil. ita Bald. in l. fin. num. 13. verſ. quare quid in matre, num. 13. C. de dot. promiſſ. ſequitur idem Palat. Rub. in repet. Rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 62. nu. 31. & d. §. 66. num. 9.* limitans, dummodo res taliter donata non ſit dotis materis, patre viveute, *& Bald. Novell. de dote, 6. parte privile. 3. num. 6.* 7

Idem tamen Palatius Rub. *d. §. 66. num. 18.* relinquit cogitandum ex ultimis verbis Bald. *ubi ſup.* dum ſentit, quod ſi mater eſt adminiſtratrix neceſſaria non videtur donare, & tandem inquit, quod hoc videtur verius in patre, & avo, & aliis: qui tenentur dotare, licet gerant negotia filiæ, tamen in dubio videntur dotare de ſuo: quam ſecus eſſe velit Palat Rubr. in matre, quando non tenetur filiam dotare; nihilominus teneo prædictam reſolutionem, quam ſequitur Bald. Novell. & Anton. Gom, *ubi ſup. poſt alios.* Et in † fratre dotante ſororem infundo communi, quod videatur ſuam partem dotare tenet Salyc. *in d. l. fin. n. 6. C. de dot. promiſſ.* 8

Vltetius obſervandum † eſt in materia, quod ſi tutor vel curator, ultra dotem promiſſam pro pupilla miſerit ei, vel ad domum ſponſi eius munera nuptialia, non poterit ea pupillæ imputare, ſed de ſuo ſolvere, vel reſtituere tenetur, niſi eſſet conſuetudo ſic faciendi, adeo quod ſine verecundia ſua, & minoris non potuiſſet ſe ab eis abſtinere, *ita Cavalc. an. de tutor. & curat. num. 276.* qui tamen loquitur, quando tutor maritavit ſororem pupilli, & eidem miſit munera nuptialia: Sed ſi hoc eſt verum, à fortiori procedet etiam in caſu: quo loquitur Cavalcan. nempe, quando prædict. munera nuptialia mittuntur ipſi pupillæ vel adultæ, dummodo adeſſet conſuetudo ſic faciendi: adeoq; ſine verecundia ſua, & minoris non potuiſſet ſe ab eis abſtinere: Idem ſi eſſet ſibi commiſſum à magiſtratu, vel à iudice *ſecund. Cavalca. ubi ſupr.* 9

Quod ſi tutori, † vel curatori fuit data aliqua pecunia pro maritanda ſua minore, non tenetur illam ei reſtituere, *gloſ. in l. qui ſine. 40. verb. acceptit*, argumento illius tex. *ff. de negot. geſt. Guiterm. de Iudo, ſingu. 41.* quos refert & ſequitur Rebuff. *in concordat. in rubric. de pubite. concub. pag. 744. ad fin.* ubi etiam, quod non eſt ſimonia ſic recipere pecuniam, ut contrahi matrimonium ſuadeatur, *ſequitur etiam Cavalc. ubi ſup. n. 277.* Contrarium tamen in ſpecie prima præmiſſa ex profeſſo determinavit Pileus Doctor antiquus *in ſuo opere, q. 72 de pupilla*, quam tutor maritavit Titio recepta Marcha argentea ab ipſo exigenda, ſcilicet, quod turpiter recepit, & tenetur pupillæ reſtituere actione tutelæ, quaſi videatur deliquiſſe adminiſtrando, ſcilicet, eam matrimonio collocando: quia quamvis fecit, quod debuit, non tamen eo modo, quo debuit, unde tenetur, & Pileum in hoc refert & ſequitur Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. titu. de indic. §. generalia, n. 32. littera F. ad fin. additionis*, nec non, & Pal. Rub. alios allegans *in repet. c. per veſtras, §. 3. incip. ſed ſi filia contraheret matrimonium n. 22.* ubi idem probat de conſanguineo, qui ut puellam nuptui collocaret, pecuniam accepit & nuptui tradidit eam viro bono, & condigno, nam tunc tenetur reſtituere ſaltem pauperibus, *ſequitur etiam Greg. Lop. in d. l. 9. in gl. que defendieſſe, tit. 11. part. 4.* loquens in patre tutore, vel alio, qui tenetur 10

dotare, *ſequitur plures referens Baez. de decim. tut. c. 1. n. 20 & 21.* Et hæc opinio mihi verior, & magis recepta, atq; proinde teneuda videtur adverſus priorem.

Præterquam in donulis gratuito datis abſque aliqua pactione, † ſed ſponte ob gratitudinem, & ratione novæ affinitatis, vel amicitiæ, quæ non cenſeo eſſe reſtituenda pupillæ. Sed illa, quæ tutor, vel conſanguineus eius recepit ob ſuum conſenſum matrimonio præſtandum: & ſic reſpective, ut matrimonium celebretur, cum ipſe tutor ex officio teneatur ſuam minorem matrimonio collocare, ergo gratis tenetur id facere, non vero pretio accepto: ac proinde ſi aliter fiat, tenebitur id pupillæ reſtituere, non vero, quod ob gratitudinem naturalem ſponte ei datur ratione novæ amicitiæ, vel affinitatis, quod verum exiſtimo, licet, hoc ultimum apud alium non invenerim. 11

Tutor tamen, qui † in dolo verſatus fuerit quia dedit pupillam indigno, tenetur ad intereſſe pupillæ, *teſte Angelo in d. l. qui ſine, quem refert & ſequitur Rebuff. ubi ſupr. pag. 725. in princ.* 12

SVMMARIA.

1 *Tutor, vel curator, ejuſve filius, vel nepos olim matrimonium contrahere non poterant cum pupilla adultave, ſub pœna adulterii.*

2 *Quod adeo verum erat, ut matrimonium inter prædictas perſonas contractum nondum reddita ratione tutelæ vel curæ, poſt redditam nondum exacto quinto, & vicesimo anno, & alio viti anno eſſet nullum, aliàs ſecus, ut in num. 3.*

4 *Matrimonium præcedens tutelam rite contractum validum eſt, ac proinde cura ſuperveniens non dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam & filium curatoris.*

5 *Matrimonium contractum inter adultam, & filium curatoris validum eſt, & pœnæ non incurritur.*

6 *Matrimonium contractum inter protutorem, vel procuratorem, vel negotiorum geſtorem & adultam, cui ſimbuna per eum adminiſtrantur, validum eſt.*

7 *Matrimonium contractum inter matrem pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, vel cum filio tutoris eſt validum.*

8 *Matrimonium bodie attento iure canonico, non eſt prohibitum inter prædictas, olim prohibitas, neq; inter ſenatorem, & libertam.*

9 *Matrimonium contractum, contra prohibitionem iudicis eſt validum: imo etiam contra prohibitionem, legis aut Romani Pontificis, quando illa prohibitio habet temporalem cauſſam, ſecus ſi perpetuam.*

10 *Contra tutoris, vel curatoris extra ſiguram matrimonii habitus cum pupilla, vel adulta durante tutela vel cura, eave finita, punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum.*

11 *Contra cuſtodis carceris cum muliere incarcerata, quæ pœna puniatur, & numeris ſequentibus, & quid ſi ſit meretrix nu. 14. ſed nu. 17. ponitur vera reſolutio in hoc.*

15 *Doctores quando loquuntur dubitanter, eorum dictum non poteſt habere ſtabilem auctoritatem apud alios, cum non ſit firmum dicentis.*

16 *Doctores ſunt intelligendi ſecundum Cattam, quem allegant.*

CAPVT XII.

De nuptiis prohibitis inter tutorem vel curatorem, eiuſq; filios, & nepotes cum pupilla, vel adulta.

OLIM † tutor vel curator, eiuſve filius, vel nepos, matrimonium contrahere non poterant, cum pupilla adultave ſub pœna adulterii, 1

l. qui

l. qui puellam, ff. de adult. leg. filius à patre, §. si quis eo tempore, ff. de lib. & posthum. l. 1. & per totum, Co. de inter dict. matrim. inter pupi. & tut. seu curat. filiosque eorum, leg. 6. titul. 17. part. 7. sic disponens: *con huerfana que alguno tuviere en guarda no puede el casar se darla por muger a su hijo, nun a su nieto. Fuera desto si el padre la oviesse desposado en su vida con alguno dellos o la mandasse hazer en su testamento: o si el guardador contra esto hiziere, deve por ende recebir pena de adulterio.*

Quod adeo verum erat, † ut matrimonium inter prædict. personas contractum nondum reddita ratione tutelæ, vel post redditam nondum exacto quinto, & vicesimo anno, nec non utili anno, esset ipso iure nullum, *l. si patris 6. C. ead. titul. de interdict. matri. &c.* & talis tutor, vel curator infamis manet, veluti confessus de tutela, quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laboravit, & dos data per conditionem repeti potest, *ut in l. si tutor, vel curator. 7. C. eodem tit.*

Superiora tamen declarantur, † Primo, ut procedant, quoties & quando matrimonium celebratur, inter prædictas personas prohibitas ante redditam rationem tutelæ, vel etiam post, nondum tamen exacto 25. anno, nec non & alio utili anno, *ut in d. l. si patris.* Secus vero si esset elapsum tempus 25. annorum, ætatis pupillæ, & anno utili, & ratio reddita est, *ut in d. l. si patris*, à contrario sensu, dum determinat spatium temporis, quo debet intervenire ad hoc, ut filius tutoris, vel curatoris possit contrahere matrimonium cũ pupilla, vel adulta, & *ibi notãt DD.*

Secundo declarantur, ut procedant, † quando matrimonium subsequitur tutelam, *ut constat ex prad. legib.* Secus si matrimonium rite contractum præcedat: tunc enim ex supervenienti casu retractari non debet: Socet igitur non prohibetur dari curator nurui, nec cura superveniens dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam, & filium curatoris, *ut in leg. 3. C. de interdict. matr. inter tut.* &c. ubi consulitur, quod ut omnis scrupulus auferatur, insistere pater adulti debet, nec non & eius uxor, ut alius loco eius detur, habebit enim facultatem repetendi rationes negotiorum gestorum, ab eo, qui fuerit substitutus.

Tertio declarantur, † ut procedant in pupilla constituta sub tutela, vel cura sui tutoris, vel curatoris: Secus vero erit, in pupillo, vel adulto masculo: quia tunc matrimonium contractum inter ipsum, & filiam tutoris, vel curatoris validum est, & pœna non incurritur, d. l. 6. tit. 17 pag. 7. ibi, *Pero dezimos, que si alguno tuviere en guarda huerfano varon, magner el casasse su hija con el: no caeria en pena de adulterio, nin la suya que casasse con el: esto es porque el huerfano desfues, que es casado tracasa muger a su casa, e non recibe embargo ninguno en el de mandar, teniendo su guardador de todos sus bienes, lo qual no podria hazer tan ligeramente la huerfana despuas, que fuere casada con el, o con subrio, epor esta razon podria acaecer que perderia gran partida de sus bienes, no le osando de mandar cuenta dellos.*

Quarto declarantur, † ut procedant in tutore, & curatore, eiusq; filiis, & nepotibus contrahentibus matrimonium cum pupilla, vel adulta: secus vero in eo, qui tutoris, vel curatoris nomine usurpato pro tutore seu curatore negotiorum vel gestore res pupillæ administraverit, eamq; sibi, filiove suo copulaverit: tales namq; nuptiæ valeant, & non ad exemplum tutorum infirmantur, ne ex huiusmodi subtili, & maligno tractatu matrimonia seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa aliquam læsionem vel calumniam patiantur, *l. fin. C. de interdict. matrim. inter tutor. &c.*

Quinto declaratur, † ut non procedant in matre pupillæ cum tutore filiæ suæ, vel filio tutoris, nuptias contrahente, hoc enim non prohibetur, *ut in l. 2. C. eo. tit.*

Sed hodie † Iure canonico attento hæc omnia cessant, quo non est prohibitum matrimonium inter personas prædictas, neq; inter senatorem, & libertã, & licet leges contrarium iubeant, item & acolytos uxorem ducere, non tamen Canones id præcipiunt. Libere igitur Iure canonico matrimonium inter tutorem, vel curatorem, eiusq; liberos cum pupilla, sive adulta contrahi potest. Ita tenet glos. *in c. 1. verbo. quandoquidem 30. q. 3. sequitur Ias. alios allegans in leg. filius, à patre, ff. de li. & posthum. & Gr. Lop. in d. l. 6. gl. 1.* dicẽs, quod cum ius canonicum cõtradicat dictis legibus, hodie locum non habebunt: non enim propter omissam redditionem rationum, neq; etiam, quod pupilla, sive adulta non excesserit vigesimum sextum annum rationabile est, ut matrimonium cum ea contractum à tutore, vel curatore, eiusve filio irretur, intercedente legitimo consensu eorum, verum matrimonium de præsenti efficient, iuxta formam sacri concilii Tridentini hodie, olim iuxta ius antiquum canonicum, curin hac materia standum est, non vero legibus civilib. utpote nullam potestatem habentibus infringendi legitimum consensum & inhabilitandi personas ad contrahendum matrimonia, cum iura pontificia, & sacrum cõcilium Tridentinum, eertam quandam formam in hoc statuerint, qua observata legitimum efficitur matrimonium, præterquam inter personas ab ipso Iure canonico & concilio Tridentino prohibitas, inter quas non reperiuntur prohibiti matrimonium contrahere tutor, curator, eiusve filius, vel nepos, & pupilla sive adulta.

Facit denig;, quia sicut matrimonium † contractum, contra prohibitionem iudicis valet, & tenet, *ut in cap. 1. cum alias de matrim. contract. contra inter dict. Eccl.* & ita censuit congregatio Cardinalium, *ut refert Petrus Ledesmius, de matrim. in addit. ad tertiam partem diui Thomæ. q. 45. artic. 5. pag. 190. col. 1.* Ita etiam valet, si contra prohibitionem legis aut Romani Pontificis fiat, quando illa prohibitio habet temporalem, non vero perpetuam causam prohibitionis, *glos. an cap. 1. in 4. de sponsa duorum, Abb. in c. ad dissolvendum de desponsat. impub. sequitur plures referens D. Lov. in 4. de spons. 2. part. c. 6. in prin. n. 6.* ubi etiam, quod licet matrimonium ex legis prohibitione late pendente contrahi non debeat, *ut in cap. tua nos, de sponsa duo, cap. cum Apostol. de spons.* tamen contractum tenet, *ut in d. ca. cum Apostol.* iuxta communem eius intellectum, nisi contrahens crediderit primum matrimonium, super quo litigatur, validum esse, tunc enim esset defectus consensus, *ita Abb. in d. cap. cum Apostolic quem refert & sequitur Covar. ubi sup.*

Coitus autem, & † accessus tutoris vel curatoris, extra figuram matrimonii cum sua pupilla, vel adulta, habitus durante tutela, vel cura, eave finita, punitur pœna deportationis, & confiscationis omnium bonorum suorum. *textus est in lege unica, Cod. si quis eam, cui su tutor fuerit corrupt. & ibi notant gloss. Odof. Cyn. Iacob. Butric. Ioann. Faber, Bald. Salycetus, & communiter Doctores, secundum Anton. Gom. in l. 80. Tauri, num. 24. tenet etiam Paul. Ghirland. in tract. de pœn. omnif. contra, quæstion. 7. fall. 6. n. 7.* Et est communis *secundum Iul. Cla. in pract. criminal. § fornicatio, ver. cum pupilla, & Prosper. Farin. in suis quæstionibus criminal. 1. tomo. quæstion. 31. num. 113.* & approbatur hodie hæc communis sententia. in d. l. 6. tit. 17 part. 7. ibidem *Mas si por ventura passasse a ella sin casamiento, deve ser desterrado para siempre en alguna Isla: todos sus bienes deven ser dela camara del Rey, sino uviere parientes de los que subẽ, o descendãt por linea derecha fasta el tercero grado,* per quam l. Regiam hoc modo declaratur præfata magis communis sententia: Quare † cũ eadẽ ratio militet in custode cognoscente carnaliter mulierẽ incarceratam, quæ in tutore vel curatore cognoscente carnaliter pupillam, vel adultam suam: nam licut tutor tenetur alere pupillam, illamq; honestis moribus cõservare: quia tutor datur principaliter personæ, secundario autem

pluris, §. in primis, ff. de admin. tut. l. final, C. de aliment. pupill. præstand. § adeorum, verſic. certe, & ibi gloss. Instit. qui tut. dar. poss. ita etiam custos carcerum tenetur diligenter & honeste custodire & alere mulierem incarceratam, illamque illæsam conservare, *l. 1. & fin. C. de custod. reo.*

Hinc est, † ut stante eadem ratione succedat in utroque casu eadem pœna, ideoque custos carceris cognoscens carnaliter mulierem incarceratam, puniri debet pœna deportationis, & confiscationis omnium bonorum, sicut tutor vel curator pupillam vel adultam carnaliter cognoscens extra figuram matrimonii, *ita Paulus Ghirland. in d. tractatu de pœnis omnium. cap. 11. quæst. 13. quod late desendit Boer. 317. num. 1. cum sequentibus,* ubi *num. 4* testatur de veriori & magis communi opinione, imo secundum eundem Boer. *ibidem post num. 18. in verſic. & hoc sentit Ioan. Faber.* non imponitur nisi pecuniaria pœna custodi carnaliter cognoscenti mulierem incarceratam.

Ex † quo merito rejicienda venit, vel saltem in nostris regnis non admittenda opinio Ioan. Fabr. *in §. item lex Julia, num. 6. Institut. de publ. judic.* dicentis, quod custos carceris cognoscens carnaliter mulierem carceratam, consuetudine punitur pœna mortis, *& ibi late à num. 10. & hoc dictum Fabri. profingal. & unic. refert Paris. de Puteo in tractat. de syndicat. verb. adulterium cap. 1. in cap. officiali quidam magno, num. 12.* ubi hoc extenditur, ut procedat, etiam si talis mulier sit inhonesta, imo publica meretrix, *& sequitur Hippolyt. in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. num. 5. Guid. Papa singul. 839. incip. 2 commentatorum, & in decisione 448. num. 5. Petrus Plaza, in epitom. delict. cap. 10. ad finem.*

Ubi ampliat, † etiam quod mulier cognita per custodem sit meretrix, ita etiam ampliat, & alios concordantes adducit Jodoc. *in pract. crimin. iur. berit. de carceratis sive commentariens. cap. 27. num. 16. Bonacosa in communi opinionum part. 1. verſic. custos carcerum carnaliter cognoscens,* quod pluribus comprobat Paris. de Puteo *ubi sup. num. 3. cum seqq.* respondens contrariis, & Marsil. *singul. 150. accessus ad meretrices, & Follerius in pract. criminal. verb. vel carceretur, num. 25. Carrer. in pract. criminal. 3. tractat. de homicid. & assass. §. 10. exemplat lasciva, num. 2. quos in hoc congerit Farina. ubi supra, num. 112.* Hoc tamen verum intelligebat Cyruentes *in leg. 62. Taur.* quando talis mulier meretrix incarcerata cognoscitur invita, & per vim: secus vero alias: quia mitius debet puniri in hac specie custos eam carnaliter cognoscens: Anton. vero Gomez *in l. 80. Taur. num. 25.* dicit, quod cum iste casus non sit in jure decisus, punitur cultos carceris pœna arbitraria secundũ qualitatem personarum & carceris. quod etiam probavit Menoch. *de arbit. judic. lib. 2. casu 292.* nempe quando sine vi eam cognovit. Sic etiam carceratus carnaliter cognoscens meretricem carceratam. erit aliqua pœna plectendus, *ut scripsit Bonacasa in sua communitui, 1. part. verb. carceratus cognoscens carnaliter.*

Nihilominus tamen, quod custos carceris cognoscens carnaliter sine vi meretricem carceratam, nullatenus puniatur, pluribus comprobat respondens contrariis Boerius *d. decis. 317. num. 3. cum sequentibus, usque ad num. 10. & 24.* ubi testatur de magis communi opinione, Si vero violenter eam cognoverit, possit aliqualiter puniri, *ut per Boerium ubi supra, nu. 9.* ubi testatur hoc casu senatum Burdegal. jussisse custodem intra carcerem virgis vapulandum, quem refert & sequitur Clarus *in pract. crimin. §. fornicatio. sub verſ. carceratus. ibi, sed quid si mulier cognita a commentariense esset meretrix.*

Sed quoad pœnam mortis, de qua per Fabrum *ubi supra*, observandum est, illam non esse jure communi introductam, sed à consuetudine illius regni. Ideo ubi talis consuetudo non viget, non est servanda illa doctrina: cæterorum; siquidem originaliter in consuetudine fundatur, unde eorum dictum non potest habere ampliorem auctoritatem apud alios, quam apud dicentem, sicut alias inquit Carol. Molin. *in consuet. Paris. 1. part. §. 5. † ubi, num. 27. ad finem,* quod quando Dd. loquuntur dubitanter, eorum dictum non potest habere stabilem auctoritatem apud alios, quum non sit firmum dicenti, ergo cum Joan. Faber, *ubi supr.* tantum loquatur de consuetudine, & hoc figuriter exprimat, ceteri ejus sequaces eodem modo sunt intelligendi, non vero de jure.

Accedit † præterea, quod Doctores sunt intelligendi secundum Gottam, quem allegat, juxta doctrinam Bart. communiter approbatam *in l. non solum, §. liberationis verba. num. 7. ff. de lib. legat.* Imo si recte expendantur ejusdem Fabri verba, videntur concludere, quod de jure communi pœna custodis carcerum carnaliter cognoscentis carceratam, non sit mortis, sed bene sit illa eadem, qua tenetur tutor carnaliter cognoscens & stupram pupillam vel adultam, *ut supra dixerimus.*

Nihilominus † tamen in hac re veritatem mihi attigisse videtur Farinacius, *ubi supra d. quæst. 31. num. 125.* dicens, quod si custos vel carceratus habeat tem cum carcerata honestæ vitæ, puniatur eadem pœna, qua puniendus esset, si eam extra carceres cognovisset, & etiam gravius arbitrio judicis propter carceris violationem, *juxta ea quæ scripsit Menoch. d. casu 292. num. 3. & 6.* cui in hac parte libenter assentit Farinacius, *d. num. 125.* idem juris esse credens in carcerato cognoscente uxorem vel ancillam custodis: Igitur si cognita esset virgo vel vidua, cognoscens eam carnaliter, sive custos sive carceratus sit, tenebitur de stupro: si uxorata tenebitur de adulterio. non aliter ac si extra carcerem eam cognovisset; & utroque casu semper pœna erit aggravanda aliquid plus propter qualitatem violationis carcerum, & multo magis aggravanda, si interveniat vis, *prout considerat Boerius, d. decis. 317. num. 9. verſic. quid dicendum in isto punto:* si vero cognita erat meretrix, tunc licet esset pœna stupri & adulterii, non tamen cessare debet pœna arbitraria, *juxta sententiam Antonii Gomez, Menochii Petri, Marsili, Carreri, ubi supra, contra Boer.* qui nullam pœnam isto casu custodi seu carcerato infligi posse affirmatum *Farinacium, ubi supra quem sequor.*

SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator, & filius administrator necessarius contrahens nomine officii, non tenetur de evictione.*
2 *Fallit si hæc contributio sit inter vel tutorator nomine proprio se & sua bona obligavit.*
3 *Fallit 2. in casu donec ad necessaria venditio, ut puta cũ tutor vel curator vero minoris sine necessitate vendederit, vel sine judicis decreto, &c. & quibus ipse venditio non valuit, tunc nam quæ tenetur de evictione respectu partis, &c. ut hic.*
4 *Tutor illegitimus, vel filius qui non erat tutor, aut inventarium & cætera solemnia non fecit, prem procurator filius an teneatur de evictione?*
5 *Procurator ad negotia contrahens procuratorio nomine an teneatur de evictione, & in numero sequentibus.*
6 *Procurator nomine domini emens, tenetne ad pretium.*
7 *Lusa pupilla, & ff. de neg. gest. antebellum, & num. 27.*
8 *L. talis. 1. part. 5. literæ, & casus referuntur eas, declarantur & ampliantur reductor.*
9 *Procurator, qui voluit filium dominũ obligare, sed constat, non remanet esse procurator obligatus.*
10 *Procurator contrahens procuratorio nomine quando ei nihil acquiritur, non tenetur de evictione facta officio: sed tantum dominus ipse.*
11 *Procuratores simpliciter aliquid confitentes, non tamen*

se obligante, non tenetur, sed solus dominus tenetur, sed intelligе, ut in num. 24.

12 *Procurator non tenetur ex contractu gesto domini contemplatione eidem: id quando explicatur actus qui solum domino competit, ut in nu. 13. nisi in casu de quo, n. 14. scilicet, cum procurator datus in rem suam, aut se offerente, cum sciret autum non esse, vel si celis obtulit loco destitutus cum satisdatione.*

13 *Procurator sive contrahat, sive compareat in judicio, tenetur se offerre procuratorem, alias tenetur parti ad interesse.*

14 *Mutuum acceptum per procuratorem acquiritur domino, procuratori autem nihil acquiritur.*

17 *Procurator, qui fidem suam astrinxit, tenetur etiam finito officio. idem est, si propria nomine fecisset aut si idem in tutore & curatore, ut in n. 18. idem est in eo, qui se fecit procuratorem ita ea, in qua nam erat: quia in his casibus videtur fidem suam astrinxisse, ut in n. 19.*

20 *Procurator obligans se, suos heredes & bona, tenetur.*

21 *Procurator cujus contemplatione celebratur contractus tenetur, & remanet obligatus.*

22 *Procurator contrahens nulla facta mentione officii, an obligetur dissimulatur.*

23 *Procurator tenetur de evictione, quando ex contractu per eum gesto procuratorio nomine aliquid est acquisitum, puta alio dotalia, vel pretium res vendita ab eo.*

25 *Procurator ad lum gerens procuratoris nomine, qui solum procuratoris convenit & ipsum tantum respicit, prout est praxis fori alia & predicatum sit vendi, videtur fidem astrinxisse.*

26 *Procurator procuratorio nomine recipiens mutuum, & per stipulationem promittens ejus solutionem, an ipse quoque remaneat obligatus?*

28 *Procurator tam proprio, quam appellativo nomine promittens, an remaneat obligatus, & num. 29.*

30 *Procurator ad faciendum mutuum sub usuris, in absentia domini recipiens pignora, an finito officio teneatur ad eorum restitutionem? & num. 31.*

CAPVT XIII.

An tutor vel curator teneatur de evictione, & quid de procuratore ad negotia?

1 ADMINISTRATOR † necessarius, prout est tutor vel curator, contrahens nomine officii, non tenetur de evictione, cum sit officium necessarium & publicum, licet privatam utilitate, *juxta leg. si non fuberis §. fi, & ibi Salyc. C. de administr. tut. gloss. in c. sicut 40. distinctione.* Et in terminis, quod tutor vel curator non teneatur de evictione, probat text. *in l. pall mortem, §. tutor. ff. quando ex facti. tut.* ubi inquit text. *tutor, qui pecuniam solutorum fecerit, ad quam fatet pupilli condemnatus fuerat actionem post tutelam finitam reliqui non fit*, ubi gloss. verb. *relicti recusat*, inquit, promisit enim tutor in nomine, sed certe, etsi non exprimat, ex quo apparet, quod in rem pupilli sic obligavit. Idem est, *ut in l. fin. eod. tit. Bar. & Dd. in d. §. tutor, text. etiam in l. 1. C. quando ex facti. tut. &c. ibi, nam tutores educare & que finito officio non esse convenire dos ex administratione pupillorum vel adolescentis sape decretum est, Bartol. Bald. & Dd. in l. 1. C. de dr. evict. pign. non deb.* quod Bartol. ibi dicit millies allegasse, & illud menti tenendum commendat Jacob. de S. Georg. *in l. fin. n. 12. C. de fort.* & Corneus *cons. 72. volum. 2.* Idem que in alio vendente ex officio, quod non teneatur de evictione probat Bart. *in l. alio. ff. de aliment. & cib. legat. n. 25.* & ibi addit. Alex. alios citat, & utrumq; sequitur Boer. *decis. 80. num. 1. cum seq.* Idem in institore, tutore & curatore tenet Boer. *decis. 273. num. 2. ibi, idem dicendum*, ubi quod hoc debet intelligi, quando tutor vel curator, vel institor simpliciter contrahit super re ad pupillum, vel dominum pertinente, & noluit expresse teneri, & iterum *num. 1. ibi, sed secus*, ubi etiam loquitur in tutore & curatore, ut officio finito non teneantur ex contracta super re pupillari acto, *ut in d. §. tutor.* quoniam ipsi sunt necessarii administratores. Eandem etiam conclusionem sequitur alios allegans Baeca *de decim. tut. cap. 2. n. 121.* & Spino *in suo Speculo testamentorum, glos. 29. nu. 62.* & Cavalcan. *de tutor. & curator. n. 172.* Idem est, quando officium est publicum auctoritate & utilitate, *secundum gl. Alber. & doctores in lege finali, ff. si quis cautio. Bocr. decis. 80. num. 3. ad fin.* Et procedit, etiamsi promiserit de evict. *glos. & Dd. in l. procurator, qui pro evict. ff. de procurat. Mandel. cons. 12. num. 9.*

Fallit † primo hæc conclusio, si tutor vel curator nomine proprio se, & sua bona obligavit. tunc enim tenetur de evictione. Ita probat textus *in lege, si quem, C. de præd. & aliis rebus minor. ibi, pignora sine, qua ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis tibi obligavit, non prohiberis persequi, & ibi glossa & Doctores. Bert. decis. 80. num. 6. ubi & idem tenet, &c.* ubi idem probat in marito rem dotalem vendente, & evictionem ejus promittente, *ut voluit Cyn. quem ibi sequitur Bartol. Bald. & Alber. ad eum lex. ff. de fidejuss. & in l. 1. & 2. C. evict. evict. pign. non deb. & in l. procurator, qui pro evictione, ff. de procur. & ibi Bart. & Doctores.* & ibi dictum fuit per Arrestum, *secundum Boer. in d. decis. 80. ad finem, & ut numq. sequitur Baeca, d. c. 2. de decim. tutor. sub num. 121.* & sequitur hanc primam fallentiam plures referens Cavalcan. *de tutor. & curator. num. 172. vers. secus, & Doctor Spino ubi supra, & Menoch. cons. 51. num. 33. lib. 1.* 2

Secundo † fallit eadem conclusio, quando non erat necessaria venditio, ut puta, cum tutor ipse vel curator rem minoris sine necessitate vendiderit, & etiam sine judicis decreto, sine quibus ipsa venditio non valuit, tunc namque tenetur tutor vel curator ad restitutionem pretii, nisi quatenus doceat in utilitatem & commodum pupilli pretium conversum fuisse, *text. in leg. prædiorum, C. de præd. & aliis reb. minor.* ubi minor rem non rite alienatam à possessore rei vindicavit, nec restituit pretium, nisi pro ea parte, quæ in suam utilitatem conversa fuisse constiterit: quod, & probat cum aliis Rolandus à Valle *consil. 60. numero 38. libro 4.* ubi se alio loco refert: Tutor ergo & curator tenebitur pro reliquo, quod eo casu non fuerit conversum in utilitatem sui minoris, *ut in terminis ex d. l. prædiorum, & ex l. 3. ff. quando ex fact. tutor. ex glos. & Doctores in d. l. fin. si quis caut. tenet & probat Boerius d. decisio. 80. num. 4. vers. ac. unde tenetur.* Quid autem in dubio, an tutor vel curator præsumatur nomine proprio actum facere, vel nomine officii, declaravimus late *supra cap. 10. per totum hujus secundæ partis.* 3

De tutore † autem illegitimo & falso, qui non erat tutor, aut non fecerat inventarium, vel solemnia ad tutelam, vel de procuratore falso, sunt qui dicunt teneri ad interesse, & sic de evictione, etiam quod pretium sit versum in utilitatem domini, nempe Joann. Andr. Socin. Cornel. & Benvenut. Strac. prout eo ad hoc refert Cavalcan. *de tutoribus, num. 127. ibi & cur. si autem loquimur*, qui tamen contra eos tenet, resolvens in hac specie, tutorem illegitimum & quemcunque alium, vendentem nomine alieno, non teneri de evictione emtori, si se aut bona sua non obligaverit, cum nomine officii hoc fecerit & emtor sciverit, bona vendere voluisse tutorio nomine. & sic nomine alieno, ideo debebat perscrutari, an esset tutor legitimus, & an poterat alienare dicto nomine, si non poterat, debebat facere seipsum sibi obligari & bona sua, alias dicitur esse in culpa, & non potest contra venditorem agere ad interesse, ut hoc ibi bene jure probat, id amplians, etiamsi iste venditor pretium non convertisset in utilitatem domini, sed in 4

usum proprium, postquam emtor ab eo emit uti tutore vel administratore, & hic ei ut alienæ personæ, adhibendo ei fidem, solvit pretium, tenebitur tamen hic venditor secundum ipsum Cavalcan, *ibidem num. 133.* ad restitutionem pretii, non vero ad interesse, quia res evincitur, non propter pretium vero domino non solutum, sed propter solemnitatem non observatam & actum imperfectum, ac ratificationem non sequutam, vel obligationem anteriorem: secus si pro pretio conversum pretium in ejus usum res imperfecte alienata evicta fuisset a vero domino, quia tunc ad interesse, damna & expensas tenetur, & contra eum posset juratiin litem, ut ex aliis ipse ibi probat, sed & aliæ plures declarationes deduci possunt: imo & casus considerari in tutore & curatore vendente, quibus etiam teneatur vel non teneatur de evictione ultra supradictos ex resolutione infra facienda in procuratore ad negotia, quando teneatur, vel non teneatur de evictione, quæ hic accommodari poterunt, ubi ratio diversa non militaverit in uno, quam alio. Oportune igitur, & non abs re de procuratore ad negotia nunc agemus in hunc modum:

5 Hæc † quamvis ita se habeant in tutoribus & curatoribus ex necessitate suscipientibus officium: in procuratore tamen ad negotia secus: hi namq;, quamvis procuratorio nomine vendat, tenetur de evictione finito officio, *ut probat textus in l. servum Titii, 47. ff. mandat. ibi, & prout Tiraqu. quamvis quasi procurator vendidisset, obstrictum emtori esse facile ex de evictione, de qua ibi paulo superius agitur*) & ibi notat sigillatim gloss. verb. *emtori esse*: ubi secus dicit esse in tutore ea ratione, quia necessarium est illud officium: procuratoris autem spontaneum, *ut in lege tutoris. C. de negot. gestis, & ibi Bartu. & Doctores gloss. etiam in leg. procurator, qui pro evictione 67. verbo, non levabitur, ff. de procurat.* ubi eandem & aliam reddit rationem, scilicet, quia tutor publica auctoritate, id est, a lege suscipit officium, procurator à privato, & illam glossam sequuntur, ibi Bartol. Bald. Angel. & Paulus Castren. quos refert Boer. *decisio. 80. numero 2.* & Bonifac. de Vital. *in clement. unic. numero 29. de offic. Vicar.*

6 Ita † etiam procurator nomine domini emens, tenetur ad pretium. *l. cum vendente, C. ubi caus. fiscal.* Non enim est ibi illud speciale in fisco, quia idem locum habet quando cum privato procurator contrahit, *secundum Bald. Angel. & Salyc. ubi quæst. 4. & probat Boer. decis. 273. sub num. 3. ibi, quamvis etiam procurator.*

7 Sed † contra supra dictam distinctionem, imo. quod etiã procurator ad negotia nomine procuratorio promittens non teneatur finito officio, videtur esse text. *in l. pupilli, §. 1. ff. de negot. gest.* ubi fi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus tuum liberet, adversus negotiorum gestorem habeo actionem, adversus vero eum, cum quo contraxi nullam, ubi gloss. hoc verbo inquit, *quia nolui eum mihi obligari.*

Est etiam alius text. clarus contra supradictam distinctionem quoad procuratorem ad negotia, nempe *l. fin. ff. de instit. actione*, cujus verba sunt hæc. *Lucius Titius mense Junio anni 112. quam exercebat habuit liberum propositum: ut Caius Seius hac cavit in verba. Octa. Terminalis rem agens Octavii Felicis Domitio Felici salutem: habes pensum mensam patronus mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debeo, pridie Calendas Maias. Quæsitum est, Lucio Titio defuncto sine herede, bonis ejus venditis, an ex hac Epistola jure conveniri Terminalis possit? Respondi nec jure his verbis obligatum, nec æquitatem convenienti eum superesse, cum id ex institoris officio ad fidẽ mensæ præstanda scripsisset, cui consonat. l. 7. tit. 1. part. 5.* dicens,

8 *Cambiador † o mercador que tuviese tienda de panos, o de algũ otro menester, si encomendasse aquella tienda a otro que no estuviesse en su poder: e dexandolo, yendose en su lugar: si fisse a tal tomara algun emprestado por mandado del otro que le dexo, o fin su mandado, y lo mete en pro de aquel que lo toma de ex tal prestico como esse, no esse mudo de lo pagar isse que lo toma, mas aquel en cuyo lugar estava: pero si non lo tomasse por su mandado: mas lo metiesse en su pro, estonce estouudo de lo pagar aquel que lo tomo.* quæ l. secundum Greg. Lop. ibi in gloss. *esse que lo toma.* est intelligenda juxta d. *l. fin.* nempe finito officio: eo namque durante convenire posset dictus institor, & quod ita intelligatur *l. 5. tit. ult. ff. de in ius. act.*

Sed & est multum notanda eadem l. Regia in eo, quod vult, ut institor non solum, quando habuit mandatum ad recipiendas pecunias mutuas, non teneatur, verumetiam quando non habuit ad hoc mandatum, si tamen mutuum in utilitatem domini convertit, *secundum Gregor. Lopez, ubi supra.* dicentem, hoc esse singulare, & se non meminisse alibi legisse.

Sed & procedit eadem lex Regia, etiamsi de receptione mutui non constaret, nisi per confessionem institoris tenebitur namque tunc licet habuerit mandatum, *ita Ang. & Socin. quos refert & sequitur Greg. Lop. ubi supra, juxta finem gl.*

Limitatur tamen, & non procedit dispositio. *d. l. fin. ff. de inst. act. & d. l. reg. 7.* ut non procedat, quando institor specialiter se obligavit seu fidem suam astrinxit, *ut in l. in eam, §. 1. tabernã. ff. de inst. act. & cum Soci. proba. Greg. Lop. ubi supra. d. l. fin. gl.*

Supereit igitur, ex supra dictis, ut ita & eodem modo videatur dicendum, procuratorem ad negotia promittentem, vel vendentem procuratorio nomine, finito officio non teneri de evictione, quemadmodum neq; tutor vel curator aliusve administrator necessarius aut institor non tenetur, & sic contra prædictam distinctionem gl. & communem, præterquam si fidem suam procurator altrinxisset vel se proprio nomine obligasset, ut est expressum *in d. d. procurator qui pro evictione, & in terminis ex d. l. fin.* ita tenet Jacob de Aret. *in l. post mortem, §. tutor. ff. quand. ex fact. tut. prout refert. Cyn. in l. 1. qui fervo versic. ult. quæro, C. quod cum eo. Corneus consil. 8. per totum, vol. 2. quos & Jacob. Butrig. adeam tenent, ad hoc refert Boer. d. decis. 273. sub num. 3. ibi, quamvis Jacob. dicens:* quod distinctio prædictarum glossarum procedit, quando procurator simpliciter promisit non exprimendo, utrum procuratoria nomine, vel suo: Sed hoc casu contrarium probat *d. l. ferorum Titii ff. mandat.* imo quod tunc procurator non teneatur. Quid igitur erit tenendum in hac antinomia juris & Doctorum contradictione.

Profecto viam veritatis in re hac mihi aperuisse videtur acutissimus, nec non & clarissimus ingenii vir, Bartholomæus Socin. Senens. *consil. 154. per totum vol. 2.* qui per ordinem distinguit, & decidit casus, atque præfata jura conciliat. quare eum in omnibus prope sequi intendo, & ad eum te refert Boerius *d. decis. 80. num. 2. decis. 273. sub num. 5.* & Gregor. Lopez *in d. l. 7. tit. 1. part. 5. glossi. esse que lo toma.*

Observandum igitur est, ut certa ab incertis separemus. Quod si constat, quod procurator, seu alius administrator voluntarius voluit solum dominum obligare, solum dominus obligatur: si vero quod se solum voluit obligare, ipse solus tenetur. si quod utrumq; voluit obligare, ambo sunt obligati: quoniam contractus ex conventione legem accipiunt, *l. legem. C. de pact. l. contractus. ff. de reg. jur. l. 1. §. si conventus. ff. depositi. cum sim.* Ita concludunt Bart. & alii *in l. procurator qui pro evictione, ff. de procurat. glos. Bart. Angel. & omnes in d. l. fi pupilli, §. 1. ff. de negotiis gest. secundum Soc. ubi supra, statim in princ. ante num. 1. Boer. d. decis. 273. sub num. 5. vers. quid dicendum?* esse; clarum atq; sine difficultate procedit. 9

Si vero non constat, quem voluerit procurator obligare, se aut dominum, vel an utrumque, distinguendi sunt primum casus indubitabiles, quando procurator finito officio non tenetur, sed tantum dominus: & postea alii casus, in quibus ipse procurator tenetur, & videtur fidem suam astrinxisse, ex quo videtur velle se obligare, licet procuratorio nomine contraxerit.

Casus indubitabiles, in quibus procurator finito officio non tenetur.

10 PRIMUS casus est, † quando procurator contrahit procuratorio nomine, & nihil procuratori acquiritur, tunc namque solus dominus tenetur finito officio. Ita potest procedere text. *in d.l. fin. ff. de instit. act.* (& *d. l. 7, tit. 1. part. 5.*) per quem ita concludunt atque resolvunt Bartol. Bald. & communiter alii Doctores *in d. l. procurator, Bald. & Salycet. in l. 1. qui C. quod cum eo, Jac. Butrig. Iacob. de Aren. & Angel. in d.l. si pupillo, §. 1. teste Soc. ubi supr. num. 1. & Boer. d. num. 5.*

11 Secundus † casus est, quando procuratores simpliciter aliquid confitentur, nec ad aliquid se obligant: tunc namque dominus solus tenetur, & non procurator. Ita potest etiam intelligi text. *in d.l. fin. prout etiam intellexit, Bartol in l. 1. ff. de instit. ita etiam concludunt Bald. & Angel. Guilielm. de Cugn. & Paul. de Castro, quos refert & sequitur Socin. ubi supra, num. 2.* dicens quod hic est etiam casus clarus.

12 Tertius casus est, † quando contractus gestus est domini contemplatione: quia tunc etiam tenetur solus dominus & non procurator. Ita videtur esse casus, (secundum unum intellectum, *in dict. l. si pupillo, §. 1. ubi, tui contemplatione, & tenet ibi, glossa quam sequitur ibi Angel.* & probat atque declarat cum Joann. de Montesperel, *Socin. ubi supr. num. 3.*

13 Quartus casus est. † quando explicatur actus, qui soli domino convenit & non procuratori, prout est in judiciis, in quibus solus dominus tenetur, *l. Plautius, 6. §. 1. ff. de procurat.* Ita concludunt Bald. Angel. & Joan. de Montesperel. *in dicta l. procurator, & in d.l. si pupillo, §. 1.* sequitur Socin. *ubi supra, num. 2.* Idem concludens, quando actus respicere potest utrumque, scilicet dominum, & procuratorem, & ipse contrahit procuratorio nomine: nam obligatur solum dominus, *juxta notata per gloss. in l. quicunq. ff. de procurat.* & probatur, *in l. final. ff. de instit. & act. tenent Angel. & Joann. de Montesperel. in dict. leg. procurator.*

14 Hic tamen † quartus casus principalis limitatur, ut non procedat, quando procurator esset datus in rem suam, aut obtulisset se, cum sciret, cautum non esse, vel si defensoris loco cum satisdatione se liti obtulerit. In his namque casibus singulis procurator convenire potest, & debet, *ut in l. Plautius. ff. de procurat. & concordat l. fin. tit. 5. part. 3.* ubi Gregor. Lopez *in gloss. que se deve cumplir*, inquit illam l. Regiam posse limitari per *d. l. Plautius*, hoc est, nisi in procuratore in rem suam, vel quando procurator mentitus est, asserens se habere mandatum cum non haberet: tenetur enim, qui se asserit procuratorem, hoc ostendere, *ut notat Bart. per illum text.* quem ad hoc dicit se millies allegare *in l. 1. C. quod evict. pign. non deb.*

15 Procurator † ergo inquit Gregor. sive contrahat sive comparcat in judicio, tenetur se ostendere procuratorem, alias tenetur parti ad interesse, *ut etiam tradit Angel. ibidem, & Jas. cum aliis in l. cum tu, num. 16. ff. si cert. pet.* vel si mentitus est, præstitam esse satisdationem de solvendo, cum non esset: nam tunc in personam procuratoris fiet exequutio, *secundum Gregor. Lopez, ubi supra, in fin. d. gloss.*

16 Quintus † casus principalis est, quando procurator simpliciter accepit rem mutuo procuratorio nomine, & sic in aliis contractibus, quire contrahuntur. Nam tunc dominium acquiritur domino & sibi, hoc est, procuratori nihil quæritur, *l. 1. C. per quas per. nob. acq.* & ideo procurator non tenetur, *ut in dict. l. si pupillo, §. 1.* quam ita intelligunt Bart. & Ang. ibi, Bald. & Salyc. *in d.l. 1. qui, C. quod cum eo, ita Socin. ubi supra, num. 5.*

Casus in quibus procurator tenetur, licet procuratorio nomine contraxerit.

PRIMUS casus est, † quando expresse fidem suam astrinxit, tunc namque ipse tenetur procurator etiam finito officio, ut est casus secundum Angel. *in d.l. procurator. qui pro evictione, ff. de proc. ibi fidem suam astrinxit, & ibi, qui pro domino vinculum obligationis suscepit*, & est communis omnium in dictis locis *secundum Socin. dict. consil. 134. num. 6.* 17

Secundus casus est, † quando contrahit procuratorio nomine, sed ad observantiam obligat se proprio nomine: tunc namque tenetur iniquia videtur, fidem astrinxisse, & ita potest intelligi, *d.l. procurator, secund. Iacob. de Are. Iacob. Butrig. Angel. & Franciscum de Albergot. ibi, Bart. & Bald. & communiter Dd. teste Socin. ubi supr. num. 7. & Boer. d. decis. 273. sub num. 5. versic. quia procurator*, ubi loquitur non tantum in procuratore, sed etiam in tutore & curatore promittente nomine proprio tantum, & sic ultra nomen officii, quia tunc ipse indubitanter perpetuo teneturiquia egressus est naturam officii, *ut in d.l. procurator, & d.l. servum Titii*, & sic habent locum jura pro prima parte à nobis allegata, & pro secunda, ab ipso errata. Idem tenet Abb. *cons. 16. ad clarum decis. in prin.* ubi allegat gl. *c. sicut 40. distinctione.* 18

Tertius casus est, † quando fecit se procuratorem in eo, quod non erat, tunc etiam videtur fidem suam astringere, *secundum glossam & Bart. in d.l. procurator, se junxtur Bald. & Angel. & moderni: Bald. in d.l. fin. ff. de minor. quos ad hoc refert & sequitur Socin. ubi supra, n. 8.* de quo supra latius egimus in limitatione quarti casus prioris. 19

Quartus casus est, † quando procurator obligavit se & suos heredes & bona. Nam ex quo heredum mentionem fecit, excedit notissimos terminos officii, *l. cum bonis, §. 1. ff. de cur. furios.* ita concludunt Jac. de Aren. Bald. & Salycet. *in d.l. 1. qui, supra allegata*, & Socin. *ubi supra, numero 9.* 20

Quintus casus est, † quando procuratoris contemplatione celebratus est contractus, *secundum gl. Bald. & Dd. in d.l. si pupillo, §. 1. ff. de negot. gest. & est text. ubi C. 1. & alii in d.l. 1. qui*, & idem quando contemplatione utriusque *secund. gl. & Doct. in d. §. 1. Socin. ubi supr. n. 10.* 21

Sextus casus est, † quando nulla fit mentio officii, & contrahit, & tunc distinguitur, an super re domini, & videtur contrahere procuratorio nomine domini, & sic dominum solum obligare: secus si super negotio ad se pertinente: quia tunc se solum, vel ad utrumque, quo casu etiam dominum videtur obligare voluisse, *secundum Iacob. Butric. Bart. Bal. Ang. & Doctores in d.l. procurator. Bart. & Bald. in d.l. si pupillo, §. 1. teste Socin. d. cons. 134. num. 11. volum. 2.* 22

Septimus casus est, † quando ex contractu gesto per procuratorem procuratorio nomine aliquid procuratori acquiritur, puta actio directa vel pretium rei venditæ ab eo, quia tunc ipse de evictione obligatur & censetur fidem suam astringere. Casus est *in d.l. servum Titii ff. mandat.* juxta intellectum Bartol. Franc. de Alvergo, & Joann. de Montesperell, *in d.l. procurator, adidem, l. solutum, §. proliberando, ff. de pign. act.* ac per quam declaratur *dict. l. procurat. secundum Bartol. ibidem tenet Salycet. in d.l. 1. qui. & Paul. de Cast. in d.l. final. ff. de institor. & Socin. eos referens, ubi supra, num. 12.* 23

Octavus

24 Octavus casus est, † ut quamvis supra in secundo casu primi membri diximus, procuratores aliquid simpliciter in literis confitentes, nec ad aliquid se obligantes, non teneri, sed dominum solum obligari, & ita posse intelligi *d.l. fin. ff. de instit.* hoc tamen intelligendum est, nisi in dictis literis institores afferrent menti am debitricem ex eo, quod confiteantur se pecuniam recepisse, nam tunc licet, ut institores receperint, ex quo aliquid quæritur est, eis ita scribendo fidem suam astrinxisse videntur, & ideo conveniri possunt procuratoris exemplo per notata *in d.l. procurator*: ita ad literam dicit Angel. *in l. a. in principio. ff. de re judicat.* dicens ita fuisse judicatum Florentiæ, resolvens idem dicendum esse ex præmissis in procuratore, qui fatetur dominum debitorem ex eo, quod fatetur se pecunias recepisse, *sequitur Joann. de Imol. in Leandum, ff. de duobus reis, & sequi videtur Socin. ubi supra, num. 13.* Mihi autem hæc decisio aut casus non constat, imo dubito de ejus veritate, & ideo tum non probo ex text. *in dicta l. si pupillo, §. 1. ff. de negotiis gest.* cui non bene respondet Socin. *ubi supra.* Ibi enim contra procuratorem pecuniam mutuo mandato alterius recipientem nulla competit actio, sed tantum contra mandantem. Ergo, nec contra institorem recipientem pecunias ratione officii. Nec ipse inter hos duos casus ullam concludentem invenio rationem differentiæ: non enim ex receptione solum pecuniæ, nomine & mandato alterius, videtur fidem suam procurator aut institor astrinxisse. Teneo igitur in hac specie, & octavo casu, procuratorem vel institorem nunime obligari ex sola receptionis pecuniæ confessione nisi alia ratione ostenderatur, obligatum esse, dummodo doceat pecunias à se receptas, in utilitatem domini, vel mentiæ convertisse. Et hac ratione forsan Socin. *ubi supra, numero 16. versiculo, quos tamen casus*, inquit, quod pro nunc non eos omnes præcise affirmat, sed illos consideravit ad clariorem decisionem illius consultationis. 24

25 Nonus casus est, † quando procurator procuratorio nomine actum gerit, qui convenit soli procuratori, & ipsum tantum respicit: tunc namque videtur fidem suam astrinxisse prout est promissio rati, & judicatum solvendi, & sic procurator tenetur, *leg. si procurator meus, §. final. & leg. fidejussor, §. prator. ff. de procurator. secundum Baldum, & alios quos refert & sequitur Socin. ubi supra, numero 15.* 25

26 Decimum † & ultimum casum considerat Socinus *ubi supra. num. 16.* quando mutuatis pecuniam procuratori non solum numeravit, per quam numerationem dominum obligat, sed ultra procesit stipulando à procuratore procuratorio nomine, quia tunc obligatur etiam procurator, per textum, qui hoc videtur probare *in dicta lege si pupillo, §. 1. in secunda parte. ff. de negot. gest.* quem ibi ita intelligit Angel. dupliciter inducens. Primo, dum dicit à procuratore tuo stipulatus fuero, quia non dicetur quis stipulatus à procuratore, nisi procuratorio nomine stipulatus esset. *Lege scatus, & ibi Angel. ff. de procurat.* & eandem dicitur, quod procurator obligatur. Secundo, quia dicitur, quod talis stipulatio post numerationem fuit ex abundanti cautela appositæ ex quo datur intelligi, quod mutuans non fuerit contentus, quod dominus esset obligatus, sed voluit etiam procuratorem obligatum, licet contraheret procuratorio nomine. 26

Hæc tamen opinio falsa mihi prorsus videtur, ac proinde non tenenda. Primo, quia stipulatio subsequens à procuratore, procuratorio nomine deducta, nullam inducere potest in jus personam obligationem, cum fuerit interposita procuratorio tantum nomine: quia actus agentium non debet ultra eorum intentionem operari, *l. non omne. ff. si cert. pet. ubi DD.* sed hic procurator promisit per stipulationem procuratorio nomine tantum, non vero proprio, nec ullo pacto fidem suam astrinxit; ergo ipse non tenetur. Præterea, obligatio contrahi non potest sine contenta, *textus in principio Institut. de oblig. qua ex consensu, &c. cum similibus.* Constare enim debet quod quis se voluerit obligare ad hoc, ut obligatus remaneat, *l. 2. tit. 18. lib. 5. nova collect. Reg.* Sed in specie præmissa procurator promittens nomine domini, tantum intendit obligare dominum, non vero seipsum. Ergo ipsemet non remanet obligatus: deinde non debet esse factior obligatio procuratorio nomine facta, quam vera numeratio & receptio pecuniarum præcedens. Utraque namque nomine domini fit: Ergo sicut numerario præcedens procuratorem non obligat, *ut in d.l. si pupillo, §. 1. in 1. resp.* ita neque etiam obligatio procuratorio nomine facta & accepta eum obligare debebit: neer etiam utrumque simul junctim: quia deficit animus se proprium obligandi. Accedit etiam, quod hic procurator contrahit procuratorio nomine, & contemplatione ipsius domini, nihilque hujusmodi procuratori acquiritur, sed ipsi domino totum. Ergo procurator non tenetur, nisi idem fuam astrinxerit, *juxta casus primi partis.* 27

Superest, † ut respondeamus textui, cui innititur Angel. ad tenendum contrarium, nempe *in d.l. si pupillo, §. 1. in 2. resp.* ibidem dicit, à procuratore suo stipulatus fuero. Ex hoc namque, *ut inquit Angelus*, videtur procuratoris nomine stipulatus; sed negamus quidem hoc ita esse, neque text. *in dicta lege si reus, ff. de procurat.* probat, non dici quem stipulatum à procuratore alterius, nisi procuratoris nomine stipulatus esset: quis enim prohibet stipulari à procuratore alterius nomine proprio? Nonne videmus hoc ita fieri *in dicta l. procurator, qui pro evictione, ff. de procur.* nisi procurator, qui pro evictione præstationis, quæ vendidit, fidem suam astrinxit, obligationisque pro domino vinculum suscepit, ipsemet tenetur, & onus ejus frustra recusat. Quæro ergo quomodo illo jure procurator fidem astrinxit, nec vinculum obligationis pro domino suscepit, nisi per stipulationem? Obligatio igitur sive promissio procuratoris simplex, aut procuratorio nomine facta, non obligat ipsum, nisi fidem suam astrinxerit, vinculumve obligationis pro domino susceperit. Et multo minus, quando stipulatio accepta est procuratorio nomine. Quo fit quod minime in hac specie possit nec debeat intelligi text. *in dict. l. si pupillo, §. 1. in 2. resp.* scilicet, quando à procuratore stipulatum accepta est procuratorio nomine: cuiquidem tunc nihil additur, quod personam procuratoris obliget, sed domini: Intelligi igitur debet text. ille de obligatione, & stipulatione accepta personæ propriæ procuratoris, astringentis suam fidem vel vinculum obligationis suscipientis in se pro domino, & sic quando nomine proprio procurator promisit juxta dispositionem *dicti l. procurator, qui pro evictione*, non vero procuratorio nomine tantum: quia tunc impossibile est, cum finito officio teneri, cum se minime proprio nomine voluerit obligare: Imo minquam. & ineptum esset dicere, ipsum ex hoc præter mentem & voluntatem suam, imo vero contra ipsam mentem obligatum: Nec dicendum est ullo modo hoc sensisse Julianum Jurisconsultum *in dict. §. 1. in ejus secunda parte*, præcipue cum ibi principaliter de hoc non agitur, fed an per stipulationem procuratoris superadditam exstinguatur negotiorum gestorum actio contra dominum competens? Et inquit textus, adhuc ipsam superesse: quia exabundanti hanc stipulationem interposuit. Præsupponendi igitur sunt termini habiles, scilicet, quod procurator per stipulationem fidem suam astrinxit, vel obligationis vinculum pro domino suscepit ad hoc, ut ipse teneatur, juxta eatum *dicta l. procurator, qui pro evictione.*

Alias enim jure ipse non tenetur contrahens procuratorio nomine, *ut supra probavimus*: Cum enim de uno quæritur, ad cetera præsupponitur habilis, *ut in cap. 1. de acat. & qualitat. lib. 6. ibi, si aliud non obstat canonicum.*

Secunda inductio Angeli supra relata, *d. l. si pupilli, §. 1.* nihil probat, quia licet id faceremus, intelligi tamen debet juxta supra modo dicta, nempe quod cum mutuans non fuerit contentus, quod dominus esset solus obligatus, voluit etiam procuratorem obligari, non tamen jure obligatur procurator finito officio promittens, procuratorio nomine, sed proprio. Ergo stipulatio ibi, non fuit interposita procuratorio nomine, neque hoc text. ille dicit, sed est imaginatio Angel. & necessario secundum juris regulas intelligendum est, ut frugi sit facta interpositum nomine proprio: Quod etiam ex maxime convincitur, quod, ut inquit text. *in dict. §. 1. in fine*, ex abundanti, id est, pro plenori securitate, & cautela mutuantis illa stipulatio fuit interposita, & ut sibi melius esset consultum. Si ergo ob hoc fuit interposita stipulatio, non debebat nec oportebat interponi nomine procuratorio, quia per hoc non magis consulebatur mutuanti, sed id ipsum, quod inerat exprimebatur. Ergo ut vere ex abundanti stipulatio interposita fuerit, & ne verificetur ratio illius text. necessario præsupponere debemus, eam nomine proprio, non vero procuratorio interpositam fuisse: Quod verissimum esse censeo: & in terminis, uno verbo ita intelligit illum text. Boer. *d. decis. 273. num. 5. cum penultima in illo verbo, & ex abundanti cautela, illam procuratoris stipulationem sua proprio nomine interposuit, ut dicit textus, in dict. leg. si pupilli, §. 1.*

28 Alius, † & undecimus casus utiliter constitui potest, nempe quando curator, tam proprio, quam appellativo nomine (hoc est) curatoris promisit, & tunc si quidem præcessit in obligatione, nomen proprium, procul dubio curator suo quoque nomine tenetur, *ut tenet Bart. in l. cum post mortem, §. audiam cum essent, in princip. ff. de administrat. ad quem, Alexand. & Iason. communit. ff. de stipul. servor. ibi, sed cum ad nominis proprii defectum esset.* & signanter, si non obligatione promisit se soluturum, quia tunc secundum Bartolum habuit animum se in totum obligandi, & non pupillum, quamvis posset a pupillo recuperare, *sequitur Boer. d. decis. 273. num. 5. ibi, sed promisit nomine proprio, quam appellativo, &c.* loquens etiam in procuratore.

29 Si vero † præcessit in obligatione nomen appellativum, & subsequitur proprium curatoris, etsi Bartol. ubi supra innuat, tunc procuratorem non teneri, & hoc in dubio, non vero, quando fuerit ex conjectura, ex quibus aliud præsumatur de intentione contrahentium: alias confiderari non deberet nomen appellativum *l. qui habebat ff. de reb. dub. & ibi Soccin. in 2. notab. & Felin. in cap. mandata, versic. in text. ibi, sed per sonæ de præsumt.* nihilominus tamen in hac secunda specie contractum ex multis probat Boer. *d. decis. 273. post n. 6. in vers. tamen hoc ratio.* Imo quod etiamsi præcesserit nomen appellativum, & subsequatur proprium in obligatione procuratoris, adhuc ipse procurator remanet obligatus, quod verius esse videtur, si curator, vel procurator suam personam nomine proprio obligavit, licet præcesserit appellativum: quia jam constat de intentione curatoris vel procuratoris, seipsum obligare volentis, sive nomen proprium præcedat, sive subsequatur non enim in hoc facunda est aliqua vis, sed in eo, quod idem suam procurator astruxerit, quod sufficit, ut remaneat obligatus juxta d. *leg. procurator, qui pro evictione*, cui suffragantur alia plura fundamenta adducta in idem per Boerium *ubi supra*, quæ maxime hanc partem confirmant: & signanter dicit hoc procedere, quando procurator hic habebat mandatum ad contrahendum, cum certa persona: quia tunc uterque tenetur, sc. procurator ex contractu, & dominus mandati actione, *secund. gloss. Jacob. de Arc. & Doctor. in d. l. si pupilli. §. 1. ff. de negot. gest. Ilald. in l. 1. §. est autem, versic. nota argumentum. ff. de exerc. actio.* Et hoc secund. ipsum Boer. post alios, quos citat, quando contractus fuit cum procuratore a domino absente constituto celebratus: quia tunc tenetur: quia contrahentes habuerunt respectum ad procuratorem, cum quo contrahebant magis, quam ad dominum constituentem. Et tandem inquit, quod plures ex dominis de consilio ita tenuerunt, & quod sic conclusum fuit in causa cujusdam Tolosan, contra quendam magistrum domus quondam Archiepiscopi de Fuxo, & latum arrestum die septimo Septembris, anni 1531.

Duodecimus, † & ultimus casus considerari potest in specie, in qua refponditur in quæstione de facto Paulus de Castro *in leg. 1. §. sit autem per text. ibi, quem legit sub §. exercetur. num. 4. ff. de exercetur. action.* ne pe quod cum quidam Hebræus, habitans Venetiis, deputasset quendam alium Hebræum in terra Pesari ad faciendum quoddam mutuum usurarium, & ille præpositus recepisset plura pignora a quodam milite, postea remotus fuit ab officio, miles agebat contra eum pro suis pignoribus, & volebat solvere, ille dicebat se non teneri: quia contraxit tanquam factor alterius, & factoria erat finita: videtur namque hic casus jam decisus supra, nempe quod ille factor non esset obligatus ex *d. l. si ff. de institut. altrent, & l. 7. tit. 4. part. 5. & facit Angel. in l. eandem, ff. de duobus reis*, ubi dicit, quod factores moderni mercatorum, non tenentur ex contractibus, quos gerunt. 30

Nihilominus contrarium dicit Paul. de Cast. se respondisse per illum text. ubi dicit, esse casum, maxime postquam fuit præpositus ab absente, quia contrahentes non habuerunt respectum ad eum, sed ad præpositum, cum quo contrahebant: *argumento. l. cum qui, C. si certe. pet.* neque obstat, secundum eum dict. *l. fin.* quia, ibi non fuerunt verba obligativa, sed denuntiativa. prout ibi etiam intelligit Bart. nec dictum Angel. *ubi supra*, quia potest procedere in factoribus, quia potius sunt ministri, quam habeant administrationem, *ut ibi per eum.* Et hanc opinionem Pauli de Castr. sequuntur Socin. *in d. l. consil. 194. num. 17. vol. 2.* & Boer. in loco modo proxime relatus.

Ego autem in casu promisso, salva pace tantorum patrum censeo, prædictum præpositum non remanere obligatum, si probet pignora a se recepta domino, cujus vices gerebat, tradidisse: licet enim præpositus ille verba obligatoria protulisset nomine domini, non tamen ideo ipse obligatur ex eo contractu, cum procuratorio tantum nomine id fecerit: Denique quia licet pignora accepe rit, hoc nomine domini, & contemplatione ipsius, & ad ejus utilitatem actum est: sicut videmus in pecuniis mutuo receptis a procuratore nomine domini, & ad ejus negotium & utilitatem: quia nihilominus nulla actio datur mutuanti contra procuratorem, nisi ipse se proprio nomine obligaverit, *ut in dict. leg. si pupilli, §. 1. ff. de negot. gest.* Ergo nec hic factor aut præpositus, cum pignora mutui & usurarum receperit nomine eum præponentis.

Tandem pro hac mea sententia est optima, *l. regia 7. tit. 1. part. 5. jam supra relata*, cujus verba hic iterum sunt memoriæ recolenda, ut constet præcise nostram sententiam probare præcipue, ibi, *tal prestido como este, no es tenudo de lo pagar este que lo toma, mas aquel en cuyo lugar estaua*: Facit namque pro hac parte ac multum stringit. Licet enim, ibi, essent verba enuntiativa, prolata tamen fuerunt principaliter ab institore ad obligandum dominum: Quinimo etiam si essent verba obligatoria ab institore simpliciter prolata: prout fuerunt, ut constat,

tenetur ibi, *quos denarios vobis numerare debeo, prædict Cal. Maii*: adhuc idem esset, quia nomine officii fuerint prolata, & ideo per eam ibi non se intendit obligare, sed dominum, & ibi expresse probatur & dicitur, *dum que absentia domini sola non obligat procuratorem, & contrahentes cum procuratore absente non debent habere respectum ad præpositum, sed ad dominum cum præponentem siquidem ejus nomine præpositus contrahit, & tanquam ejus minister & vicem gerens*: alias enim sequeretur inde, q procurator absentis nomine tantum teneretur ex sua persona: quod esset absurdum: Præterea *l. cum qui, C. si cert. pet.* ut qua se fundat Paul. cujus opinion probat: quia loquitur, quando creditor mutuavit alicui pecunias, licet ad res alienas, non tamen contemplatione domini rerum, sed ipsius recipientis, unde minimum, ut recipiens obnoxius remanet ratiquia principaliter fuit obligatus, ut inquit, *d. l. cum qui, in fine, ubi per eum palater obligatum*: At in specie Paul. præpositus non se principaliter obligavit, sed nomine domini, hoc est, sub nomine officii, ut contingit *in dicta l. fin. ff. de restit. ad to.* deinde, *d. l. fin. & l. Regia supra citata*, pro concordantia indistincte loquuntur, in quocunque præposito præsentis vel absentis, unde restringi non debet ad præpositos præsentium tantum, præsumitur, cum plerunque contingat constitui eos absentibus in diversis mundi partibus, & aliis qui abesse intendunt. 31

Duobus † tamen casibus opinio Pauli de Castr. & sequacium salvari potest. Primo, quando ille præpositus nondum pignora illius debitoris domino tradidisset, sed penes se retineret, tunc enim ea reddere teneretur, ut probatur *in dicta lege partita ad finem*, & pecuniæ eo casu deponi deberent penes fidam personam, ut domino redderentur, non vero solvi debent præposito iam remoto. Secundo, quando ipse præpositus fidem suam alteri insisset in contractu, vel vinculum obbligationis pro domino fuscepisset *in text. d. l. si procurator, qui pro evictione. ff. de procurat. & supr. late explicata.* Alias autem regulariter non puto verum responsionem, & opinionem Pauli, sed potius contrariam, quam fundavimus, text. autem in quo se fundat Paul. de Castr. nihil pro eo facere videtur, saltem concludenter.

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores tenentur tutela & cura judicio mentibus suis reservare, quæ qui dolo, vel culpa eorum lesa amiserint, vel cum possent non acquisierint, de levissima tamen culpa non tenentur.*

2 *Dolus, seu culpa in administrando non præsumitur, & allegans tenetur id probare.*

3 *Tutor vel curator an possit persuadere alicui morienti, ut sibi relinquat, quod pupillo suo relinquere volebat, punitur regulariter, bis membris, n. 4.*

4 *Maritus potest judicium uxoris postremum maritali sermone in se provocare, sine vi & fraude, seu alias, nec suggerendo falsas causas, ut in n. 5.*

5 *Impedientes alterum a consanguineo legati, vel gratuitæ donationis, dolo, vi vel fraude, tenetur eidem ea restituere, nam ut refert hanc ut refert in fallsque vi, aut dolo, aut fraude etiam odio, vel ut sibi consulat alterum ad mutationem voluntatis induxerit.*

6 *Inducente aliquo testatorem blandis verbis vel adulationibus, ut eum heredem instituat, cum tamen prius alium heredem instituisset, licet hoc ultimum testamentum validum sit, primus tamen heres instituitus avocabit a secundo hereditatem per actionem de dolo, vel in factum.*

7 *Tutor licet in dubio teneatur utilitatem pupilli præstare sine defectu est ubi constat, quod si faciat commodum pupilli, non potest facere suum.*

8 *Prælatus Ecclesiæ an possit persuadere alicui morienti, ut sibi relinquat, quod Ecclesiæ suæ relinquere volebat.*

10 *Testamentum factum ab adolescente in favorem tutoris vel curatoris an valeat, & num. 13. cum sequentibus.*

11 *Donatio ab adolescente facta confessario tenetur, filio ferre aut filiæ, vel uxori, tutoris non valet.*

12 *Testamentum factum ab adulto in favorem tutoris vel curatoris per impressionem factum esse censetur.*

13 *Alienationes prohibitæ per contractum inter vivos, non videntur prohibitæ per testamentum.*

14 *Mulier nupta potest testari sine licentia viri.*

15 *Minor potest testari sine licentia sui curatoris etiam contradicentis curatoris.*

16 *Minor potest cuncta ex testamento quæ sunt immobilia vendantur sine auctoritate curatoris.*

17 *Restitutum interdum peti non potest contra testamentum adulti etiam ab heredibus ipsius, etiam n. 18.*

19 *Donatio causa mortis facta a minore non valet, & si aliquo casu valeret, posset revocare ab ipso: & data quæ fecit irrevocabilia, posset minor in integrum restitui ad res sibi eam.*

20 *Testamentum factum ab adolescente in favorem tutoris vel curatoris irrevocante & rendente dolo sua alienationes curatoris ad testandum, requiritur principis beneficium ad insinuandum irrevocationem ab adolescente.*

21 *Præsumptio fertur vinculo debitorem.*

22 *Doctrum Doctoris debet intelligi cuncta Cottam quam aliegat.*

23 *Tutor logans aliquid pupilla creditori ex causa tutelæ, non creditur hoc facere animo compensandi, nisi contrarium caverit testator, ut in n. 24.*

CAPUT XIV.

De tutore persuadente morienti, ut sibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat.

CUM tutor seu curator iuret tutelam fideliter, & inutilia prætermittere, *ut in fin. §. omnium, C. de administratione tutor. & dict. num. supr.*

Et † præterea quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut levi, seu curatoris summes amiserint, vel cum possint non acquisierint, veniat in tutelæ seu negotiorum gestorum utile judicium, *ut in l. quicquid, C. arbitr. tutel. cum similib. & ibi notant. gl. Baldo, Alberic. & Salycet. Faber & Angel. in §. sed videtur a diversis glo. in fortiss. instit. de satisdat. aut. Angel. in §. actionum, num. 20. Instit. de act. Bart. de dictum. ant. cap. 1. n. 108.* qui invidendum eum, ibi, *numero sequenti post alios quos citat*, an negotia exigendi debitores pupillorum teneatur de lata culpa, & verum, quæ cum aliis probat Anton. Pinel. *de tut. & cur. tit. 9. q. 10. n. 15.* ubi quod de levissima culpa nullatenus teneatur tutores vel curatores. 1

Dolus tamen, † vel culpa seu negligentia in administrando non præsumitur, & allegans tenetur id probare, prout alias est generale, *l. quoties, §. quæ dolo. ff. de prob. Bartol. & recentiores in l. ab hostibus, §. ubi ff. solut. matrim. l. non omnis, §. a barbaro ff. de ver. signif.* Congerit infinitos auctores hoc tenentes, Mascar. *de probat. 1. tom. conclus. 541. n. 1. cum sequentibus præcipue n. 9.* qui pertotam conclusionem usque ad finem congerit, ejus limitationes ad hanc regulam generalem, & in terminis administrationis tenet Bart. *ant. tutor, quæ repertorium. §. qui post & in l. cum plures, §. fin. ff. de administrat. tut. Boer. d. dec. 208.* 2

Hinc † esse videtur, quod tutor vel curator non possit persuadere alicui morienti, ut sibi relinquat, q pupillo suo relinquere volebat, ut voluit gl. loquens in plato Ecclesiæ, & tutore *in ea, quicunque, l. 2. quæst. 7. verb. aut* 3

neglectum: dicens habes hic, quod si prælatus aliquid negligit acquirere Ecclesiæ suæ, cum posset, & maluit sibi acquirere, quod hoc imputetur ei, & de hoc teneatur adiustar tutoris, *ut in dict. l. quicquid, C. arbitr. tut.* Nec enim, præponere debet utilitatem suam utilitati Ecclesiæ, sicut nec tutor utilitatem suam utilitati pupilli, *ut in l. rator secundum dignitatem, §. 3. ff. de administr. tut. cum simil.* & in terminis tutoris hæc fuit opinio Martin. Sylvania, quem referunt Alberic. & Salycet. *in d. l. quicquid*, eamque sequitur & æquiorem appellat Barbat. *de præstant. Cardinal. quæst. 3. num. 30. in versicu. sed an veritate*, quos adhuc refert Baeca, *d. capit. 2. num. 129.* Imo in prædicta specie tutor tenetur ad duplum, *Bartol. in l. Titio nom. 3. ff. ad municip. sequitur Ant. Tiraqu. de tut. & cur. qu. fin. num. 31.*

Contrarium tamen sententiam in terminis tutoris vel curatoris vili sunt probare Guilielm. *in d. l. quicquid, verbo, non acquisierint*, dicens esse quæstionem libbitrium: nouenim contra suam utilitatem teneturei providere, *l. tenetur nu. 5. §. nunc tutorem, ff. de tutel. cur. and. & glos. ibi am fin. in l. pupillorum. C. de administ. tut.* quamvis gl. hæc in cit. textu recte inspecta, potius velit contrarium, & sic priorem opinionem.

4 Sed in hoc articulo † vera resolutio, & tenenda est licitum esse tutori, vel curatori blando sermone inducere testatorem, ut sibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat, *argumen. l. C. si quis aliq. testi. prohib.* ubi dicitur, quod iudicium uxoris post remum in se provocare maritali sermone, non est crimino sum, *& l. 27. tit. 1. p. 6. in verbi. E por ende mandamos*, iuncto ver. *emperoque fueran premisa ninguna violencia esse, mas rogandole por buenas palabras le adiuxesse à que no fiziesse testamento: essect, non perderia lo que devia aver heredade de los bienes del, &c.* & ibi Greg. Lop. *explosi rogandole, verbo. sed quid movet.* movet nostrum quæstionem de tutore, & remittit lectorem ad videndum glo. *in. Titio, verb. succussset. ff. ad municip.*

Secus vero erit, si dolo, vel fraude, mendacioue, tutor vel curator induxerit morientem ad relinquendum sibi, quod pupillo relinquere volebat, quo casu legato marito ab uxore relicto, ob inimiam eius reverentiam, stante super eius caput, & concurrentibus eius importunis precibus, & blanditiis in damnum, & præiudicium patris. quod non sit validum, & sic limitetur in hac specie dispositio *dict. l. fin. C. si quis ab aliquibus testi. prohib.* probat bene Matth. de Afflict. *decis. 2. cap. 69. nu. 4. cum sequentibus.*

5 Sic etiam † non procedet *d. l. final.* quando quis blanditur alii ad suum commodum tantum in pernicium alterius suggerendo falsas causas testatori ad hoc, ut testator privet hereditate eum, cui illam volebat relinquere *l. non enim, ff. de inofficios. testi.*

Impediens † enim alterum à consequutione legati, 6
vel gratuitæ donationis dolo, vi, vel fraude, tenetur eidem ad restitutionem arbitrio boni viri, secus si absque vi, aut dolo. & fraude etiam o dio, vel, ut sibi consulat, alterum ad mutationem voluntatis induxerit, ut cum pluribus probavimus *l. 2 canon. quæstionem, cap. 11. num. 14.* & tamen etiam Navarr. *in manual. capit. 17. num. 70. 72. & 73. & cap. 26. num. 3. & alios referens Anton. à Cordub. in sua summa de casis de conscientia, quæstio. 100. versic. por que como.*

7 Idem † erit in casu *dict. l. final.* si testator prius fecisset testamentum, & alium instituisset heredem, quia tunc si quis blandis verbis, vel adulationibus induceret testatorem. ut eum heredem instituere t: licet enim hoc ultimum testamentum validum sit, primus tamen heres institutus revocabit à secundo hereditatem per actionem de dolo, vel in factum, *secundum Angel. in d. l. final. & in dict. l. non enim*: ubi quod ita fuit iudicatum Perusii, dum ipse esset vicarius Episcopi. Quidam enim in suo testamento instituerat prius heredes quosdam religiosos, seu conventum, & quidam ægroti sibi tantum persuaserunt, dicendo, quod erat male factum, instituere tales religiosos, quia talem hereditatem converterent ad malum & ita fecerunt, quod eos instituerent: fuit iudicatum, quod illi religiosi obtinerent successionem, prout cum refert & sequitur Palac. Rub. *in petitionem rubrica de donat. inter vir. & uxo. §. 6. nu. 11.* dicens esse bene notandum. Quamvis contrarium velit glossi. cum qua transit ibi Cyn. *in dict. l. quicquid, C. arbitr. tutel.* sed loquitur glossi, illa alio casu, ut videmus, nempe in nostra quæstione princip. de qua supra, scilicet, antequam esset relictum legatum pupillo: & illam doctrinam Angeli sequuntur alii relati per Bernhard. Diaz. *in addit. ad Palat. Rub. ubi supra, sequitur etiam eam Gregor. Lopez in l. 2. tit. 1. part. 6. in gl. por salago.*

Et in terminis tutoris vel curatoris persuadentis testatori ut sibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat, prælatum distinctionem probarunt Cyn. Alber. & Salycetus *dictis leg. quicquid, C. arbitr. tut.* ubi quod licet in dubio tutor teneatur utilitatem pupilli, præferre, secus vero est, † ubi constat, quod si facit commodum 8
pupillinono potest facere suum. Eandem distinctionem in tutore sequitur, & probat Baeca, *dict. cap. 2. num. 119.* & bene Sylvest. *in summa verb. clericus, quarta quæstione 10. num. 6.* ubi citat Panormitan. idem tenentem: Et ampliat ut procedat etiam in † prælato respectu Eccle- 9
siæ; quia non est ius quæsitum Ecclesiæ propter solam intentionem testatoris, nec prælatus tenebatur tunc procurare bonum Ecclesiæ, cum sine peccato facere potuisset. Ergo potuit procurare suum, cum nulli faceret iniuriam: secus autem cum prælatus, vel clericus, suam utilitatem temporalem procuraret cum iactura Ecclesiæ: quo casu proprie loquitur *dict. capit. quicunque 12. quæstione 4.* scilicet, quando clericus de rebus, vel augmentis Ecclesiæ auget proprium facultatem. Itaque eo, in quibus ius habet Ecclesia, ut deserviant commoditatibus Ecclesiæ, convertit ad serviendum commoditatibus suis, ut si ex redditib. Ecclesiæ colat suas possessiones, Ecclesiasticas relinquens incultas, *ita tenet Sylvester ubi supra.* Eandem distinctionem sequitur alios referens Cavalcan. *de int. & cur at. nu. 279. & sequenti*, ubi in casu secundi membri prædictæ distinctionis vult intelligere Bart. *in dicta lege Titio, num. 3. ff. ad municip.* simpliciter dicentem, tutorem non posse allicere testatorem ad sibi relinquendum illud, quod ad pupillum spectabat & pertinebat; & puniri debere in duplum, quod inquit Cavalcan. sibi placere, & quod tenet verum, & sapit æquitatem, quia fraus nemini debet patrocinari, *ut ibi per eum.*

Ultimo † ex supra dictis videtur dicendum, quod ita 10
etiam testamentum factum ab adolescente in favorem tutoris vel curatoris, non valeat, quia non lib re videtur factum, *ut docet ita l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* quamvis si alius non prohibitus fuisset instructus, valeret, *per leg. qua ætate, ff. de testa.* Ita Petrus Duenn. *in reg. 31. in 2. conclusione regulæ, limitatione 6.* quem refert, & sequitur Cavalcan. *de int. & curat. nu. 279. in princip. Caldas Pereyra in repet. l. si curatorem habens super verb. hunc contrallis servari non oportet. n. 27. C. de in integr. restit. min.* citans pro eadem opinione Rebuff. *2. tom. commenta. tit. de donat. & alia disposi. artic. 151. glossi 3.* ubi idem dicit in donatione, & legatis, *& iterum ibi glossi 3. & 6 fol. 360. & 361.*

Voigt † si donatio consanguineo tutoris filio forte, 11
aut filiæ, aut nepti tutoris. facta fuisset, etiã non valebit, quia fieret fraus de persona ad personam, *l. pupil. §. si à per interpositam, ff. de auct. tut.* Accedat altera ratio præcipua pro Petro Duennas, & sequacibus, quod testa- 12
mentum factum ab adulto in favorem tutoris, vel curatoris per impressionem factum esse censetur, *leg. 1. ff. quæ res pet. non detur.*

13 Sed † contra hanc observationem faciant, alias tradita per Baec. *de non meliorat. ratione dot. filiarum, cap. 20. n. 5. cum sequentibus, præcipue n. 9.* ubi quod iura loquentia de his, quæ fiunt in contractibus inter vivos, non sunt admittenda in his, quæ fiunt in ultima voluntate, & in *n. 12.* ubi quod prohibits alienatione per contractum, non videtur prohibita per testamentum. *l. ex hoc edicto, §. alienare, ff. de alienat. iudicii mutand. cauf. fact. leg. pater, §. fundum, ff. de leg. 3. Iaf. late in l. sicca qui, §. 2. n. 3. num. 46. ff. de verb. oblig. Castel. in l. 22. Tauri, in gl. emere vivos, Tiraq. de utroque retract. tit. 1. §. 26. gl. 1. n. 5.* Ergo videtur quod licet tutor vel curator sit prohibitus contrahere cum suo minore, non tamen accipere eius hereditatem vel legatum per testamentum.

14 Secundo facit, † quia mulier nupta potest testari sine licentia viri, etiam in favorem ipsius, licet non possit contrahere absque eius licentia, *ut diximus in tractatu de iuramento confirmatorio, capite primo per totum*, quinimo maritus potest iudicium uxoris maritali sermone in se provocare, *ut in dict. leg. final. C. si quis aliquem testar. prohib.*

15 Tertio † quia minor potest testari sine licentia sui curatoris, *iuxta gloss. in d. l. si curatorem habens. verb. absimiles ibi, quia adultus testatur. C. de in integrum restitutione minorum, quam ultra Dd. ibi sequitur Iaf. in l. 2. n. 13. ff. de leg. 1.* ubi *n. 14.* quod etiam potest donare causa mortis sine auctoritate curatoris. *Idem Iaf. in l. qua dotis, nu. 38. ff. solut. matrim.* ubi, quod hoc procedit etiam contradicente curatore.

16 Et *num. 39.* † inquit, quod potest iubere in testamento, quod res immobiles vendantur sine auctoritate curatoris. Et opinio illius gl. est communis, *teste Anto. Gomez. in l. Taur. n. 5. & probatur in l. 13. tit. 1. part. 6.* quam ad hoc & plares Dd. allegat Caldas Pereyra ubi sup. *in d. l. si curatorem habens super verb. hunc contractum servari non oportet, n. 20.*

17 Et contra † testamentum adultinon potest peti in integr. restitutio, *ut tradit allegat. Rodericus Suarez. allegatione 20. in principio.* & est communis opinio, ut plures allegans affirmat Menesius *in lege si frater tuus, n. 1. C. de fideicommiss.* cuius ratio est, quia potest ipse adultus iure ordinario revocare ipsum testamentum: ergo cessat restitutio, quæ est remedium extraordinarium, *l. in causa, in principio. ff. de minor. ita Ludovicus Rom. in lege si frater. C. qui test. facere poss. quem refert & sequitur Palat. Rubeus in lege quinta Tauri, sub num. 17. & Pereyr. ubi supra, num. 14. versicul. sed an secus*, ubi *in fin d. num.* cum Capitio tenet.

18 Quod † neque heredibus esset hoc casu succurrendum, quia minori de facto erat neganda restitutio, sed in donatione causa mortis facta à minore, quod non valeat, & si aliquo casu valeret, posset revocari ab ipso, & 19
dato, quod esset irrevocabilis, † posset minor in integrũ restitui, contra eum probat late Rodericus Suarez *ubi supra, col. 3. ad finem, cum sequentibus*, de qua re differit latissime Caldas Pereyra *ubi supra, n. 2. cum sequentibus*, ubi opinionem Roder. Suar. cum communi & magis recepta sententia probat. Ergo validum erit testamentum ab adulto factum in favorem sui curatoris.

Quarto & denique, quia ratio assignata per Petrum Duen. pro sua opinione non videtur concludens, quando non constat de persuasione & impressione facta per eum suo minori, cum posset minor sponte eum heredem instituisse.

Ego profecto dubium existimo articulum hunc, sed cum hactenus non invenerim iure prohibitum testari adultum in favorem sui curatoris, censeo hoc esse regulariter permissum, quousque aliud mihi iure expressum non constiterit. Quinimo si aliud diceremus, infringeretur ampla libertas ipso iure omnibus concessa per *l. 1. C. de sacros. Eccles. cum similibus.*

Fallit tamen, † quando minor dolo curatoris fuerit 20
circumventus & inductus ad testandum: tunc namque rescinditur testamentum Principis beneficio ad instantiam venientium ab intestato, ut generaliter loquens in minore dolo instituti circumvento & inducto ad testandum, tenet etiam cum Baldo Palacius Rubeus, *ubi supra* Istique communis, ut plures allegans dicit Caldas *ubi supra, num. 27.* Et in hac specie intelligendus est loqui Petrus Duennas *ubi supra*, dum loquitur simpliciter, quod testamentum factum ab adolescente in favorem tutoris vel curatoris non valeat: sed mihi, quod prædixi verius videtur, nempe, ut valeat in dubio testamentum adulti factum in favorem sui curatoris, sicut valeret legatum eidem factum, nisi constet dolo curatoris fuisse circumventum & inductum ad testandum in sui favorem: Neque obstat auctoritas Petri Rebuff. supra in contrarium adducta, quoniam ipse loquitur stante lege expressa sui Regni, quam ibi glossa hoc nuncupatim prohibente, quod testamentum, scilicet factum ab adolescente, in quo sit institutus heres tutor vel curator, non valeat, quod talis heredis institutio nemine nam; cum lex expresse hoc decidat, merito ut non valeat, quod per impressionem, & metu factum censetur, ac proinde, nec donatio causa mortis, vel legatum, ut constat ex ipsomet & Rebuffo *ubi supra*, sed cum nos non habeamus iure communi expressum, quod adultus non possit tutorem vel curatorem suum heredem instituere, nec etiam iure Regio, non videtur ob levem & incertam præsumtionem impressionis, & metus, revocari posse institutionem heredis prædictam, cum potius pro valore testamenti in dubio pronuntiandum sit, *leg. si pars. ff. de inofficios. testament. capit. final. de sententia & re iud.* quia expedit reipublicæ suprema hominum iudicia exitum habere, *leg. vel negare supra. ff. quemadmodum testa. aperiun.* Ex † hac est fortior consi- 21
deratio pro valore testamenti, quam præcedens præsumtio contraria, unde illam excludit *l. Divus, 8. ff. de restitutione in integrum, & ibi glossa. verbo existimari. Bartol. & alii. Thom. Grammat. voto crimin. 34. num. 11. & nos consilio 25. num. 27.*

Denique pro hac parte me nimis movet, quod prædiximus. & usu evenire quotidie videmus, uxorem posse maritum heredem instituere eique legata relinquere. Imo ipse eam ad hoc faciendum potest blando sermone inducere & provocare non obstante præsumtione metus reverentialis in contrarium. Quare igitur valere non debet in dubio institutio heredis tutoris vel curatoris facta à filio adolescente, licet ab eo id postulasset, blando tamen sermone, non vero alias inductus, vel dolo persuasus.

Præterea si tutor vel curator potest inducere alium testatorem, sine vi, dolo, fraude, vel metu, ut quod relicturus erat suo minori, sibi relinquat, *ut supr. resolvimus* quare valere non debet iudicium ultimum ipsius minoris in favorem tutoris vel curatoris, non extortum, sed spontaneum, vel blando sermone provocatum.

Tandem Caldas Pereyra *ubi supra*, qui opinionem Petri Duennas videtur sequutus, citans ad idem Petrum Rebuffum non advertit ipsum Rebuffum motum fuisse lege Regia Galliæ expresse prohibente adultum, tutorem vel curatorem suum heredem instituere, sed necipse Petrus Duennas cum suam opinionem punctualiter defenserit à Rebuffo *d. gl. 6.* quamvis eum non citaverit, ut apud ipsum est videre.

Cum † igitur dictum doctoris debeat intelligi uxti 22
quotã, q̃ allegat iuxta doctrinam Bart, cõiter recepti in

lege

lege non solum § si liberationu verba, n. 7 ff. de liber. legat. quam sequitur Beccius *consilio 52. num. 97. lib. 1. Petrus Sard. plures allegans consilio nouo, num. 30. & Rebuffus primus auctor*, a quo ceteri eam opinionem decerpserunt, loquuntur stantek expressa sui regni hoc prohibente in aliis regnis, ubi ea lex non adsit, parum, aut nihil præstabit præfata opinio: Ex his igitur sublata videntur fundamenta, & auctoritas doctorum prioris partis, & nostram sententiam, quam supra fundavimus esse tenendam, nempe, ut tutor vel curator possit ab adulto suo heres institui, & valeat eius institutio, similiter & legatū ei relinqui possit, neque ob id incidat in pœnam, *l. 23. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. Reg.* quæ administratorem à suo minore emere prohibet sub pœna, de qua *in capit. sequenti*, videbimus etiam si probetur fraude, vel dolo, aut vi tutoris vel curatoris, aut eius importunis precibus, quæ metui in iure æquiparantur minorem inductum fuisse ad instituendum tutorem vel curatorem heredem, vel ei aliquid relinquendum in testamento, quia tunc non valebit, *ut supra probauimus*. In terminis post hæc scripta inveni tenere contra Petrum Duenn. *ubi supra*, eum improbantem concivem nostrum D. Azev. *in d. l. 23. n. 14 cum pluribus seqq.*

23 Quod si † tutor leget vel relinquat aliquid pupillo creditori ex causa tutelæ, non censetur hoc facere animo compensandi, *ut probat Carolus Rain. consil. 92. numero quinto, cum sequentibus, volumine quinto*, & *antemeo hoc idem voluit Angelus consilio 277. in fine*, ubi dicit, secus esse, quando pupillus (intelligetiam adultus) legat tutori, *& sequitur Petrus Surdus consilio 7. num. 64. libro primo.*

24 Quod † autem diximus de tutore legante pupillo creditori ex causa tutelæ, ut non censeatur hoc fecisse animo compensandi, intellige, nisi contrarium caverit testator: tunc enim eius voluntas servanda erit, cum ea conditione adiecta legaverit, & non alias, *in natura vulgaria.*

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores non possunt regulariter emere rem minorum suorum ex rationibus de quibus hic.*
2 *Quod procedit in qua cunque specie alienationis.*
3 *Pupillus cum auctoritate tutoris potest contrahere cum illo, etiam si tutor non loquatur, dummodo ipse non sit frater vel patruus pupilli.*
4 *Tutor non potest auctoritatem præstare in actu, qui tendere possit principaliter in eius commodum.*
5 *Tutores & curatores palam & bona fide possunt emere rem minorum suorum, & non vitiatur contractus, hedit attento iure Regio, secus est, ut in num 9. unde non procedit in hu regnis opinio Decii consil. 410. n. 2. & sequentibus. in n. 10.*
6 *Tutor vel curator tunc dicetur palam, & bona fide contrahere, quando adhibito alterius contutoris consensu emit. Idem est quando tutor cum auctoritate iudicis contrahit, ut in n. 7. sed verius est, ut tunc quoque iure communi attento requiratur interventus amicorum, ut in n. 8.*
11 *L. 4. tit. 5. partit. 5. an corrigatur per l. 23. tit. 11. lib. 5. nov. collect. Reg. & n. seq.*
12 *Legum antiquarum de abrogatione cum agitur, illud solet significare verbis expressis, aut honorifica aliqua præfationis, & ubi lex Regia non exprimit, non est de eius intentione sui communem corrigere.*
13 *Tutor iure communi se auctorante potest emere à pupillo maiore infante palam, & bona fide.*
14 *Duo casus quando non sunt æquiparati à iure communi per modum regulæ generalis & generaliter expressæ, nova loquentia in uno non habet locum in alio, præsertim, cum in casu omisso sit aliter provisum.*
15 *L. 23. tit. 11. lib. 5. nov. collect. Reg. & l. 4. tit. 5. part. 5. calliocordia, & intellectus.*
16 *L. 4. tit. 5. partit. 5. limitatur deficiente utilitate minoris: sed hoc procedit intervenientе quoque fraude, dolo vel machinatione administratoris prater lesionem, ut in num. 17.*
18 *Tutor, curator vel alius administrator potest extrahere iure sanguinis rem sui patrimonii durante officio.*
19 *Tutor hodie attento iure Regio non potest emere rem pupilli, sive palam, sive bona fide, sub pœna dictæ leg. 23. tit. 11. lib. 5. nov. collect. Reg. præterquam si aliter emtio fiat à tutore cum iudicis auctoritate & decreto, vel contutoris.*
20 *Tutor, qui iam administrationem bonorum pupilli deposuit, licite rem pupilli, ut quilibet extraneus emere potest, si tamen rationem tutelæ reddiderit.*
21 *Minoris venditio iuramento firmata in favorem sui tutoris vel curatoris valet.*
22 *Ex sequutores testamentorum emere possunt palam, & bona fide auctoritate iudicis, vel coexsequutoris rem defunctorum.*
23 *Donatio facta à minore cum iuramento in favorem sui curatoris vel administratoris, an valeat, & numerus sequentibus.*
24 *Iuramentum, quotiescunque seruari potest, sine interitu salutis æternæ, seruandum est etiam, quando filia gratis renuntiat cum iuramento hereditati paternæ, & stante metu reverentiali patris.*
25 *Donatio iurata puberum, valet & tenet, sed non in favorem sui curatoris vel administratoris, ut in num. 28.*
27 *Minoris contractus, cuius tutore vel curatore si ex eo minor lædatur est nullus propter dolum, & malam fidem tutoris seu curatoris.*
28 *Creditor compellitur relaxare iuramentum in ipsius favorem præstitum, quando ex sua parte turpitudinem continet.*
29 *Renuntiatio facta à minore hereditatis iam sibi acquisitæ multum differt à renuntiatione hereditatis acquirendæ.*
30 *Authentica sacramenta puberum, C. si adversus vend. dispositio non procedit, ubi interuenit dolus, sive ex proposito sive reipsa.*

CAPUT XV.

An tutores & curatores palam, & bona fide possint emere à suis minoribus.

1 TUtores † & curatores regulariter non posse emere rem pupilli sui, vel adulti, omnia iura proclamant, *l. si in emtione, § fin. ff. de contrah. emtio. l. locum. ff. eod. tit.* nec per interpositam personam, *l. pupi. §. sed per interpositam. ff. de auct. tut.* de qua re iure communi late agunt Petrus Duennas *in regula 31. in 2. conclusione. & Cavalc. de tut. & curat. nu. 171. Petrus Surdus consil. 9. n. 5. 6. 34. & 35. Iulius Molin. Theolog. de iust. & iur. 2. tract. disputatione 224. col. 1384. cum sequenti, & aliis infra citandis*: & de iure Regio idem probat *l. 4. tit. 5. part. 5. in versicul. Pero dezimos, & l. 23. tit. 11. lib. quinto, nova collect. Reg.* quæ lex loquitur. *Encabeçalero y guarda de huerfanos, o otro hombre, o muger que sea. Y mada que no pueda ni deva, copar ninguna cosa de sus bienes de aquello aquellas que administrare, y si la comprare publica o secretamente, pudiendo se provar la compra, no vala y sea deshecha, y tome el quarto tanto de lo que valiaque copro, y sea para la camera de su Mag.* Cuius decisionis quatuor rationes reddit Pet. Duenn. *reg. 31. in 2. conclusion. nu. 6.* quas refert & sequitur Matienc. *in d. l. 23. glos. 1. in princip.*, & Pet. Surd. *dict. consil. 9. n. 34.* & de his egimus in nostro. *tract. de iuramen. confirmat. 1. part. c. 40. in principio*, & Didac. Perez *in leg. unic.*

unic. glos. 1. in versic. ratio huius statuti, tit. 5. lib. 3. ordin. pag. 172. colum. 2. Et procedit harum legum decisio in aliis quacunque alienationis specie: Emtionis † namque appellatione omnis contractus, per quem dominium transfertur, continetur, *text. in l. statuliberi à ceteris, § quintus, & ibi gl. ff. de statu lib. Petr. Duenn. alios allegans in regula 239.* licet impropriè, *secund. Padill. in l. volumus, n. 5. C. de fideicommiss.* Ex in terminis probat Azeved. *in d. l. 23. n. 12. cum sequentib.* ubi etiam, quod per consequens donatio censetur per illam l. Regiam prohibita, *ut per nos conf. 1. 4. n. 13. & 14. Duennas d. reg. 31. ampliat. 2. & 3. Paul. Castr. consil. 332. vol. 1. & Cald. Perez, in l. si curatorem, habens in verb. hunc contractum seruari non oportet, n. 27. C. de in integ. restit. min.*, & etiam in cessione, cum vim donationis habeat, & in acceptilatione, & in donatione facta consanguineo tutoris, vel famulo ipsius in compensationem servitii à tutore impensi ipsi pupillo, quia domino dare videtur *secundum Rebuff. quem refert Matienc. in d. l. 23. n. 14.* Et hoc, quia in donatione, & alius contractibus eadem militat ratio prohibitionis, & in coeductione bonorū minorum. eo quod sit eadem ratio, *ut inquit Molina Theolog. 2. part. de iust. & iur. disputatione 410. col. 1528. vers. quæ de tutoribus.* Hinc fit, ut † quamvis societas contrahi possit per pupillum cū auctoritate tutoris, *secund. Bald. in l. Patruus, n. 15. in fin. C. communia, utrum iudic.* ubi subdit, hoc casu non esse necessarium, quod tutor loquatur in auctorizando, quia hic contractus societatis conficitur per tacitum consensum, & peractus factū; ideo sine tutoris loquela fit, quamvis secus sit in contractibus, qui verbis fiunt, *l. 2. 6. volantatem. ff. filiæ. mater.* idem Bald. *in tractatu de dotibus fratribus, n. 17. & sequuntur alii plures, quos congerit Petr. Surd. d. consil. 9. num. 2. lib. 1.* Hoc tamen procedit, quando tutor pupilli est distinctus à persona patris, vel fratris, qui cum pupillo contrahit, cum tutoris auctoritate, non autem, quando idem est † patruus, vel frater & tutor, quia hoc casu non potest tutor sibi auctorare: non enim potest tutor regulariter auctoritatem præstare in actu, qui tendere possit ad eius commodum principaliter, *l. 1. ff. de auct. tut. & in l. 1. §. fiat quæstum. ff. ad Trebell. Bald. in l. cum ipse, n. 1. versic. aut a pupill. C. de contrab. emt.* refert plures *Petr. Surd. ubi sup. n. 35.* Ex in terminis societatis tenet Roman. *consil. 213. num. 15. Petrus de Ubald. de societate, 2. part. principal. col. 2. Dec. consil. 21. colum. 3. sequuntur cum aliis Petrus Surdus dict. consil. 9. nu. 38. adversus Corneum, & Socin. consil. 160. num. 15. Volam. 2. quæst. reputerat Petrus Surd. consilio 9. num. 9.* Secus tamen est, quando principaliter auctoratur in commodum minoris, licet accessorie, & commitanter per accidens inde sequatur commodum tutoris: ut si debitor tutoris heredem reliquit minorem, potest tutor auctoritatem præstare minori, ut adeat eam hereditatem, nihil impediente, quod ex ea additione minor fiat debitor tutoris eius quantitatis, quam defunctus debebat tutori, *d. l. 1. ff. de auct. tut. & ibi glos. 2. cum sua additione Dyni Bartu. & Dd. Mol. Theolog. 4. par. de iust. & iur. disputatione 620. colum. 3. ratio ibi idem tradit Bart.*

5 Tutores tamen † & curatores, palam & bona fide recte possunt emere rem minorum suorum, & non vitiatur contractus, *l. cum ipse 5. C. de contrahen. emtio.* ubi inquit text. *cum ipse tutor nihil ex bonis pupilli, quæ distrahi possunt comparare palam & bona fide prohibetur: multo magis uxor eius hoc facere potest.* & ibi notat glos. fin. *versicul. vel dic, quod palam potest, ut hic, & lam non, & c. & ibi Cyn. & Bart. text. etiam in l. nau existimo, ff. de administrat. ad. text. tenet etiam glos. in l. tut. rem tum 57. ff. de administrat. glos. verb. usu capere, in l. pupillus, §. fin. ff. de administr. tut. & ibi Bartol. idem Bart. in l. si mul. §. fin. ff. de contrab. emtio.* Et est recepta sententia ex Alex. *in d. l. §. fiat quæstum, n. 2. ff. ad Trebell. & in l singularia, nu. 4. ff. si*

6 *cert. pet. ad. [illegible] consil. 1. num. 13. volum. 1. Socinus consilio 87. num. 5. volum. 2. Dec. consil. 441. num. 6.* est communis sententia, *ut ex Rebuff. refert Cald. Perez, in tractat. de restitutione in integrum, 2. part. pag. 1163 p. 13 & plures allegans idem tenet Petrus Surd. d. consil. 9. num. 7. volum. 1. & in tractat. de alimentis, tit. 4. privileg. 37. num. 9. fil. 294. & D. Spinu in suo Speculo testamentor. glos. 20. nu. 19. Padill. in l. transactionem, n. 7. in princip. (de transactionem. communis secund. Azevedo in d. l. 23. num. 5. sequitur Menoch. alios allegans de arbitrar. iudic. libro secundo, centuria quinta, casu 259.*

Tunc † autem tutor vel curator dicetur palam & bona fide contraxisse. Primo quando adhibito alterius contutoris consensu emit, *ut in d. l. non existimo. ff. de administ. aut.* qua lex declaratur *d. l. cum ipse*, ut ibidem explicant Accurs. Bald. & alii allegati a Rip. *in dict. l. 1. §. fiat quæstum. n. 7. in fin. ff. ad Trebel. Soc in Seu consil. 80. n. 19. lib. 4. Ruin. consil. 12. n. 9. lib. 1. Ioan. Corras. lib. 6. Misc. cap. 14. num. 5.* & his referens Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2 centuria 5. casu 259. sibi n. 9. & Cald. Perez. de in integr. restitutione in 2. part. pag. 1163 n. 31. vers. sed verius*, ubi ipse idem probat, quando tutor cum auctoritate iudicis contrahit cum minore, & opin. supra d. Accurs. sequitur etiam Molina Theolog. *de iust. & iur. 2. tract. disputatione 224. col. 1384. vers. de iure communi.* Et probatur hæc opinio ex *l. 4. tit. 5. par. 5. ubi sic erat ende, &c.*

7 Secundo, † dicitur tutor cum vel curatores palam, & bona fide contraxisse, si rem minoris tui comparaverit intervenientibus eius amicis, *ita Bartol. in lege, frater a fratre. ff. de condict. ob. deb. num. 5.* quem ibi sequuntur omnes, item Iason dicens ubi non reperiri *in lege singulari via, n. 18. ff. si cert. pet. at. Iaf. in lege pacta nouissima, n. 9. C. de pact. Rebuff. in 2. tom. constitut. Gallic. tit. de dona. glos. 7. num. 8. Ioan. Arelat. in 21. præsumt. 1. regul. in ultima additione, prout eo refert Padilla in dicta lege transactionem, n. 7. sequitur Boer. decisione 80. præsentia contunctorum, Hippol. de ign. 417. incipit, eodem modo, & singul. 873. nonulla Ruin. consil. 98. num. 24. volum. 1. Menoch. alios allegans, ubi supra, n. 10. a Matienc. in dicta l. 23. gl. 2. num. 2. & 12. eved. ibid. n. 3.*

8 Verius tamen est, † etiam iure communi attento, & verba illa dictæ legis, *cum ipse tutor*, palam & bona fide, non solum interventum amicorum, sed iudicis quoque auctoritatem desiderare, *ut obser vavit ibi Bald. num. 1. & idem Bald. consilio 241. lib. 3. Rip. in dict. leg. 1. §. fiat quæstum, n. 10. ff. ad Trebel. Petr. Ioan. Ancl. regula 31. in 8. ampliatione sequitur Padilla in dict. l. transactionem. sub n. 7. & Matien. in d. l. 23. glo. 2. n. 2. Azev. attenta d. l. partet. in n. 25. num. 3. Cal. Per. ubi sup. in vers. ex quibus infero, & Pet. Surd. consil. 9. n. 2. & 6. &c.*

Adducitur pro hac parte expressa *l. Reg. 4. tit. 5 part. 5.* ubi cum tutor non adsit, iudicis auctoritas est necessaria, quasi innuat lex interventum amicorum non sufficere, & hoc in re mobili minoris. Immobilem namque neque palam, & bona fide emere potest tutor vel curator à suo minore, nisi servatis iuris solemnis.

9 Hodie † tamen iure novissimo huius Regni, videtur cessare hæc disputatio ex *d. l. 23.* ubi nec palam, nec bona fide licet tutori rem pupilli sui emere.

10 Vnde † non procedit in his regnis opinio Duc. *consil. 410. n. 2.* quem refert & sequitur Menoch. *d. casu 459. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. n. 11.* tenentis, bonam fidem in proposito probari, si ipse tutor coram populo res pupilli venales expositas sub hasta ad præstamia emit. Hoc namq; de iure nostro Regio procedere minime potest, ut videmus.

11 Secundo † deduci videtur, quod decisio *dict. l. 4. tit. 5. part. 5.* quæ habet, licere tutori & curatori emere rem pupilli sui vel adulti palam, & bona fide auctoritate contutoris, vel iudicis, corrigatur per dictam *l. 23. tit. 11. libr.*

lib. 3. nov. collect. Reg. ibi, *y fila compr are publica, o secretamente, &c.* ut sensit Padilla *in d. transactionem, nu. 7. ad fin. & Post. Duenn. in reg. 31. ampliatione 8. in fin. & D. Castill. in l. 27. Tauri. glos. mag. col. 18. & Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. c. 2. n. 2. in fin.* nec non, & Villalob. *in antinom. tur. civil. & Regn. lit. Tu. 21.* & in ærario communi opinionem *lit. T. num. 237.* qui omnes tenent, quod attenta *d. l. 23.* tutor vel curator hodie emere non possit, etiam palam & bona fide à suo minore, & in terminis, quod ius commune, & etiam d. l. partitæ corrigatur hodie per d. l. 23. tenet & probat D. Azev. *ibid. d. nu. 3. paulo ante fin. sic nam si de iure civili, &c.*

Nihilominus tamen contraria opinio veriot mihi videtur & tenenda. Imo quod hodie *d. l. partita*, minime corrigatur *per d. l. 23.* Primo quia *l. 23. ibi, publica, o secretamente*, non loquitur in specie dictæ legis partitæ, scilicet, quando tutor vel curator emit rem pupilli sui vel adulti, cum auctoritate iudicis vel contutoris. Ergo vitanda est correctio præcipue legum partitarum.

12 Cum † enim de antiquarum legum abrogatione intenditur, illud solet significari verbis expressis, aut honorifica aliqua præfatione, & ubi lex Regia non exprimit, non est de eius intentione ius commune corrigere, *ut cum aliis probavimus lib. 3. prælt. q. 15. n. 37. & 38. & q. 29. nu. 5. & 6.* Sed inter communi licitum est à contutore emere, vel cum auctoritate iudicis, *ut supra probavimus.* Ergo cum *dict. l. 23.* hoc nuncupatim non corrigat, nec in hac specie loquatur, consequens est, ut non sit visa illud corrigere.

13 Secundo, quoniam † iure communi tutor seu auctorante poterat emere à pupillo matore infante, palam & bona fide. *Harz an l. pupill. §. fi. ff. de auct. tutor. Salyet. & Dd. in dict. l. cum ipse tutor, C. de contrah. emt.* Hunc igitur talem tantū corrigit nova *l. illa 23.* Ergo si emat bona fide cum auctoritate iudicis vel contutoris, poterit id facere, *ut in d. l. 4. partita*, quod non vetat *d. l. 23.* sed tantum, *que el, o the calero, o guarda de hueruanos non pueda comprar ninguna cosa de sus bienes de aquel, o aquellos que administrare, y fila comprare publicado secretamente pudiendose probar si la tal compra no valga y torne el quatro tanto &c.* Ergo à iudice vel contutore poterit emere, cum enim hæc l. sit correctoria iuris communis, scilicet, quando palam, & bona fide emitur absque contutore vel iudice, extendenda non est ultra hunc casum, in quo nuncupatim loquitur ad alium, in quo non loquitur, scilicet, quando administrator emit auctoritate iudicis vel contutoris.

14 Non † enim sunt æquiparanda prædicti duo casus à iure communi per modum regulæ generalis, & generaliter expressi ad hoc, ut l. nova loquendi in uno locum habeat, & in alio prout alias recognitur iuxta late tradita per Tellum Fernandez *in l. 2. Tauri, n. 25.* præsertim cum in casu emitio ad *l. 23* sit aliter provisum, ut in proposito contingit, in qua specie locū non habet extensio, *ut per decis. 8. Pedemon. Octaviani. num. 9. & 10.* Et in terminis hanc 2. opinionem ut veriorem probavit, & tenet Gregor. Lopez, *in d. l. 4. in glo. de aquel, tutel. 5. part. 5.* quem sequutus sum & probavi *in meo tractatu de iuramento confirmatorio 1. par. c. 22. n. 2.* & nunc quoque sequor & probo, & tenuit prius Montal. *in repertor. ordin. Regis verb. tut. nec non & Matienc. in d. l. 23. gl. 2. n. 3.* & eam in effectu probat D. Spino *in suo speculo testament. glos. 29. n. 59. in vers. qua sententia*, & ex professo Didac. Perez, *in l. unic. tit. 5. li. 5. ordin. glo unic. in principio, ubi sed tunc re vera pag. 172 colu. 1. & ulterius in eadem glossa ad finem, ubi, nec tex. in dicta, l. 4. pag. 173. col. 1. & novissime Molina Theolog. an. 1. parte de institia, & iure 2. tract. disput. 224. col. 1385. an vers. eam vero, &c.*

15 Neque obstant † Dd. nostri regni in contrarium superalleg., etiam si mille essent, quia plerumque eorum contrariam opinionem ex professo non probant, neq; loquuntur proprie & in terminis nostræ quæst. sed generaliter dicunt, quod hodie attenta *d. l. 23.* tutor, nec alius administrator potest rem suorum minorum emere etiam palam & bona fide, & intelligi debent iuxta tenorem eiusdem *l. 23.* quam citant, nempe ab ipso minore, non vero auctoritate iudicis vel à contutore, quo casu non loquitur dicta *l. 23.* sed dict. *l. 4. tit. 5. part. 5.* quæ hoc permittit, & non mutatur per *dict. l. 23.* quare igitur stare prohibendum est, *ut in l. præcipimus, C. de appellat. & in l. sancimus, C. de testam.* Solus Azeved probat contrariū, cum tamen ipse ibidem, *nu. 5.* nostram opin. hanc probet in terminis *d. l. partita* quando scilicet talis emtio esset utilis minori, & sic ex magna causa facta, tunc namque inquit cessare *d. l. 23.* præsumtionē & eius dispositionē interveniente iudicis & alterius contutoris, aut coadministratoris auctoritate, si alius adesset: & sic etiam inquit, posset & hodie procedere *d. l. 4. tit. 5. par. 5.* ut non corrigatur. *prout ibi sensit glos. & Post. Duen. ubi sup. in 5. & 7. limitatione.*

In † pluribus igitur deficit amicus noster, in hoc, vel potius excessit: si enim *d. l. 4.* loquitur in hac eadem specie, scilicet, quando talis emtio esset utilis minori, ut patet ex ea ibi. *E cumpla menester que aquello que dessuguise comprare del que sea en prouel huerfano, o uno en fudamno. Cabiendo mandado se fallasse el menor, por razon de tal, vendida, que dela dos fazer dessuo que fuere de edad cumplida fasta quatro annos, assi como de limitar en talleyes que fablan de la guarda de los menores e de los bienes dellos.* Quare *in d. l. 23. nu. 3.* prius tenet contra nostram sententiam: quæ prius fuit insignis glossatoris, *d. l. 4.* nempe quod *d. l. 4.* hodie non procedat per *d. l. 23.* cum idem inquit Azeved. *postea n. 5.* fateatur, quod etiam hodie potest procedere *d. l. 4.* & non corrigatur, quando emtio utilis esset minori, *ut nuncupatim retile per eam tenuit Duenas, ubi supra in 9. ampliatione in fi. & limitatione 5. & 7.* Hæc igitur sententia ultima, quæ convenit cum nostra, & probatur expresse *in d. l. partita*, in his propriis terminis loquentis tenenda est, quam ut ultimo relatam & affirmatam tenet etiam Azeved. *in d. l. 23. n. 5.* non vero, quā prius tenuit *prad. num. 3.*

Secundo deficit idem concivis meus in allegatione plurium ex suprædictis auctoribus tanquam tenentium priorem sententiam, cum eam in terminis non teneant, sed quod prædiximus.

Tertio dum requirit copulative, quod interveniat in præmissa specie iudicis & alterius contutoris, vel coadministratoris auctoritas, si alius esset, cum tamen alternative in hoc loquatur *d. l. 4.* ut patet ibi. *fuesse ende, fila fiziesse con otro ganancio del juez, del logar, o de algun otro que lo oviesse otro, o en guarda tambien como el*, & ita tenet Matienco *ubi supra glos. 2. nu. 6.* & *Didac. Perez, eam ubi sup. pag. 172. col. 1. & pag. 173. col. etiam 1.* ubi quod si non sit contutor, assignetur defensor rei distrahendæ auctoritate iudicis, si res mobilis sitis: si vero immobilis, servetur forma Iuris communis, cum eius auctoritate, & præmissa iuris cognitione utilitatis seu necessitatis pupilli, & licentia iudicis, & eius decreto, alias nulla esset venditio, quod etiam tenuit Greg. Lopez. *in d. l. 4. in glos. con otro ganancio.*

16 Sublimitat † tamen Azeved. *ubi supr.* nostram hanc sententiam, ut non procedat deficiente utilitate minoris, etiam si iudicis auctoritas interveniret, & alterius coadministratoris, quia tunc nulla esset emtio, & administrator emens incurreret pœnam, licet esset minuendā his intervenientibus, cum auctoritas iudicis multum ad hoc iuvet. Quæ sublimitatio perelitari videtur ex *dict. l. 4. partita, in verbis modo relatis*, siquidem ex illis aperte convincitur, validam esse prædictam venditionem, & si sit damnosa minori, sed per in integrum restitutionem rescindendam esse, si petatur intra 29. ætatis suæ annum, sed nec pœna *d. l. 23.* locum habebit, cum ea lex non loquatur, quando emtio sit auctoritate iudicis, vel coadministratoris palam, & bona fide: sed alias.

17 Potest † tamen (meo iudicio) prædict. sublimitatio salvari: quando etiam si prædicto modo fieret venditio, fraus tamen, dolus vel machinatio tutoris, vel alterius administratoris, præter læsionem minoris intercessisset: tunc enim hoc comperto, merito quod propter dolum fraudem & machinationem, vel sordes administratoris, juncta læsione minoris, sit nulla venditio ipso jure, & administrator extra ordinem puniatur pro modo culpæ. Et ita merito probat Matienc. *in dicta leg. 23. glos. 2. sub numero 4. & 8.* quod sit nulla venditio in hac specie quando male fide, id est, viliori pretio sit alias ergo secus erit.

18 Poterit † etiam tutor vel curator, alius ve administrator retrahere jure sanguinis rem sui patrimonii durante officio, quia principaliter ipse in hac specie non contrahit cum pupillo, vel sibi subdito, sed tantum subrogatur loco emtoris: Item, quia cessat ratio prohibitionis, ut in terminis in judice retrahente probat & tenet Ant. Gomez, *in l. 70. Taur. num. 12.* & in tutore & curatore aliove administratore recte quoque eadem ratione procedere videtur.

Sed & jure communi, ut [illegible] tutor vel curator possit, vel non emere rem sui minoris late distinguit Bartol. *in dict. leg. pupillus, §. final. numero 4. ff. de auctor. tut.* cujus distinctionem late prosequitur Matiencen. *in dict. l. 23. glos. 2. numero 4. cum sequentibus, & ad eam, si refert Gregor. Lopez, in dict. l. 4. in glos. de aquel. ad fin.* Sed jure nostro Regio observanda erit distinctio *d. l. 4.* cum supra dictis à nobis.

Sed & aliæ plures limitationes adducuntur per Dd. supra citatos in hac materia, quarum illa est verissima, de qua in *d. l. Regia* partitæ, quam modo explicuimus: cæteræ vero ea attenta cessant, vel non sunt propriæ limitationes.

19 Et ideo † merito D. Spino *in dict. glos. 29. num. 59. ad finem, & num. 60.* inquit, quod extra casum, *dict. l. 4. tit. 5. part. 5.* hodie attento jure Regio non potest tutor emere rem pupilli, sive palam, sive bona fide sub pœna *dict. l. 23.* præterquam si talis emtio fiat à tutore cum judicis decreto & auctoritate (adde tu) vel contutoris, quia tunc valet emtio facta à tutore per *dict. d. 4.* ex quo hodie cessat limitatio altera Otaloræ *de nobilit. quinta partis princ. cap. ult. num. 13.* scilicet in tutore nobili palam emente per interpositam personam, *ut in l. pupillus, §. sed si par interpositam. ff. de auct. tut.* non enim hoc procedit attenta *d. l. 4.* nisi fit, ut ibi.

20 Tutor autem, † qui jam administrationem bonorum pupilli depositi, licite rem pupilli, ut quilibet extraneus, emere potest, sicut ille cui administratio decreta non est, *ut in leg. tutor et quibus, ff. de auctor. tutor. glos. communiter approbata in leg. si in emtione, §. fin. verb. tutor. ff. de contrahent. emtion. & in leg. cum ipse, C. de contrahent. emt. ex hac Anton. Gomez, de resol. Lusitan. 3. 17. num. 1.* qui numeris sequentibus late agit, an hoc jure Regni illius Regni locum habeat: Eandem Gamæ sententiam probat Molin. Theolog. *de justitia & jure, 1. part. 2. tract. disput. 224. colum. 1384. versic. puto autem: & Caldas Pereyra in d. l. si curatorem, habentis verbo, contractum fecisti, sub num. 32. colum. 2. C. de integr. resc. min.* ubi quod si adhuc rationem tutelæ non reddidit, non poterit emere res pupilli, *ut tradit Socin. Iun. consil. 48. num. 13. volum. 1.* apud quem hoc non invenio, verumtamen videtur ex identitate rationis.

21 Illa † etiam limitatio vera mihi & tenenda videtur, nempe, quando minor juravit suam venditionem in favorem sui tutoris vel curatoris: tunc enim juramento confirmatur, *ut probavimus dict. cap. 40. numero 3. cum sequenti, & firmat D. Spino in suo Specul. testament. §. 29. numero 63.* quicquid de ea dubitet novissime Azeved, *in dict. l. 23. num. 4.* Ejus namque fundamenta corruunt hodie stante Jure canonico, *ut in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. & in cap. cum contingat de jur.* Non enim est hoc juramentum contra bonos mores naturales aut canonicos, sed tantum civiles, *ut recte consideravit Doctor Spino, ubi supra*, ubi etiam, quod non manet ex hoc minor destitutus, ut cum periculo & jactura sustineatur venditio: Nam si constet minorem ex enormissima læsione fuisse deceptum, habebit remedium pingue restitutionis, & obtenta relaxatione juramenti, agere poterit ad rescissionem contractus: Tandem non minus bene addit Spino, hujusmodi tutorem vel curatorem non liberari ab aliis pœnis contentis in *d. l. 23.* licet ratione juramenti vendito sustineatur, cum adversus constitutionem illam Regiam à pupillo, cum non posset, amitet Intellige tamen, nisi in casu *d. l. 4. tit. 5. part. 5.* in quo non incurret ullam pœnam.

Ex † superioribus idem in exsequutoribus testamentorum probandum venit, scilicet, ut hi non obstante *d. l. Regia 23.* palam & bona fide auctoritate judicis, vel coexsequutoris emere possint rem sui defuncti, quia non loquitur *d. l. Regia 32.* in hoc casu: & Jure communi hoc tenet Bartol. *in dict. leg. si emtione, §. fin. ff. de contrahent. emtione.* 22

Illud † tandem hic superest videndum, an donatio facta à minore suo curatori & administratori firmetur juramento? Et firmari procul dubio prima facie videtur dicendum. Primo, quia minor potest prudenter & ex causa donare, & tunc non restituitur, *ut resolvimus supra hac 2. parte, cap. 5. num. 59. & 60.* ubi quod in donatione nulla læsio considerari potest. 23

Secundo, † quia quotiescunque juramentum potest servari sine interitu salutis æternæ, servandum est, text. *in cap. quicumque, & in cap. si vero, & in cap. cum contingat, de jurejurand. & in cap. quamvis pactum, de pact. lib. 6.* qui text. etiam procedi, quando filia renuntiat gratis hereditati paternæ, nulla dote sibi data vel constituta, etiam stante metu reverentiali patris, *ut ibidem resolvimus, cum communi super verbo, ut dicte contenta, nu. 1.* Sed in nostra specie juramentum potest servari sine interitu salutis æternæ, ut patet. Ergo habemus intentum, & ita alle text. excipiens casum doloræ renuntiationis intelligendus est de dolo ex proposito, & non respa, ut in casu præsenti. 24

Tertio, † quia sicut contractus puberum firmatur juramento iplorum, *ut in auct. sacramenta puberum, cum simil. C. si adversus vendit.* ita etiam donatio, *ut ibidem resolvimus cum communi, num. 118.* Et de communi etiam attestatur novissima Sfortia Oldus *in tract. de restit. in integr. 2. part. quæst. 18. artic. 2. n. 19. & 22. ubi n. 21.* hoc limitat, data enormissima læsione. 25

Quarto, quia venditio minoris jurata facta in favorem sui tutoris vel administratoris, est valida, *ut supr. hoc capite modo resolvimus*: Igitur & donatio eadē facta cum juramento valida quoque esse debet eadem, ex suprædictis rationibus.

His † tamen non obstantibus in specie præmissa donationis factæ à minore, suo curatori vel administratori, contrarium est tenendum, imo quod ea etiam juramento non firmetur, ut pluribus rationibus atque fundamentis in terminis probavit & tenuit Ripa. *Responsi. 138. alias responsa. de donat. numero 11. cum sequentibus.* Ex quibus sequentia tanquam præcipua sumo. Primo quia si minor contrahat cum tutore vel curatore, & lædatur, contractus † est nullus propter præsumtum dolum, & malam fidem tutoris seu curatoris, *l. pupillus, §. item ipse tutor, ff. de auct. tut. cum similibus, supra hoc cap. allegatis.* Est enim juris, & de jure præsumtio, quod

minor fuerit inductus ad contrahendum dolo sui curatoris, ubi reperitur minor læsus, quamvis in modico, quia curator debet utilis facere & inutilis prætermittere, & ita jurat tempore, quo sibi decernenda est curatela. Ergo donatio firmabitur juramento propter dolum à lege præsumtum, quia etiam impedit effectus juramenti, *ut ibi probat Rypa.*

18 Secundo, † quia cogitur recipiens relaxare juramentum, sicex parte ipsius continet turpitudinem, *cap. 1. & cap. debitores. de jurejur.* quod nedum procedit in hac specie prædicta, sed etiam quando juramentum continet peccatum ex parte jurantis, & quando potest præstare alteri occasionem peccandi, *ut in cap. cum ab omni, de vit. & honest. cleric.* Ac juramentum minoris in nostra quæstione continet turpitudinem ex parte recipientis, hoc est, curatoris, quia hic juravit utilia facere, & inutilia prætermittere, & tamen contra proprium juramentum induxit eum minorem, cujus curam gerebat ad sibi donandum, & sic ad perdendum bona sua: donare enim perdere est, *l. filius familias. in princip. ff. de donat. cum simil.* Ergo non tenetur præd. donatio juramento minoris ab eodem curatore indebite & injuste procurato atque exorto, vel saltem cogendus est id juramentum relaxare *ut dictis juribus.* Et ita censeo tenendum, ut tenui etiam tranziens cum præd sententia R. p. *in meo tract. de juramento confirmator. 2. part. cap. 20. num. 3. ab fin. & in d. auth. sacramenta puberum d. num. 118.*

Non obstant modo fundamenta pro contraria parte supra allegata: & non quidem primum, quod minor possit prudenter & cum causa donare, & tunc non restituitur, quia nulla læsio considerari potest in hujusmodi donatione, quia illud procedit, quando minor donat alii quam curatori suo: secus si donet eidem, quia est à jure prohibitum, & quia est præsumtio juris & de jure, quod minor ad hoc fuerit inductus dolo sui curatoris, *ut probavimus supra.* Non ergo est consulta & prudens donatio, nec exsulta causa, sed potius inconsulta & à jure reprobata. Ergo non valet.

Non obstat secundum, quia juramentum hoc continet turpitudinem ex parte recipientis, ac proinde exigendus est iple recipiens id relaxare argumento *dicto capite 1. & capite debitores, de jurejurand. ut supra probavimus.*

Non etiam obstat altera ratio supra adducta in contrarium, nempe quod decisio *dict. cap. quamvis pactum, de pact. in 6.* habeat etiam locum in renuntiatione gratuita, secundum communem sententiam doctorum & nostram: quia respondemus, quod loquitur in renuntiatione hereditatis patern æ, facta ipsi patri superstiti, & sic in renuntiatione juris consistentis in sola spe, per quam renuntiationem potest dici filia læsa, cum possit contingere, quod nihil sit habitura, videlicet si præmoriatur, *juxta leg. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testament.* vel si pater facultatibus suis labatur, *ut respondet Paul. consil. 174. contra superius in prima parte consilii.* dicens multum referre, an per renuntiationem præjudicetur minori in hereditate jam acquisita: an in acquirenda.

29 Nam quando † filia patri remittit jus succedendi, non injuriatur à patre, cum non habeat eo vivente aliquod jus formale in ejus hereditate, *l. 1. §. si impuberi, ff. de collatione bon.* secus est, in renunciatione juris quæsiti. Nam enormis læsio solum ea dicitur, quæ jus quærendum tollit, non quæ juri quærendo derogat, *l. si sponsus, §. si mariti, & l. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* quam relpontionem Paulli in proposito refert & sequitur R. p. *d. resp. 4. de donat. sub num. 13.*

30 Tertium † ex auth. *sacramenta puberum, Cod. si adversus vend.* non etiam obstat, quia eius dispositio non procedit, ubi intervenit dolus, five ex proposito, sive re ipsa, secundum communem doctorum sententiam, quæ verior est & benignior ad mitigandum rigorem *dict. auth. teste Rypa ubi supra.* Unde nec donatio jurata valebit dolo intervenient e, ut in proposito intervenit dolus à iure præsumtus curatoris, inducendo eum ad sibi donandum præter enormissimam læsionem, quæ ex prædicta donatione inconsulte facta resultat minori donanti, ex qua nihil sibi utile redundat, *ut probavimus d. cap. 1. hac parte 2.* Præterea verum est, quod in donatione non attenditur læsio, si donatio fiat à volente & sciente, absque ulla fraude, secus si per dolum, qui facit verum consensum abesse, *l. si superstite. C. de dol. & l. 1. ff. eodem titulo ita respondet Corneus consil. 124. lib. 3. & cum eo Rp. ubi supr. num. 14. ff. alias in prine.*

Quartum etiam non obstat, quia procedit in contractu oneroso ultro citroque obligatorio, & sic respectivo, hoc est, gratia utriusque celebrato, prout est emtio & venditio & similes, & præterea si in eo enormissime læsa tur minor, competit ei restitutio in integrum, impetrata prius relaxatione iuramenti, *ut ibidem probavimus.* At nos hic loquimur in contractu mere gratuito donationis celebrato tantum gratia curatoris, dolo inducentis suum minorem ad sibi donandum. & ideo non valet, quia adest semper enormis læsio contra minorem inconsulte & dolo inductum ad donandum, vel saltem iuramentum ipsum erit relaxandum: Resoluto igitur ip hac, de qua agimus specie, donationem etiam iuratam minoris in favorem sui curatoris factam non valere. vel ad minus, quod impetrata prius absolutione iuramenti, quæ necessario est sibi concedenda, & compellendus curator, ut eam concedat tanquam continentem suam turpitudinem, eam non tenetur minor observare: Quare consulendum est ei, ut prius quam veniat contra suum prædictum iuramentum, pro plena sui securitate & cautela, petat & impetret prædictam relaxationem sui iuramenti, ut liberetur ab ea donatione & observantia ipsius.

SUMMARIA.

1 Bona administratorum minorum 25. ann. sunt ipsis tacite obligata, & hypothecata pro ratione administrationis reddenda, & reliquis solvendis.

2 Hoc procedit, etiam si tutor vel curator inventarium non fecerit, nec solemnia observaverit.

3 Procedit etiam non solum pro administratis, sed etiam pro negletis.

4 Tutor vel curator tenetur in toto administrationis negotio de gestis & negletis.

5 Tutor vel curator tenetur hortea reficere, & vetus frumentum vendere, nec tenetur id vel vinum minoris conservare in tempus caristiæ, sed potest vendere occurrenti & communi pretio, nec tenetur mittere in alium locum, & in ædificiis suis debet ponere tempus venditionis, alias inspiceretur tempus majoris valoris.

6 Tutoris vel curatoris, si fructus domus minorum non refecerint, ad omnia damna & interesse tenentur.

7 Tutor vel curator aliter quam constitutum est administrans, tenetur ex mala administratione, & punitur multis pœnis.

§ Tutor vel curator pecuniam sui mineris in suos usus convertens vel si otiosas esse passus est tenetur ad interesse, vel si agres non coluit, ad fructus quos communiter præstare solent, ibidem.

8 Tutor vel curator tenetur ex dolo, lata culpa & levi, & de hoc non tenetur in exigendis nominibus debitorum, nec de levissima culpa, ut in nu. 10. & n. 9. quomodo lata culpa in hoc probatur.

9 Pupillus, vel ejus hæres tenetur probare, quod tempore susceptæ administrationis debitores erant solvendo.

§ Hæredes tutorum & curatorum, etiam de lata culpa tenentur, non vero de levi, ibid. d. num 9.

11 Tutores & curatores negligentes in exigendis debitis minorum, si debitores non solvendo efficiantur, quando ad damnum tenentur.

12 Tutores & curatores pro reliquis carcerari debent, præterquam mater tutrix vel curatrix filiorum.

13 Bona pretutorum & præturatorum sunt tacite hypothecata pro rationes reddenda.

14 Bona dotalia matris & avæ tutricis sunt tacite hypothecata pro ratione reddenda.

15 Bona allorum datorum à tutoribus & curatoribus sunt etiam tacite hypothecata.

16 Bona curatoris ad tutem dati minoris sunt tacite hypothecata pro ipsi minoris.

17 Bona fidejussorum & hæredum tutorum & curatorum sunt etiam tacite hypothecata minoris vel ejus hæredis.

18 Bona propria hæredum vel curatorum, an sint tacite hypothecata minoribus? num. 29.

19 Privilegium personale antelationis, quod habet pupillus in actione tutelæ, non transmittitur ad hæredes etiam ex se descendentem.

20 Bona minorum non sunt tacite hypothecata tutoribus & curatoribus pro alimentis & impensis factis tempore cum eis competit, ut hic num. 21.

22 Bona curatoris furiosi, prodigi, muti & surdi, & similium personarum sunt ipsis tacite hypothecata.

23 Privilegia omnia concessa minoribus extenduntur ad furiosos, mente captos & similes personas.

24 Curator furiosi, sunt expressa obligatur bonorum, non potest administrare, an alius curis sufficat tacita.

25 Bona patris legitimi administratoris, quando sint tacite hypothecata, vel non filiis familiæ, pro administratione.

26 Pater legitimus administrator filii, quando ob culpam removeri possit ab administratione.

27 Pater de bonis, in quibus non est legitimus administrator, tenetur indistincte reddere rationem, & reliqua restituere.

28 Bona aliorum dati à judice loco tutoris vel curatoris non sunt tacite hypothecata minori.

30 Bona tutorum & curatorum acquisita post susceptam tutelam, sunt etiam tacite hypothecata minoribus.

31 Tacita hypotheca in bonis tutorum & curatorum minorum quo tempore incipiat.

CAPVT XVI.

De tacita hypotheca bonorum tutoris vel curatoris pro ratione administrationis reddenda.

1 PRo officio † administratoris, tutoris vel curatoris, bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibi met vendicare minime prohibentur. Inquit, *l. pro officio 20. C. de administr. tut.* ubi hoc ampliatur, ut procedat, etiamsi tutor vel curator quis constitutus res minorum non administraverit: Bona igitur administratorum minorum 25. ann. sunt ipsi tacite per legem obligata, sive hypothecata pro ratione administrationis reddenda, & reliquis solvendis, *ut ibi probatur, & tenent omnes Doctores ubique communiter confunat l. 23. versic. eam dec. imos, tit. 13. part. 5. & l. fin. ad fin. ubi, si eodos sui bienes, tit. 16. part. 6.*

2 Quod procedit, † etiamsi tutor vel curator inventarium non fecerit vel solemnia non observerit, non enim meliotis conditionis esse debet nullius administrans, quam utiliter gerens. *ita Aretin. consil. 29. colum. 1. Capyeum decis. 129. num. 3. Rald. in l. cum pater, num. 2. ff. de negot. gest.* quos ad hoc refert, & sequitur Baec. *de decim. tut. cap. 3. num. 110.*

3 Procedit & secundo, † non solum pro administratis, sed etiam pro negletis, *secundum Cyn. Bart. Bald. & Salyeet. in d. l. pro officio, quos refert & sequitur Anton. de Fano de pignor. in quarto membro, secunda parte, numero 6. & Petrus Surdus in tractat. de alimentis, articulo ultimo quæstione 44. numero 3. folio 414. & primo consilio 7. numero 17. libro 1.*

4 Tenetur † itaque tutor vel curator in toto administrationis negotio de gestis & negletis, *l. tres tutores, ff. de administrat. tut. & si tibi. C. de testam. tut. Socin. Senior consil. secund. sequendo ordinem, num. 4. libr. 1. Anton. Piagius de tutor. & curator. quæstione 19. num. 6. Caldas de restitut. in integr. 2. part. fol. 682. num. 7.* si quæ teneatur horreas reficere & vetus frumentum vendere, † *Joann. de Platea in l. 2. C. de exhibend. in public. horre. celebrato. D. Spino in suo specul. tussaurus. gloss. 29. num. 16.* & inquit Gregor. Lopez, *in l. 15. tit. 16. part. 2. angl. fa. a buena fee,* quod tutor vel curator non teneatur conservare frumentum, vel vinum minoris in tempus Caristiæ, sed potest vendere occurrenti, & communi pretio: neque tenetur mittere in alium locum, *l. final. § final. & ibi Bartol. C. de administr. tut.* quod Saly. et ibi dicit est tenendum, & quod debet in rationibus suis ponere tempus venditionis, alias in ejus præjudicium inspiceretur tempus, quo plurimum illo mense vel anno valuit.

Debet enim omnia curare & actiones exercere, *l. sed & si. §. si tempus. ff. de curat. fur.*

5 Similiter, † si rucotes minorum domos tutores vel curatores non refecerint, ad omnia damna & interesse tenentur, *l. ex quæ tutores. & ergo & dominus. C. de administr. tut. Rop. in tract. de vented. ac conserv. Ubr. num. 14. & cum eo Ant. Plag. de tut. & curat. quæst. 19. num. 14.*

6 Unde si tutor † vel curator aliter, quam constitutum est, administraverit, tenebitur ex mala administratione, & punitur multis pœnis, de quibus *in l. 2. in fi. ff. de suspect. tut.* Itaque ratione doli vel negligentiæ, vel si pecuniam sui minoris in suos usus convertit, vel otiosam esse passus est, non collocando eam, vel non colendo fundum, damnabitur in omni eo, quod omnori causatum est, vel si pecuniam ad luerandum non collocavit, vel eam penes eos, qui fructus & redditos licite præstare poterant, non deposuit, tenebitur ad id, quod interest, & si agros non colunt ad fructus, quos communiter præstare solent, *argumento l. si plures, §. 2. in fin. ff. de tut. & rat. distrab. ita Spino ubi supr. num. 61.*

7 Tenetur † namque ex dolo, lata culpa & levi, *l. tutori. C. de negat. gest. l. contractus. ff. de reg. jur. traditi Decius consil. 274. visa decreto Rotæ. num. 3. & cum eo Anton. Plag. de tut. & curat. quæst. 19. num. 15.* ubi tenetur, ut non teneatur de levi culpa in exigendis nominibus debitorum admissa *l. 2. Carbon. num. 8. & in l. si tutor. ff. de administr. tut. & quod tradit Felex and. consil. 100. in causa & lite. num. 3. lib. 2.* tenet etiam Decianus *consil. 85. num. 12. vol. 2.* quod pupillus vel ejus hæredes tenentur probare, quod tempore susceptæ administrationis debitores erant solvendo, *secundum Imol. consil. 55.* Addit etiam Decianus *d. num. 25.* quod lata culpa in curis probabitur, si tutor non eltusus ea diligentia in exigendis his debitoribus, qua usus foit in exigendis suis, *ut ibi jure probat.* Inquit insuper Anton. Plag. *ubi supra,* quod de levissima nullatenus tenebitur *secundum Dd. in § suffisiat. Instit. de suspect. tut.* quia tutoris officium est necessarium non voluntarium, & ob id non tenetur de levissima culpa. *Bartol. in l. quod Nerva, versic. quid venit in actione tutelæ. ff. depositi:* probat & melius declarat supradicta Cald. Pereyt. *inter tractatus derestit. in integr. 2. part. super vel le fine curatore constituto, num. 5. cum seqq pag. 108. cum seq.* ubi etiam excipit alium casum, in quo tutor de lata culpa solum tenetur, non vero de levi, nempe si in prædiorum emtione captio intervenerit. *ut in l. tutor. qui reperiorum §. competit. ff. de administr. tut.* inlupet addens esse possim

receptum in his duobus casibus, levis culpæ rationem minime reddendam fore & bene id ibi jure probat, & n. 6. quod heredes tutorum & curatorum etiam de lata culpa conveniantur. *ut in l. 1. & per totum, C. de hered. tut. l. curatoris, C. de negot. gest. text. in l. ex depositi, & Paulus in*
10 *l. contra Fiscum, ff. de alt. & oblig.* non † vero tenetur de levi culpa, *ut ibi per eum, & num. 7.* probat, quod quemadmodum tutor vel curator latæ culpæ, ita etiam negligentiæ ratione obligantur.

11 Quo fit, † ut si ii pupillares debitores nec non minorum, loco atque tempore congruo exigere desierint, & ob negligentiam in exigendo commissam facultatibus cedant & non solvendo efficiantur, tempore susceptæ vel reddendæ rationis, damnum, quod ex cessatione pupillo, minorive enascitur, præstare ac refarcire teneantur, *l. 2. C. arbitr. tut. & ibi glos. verb. negligentia*, quæ ibi negligentiam in latam culpam interpretatur. Comprobat text. *in leg. si tutor constitutus, ff. de administ. tut.* quod si post susceptam manetis sui administrationem debitores casu fortuito deficiant vel solvendo esse non possint, minusque idonei fiant, tutoribus vel curatoribus adscribendum non est, *l. etiam contutori, ff. de administ. tut. & in l. Iccius, §. si pecuniæ, ff. de negot. gest. & in l. si heredes, ff. de administr. tut.* Idemque est si post depositum officium debitores, quos durante officio non exegerant, solvendo esse desierint. Nam extra periculum fuit, *leges, qui post mortem in prænc. ff. de administrat. tutorum.*

Pro his igitur omnibus, pro quibus tenentur tutores & curatores bona eorum sunt à leg. tacitæ hypothecata, ut habet præd. prima vera & communis ampliatio, & tenet etiam plures allegans Anton. Piag. *de tut. & cur. quæst. 19. num. 18.*

12 Imo, † & pro reliquis, hoc est, *por el alcance*, incarcerari debet tutor vel curator, usque dum satisfactat ipsi pupillo integræ & perfectæ, *ut tenent Dd. de quib. per Spino d. gl. 29. nn. 68.* præterquam in matre tutrice, vel curatrice filiorum: hæc namque, & si non rectam rationem reddiderit, & multa vel aliqua bona filiorum non reddat, non poterit incarcerari, cum ipsa habeat à leg. hoc beneficium, ne conveniatur ultra quam facere possit, maxime propter reverentiam, quam filius illi præstare tenetur. Potuerunt tamen ejus bona, si aliqua habeat, ob hanc rationem capi & vendi judicis auctoritate, ut minori satisfiat *secund. Alex. in l. centurio. num. 21. ff. de vulg. & pup. & relatos per Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 11. & Plac. de delict. 6. n. 52. & Covar. lib. 2. variar. resolu. 1. num. 3 per totum, Menoch. hac de re cons. 1. erat. lib. 3. §. 22. limit. 11. n. 12 & Bero. de decim. tit. 2. 4. n. 21.* de quo sup. eginus, & quod mater tutrix vel curatrix filiorum renuntians privilegio Vellejani non incarceretur, tenet etiam Mol. Thol. *2. part. de just. & jur. disput. 571. vers. dubium, col. 2075.*

13 Secundo † superiora ampliantur, ut procedant etiam in bonis protutorum. & ejus, qui pro curatore se gessit. Illa enim sunt quoque tacitæ à jure obligata pro ratione reddenda & administratione, *juxta text. in l. dubium, §. 1. ff. de privil. cred.* ubi deducitur, quod pupillus in bonis protutoris, ejusque successorum habet personale antelationis privilegium, & ibid. hoc expresse notat gl. *verb. privileg. tenet etiam gl. fin. in d. l. pro officio, C. de administ. tut. & ibi communiter Dd. sequitur Soc. cons. 85. visis compromisse. n. 9. vol. 1. Ant. de Fab. de pig. in 4. membr. 3. par. n. 7. est communis secund. Rip. in d. l. dubium, §. 1. n. 9.* ex quo alios referens idem profitetur Pet. Surd. *in tract. de alimen. art. ult. q. 44. n. 6. fol. 414. sequitur etiam Greg. Lop. an d. l. 23. in gl. de los guardadores, tit. 13. part. 5. & Cavalc. alios referens de tut. & cur. n. 225.* de quo etiam sup. egimus *c. 16 hujus 2 parte, n. 13.* Et ita tenendum tam ex his contrarium voluerit gl. in d. l. eos, qui potuer. in pign. habeantur, quam sequitur Bart. in d. l. dubium, §. fin. Tenentur namq; tutor & ejus heredes rationem reddere administrationis actione protutelæ, *l. 1. ff. de eo, qui pro tut. &c. probatibi Decia. cons. 35. num. 21. cum seqq. vol. 2.*

14 Tertio ampliatur, † ut procedant etiam in bonis dotalibus matris & aviæ tutricis, cum leges prædictæ, generaliter loquantur, & comprobat late Socinus *consil. 126. diligenter vol. 1. num. 1. cum seqq. & Dec. cons. 349. col. fin. & Greg. Lop. ubi supra.*

15 Quarto ampliatur, † ut procedant etiam in actoribus datis ab ipsis tutoribus vel curatoribus, quia etiam illorum bona sunt tacite obligata, sicut bona tutorum & curatorum, *ut cum Bartol. in leg. aiitur. ff. ex noxal. hab. tenet Ant. de Fan. ubi supra, num. 9.*

16 Quinto ampliatur, † ut procedat etiam in bonis curatoris dati ad litem, quia sunt tacite obligata ipsis minoribus, ut est bonus text. nec ubi expressior secundum Bald. *in l. properandum, §. fin. C. de judic. idem Bald. in l. 2. C. qui dar tut. poss. sequitur Ant. de Fan. ubi sup. nn. 8. & Greg. Lop. in d. gl. de los guardadores, in vers. nota etiam.*

17 Sexto ampliatur, † ut procedant etiam in bonis fidejussorum & heredum tutoris, hæc namque sunt etiam tacite hypothecata minori vel ejus heredi, ut in l. fin. ad fin. tit. 16. par. 6. *ibi, y para esto cumplir es obligado tambien el guardador como sus fiadores, y sus herederos, y todos sus bienes al huer sano, y su heredero* & per eam leg. ita notat Greg. Lop. ibid. gl. fin. dicens singulare, & idem Gregor. Lop. *in d. l. 23. in gl. de los guardadores, in vers. bona etiam fidejussorum*, pro quo est etiam *l. fin. §. fin. & ibi notat Bal. C. de jur. dot.* ubi Jason, † quod inte legitur etiam de bonis
18 propriis heredum, licet non bene firmet, sed probare videtur in *d. l. fin. tit. 16. part. 6. in verbis præcitatur. ibi & dos sus bienes, ut puntluat Greg. Lop. ibidem glos. fin. ad fin.* dicens mentitenendam.

Jure tamen communi contrarium probat text. *in leg. Paulus. in princ. 29. ff. de pign. ibi, sed quæ ex bonis defuncti non fuerunt, sed postea ab heredibus ex alia causa acquisita sunt, vindicari non posse a creditore testatoris*, quæ lex loquitur in generali obligatione expressa. Ergo neque in tacita debent venire bona propria heredum, quia taciti & expressi idem est judicium. *l. cum quid, ff. si cert. pet. & in tacita hypotheca idem probat text. in l. 1. ad fin. C. communi. de leg. ibi & hypothec. esse non ipsius heredis, vel alterius personæ, quæ gravata est fideicommissorem, sed tantum earum quæ testatore ad eum pervenerint.* Et ita tenet Alber. *in d. l. dubium, §. fin. & est vera ratio secund. Rip. ubi n. 10.* & est opinio Cumani *cons. 52. quæritur an bona servissime*, ut inquit, & probat Ant de Fan. *ubi supr. n. 11.* Sed & jure Regio idem probat agens de intellectu *d. l. Reg. Molin. Thol. de just. & jur. 1. part. 2. tract. disp. 229. col. 1. 5. 1. vers. fin. versium*, dicens quod *d. l. fin. tit. 16. part. 6.* non probat opinionem Greg. Lop. contrariam, quoniam verba illa, *y todos sus bienes*, referri possunt ad solum tutorem aut curatorem, & non ad fidejussores. aut heredes tutoris, & quod hic videtur esse legitimus sensus illius l. saltem, si heres tutoris inventarium bonorum defuncti confecit, bona heredis propria libera omnino manebunt, ob tutelam à defuncto susceptam. alioquin onus subiret ex hereditate adita cum beneficio inventarii contra decisionem text. *in l. fin. C. de jur. delib.* quæ opinio adversus priorem Greg. Lop. verior, & magis juridica mihi videtur respectu heredum tutoris. Nam quoad fidejussores tutorum, & curatorum obligantes se, & sua bona bene referri possunt præfata verba l. Regiæ, *y todos sus bienes.*

19 Privilegium tamen, † quod habet pupillus in actione tutelæ, non transmittit ad heredem etiam ex se descendentem. *Bart. per text. ibi in leg. non solum, §. fin. ff. de ritu nupt. expressal. ex pluribus, & ibi notatur ff. de administr. tut. & l. dubium, ff. de admin. tut. & Alber. in l. pro officio, C. de administ. tut. quæ refert & sequitur Greg. Lop. in d. l. 23. gl. magna ad fin. ibi, adverte etiam.* Hoc tamen velim intelligas de privilegio personali antelationis, *ut in d. l. ex*

d. l. ex pluribus junctis glabi verb. privilegium pupilli, & in d. l. dubium, §. si quis cum tutore, & ibi Rip.: secus vero de privilegio reali, hoc est, de tacita hypotheca, cum hæc etiam transeat contra heredes tutoris vel curatoris in favorem minoris, & etiam ad ejus heredes, *ut in d. l. fin. in fin. tit. 16. part. 6. ibi & a sus herederos.*

20 Bona † tamen minorum non sunt tacite hypothecata tutoribus vel curatoribus pro alimentis & impensis factis & præstitis ipsis minoribus, quia non reperitur in jure cautum, quod sint pro his obligata, *ut tenet Alb. in d. l. pro officio, C. de administr. tut. quem sequitur Rip. ubi*
21 *supra, nu. 13.* quia tutores & curatores non sunt in eadem causa. in qua† sunt ipsi minores, si tamen debitum sit liquidum, habebit tutor vel curator retentionem bonorum minoris, *secundum Alber. ubi sup. quem sequitur Greg. l. 1. op. 27. in d. l. 23. gl. mag. ad fin.*

22 Septimo † ampliantur superiora, ut procedant in bonis curatoris furiosi, prodigi, muti & surdi, & similium personarum; cum *d. l. pro officio*, generaliter loquatur in bonis tutoris & curatoris, & supra resolvimus procedere etiam in bonis procuratoris & cius, qui pro curatore se gessit. Cur igitur non idem dicendum erit in curatoribus furiosi, prodigi & similium?

23 Secundo, † quia omnia privilegia concessa minoribus extenduntur ad furiosos & mente captos, & similes, juxta glol. notabilem *in l. 2. C. de curat. furios. verb. agnatis in fin.* quam dicit ordinariam Paul. de Castr. *in l. tutor pupillo. §. prodigus. ff. de jure jur.* & ibi Jas. *num. 1.* alios referens, dicit eam unicam, plures allegans Anton. Gomez *in 1. tome variar. resolut. c. de restitu. minor. num. 30.* Est communis. *ut plures allegant affirmat Cald. Pereyr. in 2. par. de restit. in integr. pag. 1145. num. 4.* Ex inquit Alex. *in l. si curatorem habens, nu. 4. C. de in integr. restit.* esse communem opinionem, quod sicut minori, ita furioso & prodigo competit in integrum restitutio, de quo articulo latissime agit Sforz. Odd. *de in integr. restit. 1. part. q. 4. art. 1. per totum.* omnino videndus. Ergo merito, quod ita etiam bona curatorum furiosi, prodigi, & similium personarum sint tacite obligata pro administratione, sicut & tutorum atque curatorum minorum 25. ann. & in terminis ita tenet Gregor. Lop. *in d. l. 23. in gl. magna in verbis, sed quid de bonis*, dicens quod hanc partem, velut æquiorem & justiorem sequitur & ita communiter tenetur *secundum Rip. ubi sup. num. 17. ad fin.* quamvis ipse in contrariam opinionem inclinet, sed meo judicio communis sententia verior est & tenenda.

Neque obstat *l. de curatoribus, C. de Episc. & cleric. & l. mulieri. §. 1. ff. de curat. furio. & l. 2. ff. de ea, qui protut. & l. fin. §. fi decumanis quæritur, C. de curat. furios.* dum requirunt, quod talis curator furiosi expresse obliget bona sua, & sic innuunt, quod non sint tacite obligata. quia
24 specialis est in illa cura, † ut sine expressi obligatione bonorum curator non possit administrare, licet in aliis curis tacita hypotheca sufficiat. quæ in illa cura non sufficit, prout est de mente Baldi, *in leg. non aliter, col. 2 ff. de adopt.* ex quo ita respondet Greg. Lop. *ubi supra.* Neque etiam obstat *dicta lex 23.* dum loquitur *en los bienes de los guardadores de los huerfanos*, quia cum furiosi æquiparentur minoribus, *ut pradiximus*, quod illa lex Regia statuit in minoribus, merito, ut in furiosis, & aliis hujusmodi procedat.

25 Octavo † ampliatur, ut procedat etiam in bonis patris legitimi administratoris bonorum filii, in quibus ipse pater habet usumfructum; tunc namque si pater administraverit bona filii male & fraudulenter, vel illa alienaverit, pro his recuperandis datur & à lege competit tacita hypotheca in bonis ipsius patris, *ut in leg. cum oportet, §. fin. C. de bon. quæ lib. leg. 24. tit. 15. part. 5.* secus autem pro culpabili administratione patris, quia pro illa non tenetur pater, *ut declarant gl. Bart. & Baldus in d. leg. cum oportet. & non autem, & §. fin. sequitur Ant. de Fano de pign. 4. membr. 2. part. in num. 13.* ubi *nu. 14.* assignat rationem, quoniam pater de bonis, in quibus est legitimus administrator, & habet usumfructum, non tenetur reddere rationem administrationis filio, de his, quæ culpabiliter gessit, sed de his, quæ fraudulenter & dolose gesserit, *ut habetur in l. Imperator. ff. ad Trebell.* Et est magis communis opinio *secundum Socin. consil. 34. profequendo ordinem, col. ult. num. 15. cum sequentib. volum. 1. Arum Pinell. in l. 1. in 2. parte, num. 33. C. de bon. mater.* ubi quod etiam cessante dolo, si pater dissiperet vel aliter noceat liberis, succurritur eis, ut pater privetur administratione, *secundum Dd. quos ibi ad hoc refert*: lit† addit *n. 34.* cavendum esse à Paul. Castren. *in d. † cum oportet, §. sub hac tamen*, dum æ quiparat casum removendi patrem ab administratione articulis obligandi bona, & reddendæ rationis: Ad hæc enim duo exigitur dolus, nec sufficit culpa: ad removendum vero patrem sufficit negligentia & culpa secundum magis communem resolutionem, de qua ibi per eum, & *nu. 35.* inquit, magis cavendum esse à liari. *in d. l. cum oportet, §. non autem*, ubi ad removendū patrem ab administratione exigebat alia maxime, quod pater non sit solvendo, & quod bona sint immobilia. Bar. autem *in d. l. Imperator. & ibi Imol. & Segur. num. 108.* non exigunt patrem non esse solvendo, requirunt tamen, quod culpa patris sit talis, ut liberis non possit esse consultum, verbi gratia, ut in pecunia & in immobilibus. Est q; magis communis secundum Aret. *consil. 72. n. 5. vers. ad 4. & refert alios ita tenentes Pinel. d. n. 35. bene autem refert ibi Aret. ubi supra*, contra Bar. *in d. §. non autem*, ut non attendatur, an pater sit solvendo, ipse tamen Pinell. *d. n. 35.* verius putat ex Alex. *in d. l. Imperator, colum. 2.* sufficere notabilem cuipiam alienando, ut si absq; causis distraheret immobilia, vel negligentiam in administrando, ut bona non colendo, ad removendum patrem ab administratione. Esset enim maxime damnosum liberis expectare ea, quæ Bart. exigebat, & melius est ante tempus occurrere, *ut in l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necesse*, quod dicit ex quibus Boerius *dec. 61. n. 15.* idq; intelligit Pinell. etiam si sint bona immobilia, licet ipsi non exprimant contra Bart. & communem. quia militat magna ratio, licet non tanta, quam in aliis. Posset enim tempore veritas occultari cum detrimento filii vel heredum: Ego vero, & si hoc subtile & æquum censeam cum Pinel. *ubi sup.* Non tamen recedo à præd. communi sententia in immobilibus, in quibus poterit filius esse consultum monitione judicis præcipientis patri in hac specie, ut diligenter se habeat in administratione horum bonorum, & quod alias privabitur administratione: qua monitione spreta, si constet patrem adhuc male & negligenter ea administrare, ita ut verisimiliter speretur, ea bona brevi tempore perditum iri, atq; maxime deteriorari in grave damnum filii: tunc quidem ceserem ipsum patrem removendum esse ab administratione, quia melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere, *ut in d. l. fin.* quæ ratio juncta prædict. monitione præcedente, & negligentia patris perseverante maxime convincit, ut pater ab administratione removeatur: secus vero ante præfatam monitionē; cum per eam possit esse consultum filio absq; privatione administrationis in patrem, ideo removendus non erit, ut habet magis communis sententia Dd. nisi præcedente præd. monitione, eaque spreta, ut prædiximus.

At in † bonis, in quibus patri non queritur ususfructus, nō est ipse legitimus administrator filii, & propterea tenetur indistincte reddere rationem filio cum restitutione reliquorum. *secundum Bald. and. l. cum oportet, §. fin. & in l. filii eius. C. famil. erciscun. & pulcre Soc. ubi sup. & Fan. etiam ubi sup. n. 15. refert plures & sequitur Arum Pinell. an d. l. tit. 2. par. n. 27. C. de bon. mater.* Et in hac spe-

cie, si appareat, quod pater gessit se in administrandis bonis filii pro legitimo administratore, cum tamen talis non esset, quia in illis non habet usumfructum, tunc etiam posset dici introducta ea esse tacitam hypothecam, sicut quando est legitimus administrator, ut in procuratore sup. cum communi resolvimus, in Bald. Nov. in tract. de dote in 9. part. in 8. privileg. quem refert & sequitur dicens notandum pro ampliatione d. l. cum oportet, § fin. Ant. de Fan. ubi supra, n. 18. & cum Bald. Novel. ubi supra, idem tenet Greg. Lop. in d. l. 23. gl. magna, quia post princip. ibi, quæ hæc pars, & hæc tacita hypotheca in patre incipit à die inchoatæ administrationis, non autem à male gestionis, ut cum gl. fin. Petro. Cyno, Bart. Bald. & Salyc. in d. §. fin. tenet Fan. ubi supr. num. 17.

28 Fallit † autem principalis conclusio huius cap. in fatuo dato à judice loco tutoris vel curatoris, cui illius bona non sunt tacite hypothecata, ut cum aliis probat Ant. de Fano ubi supr. num. 16.

29 Fallit 2. † in bonis propriis heredum tutorum vel curatorum, quæ non habuerunt tacitam hypothecam, sed alias prædi, hereditates acquiherunt, si inventarium confecerunt, ut supra resolvimus in 6. ampliativa.

30 Tertia regula d. l. provincie. Cod. admin. tut. tantum videntur comprehendere bona, quæ tutor habebat tempore administrationis, non vero, quæ possidebat quæsita, ut cum Alb. ibi sic tenent Paucis, cons. 191. n. 12. Sed non credo veram esse hanc fallentiam, sive limitationem sed potius, quod tam bona præsentia, quam futura tutoris vel curatoris, sint tacite hypothecata mori pro reddenda ratione administrationis, cum sit obligatio generalis l. finali. C. quæ res pignor. oblig. poss. Ita terminis tenet Greg. Lop. in d. l. 23. tit. 13. part. 5. in glos. los bienes, ut pro hac opinione citat eundem Albert. ut supr. & facit l. fin. ad fin. tit. 16. ibi todos sus bienes.

31 Pro complemento huius capitis illud discutiendum atque resolvendum hic oportet, à quonam tempore hæc tacita hypotheca in bonis tutorum & curatorum incipiat. Ergo, quidem in dict. leg. pro officio, C. de administrat. tut, vers. obligatur, duas in hoc refert opiniones. Prima est, quod hypotheca incipiat à tempore, quo incipit quis esse tutor vel curator, argumento legis cum oportet, § fin. C. de bon. quæ lib. Secunda est, quod incipiat à tempore, quo cœpit male administrare, argumento l. hac edictali. § penult. C. de nupt. Sed primam opinionem præcedenter sequuntur ibi Dd. & est communis, & tenenda secund. Ant. de Fano, ubi supr. num. 22. & eam quoque sequitur Petr. Surd. dict. consil. 7. num. 18. lib. 1. & approbatur hodie in d. l. 23. tit. 13. part. 5. ibi, desde el dia que començaron a usar el officio de la cual da fianças los den cuenta, y reciba de lo que fuere en deudo, & ibi notant Greg. Lup. in gl. desde el dia que començaron.

SUMMARIA.

1 *Protutor quis sit, & quomodo de administratione teneatur?*
2 *Curator impuberi à prætore datur, si negotia gesserit quasi curator, cessat actio protutela.*
3 *In protutela judicio olim usuræ veniebant, hodie vero non, sed lucrum interesse.*
4 *Procurator prove curatore, an teneatur de non gestis?*
5 *Spontaneus gestor, quis ab initio accessit, quando teneatur de negligentia, & num. 8.*
7 *Tutor testamento datus, si hoc ignorans gesserit, non tenetur quasi tutor.*
8 *Procurator eandem fidem & diligentiam præstare tenetur, quam tutor.*
9 *Protutor non potest rem pupilli vendere, quod si vendat, potest eam pupillus petere.*
10 *Protutor non potest pupillo acquirere, sed jure Regio, secus ut in num. 11.*
11 *Alter per alterum hodie acquiritur stipulatio, & si quam acceptione absentis remanet irrevocabilis, ut in 12. & ex ea competit jus exequutorium, si tamen tacuerit, in quo promissio fit, alias habet exequutionem paratam, ut in num. 13. & non solum actio utilis, verum etiam directa competit, ut in n. 14. seq. hodie requiritur cessio ut in n. 15.*
16 *Mulieres, si rem pupillares administraverint, rationem reddere tenentur.*
17 *Bona protutoris prove curatoris sunt tacite obligata pro reddenda ratione administrationis.*
18 *Minores agentes contra protutorem eadem privilegia concedentur, quæ adversus tutorem.*
19 *Protutor & procurator res inventariam, & librum rationum confice tenentur rationem reddere, ut veri tutores & curatores, alias in dolo esse præsumuntur.*
20 *Protutor à depositore bona pupilli accepta, scriptura publica confecta de reddendo depositum vel pupillo, depositarum vendere & restituendo depositum protestatio degenerat in heredem, adeoque pupillus major factus contra eum agere non potest.*
21 *Ager autem restituam alicui tanquam tutori, non curatori, quia ipse administravit non tanquam tutor, sed tanquam negotiorum gestor.*

CAPUT XVII.

De protutore & procuratore.

PLERUMQUE † incertum est, an aliquis tutor, an vero quasi tutor, pro tutore administraverit tutelam, ideo prætor in utrumque casum agere vel cum pupillo, ut sive tutor sit, sive non sit, qui gessit, actione tamen teneatur. Protutor is est, qui negotia gerit, quibus res tutoris fungitur in re impuberis, sive putet tutorem, sive sciat non esse, fingat tamen: sed cum eo agi potest etiam ante pubertatem, quia tutor non est, tenebitur tamen, si quis finita tutela pro tutore res gotia impuberis fe erat, sed & si prius pro tutore administravit, deinde quasi tutor, æque tenebitur ex eo, quod pro tutore administraverit, quamvis devolvatur hic gestus in tutelæ actionem. Sed si quis quasi tutor negotia gesserit ejus, qui jam pubes est, neq; tutorem habere potest, vel ejus, qui nondum natus est, cessat actio protutelæ, & erit negotiorum gestorum actio. Nam, ut pro tutore quis gerat, oportet eam esse personam, cuius ætas recipiat tutorem, id est impuberem, si quis tamen cum tutor non esset, compulsus à prætore, vel præside, dum se putat tutorem gesserit tutelam, pro tutore tenebitur. Plen omnia decidentur à l. 1. in pr. ff. de eo qui pro tut. prove cur. aut qui sine.

2 Si vero † curator impuberi à prætore datus negotia gesserit quasi curator, cessat actio protutelæ, quia officio curatoris functus est, & dabitur actio negotiorum gestorum: ita cavetur in d. l. 1. vers. si curator functus glo. verb. kant actionem.

3 In † protutelæ judicio olim usuræ veniebant, ut ibid. quod, scribitur in versic. protutela, hodie tamen nullo modo licet usuras exercere, ac proinde ad eas prætor non tenebitur, sed ad pecuniæ minorum in emtionem prædiorum collocandas vel apud mercatorem fidum deponendas, ad justum & honestum lucrum, sicut in tutoribus & curatoribus supra resolvimus in hac 2. part. c. 9. per totum, quæ & in protutore prove curatore servanda erunt, ut constat ex Mascar. in 3. tom. de probat. concl. 1392. n. 16. punctum 10. Non enim melioris conditionis debet esse protutor prove curator, qui sine decreto judicis tutelam vel curam administravit, quam verus tutor & curator, sed hic ad supradicta tenetur. Ergo & ille.

4 Sed utrum in id, quod protutor, prove curator solummodo gessit, tenebitur, an in id etiam, quod gerere debuit? Et respondet Ulpian. in d. l. 1. vers. sed utrum, quod siquidem omnino non attingit tutelam, non teneb tur

non enim attingere debuit, qui tutor non fuit: quod si quædam gessit, tenebitur de non gestis, si alius gesturus fuit, quia, ut ibi inquit gl. verb. alius accedens protutor, quasi omnia gesturus tenebitur in dnobus casibus de gerendis, scilicet, si alius erat gesturus omnia, ut ibi sitem & tunc quando incipit scire se non esse tutorem, & perseveraverit, alias non, quia error cum excusat, ut ibi minuitur: sed & si cognito, quod tutor non fuit, abstinuit se ab administratione, tenetur si necessarios pupilli non certioravit, ut et tutorem peterent, ut in d. l. 1. ad fi. ff. eod. tit.

5 Spontaneus vero gestor, † qui ab initio accessit, tenetur etiam de negligentiis, quando eius contemplatione quis ad hoc non accessit, ut in l. si pupillo, § fin. ff. de negot. gest. vide amus, cui conformat l. 34. tito. 12. par. 5 quæ ita se habet. *Quien sabe recabdar alguna manera de alguna cosas de algun su amigo de amistad, o parente lo, que se esse con el, e antando voluntad dello bien, e acuerdase sonrise vinuesse otroque dixesse, yo quiero ver e abdar estas cosas, si esta que las quiere recabdar primero, para se mandar, se por tal razon como esta se tenudo de esse postrimero de las recabdar en la manera, que el otro las quera fazer, de guisa que por su culpa, o por su engaño, o por su negligencia non se pierdan, ni se menoscabe ninguna de aquellas cosas, es contra esto fuara, tenudo sera de pechar quanto se perdiesse, o se menoscabasse por qualquiera destas tres maneras sobredichas.*

6 Doctores † tamen in d. § vide amus, intelligunt cum text. quando accessit quædam gesturus, cum alius æque diligens erat gesturus omnia. Nam secundum eos quando quis accedit, ut omnia gesturus, non est necesse, quod alius esset gesturus, sed ex eo solo tenetur de negligentiis, quæ non gessit per leg. *Pomponius in negotiis 3. ff. de negot. gest.* Et hæc est communis conclusio doctorum ibi d. & in l. tutoris, C. eod. tit.

Lex tamen † illa Regia, dum inquit, *yo quiero ver e abdar estas cosas*, videtur velle, ut tunc demum negotiorum gestor, (licet accedat, ut omnia gesturus) teneatur de negligentiis, quando alius erat gesturus: si vero alius non erat gesturus, non teneatur, quod etiam de jure communi voluit Ioann. Glossat. *antiquus in dict. leg. tut. ut per glos. ibi verb. propria voluntas*, quam defendit ibi Salycetus.

Nihilominus tamen, quia fundamenta communis opinionis multum urgent pro ea, quam etiam tenuit gl. in d. l. 1. ver. alius ad fi. ff. de eo, qui pro tut. non videtur à communi opinione recedendum *secund. Greg. Lop. in d. l. 24. in gl. estas cosas, &c.* qui ad prædi. l. Reg. respondet, ut intelligatur, si res accesserit, qu gesturus omnia, sive, ut quædam ex his, quia utrumq; potest comprehendi sub verbo, *estas cosas*, & intelligit & limitat, quando accessit, ut quædam gesturus, quod debeant concurrere tria, vel quatuor, *secund. Bart. & Paul. an dicton* §. *deamus*, quæ probantur in d. leg. Regia, primum, quod alius erat gesturus omnia, secundum, quod ille alius erat diligens, tertium, quod propter illum, qui gerebat, quædam ille omisit, quartum, quod ille, qui gerebat quædam, hoc sciebat, scilicet, quod alius esset gesturus omnia, & aliquo eorum deficiente non procedit, sed procedit, quod habetur in d. tutori, nempe, quod satis abundeq; sufficiat, si cui vel in paucis amici labore succurratur.

7 Tutor † autem testamento datus, idque ipsam ignorans, si pro tutore negotia pupilli gesserit, non tenebitur quasi tutor, quia scire se tutorem esse debet, ut ex eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debet, sed tenebitur actione protutelæ, *ut in leg. 3. incipit quæro, ff. de eo, qui pro tut. auctio glos. unic.* ibi, quæ lex, dum loquitur in tutore ignorante, extenditur, ut procedat etiam in tutore dubitante, *ut cum Bald. an leg. fallus, num. 19. C. de fort. probat Barr. de decim. tut. 2. 7. sub. n. 13.*

8 Et qui pro tutore negotia gerit eandem fidem & diligentiam præstare tenetur quam tutor, *l. 4. ff. eod. tit.* & idem contrarium indicium competit, *ut in l. fin. ff. eod. tenet.*

Quod † si protutor rem pupilli vendiderit, nec ea ulla capta fit protutor eam pupillus petere, quia non est eadem protutoris, quæ tutoris administratio, *l. 2. ff. eod. tit. quem text. ubi notant Bald. Alberic. & Raphael Cuman.* gesta enim à protutore nullius momenti sunt, quoniam non habet veram administrationem, *leg. qui negotia ff. de rebus eorum. & ibi notant Dyn. Bald. & Raphael Comes. tex. etiam in leg. apud Celsum. § si quis tut. ff. de dol. except. sequitur alios Dd. allegans Barr. ad decim. tutor, capit. 20, num. 5.*

10 Quinimo, † nec acquirere pupillo potest protutor, *ut vocat Paulus de Castro per tex. ibi in l. 3. § sed quod de tutore, ff. in dec. sic sequitur Barr. de dec. in 2. 7. n. 16. & d. c. 20. n. 3. in versic. quinimo.* Quod, ut certo iure communi, quo habetur, quod alteri per alterum non acquiritur stipulatio, verum est, tamen ii Socin. *consil. 155. num. 5. vol. 2.* inter eruditos nostris temporibus tenetur contrarium, imo quod gesta per nutrem tanquam tutricem valeant favore pupilli, licet non in damnum, *ut l. 2. & ibi in quit declarat Cyn. Cod. de ea, qui provint.* quæ hoc non probat, quam sententiam adversus priores probat Iacius Berol. *quæstion. 68. per totum*, quando ipsum in his, in quibus de evalent pupilli utilitate agitur, ut tunc valeant gesta per protutorem, licet valeant gesta per verum tutorem in usitatum pupilli, antequam inventarium conficiat, vel alia solemnia adimpleat *per leg. finali, & ibi Doctores. C. de tutor. vel cur. ut, qui satis non dist. & in leg. ant. qui repertorium, in fine principi. & in § 1. ff. de administr. tut.* ubi illud exemplum fingitur de tempore peritiæ. Et fuit doctrina Bartol. *in dicta l. tut. qui repertorium 7. num. 29. & in l. legitimos, num. 9. ff. de legit. tutor. Gund. Papien. decisio. 330. & alii de quibus supr. in 1. parte.* Hæc tamen æquiparatio, non recte in proposito procedit, siquidem nullo iure probatur, sed potius contrarium *in dict. l. 3. § sed quod de tutore. ff. eodi. scilicet.* Et prætereà ratio differentiæ inter hos duos casus illa constituti & assignari potest, quod protutor nullum titulum habet verum & proprium administrandi, & sic acquirendi pupillo, & iure communi alteri per alterum non acquiritur stipulatio, *ut diximus per tex. in l. stipulatio 15. § alteri. ff. de verb. oblig. § alteri. instit. de inutil. stipul. l. 7. & 18. tit. 11. part. 5.* At verus tutor habet titulum verum ad acquirendum suo pupillo & licet inventarium non fecerit, nec alia solemnia adimpleverit, nihilominus hoc non impedit acquisitionem pupillo faciendam, cum hæc solemnia à iure requirantur pro maiore securitate, & sic favore pupilli. Cum igitur ea non sint contraria acquisitioni prædi. quinimo ipsi expediat, prætereà eos tempore petitionis fructus distrahantur vel alias administrentur, consequitur magis oportere, quod hæc illum fiant, quam quod omittantur: alias indebite pupillus damnum pateretur, & inducta ad eius augmentum non debent diminutionem operari contra iura vulgaria.

11 Iure † tamen nostro Regio, quo cavetur, quod qualitercunque constituerit aliquem se velle obligare, teneatur obligatus, nulla admissa exceptione absentiæ, vel defectus interpositæ stipulationis, ut in l. 1. tit. 16 libr. 5. nov. x. coll. Reg. ubi *O que se ficha a otra persona presente en nombre de otro entre absente.* Gesta per protutorem, prove curatorem, vel ere iure optimo debent in favorem & utilitatem pupillorum iam hoc iure utimur, ut stipulatio, vel promissio alteri per alterum facta valeat, & teneat, etiamsi stipulans sit privata persona, & non habens mandatum illius, *ut in dd. 2.* per quam ita observavit Villalob. *in antinom. iur. civil. & regula litera, A. num. 18.* & in arario commun opin. *lit. A. num. 19. & Dott. Aretud. vers. & aliter citans in dict. leg. 3. num. 50.* ubi † quod acceptione facta per illum, in cuius

favorem promissio sit, remanebit irrevocabilis talis promissio. Nam ad hanc irrevocabilitatem acceptatio necessaria est, licet non ad stipulandum alteri per alterum,
13 & addit *num. 31.* quod ex tali promissione † alteri per alterum facta, in alteri competit ius exsequitivum, si instrumento publico & guarentigio vel privato recognito in iudicio, promissio sit scripta, *secundum Anton. Gomez. 2. tom. var. resol. cap. 11. nu. 18. in fin.* ubi medio illius
14 num. † quod non solum actio utilis, verum directa datur, & competit illi absenti, in cuius favorem facta est promissio, quod & tenent Gregor. Lopez. *in d. l. 7. glos. 1.* & sequitur Azeved. *d. num. 30.* In his igitur Regnis recte procedit opinio Socin. & Beroal contra priorem ex supradictis. Id quod voluit Beroald. *d. qua. 69. nu. 4.* dum dixit, & hoc maxime procederet, si ex forma tractatus loci quilibet etiam extraneus alteri posset stipulari, pactisci & acquirere etiam sine cessione: sed nos habemus legem huiusmodi, nempe *dict. l. 2.* ut per nostrates supra citatos & d. l. hoc expresse probetur ego recte in his Regnis procedit. & observanda erit haec 2. opinio Socin. & Beroi
15 contra priorem, cum attenta *d. l. 2.* † hodie non requiratur cessio, sed directe possit agi per illum alterum, cui per alterum in absentia fuit facta promissio, *ut probat Azev. ibidem, num. 31.*

16 Mulieres † quoque si res pupillares pro tutore administraverint, reddere rationem tenentur, *leg. 1. Cod. de eo, qui pro tut. &c.* & exceptio tutoris illegitimi opponi potest in quacunque parte iudicii *leg. 2. Cod. eodem tit. & ibi Salyc.*

17 Bona protutoris. † prove curatoris ita tacite sunt obligata pro reddenda ratione administrationis, & solutione reliquorum minoribus, sicut veri tutoris & curatoris, ut cum communi probavimus. *cap. precedenti in 2. ampliatione,* & minori agenti adversus protutorem eadem privilegia † conceduntur, quae adversus tutorem,
18 *l. dubium, §. 1. cum gloss. ff. de privileg. cred. Aretin. consil. 29. colum. 1. Bacc. de decim. tut. cap. 20. num. 3.* ubi etiam, quod obligatur, ac si vere tutor esset. *d. l. 1. & ibi novatus, C. de eo, qui pro tut. & Aret. d. cons. 29. col. 1.*

19 Similiter etiam † protutores, prove curatores, inventarium & librum rationum facere tenentur. rationemq; reddere, ut ipsimet veri tutores & curatores, alias in dolo esse praesumuntur. *ut cum aliis probat Masc. d. 3. tom. de probat. concl. 1302. n. 18. Bacc. ubi supr. n. 4.*

20 Si tamen † protutor deposuit bona pupilli apud tertium, scripta publica sibi facta per depositarium de illis sibi vel pupillo reddendis, & depositarius ea restituit protutori deponenti, liberatur depositarius: adeo quod pupillus factus maior non possit contra eum agere, *ut tradit Matth. de Afflict. decis. Neap. 147. per totam,* dicens ita fuisse determinatum in Col. Neap. salvo iure pupillis recuperandi res illas ab illo allecto tutore.

21 Denique † si alicui legatum relinquatur tanquam tutori, non consequetur illud si administret, non tanquam tutor, sed tanquam negotiorum gestor. Ita docuit Alex. *consil. 102. visis & ponderatis, col. fin. vers. praeterea in testamento lib. 1. Dec. cons. 108. n. 3 vers. 2. respondeo.* & licet administraverit tanquam coniunctus, *quos refert & sequitur Bacc. de decim. tut. 5. 7. n. 17. & 6. 20. n. 9.*

SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator suspectus dicitur ex pluribus causis.*
2 *Tutor datus a patre suspiciosus non ignare non removetur.*
3 *Quilibet de populo potest tutorem vel curatorem suspectum accusare.*
4 *Mater, avia, soror & nutrix orphanis tenetur accusare tutorem suspectum.*
5 *Minor 14. annorum suum tutorem vel curatorem suspectum accusare non potest, maior autem ea aetate potest cum consilio suorum consanguineorum.*
6 *Qui potest accusare tutorem vel curatorem minoris suspectum: potest etiam id facere contra curatorem ventri datum, & etiam contra iam natum in testamento datum legitimum vel dativum.*
7 *Accusatio suspecti tutoris vel curatoris coram iudice maioris loci, ubi minor sua bona habet, fieri debet praesente eo, contra quem accusatio producetur.*
8 *Iudex nemine etiam accusante potest removere tutorem vel curatorem suspectum, ut hic.*
9 *Iudex debet respectu minorum tutoris & curatoris officium sustinere & omnino providere, quae noscat minoribus expedire.*
10 *Tutori vel curatori suspecto postulato, quoad cognitio finitur, interdicitur ei administratio, & alius in locum eius administrationis est ordinandus, praeterquam si idoneus sit cotutor, quia tunc datur, illi conscio si suspicio sit debilis & parvi momenti, ut in n. 11. quod si is inventarium non fecerit vel bona dilapidaverit, in totum removeri debet, quando pupillam ante tempus, vel non indigno maritare voluerit, ut in n. 12.*
11 *Tutor consultus, secundum opinionem Angel. indistincte est removendus in totum post litem contestatam: sed non est hoc tenendum, nec etiam ante litem contestatam, ut in n. 15.*
12 *L. 3 tit. 18. part. 6. intellectus, & declaratio.*
13 *Tutor, si antequam accusetur suspectus, fecerit solemnia omissa, non poterit per hoc accusari suspectus, & admittitur ad agendum & ad administrandum, secus si post querelam factam de removendo, ob solemnia non facta ea facere voluerit.*
14 *Tutor vel curator sublatus ab administratione tanquam suspectus ratione doli, remanet infamis, secus ratione negligentiae: latae tamen culpae in hoc dolo non aequiparatur, nisi alias infamia ipso iure incurreret, ut in num. 18.*
15 *Tutor negligens removeri potest & debet a tutela & cura, & omnis alio muneri & removeri potest propter generalem suspicionem, nec oportet tunc exprimere causam suspitionis, ut in nu. 20. in dubio autem tutor remotus ex qua causa erit iudicandus remotus, n. 21.*
16 *Tutor remotus a tutela tanquam suspectus aliter quam per accusationem non efficitur infamis.*
17 *Tutor testamentarius potest etiam suspectus postulari.*
18 *Tutor pupillarem pecuniam in praedatorum emptionem non convertens, ultra a tutore esse pupillo solvendum, ut suspectus removetur.*
19 *Tutor datus in testamento, postea contrahens inimicitias cum testatore, praesumitur ex hoc revocatus, nisi testator diu post ea vixerit & tacuerit.*
20 *Odium patris pupilli cum tutore legitimo non obstat, quia illud morte fuit extinctum.*

CAPUT XVIII.

De suspectis tutoribus & curatoribus.

SVspectus † tutor vel curator dicitur ex pluribus 1
causis, de quibus *in l. 1. & fin. vers. si vero todos, tit. 18. par. 6. ubi Gre. Lop. concordantia citat.* & nonnullas causas suspicionis refert etiam Matth. de Afflict. *decis. Neapolitana 207. per totam.* Si quis autem sit suspectus propter crimen alibi commissum, quam in tutela, non debet propter hoc a tutela removeri, *gl. in l. 3. quaripotest, ff. de suspect. tut. quam citat & sequitur Patian. 2. par. de probat. c. 21. n. 113. cum seq. fol. 76. col. 1.*

Quod si tutor † datus a patre sit suspectus, & pater ipse 2.
non ignoravit, non removetur, *ut in l. in confirmando, iuncta l. utilitatem, ff. de confirm. tut.* quam ad hoc dicit notabilem Franciscus Aretin. *in l. 45. cui lege, colum. 2. ff. de testamen.* ubi addit, id obtinere, etiamsi is tutor sit, manifeste prodigus, *per l. ultimo tutoris, §. ultim. ff. de administrat. tut.* Tanta enim est praesumtio, quam habet lex pro consilio patris erga filios *text. in amicissimus, in princ. ff. de excusat. tut.* Idemque si pater ipse sit adultus nondum maior 25. ann. *l. 3. §. quam ob. ff. de administrat. tut.* quam ad hoc dicit singularem Roman. *singul. 170. incip. adultus potest, & tradit Tiraquell. in l. si unquam, in praefatione, num. 25. C. de revocan. donat.* Et haec omnia tradit, refert & sequitur Caldas Pereyr. *in 2. parte, tract. de instrege. restit. pagin. 1112. num. 61.* Et quod praedictum est *d. l. in confirmando, in fine cum lege sequenti,* testatur ab omnibus receptum. Et quod ita communiter intelligunt omnes, plures allegans idem Cald. *ubi supr. pagin. 1131. sub. n. 116. col. 2. in verse. quodam praxi,* limitans, quando nova causa suspicionis emerserit post mortem testatoris. tunc enim tutorem a patre datum index confirmare non debet.

Quilibet † autem de pupillis potest accusare tutorem 3
vel curatorem suspectum *leg. 1. §. consequenti, ff. de suspect. tut. & in §. consequens, Instit. eod. tit. 1. part. 1. C. eodem tit. 2. in princip. tit. 18. part. 6. Decian. consil. 85. sub num. 9. volum. 2.*

Mater † tamen avia vel soror orphanis ad hoc tenentur, 4
& etiam eius nutrix, *d. l. 1. §. consequenti, & d. l. 2.* Imo & mulieres hae solum admittuntur, quae pietatis necessitudine ductae ad id faciendum moventur, *ut ibidem probatur, & in d. §. consequens.*

Minor † vero 14. ann. suum tutorem vel curatorem 5
suspectum, accusare non potest: maior autem ea aetate potest cum consilio suorum consanguineorum, *l. impubem, in princ. ff. de suspect. tut. & §. impubem, Instit. eod. tit. & d. l. Regia 2. ubi pere el moço,*

Quilibet † etiam supradictorum, qui accusare possunt suspectum tutorem vel curatorem minorum, id quoque facere potest contra curatorem ventri datum, & etiam contra iam natum, in testamento datum legitimum vel dativum, ut caveatur *in d. l. Regia in versi. e cada uno,* ubi Greg. concordantia allegat. 6

Accusatio † autem suspecti tutoris vel curatoris co- 7
ram iudice maioris loci, ubi minor sua bona habet, fieri debet, praesente eo, contra quem suspecti accusatio producitur, *text. in §. 1. Instit. de suspect. tut. d. l. Regia 2. ad fin.* & haec quaestio, saltem cum opponitur culpa, & non dolus coram iudice civilium causarum videtur proponenda, ut de facto vidit proponi Bald. ut ipse testatur *in l. 1. C. si. tut. non gess.* ubi refert opiniones Doctorum in hoc similiter Greg. Lop. *in d. l. 2. in gloss. delinquador maior,* inquit, se vidisse coram auditoribus Regalis Cancellariae super hoc litem agitari, ubi etiam agit, an causa haec suspecti tutoris delegari possit.

Quinimo, † & iudex potest removere tutorem vel 8
curatorem suspectum, nemine etiam acclamante, quocunque modo viderit aut intellexerit eum male administrare rem orphani *l. 3. §. praeterea, ff. de suspect. tut. l. 3. in princip. tit. 18. part. 6.* & inquirere potest ex officio an sit suspectus, *ut per Speculator. titul. de officio omn. iudic. §. 2. vers. sl. item reperitur in fin. quem refert & sequitur Bacc. de decim. tut. cap. 2. num. 144.* ubi quod dissipans removetur, *ut per Afflict. decis. 207. num. 5. Gozad. in consil. 83 numero secunde,* debet enim iudex respectu pupillorum & minorum tutoris & curatoris † officium sustinere, & omnino providere, quae noscat minoribus expedire, *ut per Bartol. Paul. & Modern. in l. bonorum, C. qui admitt. quos ad hoc refert & sequitur Decian. consil. 85. n. 9. volum. 2.* 9

Illud † tamen in praxi summopere notandum atque 10
observandum erit, cum si quis suspectus postuletur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, & alius in locum eius administrationis est ordinandus, *text. in §. quia autem Instituta. de suspect. tut. & in l. cum quem, C. eodem titul. & in leg. quod si forte, §. 1. & ibi Bart. ff. de solut. Franciscus Marc. decisio. 634. per totam, praecipue numero 1. & 2. pagin. mihi 242. d. tit. 18. part. 6.* ubi dicitur, *o tro si, dezemos, que luego que el guardador res acusado por sospechoso, o el pleyto de la acusacion commence ado por demanda, o por respuesta: deve el juez, dar a otro home bueno en fiel dad la guarda del moço, o de sus bienes hasta que el pleyto sea acabado, diximus cons. 52. nu. 1.* Et hoc quando tutor non est coniunctus pupilli.

Si autem † coniunctus est, dandus erit ei confocius, 11
si suspicio sit debilis & parvi momenti, & ideo pendente lite super suspicione huiusmodi, non debet ei administratio interdici, *Bartol. in l. tutor ab alio, nu. 3. ff. de suspect. tut. & tit. quod vero pro curatore, § sunt quidam, & ibi etiam Paul. de Castr. ff. de solut. ad. n. Bart. in d. l. quod si forte, §. 1. num. 5. ff. de solut.* Ex hoc est verior opinio, *ut resolvimus, d. consil. 52. num. 3.* & ab ea non est recedendum, quia est communis, *secund. Cavalcan. in tractatu de iur. & cur. num. 19.* & eam quoque tenent Speculat. *in tit. de adler. in versi. item quod est tutor, sub n. 13. & Afflict. in tractatu de iure probandi, in rubrica, n. 12.* quos citat Cavalcan. *ubi supra,* addens hoc praecipue procedere, ut dixit, quando tutor esset suspectus ex debili causa, *ut ex tam considerat Paul. de Castr. consil. 351. post quam iste tut. vol. 2. in antiqui.*

Secus † si non fecerit inventarium, vel bona dilapi- 12
daverit, aut pupillam ante tempus vel non condigno maritare voluerit, quia tunc in totum est removendus tutor, etiam quod esset mater aut avia, *ut per Matth. de Afflict. decisio. 207. in fin. & Boer. decis. 33. num. 100. & sequenti, & alios quos refert & sequitur Cavalcan. d. n. 19.* Et ita est tenendum.

Tametsi † Angel. Aret. *in d. l. quod si forte, §. 1. & in §.* 13
suspectus autem, n. 2. & in §. si quis autem, num. 1. Instit. de suspect. tut. indistincte teneat, quod tutor coniunctus in totum sit removendus post litem contestatam, & administratio interdicenda, licet ante litem contestatam possit & debeat administrare. Et secundum hanc opinionem fuisset iudicatum per consilium Neapolitan. nisi mater tutrix ante litem contestatam transisset ad secundas vota, & quia desinit esse tutrix & ipsamet reliquit tutelam. *refert Matth. de Afflict. decis. Neap. 307. n. 6.* Sed haec opinio Ang. & sequacium non est tenenda, sed prior, quam praedximus, quae est verior & communis.

Neque † pro Angel. obstat *d. l. cum qui, vers. alius ti-* 14
men, & d. l. 3. tit. 18. par. 6. in verbis supra relatis, quia procedunt in illis tutoribus & curatoribus suspectis, qui removeri in totum possunt, secus in illis, qui propter sanguinis coniunctionem removeri in totum non possunt *ut in d. l. si tutor ab alio, per quem in terres Bar. in d. l. quod si forte, §. 1. num. 5.*

Nec † probo opinionem Salyc. *in d. l. cum quem,* exi- 15
stimantis, quod etiam huiusmodi tutori vel curatori sit interdicta administratio, eo ipso, quod possit ur suspectus, usque in id tempus, quo sibi curator adungitur: & forte non male *secundum Greg. Lopez in dict. l. 3. in gloss. si acusada:* sed contrarium censeo verius, & esse, & tenendum cum Bartol. *ubi supra,* quem sequi videtur Stephan. Aufrer. *in Addit. ad dec sive, Capell. Tholosan. 370. ibi & in eo,* quod Bartolus *in quo ad fin.* addit: Non enim invenio, quod ipso iure ei sit interdicta administratio, interim quod is suspectus vertetur ad tantum quod iudex, coram quo causa agitur, debeat cum sibi interdicere, *ut est text. expressus in dict. l. cum quem & d. l. 3. tit. 18. par. 6.* ut etiam resolvimus, *dict. consilio 52. num. 4.* & lic ante litem contestatam potest is sibi solvi. & tenebit. quod administravertit, *secundum Angel. in d. leg. quod si forte, §. sunt quidam. ff. de solut.* dicentem ita Perusii iudicatum per dictum singulare Azo. *in summ. ad §. C. de suspect. tut. sequitur Matth. de Afflict. dict. num. 6. & Gregor. Lopez in d.*

ti d.l. ploſſius, titu. 18. part. 6. & nos d. conſil. 52. num. 5. & vulgarit Bartol. in l. inter, qui repertorium, num. 7. ff. de adminiſtr. tut.

16 Quod ſi tutor † antequam acculetur ſuſpectus, fecerit ſolemnia non facta, non poterit per hoc accuſari poſtea ſuſpectus, & admittetur ad agendum & adminiſtrandum, *ut tenet Bart. in l. tut. qui repertorium in princip. n. 7. ff. de adminiſtr. tut. quem refert & ſequitur Capyc. conſ. deciſ. 30. in cauſſa Jacobi. num. 3. Decius conſilio 274. ſub num. 2. Carol. Ruin. conſil. 108. numero decimo quinto. in verſ. cui. nec ad hoc, volum. 1. & conſilio 29. nu. 10. & conſilio 89. numero nono, libro quinto.* Et hoc ſequitur Cavalcan. *decut. & curat. num. 20.* attento, quod non repetitur in iure cautum, intra quod tempus debeant iſta ſolemnia fieri, & ideo merito, quod ante exceptionem & oppoſitionem factam ab acculatore audiendus ſit tutor prædict. adimplere volens, ſeem ſi poſt querelam factam de removendo eum à tutela ob ſolemnia non facta voluerit adimplere & facere, quia tunc non erit audiendus, ſed ut ſuſpectus removendus propter ius quæſitum pupillo & querelanti, *ut probat late Cavalc. ubi ſupra, n. 20. cum ſequent.*

17 Vlterius † in hac materia obſervandum erit, quod tutor vel curator, ſublatus ab adminiſtratione tanquam ſuſpectus, ratione doli remanet infamis in perpetuum, & ſolvere debet damnum minori ob id datum iudicis arbitrio ſi vero fuerit remotus non ratione doli, ſed negligentiæ, nempe *per ſe hombre pero ſin dolo de mal recado*, non remanet infamis, & ideo ſtatim debet dari, *algun hombre bueno que guarde al menoſcabo bienes, en lugar del otro.* Ita decidit *l. 4. Ordinl. 18. part. 6.* concordans cum §. *ſuſpectus, inſtit. de ſuſpect. tut. & l. 3. §. ſi cum ſeq. ff. eod. tit. expreſſa l. fin. qua utrumque probat, C. eod. tut. & ibi omnes Doctores Barg. de decim. tut. q. 2. n. 142.*

28 Lata tamen † culpain hoc non æquiparatur dolo: Ideoque; tutor vel curator remotus ob latam culpam, non efficitur infamis, ut probatur *in d. §. ſuſpectus autem remotus, ubi ſi ob culpam non agat*, per quem text. ita tenet gl. *in princip. in l. fin. C. de ſuſpect. tutor. & ibi Doctores gl. etiam in l. in alluvionibus. ff. de in lit. jur. verb. non etiam, ubi non quantum ad infamiam irrogandam*, quam dicit veram ſal. *ibi num. 24. & ſequitur Barc. ubi ſupr. num. 142.* Quando † ob alias infamia ipſo iure incurreretur, ſecus eſſet, quia tunc lata culpa dolo æquiparatur, ſecundum communem limitationem, de qua per Ial. *ubi ſupr.* ſed cum in tutore ſuſpecto ipſo iure infamia non incurratur, in eo obſervanda eſt prior ſententia, quod tutor vel curator remotus ob latam culpam, infamis non efficiatur.

19 Quod autem † tutor negligens removeri poſſit à tutela & cura, & ab omni alio munere, & quod hoc deberat fieri, probat alios allegans Barc. *ubi ſupra. num. 139.* ubi *num. 134.* quod removeri poteſt tutor etiam ob leviſſimam culpam, *ut per Bar. in l. ſi. ff. de ſuſpect. tut. Matth. de Afflict. deciſſo. Neapolitan. 207. num. 3. text. in l. 3. §. ſi. ff. de ſuſpect. tut. Bart. in l. hæc enim, nu. 3. & in l. ſi tutor, ff. eodem titul. Cornetus conſil. 175. licet in præſens, lite. Ba. vol. 3. Maluaſia, conſ. 113. n. 3.*

20 Ex removeri † poteſt propter generalem ſuſpicionem *ſecund. Abbat. in cap. accepimus, num. 1. de purgat. canonica*, nec oportet inſerere cauſſam remotionis, *ut per Abb. in cap. examinata, nu. 9. de cauſa.* ubi quod licet iudex debeat exprimere cauſſam, cum removet tutorem ut appareat, an remaneat infamis vel non, tamen ſi non exprimit, tenet ſententia.

21 In dubio † autem tutor remotus ſimpliciter, dicetur remotus ex cauſſis in libello, & iuxta eas erit iudicandus an ob dolum, & ſic remaneat *infamis, gl. intl. l. ſi. verb. ab negligentiam, nd ſi. C. de ſuſpect. tut. & in d. §. ſuſpectus, ver. famoſus eſt, quam ultra Doctores, ibi ſequitur Greg. Lopez. in d. l. 4. in gloſſ. mal recado.* In dubio autem præſumitur remotus ex faciliori cauſſa, *ſecund. Abb. in d. cap. examinata, n. 9.* Quod verificari poteſt, quando plures cauſſæ exprimuntur in libello, nempe dolus & culpa.

Tutor † autem remotus à tutela tanquam ſuſpectus, aliter quam per acculationem non eſſetur infamis, *iuxta gloſſ. in l. 3. §. præterea, verb. debeat, ff. de ſuſpect. tut. gloſſ. etiam in fin. C. eodem tit.* ubi Cyn. *num. 3. verſic. quinto quæritur*, ſubiungit, quod ſe audiente Dyn. hanc quoque opinionem tenebat, *prout refert & ſequitur Pactan. de probat. 2. tomo, capit. 22. num. 16 folio 79. columna ſecunda.* 22

Tutor † etiam teſtamentarius poteſt ſuſpectus poſtulari, *ut in l. 1. §. oſtendimus, & ibi gloſſ. in verb. omnes tutores, ff. de ſuſpect. tut. & in l. 5. §. non tantum, ff. eodem titul. Maluaſia conſil. 113. n. 2.* Quod non ſolum procedit, quando fraudulenter proceſſit & ſe geſſerit, *ut credit Olde adm conſil. 196.* ſed etiam ex culpa & negligentia venit removendus, ſicut alii tutores, *ut inl. 1. §. oſtendimus*, ubi uniformiter & indiſtincte omnes tutores, ſive teſtamentarii, ſive alii quicunque, uti ſuſpecti removeri poſſunt. Ergo ſicut ceteri ſola negligentia & culpa removentur, ita & ipſi tutores teſtamentarii, quia una determinatio reſpiciens plura determinabilis uniformiter debet determinari, *ut in lege iam hoc iure, cum ſimilibus ff. de uſuf. & pup.* ad idem eſt text. *in §. oſtendimus, juncta de deſuſſ. tut. & probat in terminis l. quidam decedens, in princ. uncis ibi notatis per gloſſ. Bartol. & alios, ff. de adminiſtrat. tutor.* & probat late alios allegans Maluaſ. *diſt. conſil. 113. num. 32.* 23

Qui † *num. 39.* probat etiam, quod tutor pupillarem pecuniam in prædiorum emptionem non convertens, non ſolum ad pupilli intereſſe eſt condemnandus, ſed etiam venit privandus, & ut ſuſpectus removendus, *ut inl. 3. §. tutores ff. de ſuſpect. tut. & gloſſ. in verb. curabunt, in l. tutores vel curatores, C. de adminiſt. tut.* quia uti negligens removeri debet. *I. tut. qui poſt. §. ſi. ff. de adminiſt. tut. leg. tribus. C. de teſtament. tutor. lege ſecunda. C. ſi tutor non geſſ. Socin. & alii, quos ibi refert & ſequitur Maluaſia.* 24

Vltimo † pro complemento huius cap. obſervandum erit, quod etſi tutor datus in teſtamento, poſtea contrahens inimicitias cum teſtatore, præſumatur ex hoc revocatus, *iuxt. gl. valde notabiliter in leg. Athleta, §. das remiſſionem, in verbo, niſi priusquam, ff. de excuſat. tut.* tamen ſi diu poſt eas inimicitias teſtator tacuit, & potuit revocare teſtamentum & non revocavit, videtur inimicitias ipſas non curaſſe, & in ea voluntate ſemper perſtitiſſe, & ideo ea omnino eſt ſequenda eſt, *ut inquit Decianus conſilio decimo quinto, num. 13. & conſilio 46. num. 39. & 77. volum. 2.* 25

Quinimo † inquit Corneus *conſilio 17. num. 20. cum ſequentibus, litera A & B. lib. 2.* quod odium patris pupilli cum tutore, non obſtaret, quamuis ſtud mortis fuit extinctum, quemadm. adhoc refert & ſequitur Io. Vincentius Hondedeus, *conſilio 18. in fine, n. 41.* Sed hoc intelligo in tutore legitimo, in teſtamentario autem obſervanda eſt modo dicta doctrina. 26

SUMMARIA.

1 *Tutores etiam poſt pubertatem aſſiſtere debent & tenentur de defenſioni cauſſarum pupillarium, ſi nondum rationem reddiderunt, nec rem ad curatorem transſtulerunt, intellige de cauſſis captis, ut in n. 2. & 4.*

2 *Tutor, qui rationem reddidit, & inſtrumenta ad ſua reſtituit, non cogitur litem captam perficere.*

3 *Tutor vel curator finita tutela vel cura, novas cauſſas non poteſt agere, aliàs repelli poteſt.*

4 *Tutor vel curator lites & negotia inchoata durante officio, ea finito perſequi tenetur, aliàs facit litem ſuam.*

5 *Tutor vel curator finito officio non convenitur paſſive.*

6 *Officium procuratoris conſtituti per pupillum non ceſſat finita tutela. Idem in ſyndico ſponte ſuſcipiente officium, ſecus in officio curatoris conſtituti per tutorem ante litem conteſtatam ex decreto iudicis.*

7 *Procurator conſtitutus ad tempus, poteſt finito tempore cauſſas & negotia inchoata finire.*

8 *Exceptio falſi tutoris & curatoris, poteſt opponi in quacunque parte lucis.*

9 *Pars ſcienter omittens opponere exceptionem falſi tutoris vel curatoris, videtur eſſe in culpa, & ideo non habet actionem ad expenſas & intereſſe.*

10 *Mater, vel alia coniunctis perſona agens prin curatorio nomine, non poteſt poſtea venire ut coniuncta perſona.*

11 *Tutor litem captam in prima inſtantia vel in gradu appellationis durante tutela, ea finita proſequi tenetur, niſi de curatore adulto prouideri fecerit.*

12 *Tutor, qui poſt pubertatem pupilli in adminiſtratione perſeveravit, tutela ab hinc totum tempus rationem præſtare cogitur, aliàs ſecus.*

13 *Tutor, licet tutela finita perſeveret dominum coeptum durante pupillari ætate, non tamen tenetur ad alia.*

14 *Connexa tantum veniunt in tutelæ iudicio, alea vero, in qua perſeveraverit tutor, poſt finitam tutelam in actione negotiorum geſtorum.*

15 *Tutor & curator perſeverare tenentur in connexis ante translationem adminiſtrationis in alium, non vero poſt.*

16 *Tutor ad hoc ut non teneatur poſt finitam tutelam, petat minori curatorem dari, aliàs ſi qui interim adminiſtraverit, tenetur.*

17 *Rector Eccleſiæ, fundicus & procurator fabricæ Eccleſiæ, finito officio tenetur petere alium eligi loco ſubrogari.*

18 *Fideiuſſor tutoris non tenetur ad ea, quæ tutor nulla neceſſitate cogente, ſed ex voluntate ſua poſt pupillarem ætatem geſſerit, ſecus in neceſſariis, hoc eſt probis, quæ tutor gerere tenebatur.*

19 *Tutor tutela finita non ſolum tenetur minori petere curatorem, ſed etiam debet ei adminiſtrationem transferre, & rationes reddere, ut in n. 20.*

21 *Omnis probandi tutelam velit, ut ad eſſe finitam, ut reddatur eius ratio, vel ut ab eius onere quis liberetur, incumbit hoc dicenti pupillo negante.*

22 *Fundanti ſcu agente alicuius hominis, ſive agendo, ſive excipiendo incumbit onus probandi.*

23 *Minor etiæ tenetur probare per decretum iudicis, quo ei prouidit de curatore, & dicta curatoris præſtita in quorum præiudicium agreretur, nu. 24. & num. 25. refertur quædam bimembris diſtinctio in hoc de præſumtione minoris ætatis per dationem curatoris, & tribus num. ſeq. tres caſus diſtinguuntur, & deciduntur.*

29 *Probatio minoris ætatis, quæ ſit ex inſtrumento curæ vel tutelæ decreto ad quid valeat?*

30 *Argumentum à præteritis in præſens non valet in his, quæ curſu temporis mutantur.*

CAPUT XIX.

De obligatione tutoris finita tutela, ante redditionem rationis.

1 TVtores † etiam poſt pubertatem aſſiſtere debent & tenentur defenſioni cauſſarum pupillarium, ſi necdum rationem reddiderint, nec rem ad curatores transſtulerint, *text. in l. unic. C. ut cauſſa poſt pubert. adſit tut.* cuius verba ſunt hæc. *Tutores, qui necdum adminiſtrationem ad curator. transtulerunt, defenſioni cauſſarum pupillarium aſſidere oportere, ſæpe reſcriptum eſt, & ideo (ſicut præponi inſtrumenta, quibus adſeri poſſunt cauſſæ provocationis, etiam nunc ſi, quorum meminiſſe quid ſit detrimenti adiuvat præſe protinus apericulis ſitis eos admonere præcipit, & ibi notant Albert. & Dd. Barc. de decim. tut. c. 2. n. 135. Anton. Pia gens de tutor. & curat. quæſt. 19. n. 10. verſic. 3. (avalle in eodem tractatu, n. 530.* Si tamen tutor rationem reddiderit, & inſtrumenta ac iura reſtituit, non cogitur litem cœptam † perficere, *ut dicitur in leg. 1* *ita autem. §. fi. ff. de adminiſt. tut.* & ſolum cogitur petente adverſario, non etiam petente adulto, *ut in l. creditor. §. fi. ff. de appell.* Ita ex dictis iuribus declarat & docet Petr. Surd. *conſil. 57. n. 17. lib. 1.*

Superiora autem intelligenda ſunt de cauſſis cœptis, antequam finiretur tutela pubertate: finita namque tutela vel cura, non poteſt tutor vel curator novas cauſſas agere, aliàs poterit excipi, ut repellatur. Extat ſuit deciſum in conſilio Delphin. *ut conſtat ex Franciſco March. deciſ. 59. adfin. in 2. parte.* ſtatim citando: ſed lites, & negotia in coæ durante officio ſolum proſequi poteſt & tenetur, † aliàs facit litem ſuam, *ut in d. unic. & ibi gloſ. verbo cauſſarum. Spec. in tit. de actor. verſ. item tut. Cav. ubi ſup. & Mozch. conſil. 143. n. 31. lib. 2. & ſequitur Franc. March. d. deciſ. 59. num. 3.* ubi quod ita etiam finito officio tutelæ non convenitur paſſive, *ſecund. Sotel. ubi ſupr. idem Franciſcus March. deciſ. 515. quæritur, an finita tutela, in 2. parte, n. 1.*

Vbi dicis † idem eſſe in officio procuratoris, ſcilicet, quod non ceſſet, quando fuit conſtitutus per pupillum, *ex ta legem ut que, C. de procurat. ſecundum Bartol. Bal. & Paul. de Caſtr. in leg. ſi quis. §. ſi pupillo. ff. de inoffic.* † ſecus quando tutor conſtituitur ad orem ante litem conteſtatam ex decreto iudicis, quia tunc finita tutela exſpiraret poteſtas *Rectoris ſecundum ſpinel. de Cun. & Paul. de Caſtro in d. §. ſi impubes. idem March. deciſ. 35. num. 1. in 1. part. deciſ.*

Petr. Surd. † *d. conſ. 57. n. 4.* ubi idem intelligit in ſyndico, quando ſponte, & non coactus ſuſcepiſſet officium ex Spec. *in tit. de ſynd. n. 2.* & in procuratore, qui conſtituitur ad tempus, ut fieri poteſt. Poterit namque finito tempore cauſſas & negotia ceo ita finire, *ex d. l. unic. & d. ita autem. §. poſt completam*, & excepto † falſi tutoris vel procuratoris poteſt opponi in quacunq; parte lucis, quia reddit iudicium cetro nullum, *l. ſitet, C. de procur. ea in noſtra eod. tit. inducet.* Sed quando † pars ſcienter omittit opponere talem exceptionem, videtur eſſe in culpa, & ideo non habet actionem ad expenſas vel intereſſe. *ſecundum Bart. & Bald. in dicta lege licet facit, c. exceptionem, de except. & tenet Franc. Marc dicta deciſione 59. in 2. par. ubi, n. 8.* etiam addit, quod licet quando † mater eſſet tutrix, vel alia coniuncta perſona, poſt finitum officium tutelæ debeat admitti, tanquam coniuncta perſona, *diſta lex, in princip. ff. de procur. & ibi Dd. gl. & Bar in l. tutores. ff. de adminiſtr. tutor.* Hoc tamen verum eſt & procedit, quando aprincipio huiusmodi contractæ perſonæ egiſſet ſimpliciter, non exprimendo tutorio nomine, quia hoc potuiſſent facere per iura ſupra allegata, offerendo tamen cautionem de rato, *ut in l. Pomponius. §. ſin. ff. de procurator.* ſecus autem, quando incepernnt agere tutorio nomine, quia iſto caſu non poſſunt venire, ut coniuncta perſona, quia provitio hominis facit ceſſare provitionem *l. ut in l. fi. C. de pall. convent. l. martem, C. de probat. ſecund. Bald. & Salyc. in leg. 1. C. de procurator. & alios, quos ibi refert March.*

Et † ex regula *d. l. unic. C. ut cauſſa poſt pubert.* deducitur, quod licet tutor deſinat eſſe tutor pupilli, pubertate adveniente, tamen ſi lis in prima inſtantia vel inſtantia appellationis pendebat, teneatur eam proſequi, ſi cœpta fuit tutela durante, niſi de curatore adulto providerit fecerit. *Ita autem, §. ſi tutor ff. de adminiſt. tut. & ibi Dd. & in d. l. unica, & in l. admone. & ibi Dd. C. qu. pet. tut. Barc. cum aliis de decim. tut. q. 2. n. 131.*

12 Similiter, † si tutor post pubertatem in administratione perseveraverit, tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur; si autem post finitam administrationem in eisdem rebus minime se immiscuerit, tempore, quod in sequitur periculum ad eum non pertinet, *l. tut. post pubertatem 11. C. arbitr. tut. & ibi Dd.* ubi glo.

13 *tum principio*, inquit, † quod licet domum inceptam tempore pupillaris ætatis post eandem ætatem perfectam perfecerit, non tamen tenetur ad alia.

14 Vnde † connexa tantum veniunt in tutelæ iudicio, alia, in quæ etiam perseveraverit post pupillarem ætatem, in actione negotiorum gestorum, *ut in l. si tutor post*, *ff. de tut. & ratione distrahita gl. 2 ibid.*

15 In † connexis autem tutor & curator perseverare tenetur ante translationem administrationis in alium, non vero post, *ut in dicta lege tutor post pubertatem*, *& ibi gl. 2. in vers. & dic, quod perseverare, text. etiam in d. l. unic. C. ut cautio post pubert. & ibi etiam gloss. verb. cauſſarius in vers. secus videtur in curatore*, *ubi sed magis dec. idem: & ubique Doct.* quorum gl. opinio duos prædict. in tutore extendunt ad curatorem, probatur expresse *in dict. l. tutor autem, §. fin. ff. de administ. tut.* ubi dicitur post completum 25. ann. ætatis, si nondum rationes redditæ sunt, nec ad easdem pertinentia instrumenta fidei, ac vetere diu ac curatorum convenit, ut consilio suo coptam litem perficiant: Si igitur cessent in his, quæ constituta sunt, faciendis; magis puto sufficere negotiorum gestorum iudicium, & sic iam actum fit, si tamen huius rei ratio reddita non est, & ibi notat Bar. & Doctores Et quod tutor finita tutela teneatur prosequi connexa, tenet etiam alios allegans Menochius *consilio 145. numer. 31. libro 2.*

16 Caveat † igitur tutor ad hoc, ut non teneatur post finitam tutelam, quod petat minori curatorem dari. Nam si quid interim petierit, tenetur text. expressus, *in dict. leg. si autem, 5. fitutor. ff. de administr. tut.* ubi inquit text. hoc esse quasi connexum, scilicet, tutelæ officio quamvis post pubertatem admittatur, *& ibi notant Bartol. & Doctores tex. etiam in le admonend. 7. C. qui petant. tutor. & in dicta leg. unic. C. ut cauſſa post pubert.* ex quibus iuribus hanc cautelam assignat Ioannes Faber *in dict. Unic.* & multum commendat Gasper Cav. *ad constitut. Marchiæ capit. 9. num. secunda, libro quinto, Angelan §. fin. Inſtitut. quibus mod. aut finiatur, Alber. in rub. num. 5. ff. de admenistr. aut. Bart. in consuetud. Bituric. tit. de iure personæ §. 8. columna secunda, Cassa. in consuet. Burgund. rubric. 6. §. 4. num. 2. verbo, encage, folio 216. Gregor. Lopez. in l. 12. in glossa. deve durar, tit. 16. part. 6. Barc. de decim. tut. cap. 2. num. 134. Anton. Diaz. de int. & curat. quæſt. 19. num. 11.*

17 Sic † etiam rector Ecclesiæ, & syndicus, vel procurator fabricæ vel ecclesiæ, finito officio tenetur petere alium eius officio subrogari. *ut docet Bartol. in l. fin. §. fin. & in l. negotiorum. §. fin. ff. de appell. & cum eo, & alios Barc. de decim. tut. cap. 2. num. 136. cum sequenti, & Cassan. ubi supr. num. 5. fol. 216.*

18 Illud tamen † in proposito notatu dignum est, quod ad ea, quæ tutor nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua post pubertatem gesserit, non tenetur eius fideiussor, *expressa lex Lucius, §. Paulus, & ibi Bartolus ff. de administratione tutorum, Gregor. Lopez. in dicta leg. 12. in glossa de ve durar, ubi & ad ea, quæ sponte tit. 16. par. 6.* Ergo à contrario sensu pro his, quæ ex necessitate tutor post pubertatem gerere tenebatur tenebitur quoque eius fideiussor, si quidem fideiussit pro officio tutoris, & rem pupilli salvam fore.

19 Nec † tantum tutor post pubertatem tenetur curatorem petere puberi, sed etiam debet transferre administrationem ad curatorem minoris, *ut constat ex dicta lege unica. Cod. ut cauſſa post pubert. in princip. ibi qui nec dum administrationem ad curatores transtulerunt, à contrario sensu, simili glossa ibi, verbo transtulerunt sponte*: secus si transtulerunt, *ut in tutor. si negotio 27. ff. de appell. & in leg. 2. ad fin. versicul. tutor quoque, ff. si pend. appellat. mor. inter ven.*

Quinimio † non sufficit, quod tutor trastulerit administrationem minoris in curatorem, ad hoc, ut non teneatur litem ceptam sive appellationem interpositam prosequi, sed requiritur, quod rationes rationes reddiderit: Alias enim tenebitur eam prosequi, postipsas tamen redditas, nec tutor nec curator appellationis merita probare, nec cauſſas eius reddere tenetur, *ut expresse decidit d. lex, tutor. si in negotio, & in dicta lege prima, versiculo, tutor quoque*, ubi etiam, quod heres tutoris, qui in negotio pupilli appellatione interposita decessit, eius cauſſas reddere tenetur, etiamsi rationes tutelæ heres reddiderit. 20

Dicenti † autem tutelam vel curam semel datam, esse finitam, vel ut reddat eius rationem, vel ut ab eius onere liberetur, incumbit onus probandi, cum minor id neget ob præsumtionem, quam habet in favorem ex decreto iudicis, *ita glossa, in lege cum te, C. de probat. & Bellamera in capite in præsentia, versiculo, aut petis ab eo, colum. 3 de probat. quos refert & sequitur Paciamus de probat. 2. tome c. 24. n. 55.* 21

Cui † sententiæ suffragantur duæ communes regulæ. Prima est, quæ habet, quod ei, qui se fundat in ætate alicuius hominis, incumbit onus probandi, *ut in lege de ætate, ff. de minor. & in dicta lege cum te, C. de probat. & in l. si minorem, C. de in integ. restitutione mino. & ubique fere tot. idem Bart. consil. 92. in quæst. vertente. num. 1. versic. tamen veritas est, & in leg. de ætate, num. 12. quæstio 3. sub. vers. sumus expediti, ff. de minor. & ibi Alber. in princip. num. 2. versic. quæro cui incumbat, Abb. in c. in præsentia, nu. 32. versic. sed quæro quomodo, & ibi Anchar. nu. 14. vers. quo ergo fundat, & Ferret. num. 8 in vers. ex quoſit communis conclus. & ibi Felin. num. 21.* ubi dicit hanc esse communem sententiam, *& sequitur ibidem Decius, nu. 166. in gloss. verbo, secunda, idem Decius consil. 612. in cauſſa domine, nu. 16. versic. præterea pars, & Alciat. præsumt. 14. nu. 2. regul. 3. Capital. consil. 256. videbatur prima fronte. nu. 64 sub versic. ultimum pariter declaratur, vol. 1. Rumuald. Iunior consilio 50. annis elapsis, num. 38. versic. quia ubi ætas, volum. 1. Petrus Ducenas in regula 278. ætas, & Cavalcan. de tut. & cur. n. 295. vers. nec ex eo.* Et hæc est communis regula in iure nostro, *secund. Paciamum dicta capit. 24. num. 4.* qui supradictos & alios plures ad idem citat, *ubi num. seqq.* eam optime declarat per conclusiones, ampliationes & illationes, *post Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 666. per totam*, ubi loquitur, sive quis se fundet in ætate in agendo, sive in excipiendo. Et in his Regnis Hispaniæ habemus leges Regias hanc communem sententiam approbantes, nempe, leg. 6. ad finem, ibi, *La primera que era de menor edad ala sazon que hizo el pleyto, o la postura*, tit 19. partita 6, & l. 4. ad fin. tit 14. & l. fin. tit 25. part 3.

Secunda † regula est, quod minor ætas censetur probata, vel saltem præsumitur per decretum iudicis, quo minori fuit provisum de curatore ad litem, *vis Angel. in d. l. cum te, in fin. Cod. de probat, & Bald. consil. 86. num. 3. & 5. vol. 3. & d. l. cum te, n. 6. vers. interdum ætas allegatur, & ibi Salyc. sub. n. 6. vers. aut. & 3. ætas, Alcia. in d. præsumtione 14. num. 8. vers. fallit 4. in 2. reg. Menoch. lib. 2. de præsumt. 50. n. 40. ver. 2. est præsumtio. Carol. Rain. consil. 69. præsupponitur. n. 6. vers. post quam ergo, vol. 3. Cavalcan. de tut & cur. n. 294. vers. probatur autem, & late Masc. de probat. vol. 2. conclus. 674. & Anton. Gabr. conclus. 5. n. 4. vers. 3. inferitur de sententi. & plures alios allegant Paciam. de proba. diff. 2. tom. cap. 24. n. 32. idem Masc. d. conclus. 666. num. 10. & 21. cum seqq.*

24 Et † datio curatoris prædicti non solum operatur in præjudicium illius, cuius causa datus fuit curator, vel qui litigavit cum aliquo tanquam curatore minoris, quo casu videtur cum fateri minorem, verum etiam operatur in præjudicium tertii, quando cura vel tutela data fuit cum cauſſæ cognitione in contradictorio judicio: tunc namque præjudicat quoad omnes, *ut plures allegans resolvit Paciam. ubi supra, num. 54.*

25 Ubi † etiam refert aliorum distinctionem dicentium, quoad aut minori datus est curator respectu certæ cauſſæ, & certæ personæ, & tunc iste non præsumitur minor quoad alios, aut datus fuit simpliciter, & absolute, & tunc præsumitur minor quoad omnes, & quoscunque alios, qui deinde cum minore contrahere voluerint, *ut notat Ruin. d. consil. 99. num. 6. volum. 4. & Menoch. d. præsumt. 50. sub num. 41. versic. crediderim, lib. 2.* Et hoc ultimum caput secundum Pacian. ibidem poterit sustineri, quando cura vel tutela fuit in contradictorio judicio decreta cum plena cauſſæ cognitione *secundum Alciat.* Et quod ubi plena cauſſæ cognitio non intervenit, talis datio non præjudicaret non citatis, *ut plene determinat Bald. in consil. 2. vol. 4.* Et addit Pacian. *num. 55.* quod ad fugiendas controversias, non inutilis esset cautela citare omnes per generale proclama, & tandem *nu. 56. cum seqq. cum Alber. in d. l. de ætate, sub n. 3. vers. circa aliam quæst. col. 1. ff. de minor.* quærendo, an probatio ætatis quoad omnes præjudicet, tres casus distinguit.

26 Primus † est, quando minor dolose probavit se majorem, & tali casu probatio ætatis sibi præjudicat quoad omnes.

27 Secundus † est, quando sine dolo se majorem probavit, & tunc sicut non præjudicat non citatis, ita nec sibi quoad non citatos.

28 Tertius † casus est, quando probatio ætatis facta fuit citatis omnibus, saltem vocatione generali per præconizationem in locis publicis, & tunc sibi, & aliis præjudicium facit, *ut ibi per eum.*

29 Probatio † autem minoris ætatis, quæ fit ex instrumento curæ vel tutelæ decretæ, valet quidem ad probandum, fuisse quem minorem, & eo tempore, quo tutela vel cura decreta fuit, secus quoad alios actus postea celebratos, quia non est bona consequentia, ut qui tempore retro actis fuit minor, hodie sit quoq; minor.

30 Siquidem † in his, quæ cursu temporis mutantur, non valet præsumtio, nec argumentum à præterito in præsens, *ut docet Bart. in d. l. de ætate, num. 17. vers. sed quæro, quid si in nue. col. penult. ff. de minor. & Joan. de Imol. consil. 82. n. 3. & Menoch. d. præsumt. 50. n. 42. lib. 2. & Salyc. in l. fœminæ. sub n. 10. in versic. quæro an fœmel, col. 4. C. de in in leg. vestet. mun. & Paciam. d. lib. 2. de probat. cap. 24. n. 58. quæ prædicta refert & sequitur.*

SUMMARIA.

1 Successor majoratus non tenetur observare locationem factam per prædecessorem, ratio ponitur, num. 11.

2 Uxor soluto matrimonio non tenetur præcise locationem factam per maritum observare, sed est in ejus potestate conductorem expellere, licet cogatur cautionem præstare, de qua hic, & sic tenebitur colono expulso interesse solvere, & hoc secundum magis communem sententiam contra alios.

3 Successor particularis non tenetur observare locationem factam à prædecessore, secus si sit necessarius successor, ut missus in possessionem ex 1. vel 2. decreto judicis, ut nu. 4. & n. 12.

4 L. in venditione, §. 1. ff. de bon. auctor. judic. intellectus, & num. 13.

5 L. si tutela. 9. ff. de administr. tut. intellectus.

6 Minor finita tutela tenetur observare locationem factam per tutorem, etiamsi duret ultra tempus quo durat tutela: idemq; est dicendum in locatione facta ab alio quocunq; legitimo administratore bonorum alege vel ab homine, ut in num. 7. ratio differentiæ inter hunc casum, & alium successoris majoratus, ponitur, num. 11.

7 Reller hospitalis ad annum constitutus potest locare res hospitalis ad triennium.

9 Uxor soluto matrimonio tenetur observare locationem rerum paraphernalium suarum, quas maritus administrabat nomine uxoris factam.

10 Prælatus aut beneficiarius, an teneatur observare locationem rerum ecclesiæ à prædecessore factam remissive.

CAPUT XX.

An minor teneatur stare locationi factæ per tutorem ultra tempus tutelæ?

Videbitur † quibusdam forsan vera pars negativa primo argumento successoris majoratus, qui non tenetur servare locationem factam per prædecessorem, *ut late resolvimus cum communi plures allegando lib. 1. canon. quæst. cap. 36. num. 3. & 9. & post nos Petr. Barbos. in l. fi filiofamil. 20. §. fin. num. 4. ff. sol. matrim. & iterum diximus lib. 2. canon. quæst. 8. num. 47.* 1

Secundo, † quia hoc idem in uxore soluto matrimonio, habet magnam communem sententiam, contra quamplures, scilicet ut ipse soluto matrimonio non teneatur præcise observare locationem factam per maritum, sed est in ejus potestate conductorem expellere, licet cogatur cautionem præstare, quod non expellet colonum, donec duraverit tempus locationis factæ per maritum, ne damnum maritus incurrat, quia alias teneretur ad interesse colono expulso. Ratione igitur istius cautionis mulier in hac specie non expellat colonum, & sic cauſſativa ratione cautionis, non vero præcise: Poterit igitur cum expellere solvendo ei interesse. *Ita tenet gloss. fin. in l. 2. §. fin. in 2. solut. ff. de dot. prælegat.* sic intelligens dictam legem, *fi filiofamilias, §. fin. quam in d. §. fin.* probarunt Paul. Roman. & Duaren. & Campertus *de dote, 2. part. quæst. 23. & in 3. part. qu. 272. Alex. in rubr. ff. solut. matrim. num. 23. & ibi Pontan. num. 84.* & hic intellectus est magis communis *secund. Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 15. num. 5. Vivi. lib. 2. commun. opin. 61. in fin. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. n. 2. Duen. reg. 240. in 5. limit. & Cuiac. lib. 23. obs. cap. 38. ad fin. Cephal. consil. 254. an. 21. lib. 2. & consil seq. an. 22.* Est magis communis, & verior, *ut latissime comprobat Barbos. ubi supra, num. 2. cum seqq.* reprobata gl. quæ contrarium tenebat *in l. divortio. 8. in princ. verbo, tertia, ad medium, ff. solut. matrim.* nempe ut mulier soluto matrimonio non posset expellere colonum, donec finiatur tempus locationis factæ per maritum, & sic quod teneatur præcise observare eam locationem, quam ultimam gloss. sequebantur plures relati per Barbos. *ubi supra, in d. §. fin. in princ. & in n. 1.* refert eius fundamenta, sed illis non obstantibus iste secundus intellectus magis communiter reprobatur, & tenetur contrarius, quem primo loco retulimus, nempe mulierem in prædicta specie non teneri observare locationem à marito factam soluto matrimonio nondum completam, nec præcise eidem stare, sed cauſſative tantum ratione prædictæ cautionis, *ut supra resolvimus, teste eodem Barbos. ubi d. n. 1.* Eandem magis communem sententiam defendimus & probavimus, ut magis communem *lib. 2. canon. quæst. cap. 8. num. 39. cum seqq. præcipue num. 42.* eamque refert Molin. Theolog. *2. part. de just. & jur. disput. 402. colum. 1544. cum seq.* ubi etiam agit de bonis paraphernalibus uxoris locatis per maritum, quid in eis sit in proposito dicendum. 2

Nec † superioribus obstat, quod regula, quæ habet particularem successorem, non teneri observare locationem factam per prædecessorem, *l. emtorem 9. Locat.* 3

l. arbores, 66. ff. de usufruct. l. qui fundum, 55. in fin. ff. locat. intelligenda sit de successore voluntario, prout est emptor rei locatæ, secus si sit necessarius. Is namque tenetur observare locationem factam per prædecessorem, *l. in venditione. §. ff. de ben. auct. jud. possid.* ubi creditor missus in possessionem bonorum debitoris, tenetur observare locationem factam per debitorem, quia, *ut ibi inquiunt Angel. & Cuman.* est successor necessarius, & ideo tenetur observare locationem factam per prædecessorem, *ita gl. in d. l. de vortio. verbo, tertia, ad med. & ibi Alexand. n. ff. idem Alex. in d. l. si filiofam. §. fin. n. 19. & plures citati per Oldr. Decis. Pedem. 82. n. 8. Tiraq. lib. 2. retract. §. 3. gl. 1. n. 15.* & esse communem regulam & conclusionem asserit Rolandus à Valle *cons. 49. num. 8. lib. 2. & Ceph. cons. 181. num. 1. lib. 2. & nos d. lib. 2. can. quæst. cap. 8. num. 40. ad fin.*

4 Hæc † namq; concludo non est vera, neq; jure probatur, *ut contendit Barbos. ubi supr. n. 3. & 4. respondens ad d. l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auct. judic. poss.* cui innititur communis conclusio supradicta, quod in eo text. creditur fuit missus in possessionem ex primo decreto in bonis debitoris, & sic non fuit translatum in eum plenum jus bonorum, sed tantum jus detinendi. *l. 5. §. fi. ff. de acq. poss.* Unde cum debitor remaneret adhuc dominus illorum bonorum, merito creditor, qui neque plenum jus administrandi in illis acquisivit, non poterit rescindere locationem factam per debitorem prædictorum bonorum, habentem plenum dominium, *ita Bart. ubi ad fin. Zas. n. 4. Bart. in d. l. si filiofam. §. fin. n. 1. & ibi Rom. nu. 18. Alex. n. 6.* Et hunc esse communem intellectum illius tex. asserit Jas. *in d. l. de vortio, in princ. n. 34. Alex. cons. 118. nu. 18. lib. 5. Greg. Lop. in l. 2. tit. 8. part. 5. gl. fin. col. 2. ad fin. Duen. reg. 240. limit. 6. Cephal. consil. 254. n. 38. lib. 2. Alban. cons. 108. n. 2. & additio Capellæ Tolos. 420. ad fin.* quos refert & sequitur, idem affirmans Barbos. *ubi supra, num. 4. ad fin.* addens hoc pari ratione procedere in omni eo, qui in re non consequitur plenum jus administrandi, *secundum Aretin. consil. 159. num. 16. Cres. consil. 414. nu. 22. lib. 3.* Unde si in specie *d. l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auctor. jud. poss.* creditor impetrasset secundum decretum, & sic consequeretur dominium prædictorum bonorum, non teneretur observare locationem factam per debitorem: imo juxta regulam generalem posset colonum expellere, *ut in terminis d. l. tenet Cuman. quem sequitur Cephal. d. consil. 254. num. 17. lib. 2.* Et hæc opinio Cumani est verior, *secundum Barbos. ubi supra, num. 5.*

5 Non † obstat etiam huic primæ parti negativæ, quod minor teneatur stare locationi factæ per tutorem ultra tempus tutelæ. *text. in l. si tutela. 9. ff. de administrat. tut.* quæ communiter allegatur à Doctoribus nostris, tanquam expressa pro contraria parte, & sic pro affirmativa: quia observandum est, quod textus ille non loquitur de locatione facta per tutorem, sed de pecunia credita per tutorem nomine pupilli, & probat, quod etiam si finita tutela non venerit dies petendi pecuniam creditam, si potuit & debuit eam credere tutor, minor tamen diem exspectare debet, *ut advertit bene Pinel. in l. 1. C. de bon. maternis, 3. part. num. 63.*

His † tamen omnibus non obstantibus, contraria omnino sententia in nostra quæstione principali, & sic affirmativa est procul dubio tenenda. Imo quod minor teneatur observare locationem factam per tutorem, etiam si duret ultra tempus, quo durat tutela, *ex d. l. si tutela*, quæ licet loquatur in specie modo præmissa, eadem tamen ratio militat in locatione cujus dies durat, etiam post finitam tutelam, & ideo merito admitti potest communis illius legis allegatio ad probandam hanc secundam partem affirmativam: siquidem ea ratio militat in utroque casu. Cum enim tutor sit legitimus administrator bonorum pupilli, quicquid ab eo factum fit, durante tutela, validum & ratum haberi debet, *ut per d. d. si tutela. tenet Cyn. in d. l. emptorem. col. 2. C. locat. Bart. in d. l. si filiofam. §. fin. n. 1. & ibi Alex. colum. 1. vers. & videtur probari. ff. sol. matrim. Socin. consil. 32. num. 9. & consil. 115. n. 6. lib. 1. D. Covar. lib. 2. var. resol. c. 15. num. 5. & 6. Menchac. de success. creat. §. 10. num. 78. versic. nunc videndum, Ant. Gom. 2. tom. var. resol. cap. 3. nu. 8. & plures quos refert Rol. à Valle consil. 49. nu. 7. lib. 2. & Duen. d. reg. 240. in 3. limit. & Barbos. in d. l. si filiofam. §. fin. num. 1. ad fin. & num. 7.* ubi eam sequitur & admittit, atq; defendit communem allegationem *d. l. si tutela*, ad probandam hanc opinionem affirmativam, quæ quidem verissima est atque communis, nec vidi hactenus aliquem contradicentem, *ut etiam resolvimus d. lib. 2. can. quæst. c. 8. num. 42.* quia in ea conveniunt Dd. est q; eorum communis sententia *secundum Molin. Theolog. ubi supra, col. 1543. ad fin. & col. seq. in princ.*

Quo † sit, ut idem sit dicendum eadem ratione in locatione facta à quocunque alio legitimo administratore bonorum à lege vel ab homine dato, & legitime constituto, cessante fraude & collusione. 8

Unde † si Rector alicujus hospitalis ad annum constitutus, locaverit ad triennium res hospitalis, vel etiam rectores civitatum illarum bona locaverint intra certos annos, successores tenentur præcise eam locationem observare, quia alias fallax, & nimis damnosa esset illa administrandi potestas. *ut in specie probat Covar. lib. 2. var. resol. cap. 15. ad fin. Rol. à Valle d. consil. 49. num. 7. lib. 2. quos refert & sequitur Barbos. ubi supra. sub n. 7.*

Imo † quod magis est, si maritus administraret res paraphernales uxoris, *juxta l. hac lege. C. de pali. convent. l. maritus, cum gl. C. de proc.* & nomine uxoris eas vel locet, tenetur mulier eam locationem observare, quia nomine uxoris, & ad eius utilitatem, & tanquam eius administrator locavit, *prout in hac specie probavit Anton. Gomez. d. 2. tom. cap. 3. num. 2. ad fin.* quem sequitur Barbos. *d. num. 7.* & nos quoque sequuti sumus, *ubi supra, d. cap. 8. num. 43.* 9

Det † Prælato autem sive beneficiario locante res Ecclesiæ agit late D. Cavar. *lib. 2. var. resol. cap. 5. nu. 6. vers. tertium, & Pet. Barbos. in d. l. filiofam. §. fin. n. 23. cum seqq. ff. sol. matrim. & nos quos. secuti, ubi supra.* 10

Non † obstant modo adducta pro contraria parte, & non quidem primum de successore in majoratu, quod is non teneatur stare locationi factæ per prædecessorem, quia id verum est. & procedit ea ratione, quod possessor majoratus dominus sit durante tempore vitæ suæ, *arg. l. non ideo minus. ff. de rei vendic. & tradunt nostrates.* Unde cum locaverit res majoratus nomine suo, & ad ipsius utilitatem, tanquam verus dominus eiusdem rei tempore vitæ suæ consequitur, ut successor non teneatur eidem locationi stare: At vero tutor, & alius legitimus administrator, non locat res nomine proprio, neq; ad ipsius utilitatem; quia non habet dominium, sed nomine sui minoris, & bonorum, quæ administrat. & ad eorum utilitatem, prout sibi à jure permittitur. Imo & præcipitur, & tenetur administrare, & sic locare res locandas, prout moris est. Ergo minor & ceteri domini bonorum, quæ administrantur, tenentur stare præfatæ locationi, etiam ultra tempus administrationis duraturæ: Non etiam obest, quod Barbos. *ubi supra*, teneat veriorem esse opinionem contra communē, scilicet quod successor necessarius, sicut voluntarius, non tenetur stare colono, quia communis regula, & conclusio habet contrarium, nempe quod teneatur stare eidem, quæ quidem † præcipue verissima est in eo, qui succedit per judicis sententiam, prout est missus in possessionem auctoritate judicis ex primo, vel etiam secundo decreto. Neque obstat opinio Cumani contraria in hoc de secundo decreto, quam sequitur Ceph. & Barbos. præcitati, quoniam ipsa vera non est, nec tenenda, sed potius contraria, quam modo diximus, eamque in specie probarunt *in d. l. si filiofam. §. fin. Bart. num. 2. & Alex. n. 7. in fin. & Bald. in cap. quoniam frequenter. 9. ult. in fin. ut lite non contest.* nec non & Jas. *in d. l. divortio, in princ. n. 31. Oldr. decis. Pedem. 82. num. 7. Cavalc. decis. 44. nu. 43. Benintend. decis. 54. Catellian. in memorab. jur. verbo, successor, Tiraq. de retract. lib. 2. §. 3. gloss. unica. n. 15. & nos lib. 2. can. quæst. d. cap. 8. num. 40. & 41.* secundum quod semper in praxi solitus fui respondere, & idem vidi alios practicos vitros consuluere. 13

Cui † non obstat ratio supra assignata ad d. l. *in venditione. §. 1.* quia licet missus in possessionem ex secundo decreto habeat majus jus, quam missus ex primo decreto, adhuc tamen & illud jus est revocabile, pro debitore, quia succedit per judicis sententiam, & contra voluntatem debitoris. Ideo merito, quod cum non habeat irrevocabile dominium, sed penderat ejus acquisitio & revocabilitas à voluntate & possibilitate debitoris, interim non possunt colonum expellere, sed imo ejus conditioni teneatur præcise stare: secus ac si debitor ipse voluntarie & spontanee alienasset rem illam, unde colonus juste potest opponere, se non esse dejiciendum, quia creditor successit per sententiam judicis, licet possessionem & dominium habeat auctoritate judicis: non enim ita perfectum est, nec liberum, sicut quando emptor illud habet ex venditione libera & spontanea venditoris.

SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator bona mobilia pretiosa minorum, ut aurum, vestes, cetera q; mobilia pretiosa minoris vendere alienare, vel pignorare, aut hypothecare non potest sine decreto prætoris, & aliis requisitis ad alienationem prædii rustici, &c. secus vero est dicendum in aliis bonis mobilibus, quæ servando servari non possunt. & num. 2. & 3.*

2 *Alienatione prohibita alicujus rei censetur prohibita pignoratio ejusdem. & num. 6. & quid in statuto prohibente prædictam alienationem. num. 9.*

3 *Tutor vel curator an hodie attento jure septem partitarum posse pignorare res mobilia pretiosas minoris, quæ servando servari possunt, & num seqq.*

4 *L. 4. tit. 1. part. 5. intellectus.*

7 *L. 1. C. de fundo dotal. & l. alienatum. 87. ff. de verb. sign. cum l. sin. C. de rebus alienis non alien. contrarietas, & difficultas sed concordia communis assignatur, & defenditur inter hæc jura. num. 1.*

10 *Mutuum acceptum per tutorem vel curatorem sub pignoribus bonorum mobilium pretiosarum ejusdem minoris, probare debet conversum fuisse in utilitatem ipsius.*

11 *Minor non tenetur solvere mutuum sub nomine acceptum per tutorem vel curatorem ejus, nisi probetur conversum fuisse in suam utilitatem.*

12 *Pignus vel hypotheca factum de re tutoris vel curatoris in securitatem contractus inter eum & minorem in favorem sui minoris celebrati, validum est.*

13 *Pignus vel hypotheca factum de re minoris pro contractu & negotio tutoris vel curatoris ipsius, non minoris, invalidum est, nisi minor postea factum major 25. annis consentiat. & numq; id habeat.*

CAPUT XXI.

De alienatione & pignoratione rerum mobilium pretiosarum minoris per tutorem vel curatorem facienda.

1 TUTOR † vel curator bona mobilia pretiosa minoris, ut aurum, vestes, cetera q; mobilia pretiosa minoris, vendere, alienare, vel pignorata, aut hypothecare non potest sine decreto prætoris, cæteris q; solemnis servatis, quæ requiruntur ad alienationem prædii rustici, vel mancipii, cæterorumque immobilium; secus vero est dicendum in aliis bonis mobilibus, quæ servando servari non possunt: hæc namque tutor vel curator absque decreto prætoris vendere, alienare, pignorique vel hypothecæ subiicere non prohibetur, *text. is est in l. lex quæ tutorei, in princip. quallo vers. præcipimus, in fin. allius text. ubi, exceptis iis. & e. C. de administ. tut. & ibi gloss. ordinaria & communiter Dd. esse Ant. Gomez. in 2. tom. var. resol. cap. 14. de restitutione minor. n. 13. ibi, & idem est in alienatione rerum mobilium, &c. & Molin. Theolog. in 2. part. de just. & jur. disputat. 331. in versic. tutor ibi, ad vero intelligendum est. col. 1752.*

Prohibita † namque alienatione alicujus rei, censetur prohibita pignoratio seu pignoris constitutio ejusdem, *l. fin. C. de reb. alien. l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum, l. & si præses. C. de prad. & aliis reb. minor. d. pen. C. de iis, quæ veniam ætat. impetr. Ant. Gomez ubi supr. num. 14. in versic. 6. Extende, & Molin. in 1. part. de just. & jur. disput. 224. vers. judicis decretum, col. 1290.* Et quod prædictæ res mobiles pretiosæ, quæ servando servari possunt, non possunt alienari sine decreto prætoris etiam hodie, probat etiam Greg. Lopez *in l. 4. per text. ibi* generaliter loquentem: *en las cosas de los menores, in gloss. las cosas, tit. 5. part. 5.* Et in terminis, quod neque etiam pignorari, tenet gloss. *in l. curator. gloss. C. si alien. res pign. dat. sit. & in l. tutor, in princ. ff. de pign. act. & Molin. ubi supra, d. disp. 331. ex d. l. lex quæ tutorei, in princ. & Greg. Lopez, in l. in gloss. de las cosas muebles*, ubi; quod eum prædicta glossa transeunt ibi Bald. & Salyc. idem volentes *in. 13. part. 5.* 2

Est † tamen ingens controversia inter nostrates, an hodie attento jure Regio partitarum, tutor vel curator, possit pignorare res mobiles pretiosas, quæ servando servari possunt necne? Dictarum q; *l. 8.* indistincte loquitur, & tamen excepit immobilia. Inquit enim: *Otro si decimos, que aquel que tiene en guarda los bienes de alguno huerfano, o huerfana, menester es de empennar alguna cosa de ellos por pro de aquel que tiene en guarda que lo pueda hazer de las cosas muebles, metiendo toda via en pro del muy los mas avedis que tomare sobre los pennos.* Per quam legem Greg. Lop. ibi, *in gl. de las cosas muebles*, inquit, ideo forte de isto jure partitarum tutor posset obligare bona mobilia, etiam quæ servando servari possent, etiam sine judicis decreto, nisi essent servi, de quibus habetur *in l. 12. tit. 16. part. 6. & in d. l. lex quæ tutores*: & quod ad præsens non meminit de lege partitarum, quæ disponit id, quod habetur, *in d. l. lex quæ tutorei. & quod d. l. 4. tit. 5 part. & d. l. 12.* non ita prohibent alienationem omnium mobilium, quæ servando servari possent, sicut prohibet *d. l. lex quæ tutorei*, nihilominus tamen *in fin. gloss. in d. l. 8.* inquit, cogita tamen, & *ad l. 2.* se remittit idem auctor: *in d. l. 4. in gl. las cosas, in fin.* 3

Rursus Molin. Theolog. *d. disput. 331. col. 1752. ibi, meo probo*, contrarium tenet adversus Gregor. Lopez, *ubi supra*, eo quod *d. l. 8.* eodem modo loquatur, quo ipsa alia communia citata, ac proinde eodem modo, quo illa est exponenda. Quid tenendum?

Ego opinionem Gregor. Lopez, attento jure partitarum probare malo. Primo, *ex d. l. 8.* quæ indistincte probat, tutorem vel curatorem minoris pignorare posse res mobiles minoris in casu necessitatis, & solum requirit decretum judicis in alienatione bonorum immobilium, ut patet *in vers. mas las otras cosas que son ravz.* Deinde & secundo, *ex l. 60. tit. 18. part. 3. in princ.* ibi; *por que las cosas de los huerfanos, que son rayzes, no se pueden ligeramente enagenar, &c.* 4

Neque † obstat *d. l. 4. tit. 5. part. 5.* dum indistincte loquens de tutoribus dicit statim post principium; *e esses tales non deuen enagenar las cosas de los huerfanos, sper as en de*, iunctis illis verbis; *e estonte sabra de hazer con muy gran sabiduria, e con ordenamiento del juez, del logar*, quasi velit lex prohibere alienationem sine decreto rerum minorum

rum non tantum immobilium, sed etiam mobilium. Respondemus namque, esse intelligendam de bonis immobilibus, juxta eundem prope modum loquendi *d. l. 60.* ibi, *porque las cosas de los huerfanos que son rayz*, non vero de mobilibus. Appellatio enim, *de las cosas de los huerfanos, d. l. 9.* in modum loquendi intelligitur, *que son rayz*, ut in *d. l. 10.* quæ est prior, *quam d. l. 9.* Alias enim si ita generaliter, ut jacet, intelligenda esset, sequeretur inde, quod nulla mobilia, etiam quæ servando servari non possunt, non posset tutor vel curator alienare sine decreto judicis: hoc autem esset manifeste falsum. Igitur necessario *d. l. 9.* accipienda est de alienatione rerum immobilium.

Deinde hoc idem probatur ex altera lege partitarum, nempe *l. 18. in prine. tit. 18. part. 6.* ibi, *non deuen ser guardadores tales, ni vender ninguna de las cosas del huerfano, si fuerayz*, &c. Nulla igitur lex partita prohibet alienationem rerum mobilium minorum, quinimo eam expresse, indistincte, & generaliter permittit, ut videmus *d. l. 9.* quæ non loquitur eodem modo, quo jura alia communia prætirata. Dicta namque lex *que tutores*, distinguit inter bona mobilia pretiosa, & ea, quæ servando servari non possunt, illorum prohibet alienationem, sine decreto, horum permittit, sed *d. l. 8.* Regis indistincte & generaliter eam permittit, nec fere aliquam leg. Regiam prædictam distinctionem inducentem. Ergo vera est opinio Greg. Lopez.

5 Quinimo, † nec jure communi ea distinctio, quatenus ad pignorationem rerum mobilium pretiosarum, & non pretiosarum, probari videtur in *d. l. ex quæ tutore*, sed tantum quoad venditionem, ut patet ibi. Præcipimus itaque, ut hæc omnia (scilicet supradicta, & urbana prædia, mancipia, domos, balnea, horrea atq; omnia, quæ intra civitatem sunt, *ut in prine. illius legis*) nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate & lege, qua rusticum prædium, atq; mancipium vendere vel pignorare, &c. Verbum namque pignorare non refertur ad præcedentia bona mobilia pretiosa, &c, sed comparative ponitur ad venditionem, vel pignorationem prædii rustici, atq; mancipii, hoc est, quod bona mobilia pretiosa minorum, & cetera bona posita in principio illius legis, modo narrata, vendi non possint sine decreto prætoris, nisi ob eandem necessitatem, qua in præterium licebat vendere, vel pignorare rusticum prædium atque mancipium, vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dare. Et hic est verus & literalis sensus d. legis, juxta quem non probatur ibi, *saltem in litera non licere pignorare bona mobilia pretiosa minorum*: sicque corruit fundamentum contrarium, etiam de iure communi: Est tamen quod ex vi comparationis prædictæ saltem colligi videatur, de iure communi, bona pretiosa mobilia minorum non posse pignorari, sicut nec prædium rusticum, &c. Et ita tenendum sit propter auctoritatem glossæ, & Dd. hoc tenentium. Hanc tamen collectionem aut distinctionem rerum pretiosarum, & quæ servando servari non possunt, leges partitarum non probarunt, sed potius indistincte permittit *d. l. 8.* pignorationem rerum mobilium minorum sine decreto judicis, dummodo mutuum, pro quo pignorantur, convertatur in utilitatem minorum.

6 Non † obstat etiam, quod prohibita alienatione censetur prohibita pignoratio & hypotheca, *ut in iureb. sup. cit.* quia ea jura loquuntur in alienatione rerum immobilium, non vero mobilium, & *d. l. ex quæ tutores*, non loquitur hoc verbo alienationis, sed venditionis, quod procul dubio referri non potest ad pignorationem, nec sub eo comprehenditur, sicut sub verbo alienationis, quod est generale & omnem modum alienationis comprehendit, cum sint multi modi alienationis. At verbum vendere, est quædam species alienationis, de quaad pignorationem transitus non sit, ex vi saltem vocabuli, nisi expresse aliud dicatur.

Quinto, † & si dixerimus, in prohibitione alienationis comprehendi non solum eam speciem alienationis per quam dominium transfertur, sed etiam pignorationem & hypothecam, ut probatur et late *in d. l. fin. C. de rebus alien. non alien.* quem text. ad hoc extollit Jaf. *in §. item si quis in fraudem, num. 25. Institut. de act.* adest tamen fortissimus textus in contrarium, cui oportet congrue respondere, ut superior conclusio sine difficultate remaneat, nempe textus *in l. C. de fund. dotal.* ubi inquit textus alienationem intelligi, ex qua dominium transfertur, indeque Doctores colligunt, non dici alienationem, ubi dominium non transfertur. Idque magis probatur ex textu *in leg. alienatum, 67. ff. de verborum significationibus*, ubi inquit jurisconsultus; *alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet.*

8 Ea † tamen concordia inter hæc iura communiter assignatur, nempe ut dicta lex finalis intelligatur de alienatione largo modo accepta, cetera vero iura de alienatione propria & stricte sumpta, *ita glossa in d. fin. verbo hypotheca, & ind. l. si. verbo, stantem, & in l. ex lege num. 2. ff. de legibus, & ibi cum notant Angel. & Alexand. consil. 29. num. 15. libr. 7.* quam resolutionem, ut receptam refert etiam Felin. *in rubric. de fide instrument. num. 4.* & Antonius de Pano *de pignoribus, 2. part. 3. membr. num. 71. sequuntur alii plures, quos refert Arias Pinel. in l. 1. in 3. part. sub num. 18. C. de bonis materni*, ubi dicit receptam, *& num. 19.* affirmat, constare ex numero scribentium hanc resolutionem glossæ esse receptissimam, quamvis contra eam tenere videatur, dum dicit, quod vere obstat nimis dicta lex *finalis*, quæ loquitur indistincte de omni dispositione legis, vel hominis, & universaliter disponit, comprehendi hypothecam & servitutem. Quod non ita indistincte diceret, si propriæ alienatio non esset, & respondet *ad d. l. C. de fundo dotal.* quod in materia illius legis, & tituli de fundo dotali, non tantum prohibetur alienatio cum translatione dominii, sed etiam sola hypotheca, *ut in prine. Instit. quibus modis alienare lic. & l. 4. ff. de fundo dotal.* Et ideo *ind. l. 1.* dum explicat alienationis verbum, cum translatione dominii intelligi potest, quod non loquatur stricte, nec excludat, quin alio modo alienatio dicatur, tam ex dicta lege finali, quam ex aliis juribus in materia *d. l. 1.*, non tamen respondet ad dictam legem *alienatum, ff. de verborum significationibus* quæ multum urget, pro recepta resolutione: & ideo vera & tenenda videtur, licet enim hypotheca contineatur sub verbo alienationis, nihilominus hoc non tà cõtingere videtur ex vi & proprietate verbi alienationis, ut cavetur expresse *in d. alienatum*, quia res hypothecata in dominio hypothecantis manet, licet hypotheca recte dici possit, *argumentum d. l. alienatum*, quam ex mente disponentium. Unde quid dicendum sit in statuto prohibente alienationem alicuius rei, † an etiam hypotheca censeatur ab eo prohibita, distinguunt Doctores inter verba legis & statuti, quid præcipue debeat intelligi, nihilominus tamen Arias Pinel, *ubi supra, num. 20.* recte resolvit, quod ipse magis attenderet statuti rationem (Addetu, & mentem) & secundum eã judicaret contra Baldum, & Paulum de Castro distinguentes prædicto modo.

Utcunq; sit, de verbo alienationis, jure nostro partitarum attento, indistincte tenendum esse censeo, posse tutorem vel curatorem pignorare, vel hypothecare bona minoris mobilia, sive pretiosa, sive non pretiosa, pro mutuo converso in utilitatem sui minoris, per omnia supradicta, juxta opinionem Gregorii Lopez, contra Molinam. Et ita etiam affirmanter tenet Joan. Baptista Villalobos *in sua antinomia juris civil. & rez lit. T. num. 19.* quamvis

ijquamvis de jure communi esset contrarium, *ut prædictum.* Eandem sententiam Gregor. Lopez. & Villalob. tenet etiam Olan. *in sua concord. jur. eadem litera, num. 30.* licet adjiciat: quod tutius faceret tutor, si cum auctoritate judicis alienet, & quod ita consulent. nihilominus tamen non negat veram esse opinionem Gregor. Lopez. quinimo in puncto juris eam probare videtur, & rectam bene probata remanet. Fundamentum vero Molin. futile est.

10 Observandum † tamen est, quod ad hoc, ut prædictum pignus, vel hypotheca super rebus mobilibus minoris ab eius tutore vel curatore constitutum validum sit, requiritur, quod creditor (si sit ex causa mutui) probet id conversum fuisse in utilitatem minoris, ut colligitur *ex d. l. 8.* ibi, *mientendo todavia en pro del moço los mayores* [illegible] *que tomaren sobre los peynos. & in l. 2. rubr.* ibi, *aunque no aya provado que tomaron sobre los peynos. & in l. 2. rubr.* ibi, *aunque no aya provado en

Jure † autem communi solvens minori debitum, quandoque plenam, quandoque pleniorem, quandoque plenissimam liberationem acquirit. Plenam consequitur debitor liberationem, quando ipso pupillo solvit absque tutoris vel judicis auctoritate, quo casu soluta pecunia adhuc ibat, nec consumpta est, sed potius conversa in utilitatem minoris, datur debitori adversus minorem de dolo exceptio, qua se tueatur, *text. in § penult. Instit. quibus alien. licet vel non, & in l. in pupillo, 27. ff. de fidei. & ibi gloss. ord. & communiter Dd. l. fin. C. de usucap. pro emt. & vbi gl. text. in l. 5. ff. commodat.* quibus in locis hoc notant communiter Dd. post Bart. *in l. verum, § fin. ff. de minoribus.* Ex hic primus casus ampliatur ex dicta lege *in pupillo*, ut procedat etiam, quando res emta ex pecunia sic soluta, quæ alias necessario erat emenda, perempta sit: licet enim hoc casu de præsenti minor ditior non reperiatur, adhuc exceptione doli mali repelli potest: siquidem illam rem pro emtam erat omnino emturus, quoniam, ut textus ille inquit, eo ipso, quod pauperior non est factus, locupletior est: quem textum tic intellexit gloss. *in l. 3. verbo, sed mihi, ff. commodat. & in l. si pro parte, § verum, ff. de tor rem ver. & in l. verum, § sicrelictum, ff. de minor. & in d. l. fin. C. pro emt. & in §. at ex contrario, verbo, locupletior, Instit. quibus alien. licet, vel non,* ex quibus constat, etiam hoc casu negandam esse restitutionem, *ut resolvit Angel. in princ. Instit. de auctoritate tutor. num. 3.* quem adversus Bart. exigentem in specie *d. l. in pupille*, quod res fiet, nec perempta sit, sequitur Caldas Pereyra *in repetit. leg. si curatorem habent, verbo, lasio, num. 37. ad fin. C. de integrum restitutione minorum.* Severo minor ex hac solutione læsus sit, quia pecuniam perperam dissipavit, restituitur in integrum, *text. in l. ait prætor, in princ. ff. de minoribus, & in l. 1. C. si adversus solut. ubi gloss. & communiter Dd. ad notant. tex. Sfort. Oddo, qui alios allegat & sequitur in tract. de restitutione in integr. 2. part. quæst. 52. art. 1. num. 1.* Imputari enim debet debitori, quare sciens aliquem esse minorem, illi solvit: cum verisimile sit, quod pecuniam illam consumturus sit, quam conclusionem ampliat, & limitat pluribus modis Sfortia Odd. *ubi supra per totum illum artic.*

Pleniorem † liberationem consequitur debitor minori solvens, quando cum auctoritate tutoris vel curatoris solvit: tunc namque liber fit debitor, sed restituitur minor, si pecunia sit deperdita, vel consumta facilitate, vel culpa ipsorum, *l. 1. cum. 27. § tutele iudicio ff. de administratione tutorum.* Ibi Paulus respondit, *si debitores tutori gerenti tutelam solvissent, liberates eos ipso jure à pupillo, & in § fin. eiusdem legis, ibi, tutoribus concessum est à debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut ipso jure liberentur, & c.* textus *in l. 1. C. si adversus solut.* quia quitur in solvente curatori minoris, & inquit textus, quod nihilominus in hac specie restitutio minori causa cognita concedenda est: & ibi gloss. & communiter Dd. expressa lex Regia supra citata ibi, *ea si de utra quisa, &c.* & tenet ac probat Anton. Gomez. *2. tom. var. resol. c. 14. num. 4.* & probat late respondens contrariis Sfort. Oddo *ubi supr. artic. 2. per totum.*

Plenissimam † vero debitor minoris liberationem consequitur, quando solvit præcedente judicis præcepto, cujus auctoritas efficit, ut omnino liberetur, nec restitutio in integrum adversus eam solutionem tic factam competat, nec concedenda sit, textus optimus *in l. ait prætor, 9. § permittitur, ff. de minoribus*, ibi, *quid tamen si prætor determat solvendam pecuniam minoris tutoribus & curatoribus & solverit, an possit esse securus, dubitari potest?* Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus fit ad solutionem, nihil ei imputandum, sed credo prætorem bene minorem in integrum restituere volentem, audiendum non esse, & ibi gloss. *verbo, imputandum*, quam passim & crebrior Dd. turma sectatur, *secundum Ias. Maur. de restit. in integ. c. 177. n. 5. in princ. gl. etiam in l. 1, verbo, potest, C. si adversus solut. gl. in l. jusjurandum. 2. § 1. ff. de jurejurando, gl. in l. contra jurisff. de pact. text. in § at ex contrario, in fin. & ibi gl. verbo, sententia, Instit. quib. alien. licet, vel non.* Et hæc est communis opinio *secund. Menchac. lib. 5. controvers. usu frequent. c. 67. nu. 3.* & comprobat Caldas *ubi sup. n. 37.* est communis & vera *secund. Sfort. Oddo 2. part. de restitut. in integ. quæst. 52. art. 3. n. 29.*

Quæ communis sententia regulariter vera est, ut probatur *in l. sancimus, 25. C. de admin. tut. absque tamen, ut prius sententia judicialis, sine omni damno celebrata hoc permiserit: quo fub sequuto, si & judex hoc pronuntiaverit, & debitor per solverit, sequitur huiusmodi cautam plenissima securitas, ut nemo in posterum inquietetur*, & rursus *in fin. ibi. sed si extraneus debitor*, & ibi gloss. *verbo, plenissima*, hoc verum intelligit, sive intervenerit tutor & judex, sive judex tantum, *ut ibi.*

Limitat † lex illa hanc regulam *in vers. non autem*, in his solutionibus, quæ vel ex redditibus, vel ex pensionibus, vel aliis huiusmodi cautis pupillo vel adulto accedunt, ubi gloss. *verbo, ostendimus*, inquit, non fieri extensionem illius legis, ut semper oporteat fieri, cum judice, quia fallit in redditibus & pensionibus, ut ibi, & in uluris, *ut an l. constitutione, cod. tit.* In his namque cum sola tutoris auctoritate solvens debitor liberatur, ne qui restitutio pupillo adversus eum conceditur, *ut constat ex dictis supra, & tenet Molin. Theol. in 1. part. de justit. & jur. disp. 224. col. 1398. ibi, excipe.*

Fallit † etiam in casu *l. sancimus, qua est pen. C. ad Treb.* ubi communis schola scribentium docet, negandam esse minori restitutionem adversus hereditatis restitutionem sibi factam vigore fideicommissi à testatore injuncti, & fuit sententia gl. *in d. § permittitur, verbo imputandum, & in d. l. 1. C. si adversus solut.* cui; communis sententia *teste Coarn. in d. l. sancimus, n. 2. Iacob. & aliorum*, quos ibi meminit Menchac. *ubi sup. n. 7.* & Caldas *ubi sup. n. 36.* qui *n. 39.* affirmat, ibi esse casum clarum, in quo solios tutoris auctoritas sufficit ad obtinendum plenissimam liberationem. Specialis tamen est favore minorum, *ut per Salyc. ibi, n. 2.* & communiter Dd. *secund. fund. Cald. ubi supra, n. 60. ad fin.* licet ibi aliud probet, imo magis secundum iuris regulas communes hoc procedere, scilicet quia tempore restitutionis non intervenit læsio, sed postea.

Ex † quibus infertur *ibi, n. 63. in vers. inferitur etiam*, non bene advertisse Fulg. Paul. & Jacob. *in l. 1. C. si adversus solut.* quatenus limitans *d. l. penult. C. ad Treb.* non procedere, quando peteretur restitutio ex capite emergentis damni, post factam restitutionem, quoniam, ut præmisit huiusmodi damnum superveniens considerari non debet, sed initium, seu tempus contractus, *ut late per Menchac. dict. lib. quæst. forens. cap 67. colum. 2. ubi num. 2.* cum judicia ab omnione Fulgos. Pauli, & Jacob. recedit, cum contrarium prudenter probat, quando læsio intervenit in ipsomet tempore factæ restitutionis, quia videlicet ex integro hereditas non fuit restituta.

Non † tamen procedit *d. l. penul.* quando minor, cui fuit hereditas restituta, auxilium imploravit tanquam adversus ignitam hereditatē, si sibi damnosum esse intelligat. Debet n. hoc casu illi succurri, per text. *in l. ait prætor, § non solum, in fin. ff. de minor. & ibi gl.* cum qua transeunt communiter Dd. & tenet in terminis Maur. *de rest. c. 182. ad fi. & cūeo.* & Acost. Cald. *ubi sup. d. n. 62. vers. infertur, d. l.*

Supra dictam distinctionem, plenæ, pleniorris, & plenissimæ liberationis & securitatis faciunt, & probat gl. prælegatæ, & communiter ubiq; Dd. & cum communi Ant. Gom. *ubi sup. & Mol. Theol. 2. part. de just. & jur. disp. 224. col. 1396. in vers.* §. Est quæ communiter ab omnib. recepta, *sec. Col. ubi sup. n. 39. an ver. hac gl.* eamq; à difficultatibus defendit Maur. *de in integ. rest. c. 177. prat.* Et quidē prior pars præfatæ distinctionis de plano videtur procedere.

Secunda

Secunda † vero pars eam patitur difficultatem, quam movet Maurit *ubi sup. c. 176.* nam cum tutor, vel curator legitimam habeat bonorum minoris administrationem, fitque præstitatus, ut minoris tractet negotia, cui quæso efficacius, aut securius, quam ei solvi potuit, cum igitur commodius id alteri fieri non possit, quare non cessabit hoc casu restitutio, saltem ea, quæ in debitorem dari debeat, cui nihil imputari possit, cui difficultati non bene satisfacit Mauritius ubi sup.

Secundo contra præfatam † partem distinctionis communis sic insurgo: solvens tutori, vel curatori minoris ipso iure liberatur, *l. Lucius, 27. § tutele ff. de administratione tut. cum aliis supra citatis.* Sed si restitutio in integrum tunc minori competeret contra debitorē, perempta postea pecunia, maneret ipse debitor illusus & deceptus, qui leg. permittente tutori vel curatori persolvit: hoc autem absurdum videtur, & contra omnem bonam rationem. Ergo non dicendum.

Tertio, quia pecunia recte soluta tutori, vel curatori, si postea pereat vel male consumpta sit, perit quidem periculo ipsius tutoris, vel curatoris in cuius dominium transit, non vero solventis, *ar. quinto tit. l. qui fortuito, C. de pignor. act. & l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & l. quod te mihi, cum ibi notatis. ff. si cert. pet.* & in specie notavit Bartolus, *in l. si fine, § interposito, ad fi. ff. de administ. tut. num. 4. & 5.*

Quarto † quia secundum iuris regulas, læsio debet considerari tempore contractus. Emergentia namque post contractum ad eam rem non spectant. *l. quod si minor. 23. § non semper. ff. de minor. & ib. l. verum, n. 12. § secundum ff. eod. tit. ubi, neque enim eventus damni restitutionem indulget.* Vide Marcellus notat. si minor libi servum comparavit, & mox decesserit, non debere eum restitui, & ibi *silocupletes heres existerit, & subito tredditas lapsa sit, cessare & in integrum restitutionem.* Ex quibus, & aliis per Menchac. *lib. quæst. forens. ca. 67. col. 2.* adducitis initium contractus, aut distractus attendendum esse. Nam si ex parte minoris contractus frugaliter factus est, & ex parte adversarii bona fides sine læsione interfuit, nihil amplius exoptandum est, quamvis ex post facto læsio enormis emergat, *ut etiam probat Cald. ubi supr. n. 60.*

Quod, † & in læsione maiorum ad sciendum, an ea sit ultra dimidium iusti precii, necne? ubi tevandum erit etiam, nempe, ut tempus contractus attendatur, ut patet, ex leg. 56. versiculo, *otro si dezimos*, titulo 5. partita 5. ibi, *que pudiera valer en aquella fazon que la compro.* Quod iure communi probat Aymo Cravet. *consil. 11. a num. 16. & consil. 151. n. 4. & Arias Penal. in l. 2. 3. part. c. 4. num. 15. C. de rescind. vend. & Rolandin. de Vale consil. 59. n. 38. lib. 1.* ubi ampliat in Ecclesia agente.

Sed sic est, quod tempore, quo fit solutio per debitorem minoris ipsius tutori vel curatori, nulla læsio contingit minori, cum recte ea ei fiat, & ita ipso iure liberatur debitor, *ut supra probavimus*: ergo quamvis postea tutor, vel curator perdat eam pecuniam, hoc non debet prabere causam restitutionis concedendæ ipsi minori, contra d. debitorem tam liberatum, quia est quid contingens, & emergens post solutionem.

Quinto, & fortissime hæc sententia probatur, quia in decernitione tutelæ vel curæ, iudex concedit plenam facultatem, & mandatum tutori vel curatori ad exigendū omnia, & quæcunque bona, debita minorum, ut patet ex instrumentis earum. Ergo iam solvitur eisdem auctoritate iudicis, & sic solvendo debitores debent consequi pleniſſimam liberationem sine metu restitutionis, alias deciperentur auctoritate legis, & iudicis, quod non est dicendum. Neque ex hoc aliqua læsio ipsis minoribus resultat, siquidem habent pro soi securitate obligatas personas, & bona tutorum, & curatorum, fiuorumque fideiussorum, qui in hoc potissimum accipiuntur, ut finita tutela vel cura, rectam rationem reddant eum solutione reliquorum. Quorsum igitur restituendi sunt in integrum minores adversus debitores sic solventes, tametsi pecunia per eos soluta tutori vel curatori minorum perdatur.

Sexto † ex textu *in leg. solutum, 44. versiculo, tutori. ff. de solut.* ubi inquit textus, *tutori, si filium sit pecunia, vel curatori, vel cuilibet successori, vel fervo alterius, professus es soluto*, & ratio est, quoniam, ut publica auctoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita & receptor eorum, quæ illi debentur, & quoniam tutor aut curator tenetur tunc minori de debito, recte ei minoris loco soluto.

Ideoque non immerito Menchac. *d. lib. quæstionum forensium, cap. 66. num. 4.* hanc sententiam veram esse putat, & in c. sequentia latius probat, contra communem adversus huiusmodi solutionem tutori vel curatori factam, minime posse minorem restitui, eamque esse veriorem & æquiorem affirmat Caldas *ubi sup. num. 61. in princip.* & Mol. Theolog. *in 2. parte de iust. & iur. disputatione 362. col. 2015. in princ.*

Nihilominus tamen communis sententia contraria (ut vidimus) probari manifeste videtur, *in d. l. 1. C. si adversus solut. & in d. sanximus, 25. C. de admin. tut. & in §. 2. tex. contrario. Instit. quib. alien. licet, vel non ibi, sin autem vel curatores debitorem pupillarem, solvere*, ut prius iudex iali sententia sine omni damno celebrata hoc permittat, quo subsequuto, si & iudex pronuntiaverit, & debitor solverit, sequatur huiusmodi solutionem plenissima securitas. Deficiente igitur hac sententia iudicis, pronuntiata a contrario sensu, solutionem tutori vel curatori factam non sequetur plenissima securitas, & sic competeret in integrum restitutio pecuniæ perempta. Probatur etiam communis sententia *in l. 4. C. si tutor, vel curat.* quæ generaliter disponit, quod adversus contractum cum tutore aut curatore gestum, potest minor restitui, in quo ille male negotium gessit, & sic quando læsio intervenit sed & eadem communis sententia expresse videtur probari in terminis in d. l. Reg. in princip. huius cap. narrata, ibi, *a el. o a su guardador con otor pamiento o animamiento del juez, del lugar ca si de otra guisa lo fiziesse, e despues jurasse los dineros que le fuessen pagados, o los malmuesse, e los perdiesse en alguna manera no seria quito para con el deudor, &c.*

Quibus iuribus si sufficienter satisfiat, fatebimur profecto, communem sententiam eisdem nitiam probari, veram non esse, sed potius contrariam Menchacæ, Caldas, & Molinæ ex rationibus, de quibus supra. Quid tenendum?

Ego † quando solutio debiti fit minori, etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, verissimam esse procul dubio censeo communem sententiam, & tenendam, nempe, quod si pecuniam sic solutam minor perdat, competat sibi restitutio in integrum contra eundem debitorem adversus eam solutionem, nisi cum auctoritate quoque iudicis facta fuerit solutio, iuxta formam dictorum iurium.

Quando † vero sit solutio tutori vel curatori, subsisto: & probabilius esse censeo, non competituram tunc minori restitutionem in integrum adversus debitorem solventem tutori vel curatori, etiam sine auctoritate iudicis, licet pecunia soluta perempta & consumta fuerit ex fundamentis supra pro hac parte adductis contra communem. Et hac opinione contra communem retenta, non obstant iura pro communi adducta, quibus satis fit, ut infra.

Ad † *l. 1. C. si adversus solut.* respondet Menchac. *d. c. 66. post nu. 3. & cap. sequenti n. 2.* & cum eo Caldas Pereyra, *ubi sup. an. 61. adfi.* nempe, quod quatenus ibi imperator minori concedit restitutionem, sic sane intelligendus

R 4 super

super alia iura iam cit.ta, quæ nondum ipsa solutione debiti, & sic tempore contractus intervenit læsio, aut iuris solemnitas servata non fuit, sed quia videtur divinare hic intellectus, transeamus ad secundum.

Secundo, & verius respondemus ad *d.l.1.* quod text. ille aperte non disponit, passim debere minorem restitui adversus debitorem solventem tutori vel curatori eiusdem minoris perituro, sed tantum si iusta causa accesserit, ut patet ex illis verbis, *sed an sit tenendum* (scil. *benefic.num restitutionis, de quo his in præcedentibus proximis verbis fit mentio*) *per causam cognitionem examinari part.* 3. Unde si debitor solvens tutori vel curatori minoris, præsciret eum consumturum pecuniam, quia noverat illius qualitatem male versantis in re pupilli, quæ cum subitantiam prodigeret, minuit; bene esse ex hoc sit certum minorem tunc quidem debitor his solvens nihilominus hujusmodi tutori vel curatori debitum pupilli, aliàs auctoritate iudicis, in culpa prorsus esset, cum sine certius cum minori versari debuisset, & iudicis mandato ad minus sic eam solutionem facere. Merito igitur, quod tunc contra ipsum aliter solventem competat restitutio in integrum, in hoc igitur causa cognitio intervenire debet ad hoc, ut sciatur, an sit tribuendum beneficium restitutionis, ut concedatur omnino, si de prædictis constiterit prævio examine per causæ cognitionem. Quod si aliis probetur bene impensam eam pecuniam, quæ soluta fuit tutori vel curatori, aut in minoris utilitatem conversam, aut curatorem solvendo esse, vel signoravit qualitatem tutoris, vel curatoris, cessare debere restitutio. Sic igitur consultus erit, ubi de tutoris vel curatoris qualitate dubitetur, ut iubente prætore fiat à debitore solutio, alias si læsus fuerit minor tempore solutionis ex solutione facta ipsius tutori vel curatori, *ut in exemplo supra posito*, vel alio simili, verbi gratia, si aliquid remiserit tutor vel curator eius, quod cedet minori debebatur, quia male in hoc se gesserit tutor vel curator, & in præiudicium sui minoris eam remissionem minime facere potuerit, restitui quidem minor poterit adversus prælatam læsionem. Et hic intellectus verus videtur, & literalis ad dictam legem primam, & fuit primus Mantua *d.c.170.ad fi.* & cum eo quicsit animus. Nec aliquid iam obstat *d.l.1.* sic intellecta, & non est contra omnem legalem æquitatem, prout esse dicebant Paulus & Iacobin. *ubi nec irrationabilis, & omnino exterminanda est respublica, ut eam appellabat Menchaca ubi supr. hoc refrenate Cald. ubi supra n.81.*

17 Ad textum † *in §. at ex contrario, Iustit. quibus alien. licet, vel non*, qui fortis admodum videtur pro communi sententia, *in verbo supra relatu*, respondemus, quod etsi in prædictis verbis requiratur ad plenissimam securitatem debitoris, quod solutio fiat tutori vel curatori minoris, præcedente sententia vel mandato iudicis: attamen in fine text. ille, dum aufert exceptionem doli mali à debitore convento à minore pro solutione eiusdem debiti, loquitur, quando solutio prior debiti fuit facta ipsi minori, sine auctoritate tutoris, & non secundum dispositionem imperatoris Iustiniani, qui quidem minor male consumsit eam pecuniam aut furto, aut vi amiserit, *ut patet ex litera expressa illius text.* non vero quando solutio fuit facta ipsi tutori, quod non est contrarium eius, quod hic docemus. Fateor namq; plenissimam securitatem consequuturum debitorem solvendo tutori cum auctoritate iudicis, non tamen ibi probatur, quod si eidem tutori solverit sine præcepto iudicis, & ille male consumserit pecuniam, non sit liberatus debitor, vel quod competat restitutio in integrum. Nec in hac specie loquitur textus ille in hac parte, quicquid glibi, *verb nihil prodierit*, aliud censeat ex *dd.1.C.si adversus solut.* quæ non obstat, *ut prædiximus*, & eodem modo respondemus ad dictam legem *sanctimus*, in quantum agitur de plenissima securitate, quam consequetur debitor solvendo tutori vel curatori cum auctoritate iudicis, Non vero dicit textus, quod alias non liberetur debitor, neque quod minori competat eo casu restitutio in integrum, pecuniis solutis eius tutori, vel curatori male ab eo consumtis, vel deperditis. Et quamvis *d.l. sanctimus & d.§. at ex contrario*, probent, ita demum licere solvere tutori vel curatori, si præceat præceptum, vel sententia iudicis super hoc, ne in posterum molestetur, hoc intelligi potest iuxta supradicta, quotiès minor male ipsam pecuniam consumsit: secus alias, si tutor eam perdat, cui permissum est solvere, *ut in dicti.l. ait prætor, ubi, aut curatoribus solvi, si sint.* Præterea dici potest præceptum iudicis de solvendo tutori vel curatori præcessisse in creatione ipsius, & decernitione tutelæ, vel curæ, quod sufficit.

Quod sit, ut minus recte se habuerit pœnitentia dictus Caldas *ubi sup. n. 66.* dum dicit, defendi posse prælatam communem sententiam, quicquid contendat Mench. *ubi sup.* quia non advertit ad casum d.l. *sanctimus*, cum re vera *d.l. sanctimus*, non obstet nostræ contrariæ communi sententiæ ex supradictis.

Ad legem † *3. C. si tutor vel curator*, respondet Mench. *d.c.66.num. 4.* & cum eo Caldas *ubi supr. num.81. in princ.* quod ideo ibi restituitur minor adversus contractum cum tutore vel curatore gestum, quia his male negotium gesserit, ut constat ex illis verbis textus, *male gessisse probare possunt*, & sic quando læsio in ipso contractu, & tempore ipsius intervenit. At in solutione debiti facta tutori vel curatori, nulla læsio intervenit, quia bene esse habuit & gessit tutor vel curator, recipiendo debitum pupilli, cum ad hoc deputatus fuerit, ut ipsius negotia gerat, bona administret, & debita exigat: alias namque effet in culpa, & negligentia, non exigendo debita, vel ipsis oblata non recipiendo, & olsid ad damna, & luera omissa teneretur, *ut non semel in hoc tractatu docuimus.*

19 Ad † d.l. *Reg. 4. tit. 14. part. 5.* quæ profecto expressa videtur, pro communi sententia respondet potest. Primo, ut dum inquit, quod si aliter solutio facta sit, quam iudicis auctoritate, non liberetur debitor, intelligenda sit, quando minori solutio facta sit, & tamen ipse postea, *juga ese los dineros que le fueron pagados, o los malmetiese, o los perdiese en alguna manera.* Tunc namq; merito, quod debitor non liberetur, quia temere sine tutoris auctoritate, & non secundum iuris dispositionem solverit. Attiquit tex. *in a. §. at ex contrario, ad fi. ubi, quod si male consumserat, aut furto, aut vi amiserit, nihil proderit debitori dolo malo excepto, sed nihilominus condemnabatur, &c.* & sic concordat in hoc cum d. *§. at ex contrar. d.l. partita, y si. ver. en alguna manera.* de cuius intellectu nunc agemus. Unde iuxta verba d.§. intelligenda est. Licet enim uterque tex. primum loquatur de solutione debiti facta minori vel eius tutori, cum auctoritate iudicis, tunc debitor consequitur plenissimam securitatem. At vero postea, dum de solutione aliter facta, quam mandato iudicis, agit, nempe, ut non liberetur debitor, si pecunia si: soluta deperdita sit, tantùm loquitur, quà do solutio sit minori sine auctoritate iudicis, non vero idem disponit, quando solutio fit tutori vel curatori, nec loquitur in hoc casu, quasi velint iura illa solutionem rite & recte factam esse, quoties fit tutori vel curatori minoris: vel fatè illam non infringunt, nec dicunt talem debitorem tunc non liberari, si quidè recte eis fit solutio. Unde nec restitutio tunc temporis competere debet adversus debitorem, siquidem recte soluit tutori vel curatori, & non fuit in eo læsus minor. Non igitur lex illa Regia probat contrarium. Siquidem in dicto verticulo, *en fe de otra manera*, loquitur tantum in uno ex duobus casibus, in fin principio positis, quia potius iuxta regulam iuris, qui ex duobus illatis unum negat, alterum fateri videtur, in nostrâ favorem lex illa Regia in dubio potest. Quod autem ea in *d. vers. caso*, loquatur tantum in solutione facta minori, patet ex ipsa, ibi, *o si despues juga ese los dineros que le fuessen pagados, &c.* scil. minori, *o los malmetiese, o los perdiese.* Hæc enim verba ad minorem referuntur, qui pecunias ei solutas perderet, ut patet clarius *ex lit. dicti. §. at ex contrario, ad fin. in verbo. sup. relatu*, quib. consonat d.l. Regia. Alias enim absurde videretur dictum, *que si el tutor, o curador a quien fuesse fecha la paga juga ese los dineros que le fuessen pagados, o los malmetiese, o los perdiese en alguna manera no fuesse quito por ende el que los pago.* Ergo verba prædicta ad minorem sunt necessario referenda, non vero ad tutorem vel curatorem, *ut agnoscit ibi Greg. Lop. in gl. despues, & in gl. manera.* Et præterea hunc sensum ad dictam leg. admittit summarium eiusdem, tam nostra lingua super ea positum, quam Latina factum & collectum à Greg. Lop. ibid. ut patet ex utroq; ne.

Secundo respondet Molin. *ubi sup.* quod d.l. illa Regia immere videretur, quod, ut tutori vel curatori tuto solutio fiat, necessaria sit iudicis auctoritas, id effet irrationabile, neque consuetudine servatur.

Ex his igitur remanet satis probata ac defensata nostra ac Mench. & Molinæ sententia adversus communem, quæ habet, quod debitor minoris solvendo eius tutori vel curatori, etiam sine novo mandato, & auctoritate iudicis, liberetur omnino, ita quod contra eum restitutio in integrum competere non possit. & sic consequatur sufficientem securitatem. Et ita censeo tenendum in iudicando & consolendo.

20 Quæ sententia ablq; controversia procedit in solutionibus, quæ vel ex redditibus, vel ex pensionibus, vel ex aliis huiusmodi causis pupillo vel adulto accedunt, vel etiam in usuris: quæ tamen non summatim, nec ex multis annis collectæ iam debentur, biennales metas, & centum solidorum quantitatem minime excedentibus, *ut in d.l. sanctimus, 25. & l. constitutionem, 27. C. de admin. tut. & supra dicimus* sed & in ceteris omnibus debitis idem nos probamus *per sup. dicta.*

21 Limitatur † tamen hæc nostra conclusio primum, si debitor sciens qualitatem tutoris vel curatoris cito consumturi atque perdituri pecunias sibi solvendas, quia male versatur in administratione rerum minoris eidem solverit tunc enim, quia culpa non caret, merito ut ei imputandum sit, cur huiusmodi tutori vel curatori in damnum minoris solverit, ut pote propter inopiam tutoris vel curatoris, fidejussorumq; ipsius, ac proinde cooperat restitutio in integrum minori adversus debitorem solventem, *ut prædiximus*, quamvis adhuc dubio non careat hæc limitatio, eo quod non esset interdicta à iudice administratio huiusmodi tutori vel curatori. Interim namque videtur ei recte solutum, nisi adhuc favore minoris limitationem probemus data præscientia debitoris, quia ad iudicem non occurrerit, cum facile id esset pro sua securitate.

22 Secundo † limitatur, ut non procedat, quoties tempore solutionis læsio contingeret ipsi minori, velut si minus tempore, loco, aut causa, vel conditione reciperet tutor vel curator, vel aliquid de debito remitteret, tunc enim, quia male gessit, & se habuit administrator in re minoris, eidem pro lesione refarcienda competit in integrum restitutio ex *d.l.3. C. si tut. vel curat.*

23 Tertio liberabitur omnino debitor, si solverit minori, etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, quoties minor eam pecuniam perdiderit, ita ut ex ea non fit factus locupletior, nec in eius utilitatem conversa fuerit, *ut constat ex supr. dictis.*

Tertia principalis pars distinctionis, nempe quando solutio fit tutori vel curatori, vel ipsi minori cum auctoritate & mandato iudicis, in dubia manet ex supradictis: Est enim negandà hoc casu restitutio secundum communem sententiam inter communi, & Regio probatam, *ut constat enim ex supradictis, & nunc patum ex d.§. at ex contrario, & dicta leg. 4. tit. 14. partit. 4.* idemq; omnes probant.

Neq; his obstat *l. si quidem, C. de prad. & aliis rebus min.* ubi decretum iudicis non impedit restitutionem in integrum. Idem probat *l. 2. C. si adversus dotem. & leg. 2. C. de fideiuss. min. & l. fin. ff. de min. glo. in leg. ait prætor §. permittitur, ff. de min.* Est communis opinio docto rum, ut plures congerens, & bene eam probans affirmat Sforzia Odd. *de restitut. in integrum. 1. parte, quæstio. 22. §. 9. num. 14.* ubi numeris sequentibus eam ampliat & limitat, quia ibi in alienatione rei propriæ, etiam cum decreto iudicis facta, fuit, læsus minor tempore contractus, ideo merito competit ei restitutio, iuxta supra resoluta. Atin debiti solutione satis est, quod à principio illa solutio utilis sit minori, non vero nova, & sic viget differentia ratio inter utrumque casum: Vide similiter in casu dictæ legis, *si quidem. & similium*, restitutio negaretur, si alio ex post facto inter veniret, *sic Cald. cum Menchac. ubi supra num. 69. ad fin.* Et hæc est melior ratio, quam allegat sab Anton. Gomez. *2. tomo variar. resolut. cap. 10. de restit. min. sub nu. 4. verbis quare 2.* quæ fuit glo. *in dicto §. permittitur, verbo audierunt non esse. & Sforzia ubi supra. ar. 11. num. 69. & in 2 parte quæst. 12. ar. 3. num. 21. cum sequentibus.* distinguentibus inter actus voluntarios, & necessarios.

Reliquum † est, ut videamus, an in hac specie compulsio iudicis sit necessaria, & quod debitor allegeret creditorem minorem esse, & ideo illi non esse solvendam pecuniam, vel sufficeret simplex auctoritas iudicis. Et videtur quidem, hanc non sufficere, sed illud esse necessarium ex dicto *§. permittitur*, ibi, *puta si allegans, minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ex imputandum.* & ibi agnovit Bart. *n. 2.* & tenuit etiam Paulus Cast. *in dicta l. 1. C. si adversus solut. post num. 3.* hoc nimis in praxi commendans, & ibi etiam Iacob. *ex dicto §. permittitur*, & Antonius Gomez. *ubi supr. nu. 4.* & ibi de communi testatur, & Sforzia Odd. *d. art 3. n. 24.*

Rursus † contrarium videtur, nempe, quod sufficiat simplex auctoritas iudicis, quamvis illa præceptiva non sit, *ut in dicta l. sanctimus. C. de administratione tutorum. ubi hoc presumserit, & in §. penultim. Instit. quib. alien. licet, vel non.* Id quod probatur in d.l. Regis 4. ibi, *otorgamiento, o mandamiento.* Et hanc partem sequitur Corne. *consilio 27. lib. 3. post num. 4.* ubi respondet duplicitèr d.§. *permittitur*, vel quod ille ex contrarium probet per argumentum a contrario sensu, vel solum procedat de iure retto Digestorum, secundum quod illa debitoris refutatio & compulsio necessaria erat, sic de iure novissimo Iustiniani, qui *in d.l. sanctimus, & in d. §. penult.* voluit, satis esse, quod iudex permittat debitum solvi, quod probat Corne. ex verb. *sanctimus, d.l. & verb. statuimus & verb. permittimus.* Ex quibus constat novam esse illam Iustiniani dispositionem, & consequenter ante illam aliter fuisse respondendum.

Mauritius *de rest. in integ. c. 171. per tot.* reprobans opinio. Paul. de Cast. *ubi sup.* insuper & Mencha. *in lib. quæst. forens. c. 17. n. 108.* potius probant & tenent, non fuisse necessarium compulsionem in casu d. *§. permittitur*, sed q sufficeret allegare, creditorem minorem esse, qua allegatione repulsa, si nihilominus illi solvi præses decernat, obtemperandum est illi, non vero contradicendum, ut latius probant. nec verbi, compulsus, ad rem facit, quia iudicium confertur in mutuum, quare satis invitus solvit, quia allegans minorem ætatem, non fuit exauditus. Hæc tamen sententia & intellectus ad *d. §. permittitur*, nimis subtilis est, atque proinde inanis, & dem Mauritium in hoc improbat Sforzia Oddus, *ubi sup. d. n. 24. ibi, & ita, &c.*

Ab his omnibus recedit Caldas, *ubi sup. nu. 65. in vers. ego adverto.* Et in alia est sententia, distinguens inter solutionem factam tutori vel curatori, & solutionem factam ipsi minori, ut in illo casu sufficiat simplex auctoritas & permissio iudicis, quia ei solvi poterat, *ut in d.l. sancimus.* In hoc vero exigitur iudicis præceptum, & expressa compulsio, ut debitor liberetur, solvens minori absq; ullo restitutionis timore, quia minori solvi non poterat, & ideo certa tunc requiritur scientia præfidis, quod creditor, cui mandat solvi, est minor, quæ exacta diligentia cessat in casu *d.l. sancimus*, ubi agitur de solutione facienda tutori aut curatori, quæ de iure permissa est. Non igitur corrigitur *d. §. permittitur, per d. l. sanximus*, sed potius hæc iura diversis casibus loquuntur, ut est prædictum: quid tenendum?

Ego attento iure communi, modo proximam distinctionem probo, quæ convenit literæ illorum iurium: ratione; differentiæ proxima est, siquidem quando solutio fit tutori vel curatori, præterquam quod iure permittente hoc fit, index intelligit creditorem esse minorem, cum solvitur eius tutori vel curatori, quod cessat, quando minori fit solutio, vel saltem ignorari potest ætas minoris ipsius, & sic decipi facile potest iudex, non tamen per hoc intendo probare communem sententiam, quæ habet requiri auctoritatem iudicis ad solutionem faciendam tutori vel curatori ad hoc, ut restitutio minori non concedatur, sed potius teneo contra eam, *ut supra.* Cetesum iure Regio indistincte videtur approbata prior sententia, nempe, ut simplex auctoritas, & consensus iudicis ita sufficiat, sicut eius præceptum, ut patet *ex d. l. Reg. 4.* quæ loquens in solutione facienda minori, vel, eius tutori, aut curatori, præcipit, quod fiat, *con autorgamiento, o mandamiento del juez del lugar.* Adhuc tamen, quando minori solvitur iudicis auctoritate, oportet, & necessarium est contradictio debitoris allegantis, illum minorem esse, ac proinde ei non esse solvendum. Quod si, hoc non obstante, iudex præceperit ei solvi, tunc seeurus omnino erit debitor ei solvens, alias secus, *ex tum dict. §. permittitur, ita tenet Anton. Gomez. ubi supr. dict. 2, tom. 2. q. nu. 4. in verse. quod tamen intellige, cum communi, de qua supr.* in prima opinione, in qua non reperitur correctus *d. §. permittitur.* Neq; obstat generalitas *d. l. Regia 4* quoniam in ea præsupponitur, & pro manifesta datur scientia iudicis minoris ætatis creditoris petentis coram eo debitum sibi solvi, sive per oppositionem ipsius debitoris, quod est securius & cautius, sive alias, ut constat *ex d.l. 4. in prin.* ibi, *que deve fazer la paga al menor.* Ad quid enim sub his verbis requirit l. illa consensum vel præceptum iudicis de solvendo minori debitū; nisi iudex admoneatur, & certioretur de minori ætate illius creditoris. Et ita intelligo l. illam.

26 Ex quibus non admitto opin. Ange. *in l. 2. in fin. ff. de appell. recip.* tenentis, debitorem, cui iudex mandavit, minori solvere, debere ad superiorem provocare, si certo sciat, creditorem minorem esse, sic intelligentis *d. §. permittitur*, quatenus teneri creditore appellare negat, ut solum procedat, quando ille ignorabat creditoris ætatē. Hæc namq; opinio confunditur *ex d. §. permittitur*, ibi, *quto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, &c.* iuncto versic. *sin d.* ibi, *sed credo, &c.* Præsupponitur enim in prioribus verbis, debitorem scire ætatem creditoris; siquidem eum allegavit minorem esse, & ita merito l. illa ponitur sub titulo de minoribus, tametsi Greg. Lop. *in d.l. 4. in el mandamiento, Angel. ubi supra,* sequatur, cum tamen in *d.l. Regia* nulla mentio fiat de appellatione, & ita merito eos improbat, hanc nostram sententiam sequutus, Cald. *ubi supra num. 67.*

Vltimo observandum est, † quod quoties tempore solutionis, etiam cum iudicis decreto factæ, læsio interessit, veluti si quid minus debito solvitur tempore aut loco, non est deneganda restitutio minori adversus prætam læsionem, quam non excludit præceptum iudicis, siquidem in eo quoq; læsus fuit minor, ut recte adversus communem, quem refert, probavit, & tenet Mencha *d.c. 16. n. 3. lib. 3. quem sequitur Cald. n. 67. ad fin.* & respondet Mencha *d. §. permittitur*, ut loquatur de læsione post contractum contingente, secus de ea, quæ tempore solutionis contigit. 27

Sed † an restituatur minor adversus solutionem à se 28
indebite factam, quia hæc quæstio non concernit nostram materiam de tutelis & curis: sed potius illam de minoribus, eorumq; restitutione in integrum, quæ est diversa, videndus est de hoc late agens per articulos Stottis Odd. *d. 2. par. de restit. in integr. q. 32. art. 4. cum seqq. & Cald. ubi sup. in numeris statim seqq.*

SUMMARIA.

1 *Exsequutor regulariter locum non habet contra tutorem vel curatorem bona suorum minorum non possidentes pro debitis eorundem minorum.*

2 *Tutor vel curator minorum si bona eorum habeant, eaque non exhibeant, ut pignori capiantur, possunt in carcerem detrudi, donec exhibeantur.*

CAPUT XXIII.

An, & quando exsequutio locum habeat contra tutorem & curatorem?

PRopter ea alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex 1
bonis eius tenet, pignori capi non oportet. Ita decidit *l. 1. C. quando iudex, vel privat.* Non igitur fieri debet in bonis tutoris vel curatoris exsequutio, o debitis minorum, si res eorum non teneant. Idem probat tex. *in l. 1. in princ. C. quando ex fact. tut.* ubi quod sententia lata contra tutorem vel curatorem finito officio non mandatur exsequutioni in eos, sed in dominum principalem, & regulariter denegari iudicati actionem in tutorem vel curatorem decidit, *l. 1. in princ. ibi, tutor quoque, & ff. de re iudic. & l. 2. in princ. ff. de adminis. tut. & ubi DD. Specul. in tit. de reo, §. nunc.*

Si tamen † bona pupilli habeat tutor vel curator, si 2
ea non exhibeat, ut pignori capiantur, iure in carcerem detrudi poterit, donec ea exhibeat, *secund. Bald. in l. 1. C. quando iudex. vel privat. Angel. Perus. in l. si vacantia, C. de bon. vac. lib. 10. & Angarel. an §. fin. n. 2. Instit. de act. quæ refert & sequitur Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 5. n. 6. par. 6. 1. n. 1. ubi n. 2.* an tutor, qui in rem pupilli se obligavit, finito officio teneatur, *& n. 3. de institore.*

Finis secundæ Partis.

Dn. IO.

Dn. IOANNIS
GVTIERREZ, IVRECONSVLTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ
CIVITATENSIS,

Pars Tertia,
DE TVTELIS ET CVRIS MINORVM.
Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum & mercede ipsorum.

SUMMARIA.

1 *Rationum reddendarum tutela vel cura administrata materia fota ex bono & æquo pendet, ut late hic declaratur.*

2 *Tutor & curator, eorumque heredes, finita tutela vel cura tenentur rationem reddere administrationis, & num seqq.*

3 *Administrator quicunq; rationem reddere tenetur sua administrationis, & n. 9.*

4 *L. 21. tit. 16 partit. 6. litera refertur, qua præcipitur interem eiusq; fideiussores & heredes rationem reddere teneri.*

5 *Tutor vel curator ultro rationes reddere potest, nondum finito officio, periculo timen tutelæ vel curæ obnoxius remanet.*

6 *Tutores & curatores si non reddiderint rationem finito officio, pœna, quasi fulsi tenentur, & contra eos utitur in litem.*

7 *Tutor vel curator etiam non requisitus tenetur reddere rationem.*

8 *Protutor tenetur reddere rationem sua administrationis.*

10 *Administrator, qui de facto prætermisso iuris ordine assumsit administrationem bonorum pupilli vel alterius, tenetur reddere rationem.*

11 *Administrans cum mandato vel sine mandato, tenetur rationem reddere.*

12 *Negotiorum gestor tenetur rationem reddere de negotiis a se gestis.*

13 *Procurator ad lites & negotia, rationem reddere tenetur de gestis.*

14 *Actor universitatis rationem reddere tenetur.*

15 *Exsequutores testamentorum rationem reddere tenentur.*

16 *Curatores ad lites rationem reddere tenentur.*

17 *Hospitalarii rationem reddere tenentur.*

18 *Heres gravatus per fideicommissum, rationem reddere tenetur.*

19 *Frater, qui existens cum fratribus in communi, bona communia administravit, rationem reddere tenetur.*

20 *Filius rationem reddere debet de his, qua vivente patre administravit.*

21 *Patruus tenetur rationem reddere de bonis maternis sui nepotis per eum administratis, & de fructibus eorum, alias poterit iurari in litem per nepotem contra patruum pro ratione eius, qua sua interfit.*

22 *Administrator rei communis cum alio, tenetur ei reddere rationem administrationis.*

23 *Mater tenetur reddere rationem administrationis bonorum filiorum suorum.*

24 *Pater, quando non est legitimus administrator bonorum filiorum, tenetur eos rationem reddere de gestis.*

25 *Pater ubi dolose administravit bona, in quibus erat legitimus administrator, tenetur rationem reddere,*

26 *Pater cessante dolo de culpa alias in administratione, cum sit legitimus administrator, rationem filio reddere non tenetur.*

27 *Tutor, curator, vel procurator, rationem administrationis reddere tenetur etiam post longum tempus 20. an. & ultra, ad 30. ann.*

28 *Tutor vel curator in reddendis rationibus debet exhibere inventarium & librum rationis, & alia plura facere & ostendere, qua hic continentur.*

29 *Consuetudo non valet, quod tutor non teneatur reddere rationem.*

30 *Administrator & eius heredes, tenentur semper statim requisiti rationem reddere.*

31 *Administrator, qualibet negotiorum gestor, factor, ac procurator ad negotia, tenetur librum facere, & rationem qualibet anno reddere sua administrationis, alias potest contra eum in litem iurari.*

32 *Liberatio per testatorem ex reddendis rationibus administrationis, an & quando, & de quibus ea reddere teneantur. latissime hic agitur cum pluribus n. seqq.*

33 *Pater, cui est relicta generalis liberatio ab actione tutelæ per filii, non tenetur reliqua restituere. Idem est in socero, qui patris locum obtinet, & in patruo tutore relicto a nepote, & in matre tutrice, non tamen in extraneo, ut in n. 34. nisi concipiatur legatum, ut in n. 35*

36 *Reliqua, & dolus, an & quando per testatorem administratoris censeantur remissa etiam in futura administratione, ut in n. 37. & n. 38.*

39 *Dolus futuræ administrationis etiam expressim remitti non potest.*

40 *Dolus in administratione in omitendo commissus, facilius censetur remissus.*

41 *Dolus versus nunquam censetur remissus, nisi ut hic, quod verum est de dolo præterito: secus si de futuro, ut in n. 42.*

43 *Remittens in contrarium administratoris sua ea, qua maleficit, videtur etiam illi remittere dolum commissum.*

44 Re-

Ab his omnibus recedit Caldas, *ubi sup. nu. 65. in vers. ego adverto.* Et in alia est sententia, distinguens inter solutionem factam tutori vel curatori, & solutionem factam ipsi minori, ut in illo casu sufficiat simplex auctoritas & permissio iudicis, quia ei solvi poterat, *ut in d.l. sancimus.* In hoc vero exigitur iudicis præceptum, & expressa compulsio, ut debitor liberetur, solvens minori absq; ullo restitutionis timore, quia minori solvi non poterat, & ideo certa tunc requiritur scientia præfidis, quod creditor, cui mandat solvi, est minor, quæ exacta diligentia cessat in casu *d.l. sancimus*, ubi agitur de solutione facienda tutori aut curatori, quæ de iure permissa est. Non igitur corrigitur *d. §. permittitur, per d. l. sanximus*, sed potius hæc iura diversis casibus loquuntur, ut est prædictum: quid tenendum?

Ego attento iure communi, modo proximam distinctionem probo, quæ convenit literæ illorum iurium: ratione; differentiæ proxima est, siquidem quando solutio fit tutori vel curatori, præterquam quod iure permittente hoc fit, index intelligit creditorem esse minorem, cum solvitur eius tutori vel curatori, quod cessat, quando minori fit solutio, vel saltem ignorari potest ætas minoris ipsius, & sic decipi facile potest iudex, non tamen per hoc intendo probare communem sententiam, quæ habet requiri auctoritatem iudicis ad solutionem faciendam tutori vel curatori ad hoc, ut restitutio minori non concedatur, sed potius teneo contra eam, *ut supra.* Cetesum iure Regio indistincte videtur approbata prior sententia, nempe, ut simplex auctoritas, & consensus iudicis ita sufficiat, sicut eius præceptum, ut patet *ex d. l. Reg. 4.* quæ loquens in solutione facienda minori, vel, eius tutori, aut curatori, præcipit, quod fiat, *con autorgamiento, o mandamiento del juez del lugar.* Adhuc tamen, quando minori solvitur iudicis auctoritate, oportet, & necessarium est contradictio debitoris allegantis, illum minorem esse, ac proinde ei non esse solvendum. Quod si, hoc non obstante, iudex præceperit ei solvi, tunc seeurus omnino erit debitor ei solvens, alias secus, *ex tum dict. §. permittitur, ita tenet Anton. Gomez. ubi supr. dict. 2, tom. 2. q. nu. 4. in verse. quod tamen intellige, cum communi, de qua supr.* in prima opinione, in qua non reperitur correctus *d. §. permittitur.* Neq; obstat generalitas *d. l. Regia 4* quoniam in ea præsupponitur, & pro manifesta datur scientia iudicis minoris ætatis creditoris petentis coram eo debitum sibi solvi, sive per oppositionem ipsius debitoris, quod est securius & cautius, sive alias, ut constat *ex d.l. 4. in prin.* ibi, *que deve fazer la paga al menor.* Ad quid enim sub his verbis requirit l. illa consensum vel præceptum iudicis de solvendo minori debitū; nisi iudex admoneatur, & certioretur de minori ætate illius creditoris. Et ita intelligo l. illam.

26 Ex quibus non admitto opin. Ange. *in l. 2. in fin. ff. de appell. recip.* tenentis, debitorem, cui iudex mandavit, minori solvere, debere ad superiorem provocare, si certo sciat, creditorem minorem esse, sic intelligentis *d. §. permittitur*, quatenus teneri creditore appellare negat, ut solum procedat, quando ille ignorabat creditoris ætatē. Hæc namq; opinio confunditur *ex d. §. permittitur*, ibi, *quto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, &c.* iuncto versic. *sin d.* ibi, *sed credo, &c.* Præsupponitur enim in prioribus verbis, debitorem scire ætatem creditoris; siquidem eum allegavit minorem esse, & ita merito l. illa ponitur sub titulo de minoribus, tametsi Greg. Lop. *in d.l. 4. in el mandamiento, Angel. ubi supra,* sequatur, cum tamen in *d.l. Regia* nulla mentio fiat de appellatione, & ita merito eos improbat, hanc nostram sententiam sequutus, Cald. *ubi supra num. 67.*

Vltimo observandum est, † quod quoties tempore solutionis, etiam cum iudicis decreto factæ, læsio interessit, veluti si quid minus debito solvitur tempore aut loco, non est deneganda restitutio minori adversus prætam læsionem, quam non excludit præceptum iudicis, siquidem in eo quoq; læsus fuit minor, ut recte adversus communem, quem refert, probavit, & tenet Mencha *d.c. 16. n. 3. lib. 3. quem sequitur Cald. n. 67. ad fin.* & respondet Mencha *d. §. permittitur*, ut loquatur de læsione post contractum contingente, secus de ea, quæ tempore solutionis contigit. 27

Sed † an restituatur minor adversus solutionem à se 28
indebite factam, quia hæc quæstio non concernit nostram materiam de tutelis & curis: sed potius illam de minoribus, eorumq; restitutione in integrum, quæ est diversa, videndus est de hoc late agens per articulos Stottis Odd. *d. 2. par. de restit. in integr. q. 32. art. 4. cum seqq. & Cald. ubi sup. in numeris statim seqq.*

SUMMARIA.

1 *Exsequutor regulariter locum non habet contra tutorem vel curatorem bona suorum minorum non possidentes pro debitis eorundem minorum.*

2 *Tutor vel curator minorum si bona eorum habeant, eaque non exhibeant, ut pignori capiantur, possunt in carcerem detrudi, donec exhibeantur.*

CAPUT XXIII.

An, & quando exsequutio locum habeat contra tutorem & curatorem?

PRopter ea alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex 1
bonis eius tenet, pignori capi non oportet. Ita decidit *l. 1. C. quando iudex, vel privat.* Non igitur fieri debet in bonis tutoris vel curatoris exsequutio, o debitis minorum, si res eorum non teneant. Idem probat tex. *in l. 1. in princ. C. quando ex fact. tut.* ubi quod sententia lata contra tutorem vel curatorem finito officio non mandatur exsequutioni in eos, sed in dominum principalem, & regulariter denegari iudicati actionem in tutorem vel curatorem decidit, *l. 1. in princ. ibi, tutor quoque, & ff. de re iudic. & l. 2. in princ. ff. de adminis. tut. & ubi DD. Specul. in tit. de reo, §. nunc.*

Si tamen † bona pupilli habeat tutor vel curator, si 2
ea non exhibeat, ut pignori capiantur, iure in carcerem detrudi poterit, donec ea exhibeat, *secund. Bald. in l. 1. C. quando iudex. vel privat. Angel. Perus. in l. si vacantia, C. de bon. vac. lib. 10. & Angarel. an §. fin. n. 2. Instit. de act. quæ refert & sequitur Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 5. n. 6. par. 6. 1. n. 1. ubi n. 2.* an tutor, qui in rem pupilli se obligavit, finito officio teneatur, *& n. 3. de institore.*

Finis secundæ Partis.

Dn. IO.

Dn. IOANNIS
GVTIERREZ, IVRECONSVLTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ
CIVITATENSIS,

Pars Tertia,
DE TVTELIS ET CVRIS MINORVM.
Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum & mercede ipsorum.

SUMMARIA.

1 *Rationum reddendarum tutela vel cura administrata materia fota ex bono & æquo pendet, ut late hic declaratur.*

2 *Tutor & curator, eorumque heredes, finita tutela vel cura tenentur rationem reddere administrationis, & num seqq.*

3 *Administrator quicunq; rationem reddere tenetur sua administrationis, & n. 9.*

4 *L. 21. tit. 16 partit. 6. litera refertur, qua præcipitur interem eiusq; fideiussores & heredes rationem reddere teneri.*

5 *Tutor vel curator ultro rationes reddere potest, nondum finito officio, periculo timen tutelæ vel curæ obnoxius remanet.*

6 *Tutores & curatores si non reddiderint rationem finito officio, pœna, quasi fulsi tenentur, & contra eos utitur in litem.*

7 *Tutor vel curator etiam non requisitus tenetur reddere rationem.*

8 *Protutor tenetur reddere rationem sua administrationis.*

10 *Administrator, qui de facto prætermisso iuris ordine assumsit administrationem bonorum pupilli vel alterius, tenetur reddere rationem.*

11 *Administrans cum mandato vel sine mandato, tenetur rationem reddere.*

12 *Negotiorum gestor tenetur rationem reddere de negotiis a se gestis.*

13 *Procurator ad lites & negotia, rationem reddere tenetur de gestis.*

14 *Actor universitatis rationem reddere tenetur.*

15 *Exsequutores testamentorum rationem reddere tenentur.*

16 *Curatores ad lites rationem reddere tenentur.*

17 *Hospitalarii rationem reddere tenentur.*

18 *Heres gravatus per fideicommissum, rationem reddere tenetur.*

19 *Frater, qui existens cum fratribus in communi, bona communia administravit, rationem reddere tenetur.*

20 *Filius rationem reddere debet de his, qua vivente patre administravit.*

21 *Patruus tenetur rationem reddere de bonis maternis sui nepotis per eum administratis, & de fructibus eorum, alias poterit iurari in litem per nepotem contra patruum pro ratione eius, qua sua interfit.*

22 *Administrator rei communis cum alio, tenetur ei reddere rationem administrationis.*

23 *Mater tenetur reddere rationem administrationis bonorum filiorum suorum.*

24 *Pater, quando non est legitimus administrator bonorum filiorum, tenetur eos rationem reddere de gestis.*

25 *Pater ubi dolose administravit bona, in quibus erat legitimus administrator, tenetur rationem reddere,*

26 *Pater cessante dolo de culpa alias in administratione, cum sit legitimus administrator, rationem filio reddere non tenetur.*

27 *Tutor, curator, vel procurator, rationem administrationis reddere tenetur etiam post longum tempus 20. an. & ultra, ad 30. ann.*

28 *Tutor vel curator in reddendis rationibus debet exhibere inventarium & librum rationis, & alia plura facere & ostendere, qua hic continentur.*

29 *Consuetudo non valet, quod tutor non teneatur reddere rationem.*

30 *Administrator & eius heredes, tenentur semper statim requisiti rationem reddere.*

31 *Administrator, qualibet negotiorum gestor, factor, ac procurator ad negotia, tenetur librum facere, & rationem qualibet anno reddere sua administrationis, alias potest contra eum in litem iurari.*

32 *Liberatio per testatorem ex reddendis rationibus administrationis, an & quando, & de quibus ea reddere teneantur. latissime hic agitur cum pluribus n. seqq.*

33 *Pater, cui est relicta generalis liberatio ab actione tutelæ per filii, non tenetur reliqua restituere. Idem est in socero, qui patris locum obtinet, & in patruo tutore relicto a nepote, & in matre tutrice, non tamen in extraneo, ut in n. 34. nisi concipiatur legatum, ut in n. 35*

36 *Reliqua, & dolus, an & quando per testatorem administratoris censeantur remissa etiam in futura administratione, ut in n. 37. & n. 38.*

39 *Dolus futuræ administrationis etiam expressim remitti non potest.*

40 *Dolus in administratione in omitendo commissus, facilius censetur remissus.*

41 *Dolus versus nunquam censetur remissus, nisi ut hic, quod verum est de dolo præterito: secus si de futuro, ut in n. 42.*

43 *Remittens in contrarium administratoris sua ea, qua maleficit, videtur etiam illi remittere dolum commissum.*

44 Re-

44 Remissa alliene generali verborum formula, dolus cõmissus in præterita administratione censetur remissus, quoties dolo nullum adest administratori lucrum.

45 Legatum factum tutori de omni eo, in quo damnatus fuerit in administratione futura, ad reliquorum remissionem extenditur, si tutor ex eis non sit factus locupletior.

46 Dolo remisso tutori futuro ex causa legati, nihilominus adversus ipsum ob dolum verum agi potest, licet factus tutor locupletior non fuerit.

47 Tutor per legatum generale sibi factum à testatore à rationibus reddendis est absolvendus, ab exceptione, quod inventarium non confecerit.

48 Tutor liberatus per testatorem à rationibus reddendis, si tamen sine decreto iudicis tutelam administravit, rationem reddere tenetur.

49 Tutor vel curator, quando reddit rationem, tenetur exhibere inventarium, legitimum & perfectum, alias est in dolo præsumto, & ultra pœnam infamiæ, & aliàs tenetur minori, quatenus in litem iuraverit.

50 Inventarium est caput omnium rationum.

51 Tutor prius ostendere debet introitus, quam exitus.

52 Confessio redditus non præiudicat tutoris seu administratori, donec acceptetur impensa, & econverso.

53 Instrumentum in quo tutor promisit reddere rationem cum solutione reliquorum non habet exsequutionem paratam, sed via ordinaria id petendum est, & offerri debet rationis redditio.

54 Tutor vel curator, tempore redditionis rationis exhibere debet libros rationum administrationis rei pupillaris.

55 Tutor vel curator committendo pecunias minoris, in propriam utilitatem potest dici prædo, & contra eum in litem iurator.

¶ Administrator quilibet, negotiorum gestor, thesaurarius, & similes personæ, ut mater usufructuaria librum administrationis conficere tenetur, & in forma rationis, ut singulariter omnia contineat, sita ut reperiri possint falsa & vera, aliàs tenebuntur ad interesse, vt in d. n. 55.

56 Amicus negotia amici gerens gratis, quamvis non teneatur librum conficere ita exacte & diligenter, vt aliàs iura fieri mandant: debet tamen eum conficere saltem negligenter, quia tenetur rationem reddere.

57 Liber rationum in aliquo falsus, præsumitur in totum falsus.

58 Tutor describens introitus pupilli permixte cum rationibus suis, est in culpa, & turatur in litem contra eum.

59 Negotiorum gestor, quibus rationibus teneatur librum conficere.

60 Tutor vel curator tenetur reddere pupillo librum rationum finita tutela, vel cura: necnon & hæres tutoris vel curatoris, ut in n. 71.

62 Liber rationum qua forma & ordine debeat esse confectus, & quid continere debeat?

63 Gerentes omnes negotia aliena, qui tenentur rationem reddere, conficere quoque librum debent: sed hoc declaratur & limitatur quatuor modis in numeris sequentibus.

68 Frater vel soror, administrans bona communia, quam rationem debeant reddere, & n. 67.

69 Rationum redditio quot complectatur.

70 Ratio realiter & cum effectu est reddenda, & à capite.

71 Liberatio facta absque calculatione, nihil valet.

72 Ratio præsumitur non recte reddita ex brevitate temporis.

73 Ratio est præcise computanda, nec sufficit solvere reliqua.

74 Tutor, qui aliquid supprimit in libro rationum, præsumitur habere animum furandi.

75 Rationem reddidisse non dicitur, qui non solvit reliqua.

76 Noviter inventa, si non sunt posita in inventario, debent poni in libro rationum.

77 Tutoris confessio in libro rationum, vel apocha de pecuniis exactis vel receptis à debitoribus pupilli, an eos liberet ita, ut pupillus agere non possit postea contra eos.

78 Confessio prælati de recepto à debitoribus Ecclesiæ, an Ecclesia præiudicet.

79 Confessio tutoris, curatoris, exsequutoris, & aliius administratoris extra iudicium, & in iudicio facta, quando noceat, vel non minori, aut ceteris dominis, n. 77. & 79.

80 Tutor tenetur pecuniam pupillæ eam convertere in emptionem prædiorum venalium, alias tenetur adinteresse honesti lucri, si pecunia esset sufficiens additorum emptionem, vel pecuniam deponere ad lucrum & honestum lucrum, apud fidum mercatorem, & prædict. interesse declaratur per iuramentum in litem, ut in n. 61. limitatur tamen illud de interesse, ut in n. 82.

83 Tutor vel curator, si post decretum præsidis sublata pecunia, qua ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparaverit, est in electione minoris rem emtam sibi capere, vel pecuniam cum usuris legitimis, intelligetamen, ut in hoc n. 84.

85 Extraneus emendo rem cum pecunia minoris, an saltem in subsidium rei sic emta efficiatur minoris.

86 Res emta ex pecunia uxoris donata vero, revocata donatione per ipsam vindicari potest in subsidium.

87 Res emta ex pecunia dotali, quando efficiatur dotalis. vel non, & n. 88.

89 Res emta ex pecunia dotali per extraneum, qui non est solvendo rei, vendicari potest utiliter per mulierem, sed si sibi offeratur æstimatio rei, possessor liberatur.

90 Tutores vel curatores tempore redditionis rationum tenentur probare debitores, cum quibus contraxerunt eius conditionis tempore contractus fuit, vt diligens pater fam. his crediturus fuisset.

91 Tutor vel curator, tenetur restituere adulto instrumenta, aliàs potest adversus eum ob dolum vel latam culpam in litem irurari.

92 Tutor vel curator, tenetur sibi consignata non legitime alienata tanquam reliqua restituere.

93 Tutor vel curator debet rationem reddere finitum, & redditum, secundum quod communiter percepi potuisset.

94 Tutor non tenetur exhibere bona mobilia in inventario scripta, si probet verisimile esse illa esse corrupta vel consumta secundum naturam suam.

95 Tutores & curatores tenentur, si exstiterunt in mora exigendi nomina debitorũ, & ipsi fuerint deteriorata.

96 Tutor vel curator tenetur, si dolo, vel lata culpa neglexerit exigere.

97 Tutor regulariter tenetur de levi culpa, præterquam in exigendis debitoribus pupilli, in quo non tenetur de levi culpa, sed lata culpa requiritur.

98 Pupillus vel hæredes eius tenentur probare, quod tempore, quo tutor cœpit administrare, debitores erant solvendo.

99 Tutor saltem interpellatus, debet creditori satisfacere de bonis pupilli minus damnosis si apud pupillum non est pecunia vendendo dicta bona.

100 Tutor & curator tenetur ad actus inchoatos per tutel. & curæ desinentiam non perfectos, administrationem nondum in curatorem translatam.

101 Tutor & curator tenetur adsid, quod acquirere potuerunt, & non acquisierunt.

102 Tutor ex qua scivit se tutorem datum & administrare cessavit, suo periculo cessavit.

103 Tutores & curatores si domos minorum rumentes non reficerunt

ficerunt ad omnia damna & interesse tenentur.

104 Tutor & curator tenentur, si lites iniquas instruantur & hoc fraudulenter agere, & calumnioseadfaciant, nec sufficit temeritas, sed requiritur, quod calumnioseegerint nomine pupilli, ut in num. 105. & 106.

107 Tutor accusans iniuriarum factum pupillo, non dicitur calumnioseagere.

108 Tutores & curatores tenentur de casu fortuito, quando dolus eum præcessit.

109 Bona tutorum & curatorum sunt meritè hypothecata à iure pro omnibus, pro quibus ipsi tenentur.

110 Tutor vel curator, tutela vel cura durante, non potest eam regulariter rationem administrationis reddere, sed bene possunt conveniri speciali actione forti, &c.

¶ Curator furiosi, durante cura, rationem reddere tenetur, ibid. d. num. 110.

111 Tutoribus vel curatoribus pluribus administrantibus, unus sine alio non potest rationem reddere.

112 Tutoribus vel curatoribus pluribus administrantibus, quomodo conveniri ipsi possint.

¶ Confessio facta in instrumento publico reddita rationis

113 legitimæ, & liberationis reliquorum facta ab adulto, vel ab eius curatore, vel tutore pupilli, an liberet ipsum primum tutorem & curatorem, eiusq; hæredes ab obligatione iterum reddendi eam? & numeris seqq.

114 Tutor vel curator, aliusve administrator, qui semel reddidit rationem, reddere illam iterum non tenetur, si ratio sufficienter reddita fuerit, secus aliàs, ut in numero 116.

115 Ratio reddita ratione erroris retractari potest, nisi interveniat pactum vel transactio de stando calculo.

117 Ratio semel reddita inter mercatores, potest peti, ut iterum calculetur, allegando errorem.

118 Onus probandi, rationem legitimè non fuisse redditam, incumbit ad alleganti, & quomodo id probetur, numero 119.

120 Rationem esse redditam aliunde est, & aliud confiteri esse redditum.

¶ Liberatio minoris cum iuramento facta, & etiam cum auctoritate curatoris & decreto iudicis, asserendo rationem administrationis sibi fuisse redditam, non liberat tutorem ab ea reddenda, & n. 123. cum seqq.

122 Confessio secundi tutoris, quod ratio primi tutoris sit bene reddita, non nocet pupillo.

123 Rationa redda debent in loco, ubi administratio facta est, nisi in casibus, de quibus num. 126.

127 Tutores & curatores in rationibus reddendis conservare sibi expensas in alimentis & aliis rebus minorum factas, non enim videntur alimenta prædonare, cum ea cogantur præstare, ut in num. 121. procedit etiam in tutore & curatore sanguine coniuncto, puta patruo & fratre, ut in num. 130. & 131. ubi, quid si pupillus operatus sit tutoris.

129 L. 31. tit. 22. part. 3. intellectus.

132 Tutor regulariter non est alendus de bonis pupilli, nisi sit pauper, ut in num. 133.

134 Tutores & curatores reputant expensas, quas ipsi faciunt domi egressi, si alibi res minoris vel furiosi gerenda sit, debet tamen ex his deduci, quas domi erant facturi, nisi domi viverent ex artificio, ut in num. 135.

136 Tutor rusticus vel curator alius vel administrator, qui pedes uter facere solet pro pupillo, eques non debet præsumi.

137 Tutor vel curator eas expensas pro pupillo faciat, quas pro se faceret.

138 Tutores & curatores reputant omnes sumtus, quos faciunt in re & patrimonio minorum, veluti si ædificent vel reficiant, vel agros colant, ut in nu. 139.

140 Tutor utiliter gerens conservat sibi expensas factas, idem in protutore & curatore, & alio administratore.

141 Expensa restituenda sunt tutori licet excedant valorẽ omnium facultatum pupilli, si fit utiliter expensum.

142 Tutores & curatores reputantur in ratione administrationis sumtus litis, & num. seq.

143 Tutores & curatores non solum lites cœptas sequuntur, ut eas perficiant, sed etiam incipiunt eas, quas petere posse putant, etiamsi non sint tempore pertractæ.

144 Tutores & curatores non debent plus pro suis minoribus expendere, quam pro se expenderent: staq; moderata esse oportet salaria advocatorum & procuratoris legitimos sumtus, &c.

145 Tutores & curatores deducunt expensas litium utiliter à principio instituarum, etiamsi eriam eventum habeant.

146 Tutores & curatores alios administratores, sicut possessor hereditatis, possunt sibi recuperare meliorationes utiliter factas, licet non existent res, in quibus facta sunt, ut hic.

147 Administrator quilibet expendens in re aliena, qui est obligatus rationem reddere, si in dubium revocatur, tenetur probare, quæ in rationibus scripsit, gessisse, vel impendisse vera esse. expensæ igitur sunt probandæ, ut in hoc num. 147. probantur tamen per rei evidentiam, ut in ædificiis, ut in num. 148.

¶ Probantur etiam coniecturis motu iudicis approbandæ, si sint modicæ: secus si magnæ, ut in num. 149.

¶ Probantur etiam testibus, & domestici admittuntur, nisi quando agitur de probatione æstimationis ædificiorum, quia tunc requiritur depositio architectorum, qui sint periti illius artis, ut in num. 150.

¶ Probantur etiam expensæ per libros, in quibus descriptæ sunt, si tamen utiles sunt, verisimiles, & ex iusta & honesta causa factæ, & persona scribentis sit fide digna præsertim cum sit mortua.

¶ Probantur etiam in articulis impensa concernentibus, articulos recepti non impugnates per dominum, sed acceptatos ad augmentationem summæ receptæ per scripturam seu confessionem reddentis rationem, dummodo per legitima documenta probentur contenta in articulis impensarum eiusdem recepti, ut latius hoc declaratur, num. 152.

¶ Probari etiam debent expensæ, licet rationes continent multa alia vera & verisimilia, ut in num. 153.

154 Expensa vero modica probantur per iuramentum rationem reddentis, ut in num 154.

¶ Et qua dicantur parvæ seu minutæ, num. 155.

¶ Expensa autem quinque solidorum, est modica, numero 156.

¶ Et generaliter, quæ sint modicæ vel magnæ expensæ, boni iudicis est arbitrari, ut in num. 157.

158 Specificare debent expensa minuta in scriptura rationum, ut in num. 158.

¶ Debent ij, esse rationabiles, & verisimiles, ut in numero 159.

¶ Expensa vero, quæ apparet facta, eo ipso præsumitur facilius pera & impensa administratoris, ad cuius curam & officium spectabat hoc facere, ut in num. 160.

¶ In expensis a sanguinitate factis non requiritur tam stricta probatio, sicut in factis ab aliis, ut in num. 161.

¶ Quod declaratur in num. 163. quomodo intelligendum sit: & etiam in expensis non modicis statur iuramento, si persona qualitas, verisimilitudo, & indicia motus cum hoc concurrant.

¶ Is autem, cui præleganta est liberatio à rationibus reddendis, non tenetur in eis ponere aut probare, nisi habeatur, ut dolus & lata culpa excludantur.

165 Tutor & curator, an durante officio possit conveniri pro rationibus sua administrationis reddendis, nec ne? & numeris sequentibus. & in numero 166. quid de alitione contraria ejus, qui pro tutore gessit, vel qui curam

administravit pernicie gestione, & num. 167. de actione directa. & num. 168. de coeteris actionibus, furti, damni, injuriæ, condictionis, præter tutelæ & curæ actionem.

163 *Tutor vel curator, vel alius administrator, an teneatur solvere mercedem domus minoris, vel domini in qua vixit?*

CAPUT V.

De rationibus reddendis per tutorem & curatorem finita tutelâ.

1 MATERIA ista, † rationum reddendarum tutelæ vel curæ administratæ, tota ex bono & æquo petitur, remota omni fraude omnique dolo prorsus excluso: item cum bona fide & maxima æquitate tractari & terminari debet, cum leges pupillarium bona prospicere & consulere in decimoque studuerint, quæ sunt tutorum fraudibus multifariam multisque modis exposita. Unde actio tutelæ est bonæ fidei, cum cuius meminerunt *§. actionum, Instit. de actionib.* & licin ea debet exuberare bona fides, tam ex parte tutoris, quam ex parte judicis. Similiter liberatio ab ipsa tutela judicatur bonæ fidei: quia resolutio contractus judicatur ejusdem naturæ, cujus est ipse contractus, *l. de tutela. cum glos. C. de inter. rest. min.* Judices ergo, qui in tali causa rationum tutelarum habent judicare, non se reddant difficiles aut morosos in revidendis denuo diligenter rationibus administratæ tutelæ, & in repetendis computis rationum, ut tales causæ, per quas minorum indemnitatibus succurritur, legaliter procedant privideantque, sicuti leges volunt, quod dolus tutoris in principio administrationis, in medio & infine, & sic omni tempore & omni casu, ac omni ex parte coerceatur & purgetur, *ut alias inquit Jas. consil. 218. num. 1. & 2. vol. 2.*

2 Tutor † igitur atq; curator eorumque heredes finita tutela vel cura, tenentur rationem reddere administrationis, ut de tutore est text. *in l. 1. §. officio, & in §. de actionibus*, ubi loquitur in protutore, *ff. de tut. & rat. distrah. & per totum illum titulum, & ibi per Bart. & Doctores. & in toto titulo. C. arbit. tut. & ibi per Azo. in summa.* Et de curatore plene notatur *in l. adversus, ut in l. rationes, C. de administr. tut. & in l. nisi finitis, § fin. ff. de tutel. & rat. distrah.* & de utroque agit Speculi, *in tit. de judic. §. 2. versic. seguitur videre de actionibus tutela. Socin. cons. 40. col. 1. volum. 1. duplicato consil. 215. Hieronym. Gratus consil. 23. in causa illustrium. n. 7. in 1. part. Cardin. Paris. consil. 96. in præsenti causa, in prino. lib. 1. Roland. à Valle late consil. 49. num. 1. cum seqq. volum. 1. Anton. Diaz. de tut. & curat. quæst. 19. num. 1. & 19. Baez. de decim. tut. cap. 2. num. 152. & late egimus de hoc in nostro tractatu de juram. confirmat. 1. part. cap. 40. num. 18. cum seqq. & posse nos Joan. Gars. de expens. & melior. capit. 20. num. 22. & alios allegans D. Spino in suo specul. testam. gloss. 29. num. 66. cum seqq. & optime Carol. Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. n. 15.* ubi loquitur generaliter in quocunque administratore, *quem sequitur Ioan. Gars. ubi sup. tenet etiam Petrus Surd. consil. 7. num. 29. lib. 1. & Chassan. in consuet. Burgund. rub. 6. §. 8. verb. de en rendre copte, num. 2.* ubi *num. 3.* quod † si sunt plures tutores vel curatores, unus non potest reddere rationem sine altero, ne ratio dividatur, cum simul tota reddi debeat ab omnibus, *secundum Bald. notabiliter in l. si plures, C. de condit. insert. & num. 1.* quod non solum pupillo debet reddi ratio, sed etiam agnatis eius heredibus ab intestato, *l. si pater. & ibi Bald. C. communi. de successionib.* & quod tutor & curator teneatur rationem suæ administrationis reddere, Hier. Gabr. *consil. 143. per totum, lib. 1.* ubi plura in materia.

4 Habemus † Hispani legem Regiam expressam hoc disponentem, nempe l. fin. quæ est 21. tit. 19. part. 6. ibi, *Pero en qual quiera destos manera que sobredichas que se acabe el officio del guardador, Tenudo es luego de dar buena cuenta e verdadera de todos los bienes del huerfano, tambien mueble, como raiz, e entregarlo todo al mismo o a su guardador o llamado Curador, o para esto cumplir es obligado tambien el guardador, como sus fiadores e sus herederos e todos sus bienes al huerfano o a sus herederos.* Est etiam *l. 2. tit. 7. lib. 3. fori.* quod de heredibus jure etiam communi probavit Roland. à Valle *consil. 49. n. 14. vol. 1.*

Nec citatio fideiussorum requiritur pro rationibus reddendis, quinimo petitum potest exsequutio pro reliquis contra eos, etiamsi prædicta citatio facta non fuerit, nisi tutore non existente solvendo, quia tunc petere possunt, ut ad calculos redeatur, *ut probat Parlad. lib. 2. rerum quot. c. fin. 2. part. §. 6. num. 22.*

Quinimo † tutor vel curator ultro rationes reddere 5
potest, nondum finita tutela vel cura: tametsi tutelæ vel curæ oneribus periculisque obnoxius remaneat. Nam cum ipso jure finita non sit, minoris & curatoris assensus id efficere non potest. *l. 2. C. quando tut. vel cur. desin. Parlad. lib. 1. rer. quot. c. 2. num. 4. in novis.*

Tutores † & curatores, si non reddiderint rationem 6
finito officio, tenentur pœna quasi falsi, *l. 1. §. 1. versic. tutores, & ibi Bart. ff. ad l. Cornel. de falsi. Greg. Lop. in d. l. fin. in glos. buena eventa*, & iuraturân litem adversus eos ob dolum vel culpam, *ut in l. alio, C. de in lit. jur. gloss. in rubr. C. eod. tit. & in l. actionibus, verb. non ob culpam, ff. eod. tit. l. 3. tit. 11. part. 3. & ibi Greg. Lop. in glos. nec culpa.* & prius *in gl. 1.* dicens, hic habes textum pro glos. *in l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. distrah.* quam dicit singularem *Angel. in §. fin. Inst. de Attil. int.* quod contra tutorem non reddentem rationem iuratur in litem, si rationes non reddat, vel reliqua non restituat, & punitur de falso.

Similiter † tutor vel curator, etiam non requisitus te- 7
netur reddere rationem, *prout voluit glos. verbo singulis annis*, quam approbant magis communiter Doctores *in clementin. quia contingit, de religios. domib. ut late affirmant Socin. consil. 92. n. 17. ver. præterea, ex quo, vol. 4. Roland. à Valle consil. 49. n. 16. vol. 1. & Baez. de decim. tut. cap. 2. num. 167. & 176.*

Protutor † etiam, ut prædiximus tenetur reddere ra- 8
tionem, *ut per Decian. consil. 83. num. 21. vol. 2.* & est text. clarus *in l. 1. ff. de eo, quis pro tut. per totam.* Quicunq; pro tutore se gerit, eandem fidem & diligentiam præstare debet, quam tutor præstaret. Non enim debet melioris conditionis esse, qui de facto tutelam suscepit, quam ille qui iuste & legitime. Sive ergo ut tutor, sive ut curator, sive ut negotiorum gestor administraverit, procul dubio tenetur reddere rationem, *ut probat Dec. ubi supra, dict. num. 21. & 22.* ubi etiam loquitur in quosibet administratore.

Regulariter † igitur quilibet administrator, quocun- 9
que nomine, titulo vel causa administraverit, rationem administrationis reddere tenetur, & ad solutionem reliquarum, *l. 2. ff. de neg. gest.* aliis tenebitur ad interesse declarandum per juramentum in litem. *Bart. in l. 1. §. officio, n. 2. ff. de tut. & rat. distr. & ibi Bald. & omnes summos consensus, & in leg. sixta fueras. ff. de manda. sest. Bald. consil. 137. quadam n. 6. & 7. vol. 3. Soc. con. 73. n. 1. vol. 2. & consil. 119. in præsenti consultatione, & consil. 90. memini, vol. 2. & consil. 92. visto vol. 4. Cornetus consil. 24. n. 12. vol. 1. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 6. §. 7. vers. 4. Carol. Molin. & Dec. ubi sup. Marzar. consil. 20. n. 11. & consil. 61. nu. 29. Franc. Marcus dec. 441. in parte. Pet. Surd. d. consil. 7. n. 14. Baez. de decim. tut. c. 2. n. 152. & 157. Men. de arb. aud. lib. 2. casu 209. & consil. 214. n. 1. vol. 5.* ubi quod ita pariter iuri convenire videtur hæc sententia, quod in reddenda ratione administrationis habeatur ratio doli, facæ culpæ & damni, ac interesse passi a minore in causa prædiorum venditorum pro illis partibus

tibus pro quibus non vergebat æs alienum. Eandem regulam probat & sequitur Hieronymus Gabr. *consil. 148. num. 1. in princ. cum seqq.* & Doctor Castellus late *en su tratado de cuentas, en la 2. part. per totam*, loquens in omnibus administratoribus supradictis, & in clerico tutore vel curatore, licet capi ad hoc non possit per judicem laicum, sed tantum ejus bona. Addo ego, quod persona etiam clerici per judicem ecclesiasticum competentem capi poterit, vel excommunicari, ad requisitionem judicis secularis, ut rationem prædictam reddat. Unde in Evangelio dicitur, *redde rationem villicationis tuæ*, & habetur in capite *qualiter & quando, el 2 de accusation.*

10 Quod † procedit etiam in illo, qui de facto prætermisso omni juris ordine, assumsit administrationem bonorum pupilli vel alterius, *ut per Aret. consil. 20. diligenter, in pr. Soc. consil. 2. col. 1. & consil. 24. col. pen. ac Dec. consil. 449. col. fin. & consil. 591. col. 1. quos refert & sequitur Rol. à Val. d. consil. 49. nu. 17. vol. 1. sequitur Carol. Rain. consil. 70. sub n. 7. ibi, & illud, vol. 4. & Carol. Molin. ubi supr.* ratione quam prædiximus, quia non debet esse melioris conditionis eo, qui legitime tutelam suscepit, *arg. tex. in c. cum qui, de præben. in 6. & in l. si dominio, §. si prædo, ff. de petit. hered. & l. non solum, ff. de noxal. act. & l. quod Servius, ff. quod vi aut clam. 12. a Bal. in d. §. officio, & Roland. à Valle, d. n. 17. & Decian. d. consil. 85. n. 21. vol. 2.*

11 Sic administrans, † cum mandato, vel sine mandato, tenetur reddere rationem, *ut notatur in clem. 2. §. illis etiã, de relig. domib. & in l. si procuratorem. §. 1. ff. mandat. & in l. 1. & in l. item eorum, §. si decurriones, ff. quod cuiusq; universorum nomin. Soc. consil. 2. n. 5. vol. 1. Baez. d. c. 2. n. 154.*

Hinc est, † quod negotiorum gestor rationem reddere tenetur de negotiis a se gestis, ut est casus *in d. l. 2. & ibi Bart. declarat, ff. de negot. gest. Decian. d. consil. 85. nu. 22. vol. 2. Hier. Gabr. d. consil. 148. n. 1.* ubi quod quilibet administrator, sive amicitiæ, sive consanguinitatis, sive qualibet alia causa, rationem reddere tenetur. Nec obstat, si quis obiiciat, satis esse debere amico, si ei vel in paucis sit consultum, *ad ea, quæ Corn. tradit consil. 223. vol. 1.* quia in his, in quibus libuit consulere, debet omnia facere, quæ diligentes homines facere solent. *Bar. in l. quod Nerva, ff. depositi.* & eorum, quæ gessit, rationem concipere, *d. l. 1. §. officium, de tut. & rat. distrah. sta Hieron. Gabr. ubi supr. num. 3.*

13 Similiter † etiam procurator ad lites & negotia, rationem reddere tenetur de gestis, *l. si remunerandi, & l. si procurator. §. 1. ff. mandati.* nec non † actor universitatis, *l. 1. & l. item eorum, §. si decuriones. ff. quod cuiusq; univ. nom.*

15 ¶ Et ex sequitur testamentorum, *tex. in c. tua nobis, & c. Joan. de ets. d. l. nullo, C. de episc. & cler.* ac † ex sequitur sententiarum *d. ex sequitur eos, C. de exseq. reis judic. & Decia. consil. 83. sub n. 23. vol. 2.* ¶ Et † curator ad lites, *ut in §. final. Inst. de auctor. tut.* ¶ Et etiam † Hospitalarii, *ut notatur in auth. de ecclesiast. tit. §. penult. & l. orphanotrophi, 1. C. de episc. & cler. clem. 2. §. ut autem, de religios. domib.* ¶ Et † similiter heres gravatus per fideicommissum, *ut per Bart. in l. cum tale, ff. de cond. & demonst. & Soc. consil. 24. n. 37. ubi idem dicit de servo & socio, & consil. 37. in prin.*

19 Ubi † etiam idem probat de fratre, qui existens cum fratribus in communi, communia bona administravit, *Abb. consil. 12. in 6. dub. volum. 1. Socin. consil. 192. capio, numero 5. lib. 2.*

16 Ubi etiam tenet, † filium rationem reddere debere de his, quæ vivente patre administravit, *argumento leg. cum oportet, § sed in hac specie, C. de bon. qua lib.* quas pene omnes conclusiones & doctrinas congerit & sequitur Carol. Molin. *ubi supra, in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. n. 15. & Roland. à Val. d. consil. 49. num. 2. cum pluribus seqq. & duas ultimas. Baez. d. c. 2. de decim. tut. num. 152. & 153.* Et quod frater major, qui in vita patris habuit administrationem, teneatur rationem illius administrationis reddere, cum Socin. Abbate, & aliis probat Marzarius *d. consil. 61. num. 30.* & plures referens Arias Pinel. *in l. 2. part. num. 19. C. de bon. matern.* & Decian. *consil. 85. num. 22. volum. 2.*

Patruus † etiam tenetur rationem reddere de bonis 22
maternis sui nepotis per eum administratis. & de fructibus eorum, alias poterit jurari per nepotem in litem contra patruum pro ratione eius, quod sua interfit, *Cornæus consil. 196. num. 4. in ver. fac. cum præsupponatur lib. 3. & Aret. in l. 1. in fin. vers. et ter. non alienus ape. C. de eden.* ubi allegat Cumanum & Decium, Bertrand. etiam *consil. 8. num. 2. vers. consulo igitur, lib. 2. in antiquis. Cravet. consil. 218. in princ. quos refert & sequitur Marz. ar. dict. consil. 20. num. 14.*

Et procedunt prædicta, † nedum in administratione 22
rei prorsus alienæ, verumetiam, si communis rei administrator quis fuerit. *Bart. in l. 2. in 2. notab. C. de naufra. lib. 10. sequitur plures refirens Marz. ar. d. consil. 61. n. 29.*

Mater † etiam tenetur reddere rationem administra- 23
tionis bonorum filiorum suorũ. *Cornæus consil. 198. quatquam in hac consultatione, num. 11. vers. ad aliud autem lib. 1. quem ad hoc refert & sequitur Anton. Diaz. de tut. & curat. quæst. 19. num. 1.* Et de matre tutrice probat post alios, quos refert Baez, *de decim. tut. cap. 2. n. 155. Decian. consil. 94. sub num. 15. cum sequentibus, volum. 3. & Chassan. in consuet. Burgund. rub. 8. §. 8. verb. de emendre compte num. 1. cum seqq.*

Quinimo, † & pater, licet non teneatur reddere ratio- 24
nem filio de bonis, in quibus habet legitimam administrationem, & tic usumfructum, *ut in l. cum oportet, § num autem, C. de bon. qua lib.* tamen quando non est legitimus administrator, & gerit negotia filii, tenetur reddere rationem, *d. tit. §. pater, & ibi Bart. ff. de negot. gest. & latissime Socin. consil. 34. num. 15. lib. 1. & num. 16. & 17. & consil. 46. num. 1. & 2. lib. 1. Idem Soc.* & alii plures, quos refert & sequitur Roland. à Vall. *d. consil. 49. n. 15. vol. 1.* sequitur etiam plures allegans Decian. *d. consil. 85. num. 23. vol. 2. & Cassaneus ubi supra, § 7. in princ. num. 3.* id quod in practica observari affirmat ex Cassaneo Marzarius. *dict. consil. 61. num. 30. & alios allegant Baez. de decim. tut. cap. 2. num. 155.* ubi etiam citat ad hoc *l. 3. tit. de la guarda de los huerfanos, lib. 3 fori.* & Arias Pinel. *ubi supra, num. 29.* idem probat etiam in his, quæ pater donavit filio emancipato, vel ex causa, quæ omnino valide donationem factam filiofamilias, nam si pater retinet bona donata, filio tenebitur rationem reddere cadê ratione, *ita Angel. in dict. d. 3. lit. contestat. a. §. pater, per text. ubi qui id probat, ff. de negotiis gest. & Surd. 7. in quæstione materiali, in fin.* Eandem principalem sententiam, quod pater teneatur rationem reddere filio de administratione bonorum suorum, in quibus non est legitimus administrator, quia non habet in eis usumfructum, tenet cum aliis Antonius de Fano *de pignoribus, 2. membro 4. parte. num. 13.* & cum Montalvo Caldas Pereyra *in 2. parte tractatuum, de restit. in integ. pag. 1146. colum. 2. sub num. 5. vers. filio autem emancipato.* Et quando est tutor filii sui, vel administrator bonorum emancipati, quod teneatur reddere rationem probat Chassan. *d. §. 7. & num. 3. & 6.*

Sic etiam, † ubi pater dolose administravit, eius bona 25
obligantur, & ipse tenetur rationem reddere, *secundum Bald. & alios in l. cum oportet, § fin. per textum ibi. C. de bon. qualib. volunt glossam in § non autem, eiusdem legis.* & ibi Cornæus *num. 3.* hoc receptum dicit, tradit Anton. de Fano *de pignor. 4. membro 2. partis, num. 13. & 16. & Aret. consil. 72. num. 7. vers. ad 6. Ari. & Pinel. ubi supra, num. 32.* & etiam Cald. *ubi supr.* Cessante vero dolo, de culpa. Alias in administratione pater legitimus administrator rationem filio reddere non tenetur, *ut resolvunt doctores practici, præcipue Pinel.* ubi, quod hoc casu, si pater cessante

sante dolo dissipet vel aliter noceat liberis, succurrit eis, ut pater privetur administratione, *secund. Alex. & alios, quos refert & diximus sup. in 2. par. lectus tract. 2. tit. 2. num.*

Reddere † autem rationem administrationis tutor, 27 orator, aut procurator tenetur, etiam post longum tempus 20. annorum & usq; ad 30. annos, *ut notatur in l. maxime ff. de administrat. tutor. & in l. adversus, & in gl. & Bald. C. de negot. gest. & tenet Bald. in rub. de procur. n. 11. in decret. alibi, Flor. decis. 59. in prin. Rolan. a Valle d. cons. 49. num. 15. vol. 1. & plures allegans Cavale. de tut. & cur. tit. num. 202.*

Vbi etiam, quod debet † exhibere inventarium ac li- 28
brum rationum & pati, quod copia omnium extrahatur per partem sibi contrariam, & similiter omnes actus suæ administrationis ostendere, & instrumenta, res, nomina debitorum, bona & reliqua omnia restituere minori vel adulto: alias non dicitur reddita ratio, dicitur talis tutor & administrator esse in dolo, *secundum plures Dd. quos ibi ad hoc refert & sequitur. diximus ubi supr. tempore, in 1. par. de sua am. conformator. 40. numer. 18. cum seq.*

Et procedit hoc, † etiamsi non sit in usu rationis red- 29
ditio, Non enim valet consuetudo, quod tutor non teneatur reddere rationem, *ut notat Affict. in constit. Sicilia, quæ incipit, minoribus, in fin. 4. & Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 6. verbo, den rendre, n. 29. quos refert & sequitur Baeca d. c. 12. de decem. aut. n. 139.* Administrator 30
namque † & eius heredes tenentur semper statim requisiti rationem reddere, *ut late probat Pancrol. cons. 173. lib. 1. Natta cons. 685. n. 3. vol. 4. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 209. per totum, Tobias Nonius cons. 63. col. 1. & 2. lib. 1. quos refert & sequitur Cav. decis. 39. n. 40. 1. tom.* Quod procedit secundum ipsum ibi non obstante consil. Parpurati *339. n. 3. & 6. vol. 1.* qui voluit non teneri ultra annos 30. reddere computum & non requisitum & in herede loquitur Cagnol. *in l. 1. nu. 45. C. de edend. Aret. n. 119. Burs. at. cons. 105. lib. 1. Ioan. de Amic. cons. 80.* sed concurrentibus indiciis & coniecturis post triginta annos non tenetur tutorem vel curatorem, aliumve administratorem rationem reddere probat late Castell. *in suo tract. de cuentas, in 3. part. in vers. entre el tutor, &c.* Quæ opinio æqua & tenenda videtur.

Quilibet † namq; administrator, negotiorum gestor, 31
factor, ac procurator ad negotia, tenetur libros facere, & rationem quolibet anno reddere suæ administrationis, alias potest contra eum iurari in litem, *ut in d. l. r. §. officio. ff. de tut. & ratio. dist. tradit plures congerens Cav. d. decis. 39. n. 25. 1. tom. Ant. Pisa. de tut. & cur. at. 4. ult. nu. 31.* ubi, quod hæc est causa suspitionis, si tutor computata singulis annis non reddiderit.

Adeo † est necessaria rationis redditio, ut nullis fere 32
cautelis effugi posse videatur, quo minus reddatur: ideoq; etiamsi per testatorem à tali ratione reddenda tutores vel curatores, aliæve personæ, quæ ad eam tenentur, fuerint absoluti, nihilominus eam reddere tenebuntur, *l. quidam decedens ff. de admin. tut. l. si servus vectius ff. de legat. & in l. Aurelio, §. Caius ff. de liber. leg. Iaf. in l. actione. C. de transact. Alex. cons. 164. præsuppone, in prin. lib. 1. Car. Ruin. cons. 70. quoad primum, de quo quæritur n. 1. lib. 4.* & tenetur libros & codices rationum exhibere & restituere una cum reliquis & his, quæ pervenerunt ad manus suas, & damno eorum, quæ dolo & culpa lata fecit vel omisit, *Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gl. 6. n. 20.* maxime quando est in dolo circa res pupillares & de hoc est publica vox & fama, quæ sufficit, quod probetur per quatuor testes cives optimos, *secundum Gratum cons. 23. n. 6. 1. part. Ant. Pisa. de tut. & curat. q. 19. n. 2.* & hoc ne detur materia & occasio spoliandi minores, quia sub hac remissione videtur contineri dolus futurus. Solum ergo in prædicta specie censebitur remissa scrupulosa inquisitio *d. l. quidam decedens, cum ibi notatis, & in l. quis plures ff. de administ. tut. & in l. si fervus vectius ff. de leg. 1. Car. Mol. ubi sup. Iaf. cons. 233. n. 5. cum seq. vol. 3. ubi late*, non vero, si quid dolo curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt. Adhæc namq; conveniri possunt, *d. l. Aurelio, §. Caius*, quæ expresse hoc decidit *Ant. Gom. 1. tom. var. c. 8. de legat. n. 82. & Chassan. in consuet. Burgund. rubrica 6. §. 6. verbo, denrendre, compte, n. 20. fol. 222. & Covarru. lib. 2. var. c. 12. n. 1. vers. postremo, & n. ubi alia iura allegat*, non tamen tenebuntur de negligenter administratis. Nam ab illis liberari dicuntur, ut à dolo præsumto, *Bart. in d. §. Caius, sequitur alios allegans Men. cons. 22. nu. 5. & 6. lib. 1.* nec ad res vel bona deperdita vel consumta ex negligentia vel culpa levi vel levissima, *ut probat Ant. Gome. ubi supr.* ubi limitat illud de dolo: quando dolus præteritus specialiter & expresse remissus est, quia tunc administratores de eo non tenentur, secus de futuro, quia ille remitti non potest.

Quod adeo verum est, ut etiamsi testator ultra processerit, legando administratori totum illud, in quo contigerit eum condemnari, nihilominus tamen, & si non teneatur hoc casu rationem reddere, *secund. Alex. d. con. 164. n. 2. lib. 5. & Piag. ubi supr. nu. 4.* reddere debet, quicquid apud eum fuerit ex rebus pupilli, & etiam tenebitur de dolo, iuxta communem sententiam Doctorum, de qua per Baez. *d. c. 2. n. 160. & late per Covar. ubi sup. per §. Caius, in l. si quis rationes. & in l. Lucius ff. de lib. legat. & per nos sup. & per Menoch. cons. 22. n. 1. & 2. vol. 1.* pro quibus omnibus est optima l. *Regia 30. tit. 11. partit. 5.* ubi deciditur, quod confessio solutionis & promissio, & pactum de non petendo aliquid circa rationem administrationis in favorem cuiuscunq; administratoris factú, non valet, circa dolo occultata, vel alium dolum commissum, nisi signanter dolus commissus remitteretur, ubi Gregor. Lop. late agit de materia illius legis, quam citat Anton. Gom. *ubi supr.*

Est † tamen casus, in quo tutor non tenetur reddere 33
rationem reliquorum penes se existentium, nempe in liberatione generali patri relicta ab actione tutelæ, *ut probat expresse text. in l. Aurel. 29. §. Titius ff. de liber. leg.* ubi quidam testator loquens de patre suo tutore quondam facto filiorum suorum, ita cavit in suo testamento, *Sciunt patrem meum liberatum esse volo ab actione tutelæ*, quæritur ibi Iuris consultus, quatenus verba hæc accipi debeant, i. an pecunias, quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in suos usus convertit, vel nomine suo fœneravit filiis & heredibus testatoris nepotibus suis, debeat reddere, & respondet eum, cuius notio est, æstimaturum: præsumtio enim propter naturalem affectum facit, omnia patri videri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus eius ad probaretur. Idemq; esse dicendum in socero, qui patris locum obtinet, tamen Men. *d. con. 22. n. 4.* Imo & in patruo tutore relicto à nepote *secund. Dec. cons. 378. col. pen. Par. cons. 87. n. 23. lib. 1. Alciat. in tract. præsumt. reg. 1. præsumt. 6. quos refert & sequitur Men. d. cons. 22. sub. n. 4.* ibidem de matre tutrice probat, *ut respondit Goz. a. d. cons. 94. nu. 14. sequitur alios allegans Covarru. ubi sup. d. n. 2.*

Est igitur casus hic specialis in patre, in quo legata ei liberatione ab actione tutelæ & reddendis rationibus, etiam & reliqua remissa censeantur, cuius responsi præter alios meminit Bart. *in d. §. Caius, num. 7. Roman. sing. 110. Alciat. de præsumt. regula 1. caput. 6. & Angel. consilio 183. & 174. & Covarru. ubi supr.* censens esse casum specialem in patre, *ut præadximus.* In extraneis ergo secus erit: His namque reliqua solvere cogentur, *ut in l. creditor, §. Titia ff. de lib. legat.* qui est textus optimus ad hoc, *secundum Covarruviam, ubi supra.* Sed quia loquitur textus ille in remissione rationis tutelæ, *ut patet ibi, rationem tutelæ meæ*, quam egit Publius Mævius cum Lucio Titio, ab eo repeti nolo, mirum non videtur, quod ad reliqua tutor ibi non teneatur: Quare si extraneus liberetur ab actione tutelæ, videtur, quod à reliquis sit quoque liberatus, sicut pater, ita quod nihil speciale contineat, *d. §. Titius.*

Nihilominus † tamen in extraneo tenendum est a- 34
liud, quam in patre, nempe, quod licet extraneus liberetur ab actione tutelæ, adhuc ad reliqua minoris, quæ sunt penes tutorem teneatur, *ex dict. l creditor, §. Titium tutela, melior text. in d. l. Aurelius, §. Mævia. ff. de lib. leg. ibi, Mævia testamento suo alterum ex tutoribus suis actione tutelæ voluit liberare hi verbi, rationem tutelæ quam egit Iulius Paul. cum Antistio Ciceronem, posci ab eo nolo, eoque nomine cura omni liberatum esse volo, respondit namque nihil proponi, cur pecunia, quæ pupilla fuisset, & apud tutorem posita manserat, legata videretur.* Idque etiam ratione probatur, nam quamvis actio tutelæ, quæ est personalis, sit sublata ex prædicta remissione testatoris: nihilominus salva manet pupillo vel adulto actio realis contra tutorem, qua vendicari possunt res, & pecuniæ propriæ pupilli sive adulti, nisi aliud coniecturis appareat. Sed in patre tutore secus est: Nam propter naturalem affectum præsumitur omnia patri videri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus eius probetur, *ut in dict. §. Titius.*

Sed & extraneo † reliqua remitti possunt per testato- 35
rem, si ita legatum concipiatur, *damnas esto heres meus, qui quid a tutore exegerit, illa vel illa ratione id ei restituere, vel actionem remittere.* Ita expresse decidit, & limitat superiora textus, *in dict. l. si quis rationes, in vers. quod si quis. ff. de lib. legat. vel* aliis formulis, quibus reliqua censeatur legata, quas quidem *d. l. si quis rationes.* non excludit, *secundum Covar. ubi supr. sub dicto num 2. ibi, quippe, qui non excludat alias legandi formulas, &c.*

Ex quibus † hanc materiam ita declarat Bartol. *in d.* 36
§. Caius, num. 7. quod quando ipse testator disponit & liberat, liberationemque relinquit, non autem gravat heredem suum, quod liberet, tunc non videtur remissus dolus, nec reliqua, *ut in dict. §. Cajus cum similibus:* Idem si gravat heredem suum non agere, non autem gravat, ut liberet, *ut in l. non solum, 9. penult. ff. eodem tit. de liber. legat.* Sed si testator gravat heredem, ut liberet, vel ut quid simile faciat, tunc videtur remissus dolus & obligatio reliquorum, & omnia sicut in contractibus, *ut in d. l. si quid rationes, in fin.* ea ratione, quia unum legatum videtur plenius altero vel clarius, quia in testamento, quando testator reliquit liberationem, non videntur remissa reliqua, quia mortis cogitatione turbatus non est veri simile, quod de hoc cogiterit sed quando testator gravat heredem, ut liberet, videtur gravare, ut liberet inter vivos: sed liberatio inter vivos illud importat, unde virtus illorú verborum hoc habet. Et hanc distinctionem asserit communiter esse receptam Gozad. *d. consil. 94. num. 7.* & Covat. *ubi supr. dictonum. 2.* sed eam falsam esse censet Angel. *consil. 183. & reprobat Ioan. Crotus in l. nemo potest col. 2. ff. de legat. 1.* & Curtius Iun. *in l. actione, ultima col. C. de transact.* Et sillæ differentia Bart. jure non potest defendi *secundum Covarru. ubi supr.* qui eam quinque fundamentis & rationibus confundit, opinatus liberationem à reddendis rationibus legatam in testamento, vel ab herede præstitam jussu testatoris, reliqua non continere, quia non agitur in hac liberatione de reliquorum remissione, nec de liberatione ab actione tutelæ, sed de non reddendis rationibus, ut patet ex *d. l. si quis rationes. & l. Lucius, l. creditor, §. inter cetera, & §. Titia. ff. de liber. legat.* Quam sententiam adversus communem præfatam distinctionem, veram & tenendam esse censeo: non enim communem probat *l. si quis rationes*, siquidem ipsam principio tantum decidit, quod si quis rationes exigere veterur, non impeditur reliquas

exigere, quas quis ipse reliquavit, & si quid dolo fecit, qui rationes gessit, & sic loquitur, quando quis fuit vetitus rationes exigere. At in 2. part. loquitur text. ille, quando heres damnatur tutori restituere, quidquid ab eo exegerit, illa vel illa ratione, vel actionem ei remittere, rediverso agitur hæc sunt. Unde merito, quod si testator veter exigere rationes, non censetur remissus dolus, nec reliqua, quia hæc non fuerunt remissa: secus si heredi fuerit præceptum, ut restituat tutori, quicquid ab eo exegerit, vel actionem ei remittere, quia tunc expresse dolus & reliqua sunt remissa, his verbis per testatorem, non vero in primo casu.

Quo fit, ut sive testator liberet tutorem à reddendis rationibus, sive jubeat, ut ab eisdem eum liberet heres, in utraque huiusmodi specie, dolus nec reliqua sunt remissa, sed tantum rationum scrupulosa inquisitio, ut verba legati sonant. Non enim aliquid interest, quod testator liberet à rationibus reddendis, vel quod præcipiat heredem, ut ab eis liberet tutorem, *ut optime probat Covar. ubi supra.*

Secundo infertur, quod si testator liberet tutorem ab actione tutelæ, vel jubeat heredem, ut ab ea eum liberet, reliqua censeantur remissa, *ut sentit Albert. in d. l. si quis rationes.* Quid enim refert, remittat testator ipsi tutori actionem, an jubeat heredi eam remittere, & tamen posteriori casu reliqua censentur remissa, *ut in d. si quis rationes, ad fin.*

Sed nihilominus in hac specie contrarium probo. Imo quod in dubio nihil aliud appareat vel probetur, reliqua non judicentur remissa ex text. per locum ab speciali *in dict. §. Titius*, qui loquitur in patre, ut prædiximus. Ergo in extraneo contrarium erit dicendum, etiamsi ab actione tutelæ sit liberatus, nempe, ut teneatur ad reliqua. Siquidem in casu *d. §. Caius, & l. Aurelius, §. Mævia*, etiam liberatione legata agitur adversus tutorem ad res, quæ actione reali vendicari possunt, & ad pecuniæ non debitas, sed propriassillius, qui liberationem legavit. Ideoque merito Covarr. in hac specie *ubi supra, ibi, idea crediderunt*, censet liberatione legata ab actione tutelæ, judicem variis ex causis, ex qualitate disceptationis & personarum ac præsumpta mente testantis rem ipsam æstimaturum, ut licet in dubio reliqua non judicentur remissa, quandoque tamen, & ab eis debitorem liberatum fuisse distinguitur, *ex text. & ibi glos. in d. l. Aurelius, §. filius ff. de lib. leg.* Et quod hoc idem appareat ex verbis ipsius liberationis, quæ ita ampla & expressa esse possunt, ut his reliqua videantur esse remissa. Unde si testator gravaverit heredem, ut ratione tutelæ adversus tutorem non agat, reliquorum liberatio fit, ex *d. §. si quis rationes.*

Non tamen omnino probo opinionem Covarr. *ubi supra. d. num. 2. ibi, siquidem ita tam.* dum censet, quod reliquis remissis hæc peti possunt, eum reliqua quæ actione personali petantur ea sint, in quibus redditis rationibus manet tutor ipse debitor, qua ratione etiamsi liberatio patri tutori legata fuerit, *juxta text. in dict. §. Titius*, opinatur Covarr. *a pattre* posse ea peti, quæ actione realí possunt jure vendicare: siquidem priori casu, quando reliqua sunt expresse remissa, ea peti non possunt, *ut in d. l. si quis rationes, in fin.* & in secundo de patre, cui fuit remissa actio tutelæ, contrarium probat *dict. §. si Titius*, nisi salvando communem Magistrum dicamus, eius opinionem procedere recte posse in rebus existantibus minoris, quæ vendicari jure optimo possunt, hæc enim reliquis simpliciter remissis peti possunt, *ut cum glossis, & aliis late probat Padilla in l. cum necessitatem num. 7. C. de fideicommiss.* secus de aliis reliquis, quæ tantum actione personali peti possunt. *Como es el alcance que se haze al tutor de dinero, o de otras cosas que aunque le sin deuidas por razon de la tutela, mas no sin las mismas suyas propriai, ni*

tiente dominio eo ellat. Sicque loquitur textus *in d. §. Titius*, in pecuniis, quas vel venditionibus rerum factis, aut ex omnibus exactis in suos usus convertit, vel nomine suo fœneravit pater tutor, quem filius ejus liberavit ab actione tutelæ in suo testamento: ex hoc namque omnia hæc videntur patri concessa.

37 Quinimo † non solum hæc procedunt in administratione præterita, sed etiam in futura. In ea namque censentur reliqua remissa & dolus futurus, si testator tutori legaverit omne id, in quo damnatus fuerit ratione administrationis. Ita tenet Dyn. *in dict. l. si quis rationes, & ibi Raynerius de Forlivio, & Angel. consil. 15. ad finem*, Corneus *consil. 313. lib. 1.* Franciscus de Pepis, *inter Socin. responsa, consil. 282. libr. 2. colum. 6.* Crotus *in dict. l. nemo potest, colum. 20.* Gozadin. *consil. 47. num. 15. & consil. 49. colum. 2. num. 10. ex text. in dict. l. si quis rationes*, & Odofredus *in d. l. cum necessitatem, num. 1.* Angel. *consil. 102.* testator Curt. Senior *consil. 66. num. 8.* Alexand. *consil. 54. num. 1. lib. 2.* Atque ita ex usu sæpe fieri affirmat Salycet. *in dict. l. cum necessitatem, nu. 1.* prout eos ad hoc referunt Covar. *d. lib. 2. variar. resol. cap. 14. num. 4.* & Padilla *in d. l. cum necessitatem. num. 2.*

Sed nihilominus hæc sententia minime vera est neque tenenda, sed potius contraria, nempe, ut quamvis à reddendis rationibus administrationis futuræ, quis liber detur, nihilominus rationes reddere & reliqua solvere teneatur, quamvis liber sit ab exactissima, anxia, & stricta rationum redditione, *text. ubi gloss. & Doctores in l. quidam decedens ff. de administr. tut. & ita tenet Salyc. in d. l. cum necessitatem, num. 1.* Et hæc est communis sententia, ut late eam probans & plures allegans, testatur eam sequutus Covar. *d. cap. 14. num. 3.* eandem probavit Gregor. Lopez. *in l. 29. tit. 11. part. 5. in gloss. 1.* Est etiam communis & magis communis, ut plures allegans eam sequutus affirmat etiam Padilla *in d. l. cum necessitatem, sub num. 2.* Neque obstat *d. l. si quis rationes*, quia intelligenda est, ubi tractatur de administratione præterita, non de futura, *ita Bart. in d. §. Caius, num. 3. & in d. l. quidam decedens, in princ. 2. oppositionis.* Et hunc intellectum ad *dict. l. si quis rationes*, ut solum intelligatur in dolo de præterito, non in dolo de futuro, testatur communiter approbatum, cum sequutus Alexand. *consil. 62. num. 7. volum. 4. & Socin. in l. ex legata causa, num. 3. ff. de verborum obligat. & Padilla in d. l. cum necessitatem, num. 2.* ubi etiam sequitur intellectum, *Bart. ad dict. l. si quis rationes, præsertim, nec non & Covar. d. lib. 2. variar. resolut. cap. 14. num. 4. ad fin.*

38 Imo & prædicta † sententia communis adversus priorem opinionem Dyni & sequacium vera est & procedit, etiamsi liberatio legata fuerit, utcunque ab hærede præstita ex testamento, quod prædicti Doctores probant & fatentur, quibus acceserunt Paulus Castrens. & Jas. quos refert & sequitur Covar. *ubi supra, num. 4. versic. imo*, ubi inquit, idem esse, ubi testator non tantum tutorem liberaverit ab actione administrationis tutelæ futuræ, sed & testamento scripserit, se tutori legare omne id, in quo contigerit condemnari ratione administrationis: tunc etenim si quid negligenter admiserit levi culpa, in id legatum veniet: non autem si quid dolo fecerit, nec restitutio reliquorum: quia alioquin liberatio legata præberet causam delinquendi contra Juris consulti responsum *inl. convenire. ff. de pact. dot. al.* & dolus futurus censeretur remissus, quod iure improbatur, *l. si unus, §. illud, ubi gloss. ff. de pact.* Ita in terminis respondere unt Salycet. Cornetus, & Jas. *in d. l. cum necessitatem.* Est communis, ut plures allegans affirmat eam sequutus Covar. *ubi sup. d. num. 3.*

39 Ex † his deducens etiam expressim dolum futuræ administrationis remitti non posse, *ut adnotavit in specie Bart. in d. §. Caius, num. 1.* cui omnes consentire videntur per text. *in d. §. illud. secundum Covar. ubi supra, & in n. 5. versic. 4.* ubi dicit, hanc esse communem omnium sententiam, & tamen Padilla cum communi *in d. l. necessitatem, n. 1. & 2. & in l. actione, n. 1. C. de transact.*

Limitanda † tamen est præcedens communis resolutio, ut non procedat in dolo administrationis commisso in omittendo. Is enim censetur remissus per verba illa, etiamsi sit futurus, *ut jure probat Padilla in d. l. cum necessitatem, num. 4.* 40

Dolus † igitur verus nunquam remissus censetur, nisi expressim, vel saltem urgentibus clausulis, vel saltem ex certa remittentis, scientia eum remissum esse constet, *l. non solum, la 2. §. penult. ff. de liber. leg. l. tres fratres. ff. de pact. l. Pamponius scribit, ff. de neg. gest. l. creditor. §. l. ucites ff. mandat. l. actione. C. de transact. ubi Curt. Iun. col penult.* Quod est verissimum, *secund. Covar. ubi sup. nu. 5.* Quod intelligo verum in dolo de præterito, *ut constat ex dictis juribus.* Nam dolus futurus etiam expresse remitti non potest, ut modo dicebamus, & utrunq; probat idem Covar. *ubi supra, n. 5. fol. 4.* 41

Ubi *in vers. 5.* † quod dolus præsumtus, etiam quoad futuram administrationem remitti jure potest: facilius tamen censetur remissus dolus præsumtus & reliquorum solutio, quotics agitur de præterita administratione, quam ibi de futura tractatur, ne occasio delinquendi præstetur, *ut ibi etiam docet Covar. in vers. 6. & illud.* 42

Unde, † si in contractu remissionem alicui faciam eorum, quæ male gessit, videor etiam illi remittere dolum commissum, ut cum communi resolvit Padilla *in d. l. actione, num. 6.* ubi *num. 7.* quod quoties ex dolo ejus, cujus est facta remissio, aliquid est apud eum, speciali remissione opus est, *l. Lucius ff. de liber. legat. l. tres fratres, ff. de pact.* 43

Sed † quoties ex eo dolo nullum adest, nec superest administratori lucrum, remissa actione generali verborum formula, dolus commissus in præterita administratione remissus censetur *juxta gloss. communiter receptam in d. l. actione, ut ibi Doctores fatentur, & Socin. consil. 73. lib. 3. colum. 1. Bart. in d. l. Aurelio, §. Caius, nu. 6. ff. de lib. legat.* tametsi contra eam teneat Covar. *ubi supr. sub n. 5.* scilicet, nec tunc verum dolum remitti, sed tantum præsumtum remissum videri. 44

Quinimo † quoad reliquorum remissionem administrationis futuræ, si tutor factus non sit ex eis locupletior, idem probandum est, nempe, quod valeat prædicta remissio, si testator legaverit tutori omne id, in quo damnatus fuerit, quo casu admitti potest Dyni sententia *in d. l. si quis rationes. & sequacium*, quam supr. improbavimus, generaliter tenendo cum magis communi & veriori sententia contraria. Nam in hac ultima specie, nempe quoad reliquorum remissionem administrationis futuræ, si tutor ex eis non sit factus locupletior, valebit prædictum legatum, *secundum Enig. consil. 25. col. 2. Dec. consil. 178. col. 2. & consil. 192. n. 4. Aym. Cravet. consil. 193. n. 9. Gozad. consil. 94. n. 12. & alios quos refert & sequitur Covar. d. lib. 2. variarum resolutio. cap. 14. n. 5. in vers. 7.* Ex quibus idem esse ait, quoad culpam etiam latam, in omittendo contingentem, & quoad dolum præsumtum, & tandem quoad eas, quæ potuissent à testatore remitti. Nam si ita legatum conceptum sit, quemadmodum Dyn. & sequaces explicant, censentur remissa ea, quæ à tutore ratione doli præsumti & culpæ etiã latæ, omissionis causa commissæ, exigi poterant, modo factus non fuerit locupletior, quod in specie Fulgos. respondit, cui ceteri adsentiuntur, quamvis Corn. *in consil. 113. col. ult. lib. 1.* existimet prædictum legatum, quoad expressam vel tacitam reliquorum remissionem omnino valere, etiamsi ex reliquis tutor locupletior fiat. 45

Sed prædecens sententia, ut magis recepta, tenenda est.

Sed † quamvis expressim tutori futuro legetur id, in quo damnatus fuerit caussa doli in tutelæ administratione commissi, nihilominus adversus ipsum ob dolum verum agi potest, licet factus non fuerit tutor locupletior, ut probant omnes, qui adversus Dyn. communem opinionem sequuntur *text. & ibi Covar. ubi supra, d. n. 5. fol. 8.* 46

47 Ex † præcedentibus deducitur, opinionem præfatam Dyni & sequacium, posse admitti & teneri, id legatum tutori prodesse, si apud iudicem conventatur ex eo, quo repertorium facere omiserit, erit enim ob id legatum absolvendum, *ut cum Fulgos. Dec. Goz. ad. & Aym. ubi sup. resolvit Covar. ubi sup. fol. init. &c.*

48 Observandum † tamen est, quod etsi tutor vel curator liberatus per testatorem à redditione rationis administrationis non teneatur de culpa levi: attamen si tutelam administravit sine decreto iudicis, tenetur reddere rationem, quia liberatio relicta non habet effectum, quia intelligitur liberatio à reddendo rationem administrationis collatæ in tempus, quo sibi competit administratio de iure & sic de valida, *argum. l. 4. §. condemnatum. ff. de res vendic. l. non putavit, §. non quævis. ff. de bon. poss. contra tab.* & quæ incipit competere, postquam est decreta, & sic non intelligitur liberatus tutor, quando administravit de facto ac clam & dolose, sed quando administravit de iure, *ita Carol. Ruin. consil. 70. n. 7. per tot. vol. 4.* Quod in administratione futura recte procedere videtur, sed in præterita sine decreto facta, cum scientia testatoris liberantis adhuc curatorem à redditione rationis, quia tunc illum quoque defectum scienter & prudenter remisisse videtur.

49 Ulterius † prosequendo materiam rationum reddendarum per tutores & curatores, sciendum est, quod primo investigatur, an tutor vel curator fecerit inventarium, *vt per Dec. consil. 178. num. 1. & consil. 192.* & ideo debet exhibere inventarium de bonis pupilli vel adulti, quod facere tenetur, *iuxta late à nobis tradita supra, in 2. part. cap. 1. per tot.* Quod si non exhibuerit, quia non fecerit vel fecerit, sed non legitime, quia non potuit in eo omnes res, vel illas obscure posuit, ex quo est in dolo præsumto, ultra pœnas infamiæ, cui subiacet. & alias, quibus puniendus venit, tenebitur pupillo, quatenus in litem juraverit, ut ibidem quoq; docuimus, & tenet late alios allegans Mascar. *de probat. 3. tom. conclus. 1392. nu. 1. cum seqq.* ubi limitat, quando probatum fuerit in contradictorio iudicio, consuetudinem stare in regione, ut curatores inventarium conficere non soleant, *prout nos quoq; supra addaximus.*

50 Est † enim inventarium caput omnium rationum, *vt inquit Curt. Sen. consil. 66. col. 8. vers. secund. articulum, de eis. Pedem. 147. n. 22 Bacca de decim. tut. c. 2. n. 52 & n. 169.*

51 Hinc deducunt Dd. quod tutor prius debet ostendere introitus, quam exitus, *vt scripsit Nicol. Neapolit. in l. si adoné, §. ratiocinatio. ff. de excus. tut. Formian. in tract. de Episcopo, lib. 4. 6. part. quæst. 29. Platea in l. 1. in fin. C. de apoch. publ. lib. 10. quos refert & sequitur Bacca d. c. 2. sub n. 169.* ubi quod verisimilius est. Dd. significare, quod in reddenda ratione prius fuit excutiendi, quanti sunt reddendus & res pupilli, deinde examinandæ impensæ, quas tutor reputat.

52 Confessio † tamen redditus non præiudicat tutori seu administratori, donec acceptetur impensa, & è converso. *l. cum quæritur. ff. de admin. tut. Platea in l. 1. in fin. num. 9. C. de apoch. publ. lib. 10. ex gloss. in l. Thais, §. libertatem. ff. de fideicommiss. Cassan. in consuet. Burg. rub. 6. verbo. Auxrendre, n. 19. Bacca d. c. 2. n. 170.*

53 Quare † instrumentum solum, in quo tutor promiserit reddere rationem cum solutione reliquorum, non habet ex sequutionem paratam, sed via ordinaria id petendum est. Offerendo enim rationem administrator, excludit viam exsequutivam, *vt tenet & probat Bacca d. cap. 2. num. 168.* Quod est verissimum, cum huiusmodi instrumentum ante rationis redditionem & verificationem reliquorum sit illiquidum, & ideo exsequutionem non mereatur, ut de instrumentis illiquidis & incertis communiter docent Dd. 54

Secundo, † tutor seu curator tempore redditionis rationis, debet exhibere libros rationum omnia administrationis rei pupillaris, *d. l. 1. §. officio, ff. de tutel & rat. dist. Caval. in indice suarum decis. 1. part. vers. tut. administrator, & heres, & decimus supr.* saltem unum librum, quem conficere tenetur de administratis, *Angel. consil. 277. & Socin. consil. 92. col. 2. & consil. 9. num. 18. lib. 2. Bald. consil. 355. ad evidentiam præmittendam lib. 1. Roman. consil. 118. quod primum, in 2. dub. & con. 413 quoad primum, in quo quæritur, in prin. Ias. consil. 219. colum. 2. lib. 2. Dec. consil. 178. num. 1. Goz. adin. cons. 17. lib. 2. decis. Delphinat. 413. & 414. Roland. à Valle d. consil. 49. num. 20. Bacca d. cap. 2. n. 171. & Mascard. de probationib. 3. tom. conclus. 1392. nu. 8.* ubi quod præsumitur esse in dolo & in litem iurari potest contra eum per adultum, ob librum rationum non confectum vel non exhibitum, *vt tradit Augustin. Bero. consil. 128. num. 12. vol. 3. & Socin. d. consil. 159. num. 3. vol. 2. & Grat. consil 19. 29. lib. 1. Caro, Molin. in consuet. Parisien tit. 1. §. 8. 7. glos. 8. n. 40. Bacca d. cap. 2. num. 181. Ioan. Garc. de expens. & melior. cap. 20. num. 22. vers. contra hanc quæ non, &c. Menoch. alios allegans de arbitr. iudic. cent. 3 casu 208. num. 19. Roland. à Valle d. consil. 49. num. 24 volum. 3.* ubi *num. 25.* idem dicit, si confecerit & exhibuerit, sed minus legitime & legaliter, ut quia multus redditus & fructus percepit ac pecunias exegit, quas non posuit ad introitum in libro rationum, vel in eo dicit, solvisse pecunias pro pupillo, quas vere non solvit, quia cum curator in eo dolus & fallitas in præiudicium pupilli vel adulti.

Ex † convertendo eius pecunias in propriam utilitatem posset dici prædo, *vt per Alexand. Imol. & modernos in l. Pomponius, §. & falsa. ff. de acquirend. possess. & eundem Alexand. in l. stipulatione, ff. eodem tit.* similiter contra eum iuratur in litem, *vt ibi late probat Roland. à Vallenum. 6. cum seqq.* & idem probat Menoch. *ubi supr. num. 16. & late plures allegans Anton. Galeat. Malvas. consil. 115. num. 8.* Idemque est in alio quovis negotiorum gestore, thesaurario, & similibus, & in matre usufructuaria, [redacted] *ubi supra, num. 30. & cum eo Menoch. ubi supra, num. 17. & 18. & Hieron. Gabriel. nu. 3. in loco statim citando*, ubi quod librum conficere teneatur, & in forma rationis, ut singulariter omnia contineat, ita ut reperiri possint falsa & vera, alias tenebuntur ad interesse, & optime per Malvas. *ubi supra, num. 8.* ubi sigillatim refert, quod ponendum est in dicto libro tutoris & cuiuslibet administratoris. 55

Et † quamvis amicus negotia amici gerens gratis, non teneretur librum conficere ita exacte & diligenter, ut alias iura fieri mandant, certe debet eum conficere, quia tenetur rationem reddere, quæ sine libro saltem negligenter & inepte confecto reddi nequit. Calculus namq; fieri non potest, si vel non omnia vel falso aliqua scribantur, *Ang. consil. 277. Ruin. consil. 89. vol. 2. quos refert & sequitur Hier. Gab. cons. 142. n. 5.* 56

Qui † *n. 9.* tenet, quod liber rationum in aliquo falsus, præsumitur totus falsus, & nulla fides ei dabitur, *secund. Ianoc. Paul. & Ias. quos ibi ad hoc refert & sequitur.* 57

Quod † si tutor, qui descripsit de introitibus pertinentibus ad dictam administrationem, illos miscuit cum rationib. suis, quas tenebatur habere separata à rationibus pupilli, talis culpa deprehenditur in eo, ut propter hoc iuramentum in litem præstari possit, *ut cum Soc. d. consil. 159. col. 2. vers. 2. probat. & aliis tenet Rol. à Val. d. consil. 49. n. 21. vol. 1.* ubi *n. 22. & 23.* q̃ nõ est dignus excusatione, si dicat *libros nõ habere vel amisisse*, q̃a nõ creditur, nisi hoc probet q̃a eius officiũ erat diligenter custodire, unde præsumtio 58

est, quod malitiose occultet, *unum notatu in l. siquis ex argentariis, §. penult. ff. de edend. Anchar. consil. 317. an causa, col. 3. quem sequitur Soc. d. consil. 159. col. 4. vers. sed pramissis, vol. 2. & Baeza d. cap. 2. n. 180.*

59 Præterea † observandum est, duas ob causas quæri posse, *an negotiorum gestor teneatur librum conficere.* Vna, ut sciatur, utrum propter eum non confectum teneatur ad interesse probandum iuramentum in litem, ut supra: altera, ut saltem teneatur & condemnetur ad interesse vere, vel præsumtive probatum, cosideratis redditibus & expensis, prout cognosci poterit, cum bene vel male administrasse. Primo casu res maiorem difficultatem habet ex his, quæ tradit Corn. *cons. 83. vol. 4.* Nam hoc respectu inspicienda est qualitas negotiorum, & cõcludi forte posset contra administratorem librum & cetera non conficientem, *ex traditis per Soc. cons. 213. Ang. cons. 277.* In secundo vero casu negotiorum gestor, proculdubio ad interesse ex actis probatum tenetur, *ita tenet Hier. Gab. cons. 128. n. 3. lib. 1.*

60 Tenetur † quoque tutor vel curator reddere pupillo librum rationum finita tutela vel cura, *arg. l. fin. §. inter cetera ff. de lib. leg. et l. si ita fuerit. vers. sin autem, ff. de manumiss. testam. tradit late Iac. cons. 253. n. 20. cum seqq. vol. 3. & cum aliis Rol. à Valle d. consil. 49. n. 21. lib. 1. Baeza de decim. tut. cap. 2. num. 179.* Vnde tutores, qui finita tutela non reddunt tales libros rationum ipsis minoribus, sunt in dolo præsumto, quod sordide administraverint, *secundum Per. Ancha. consil. 317. incipit in causa, quæ vertitur inter Jacobum, col. 2. Soc. consil. 159. col. 1. vol. 2. Iac. d. cons. 253. n. 20. cum seqq. & Baeza ubi sup.* & iurati poterit in litem ad interesse, *Alex. consil. 74. n. 2. lib. 7. Iac. ubi sup. n. 22. & Baeza ubi supra, & plures allegant Menoch. de arbitr. ad. lib. 2. cent. 3. n. 16.* ubi *n. 21. cum seqq.* id limitat in aliquibus casibus.

61 Et † non solum tutor, verum etiam eius heres, tenetur tradere librum rationum, *vtl. l. 1. & 2. C. de hered. tui & tradit Franc. Marc. decis. 145. num. 181.* Obligatio namq; ad reddendam rationem, ita heredem administratoris adstringit, sicut & administratorem, & adversus heredem administratoris transit eadem actio, quæ competebat contra ipsum administratorem, ut scilicet rationem reddat de administratis per defunctum, *l. tut. C. arbi. tut. l. omnes tut. ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc actio. ff. eod. tit.* Et ita in specie de tutore, qui administravit & eius heredem, respondit Rom. *consil. 403. n. 2. in fin.* quem refert & sequitur Dec. *consil. 110. n. 7. vers. Et ita* reddito rationum, & *Decian. respons. 85. n. 24. vol. 2. & respons. 94. n. 22. vol. 3. expressi l. fin. ad fin. ubi e sas heredes ei. tit. 18. part. 6.*

62 Quomodo † autem, & qua forma, & ordine debeat esse confectus liber hic rationum, & quid continere debeat, egimus late *in nostro tract. de iuram. conform. 1. part. cap. 40. nu. 1. cum seqq. & supra, in hoc lib. 2. part. cap. 1. & tradit bene Malva. consil. 113. n. 6. & Menoch. ubi supra, num. 20. & Doctor Castell. in suo tract. de cuentas, in 7. part. per totum.*

63 Generale † autem est omnium gerentium negotia aliena, qui tenentur rationem reddere, ut conficiant librum vel codicem rationum de his, quæ pervenerunt ad manus suas, quoniam impossibile est rationem reddi, nisi ostendatur liber rationum, in quo accepta & data, & introitus & exitus sint descripta, quod reddi possit ratio: Oportet enim rationes atque librorum volumina offerre legenda primum, deinde computanda, ut explorari possint imputationes, an probe vel improbe referantur accepta & data, *l. cum servus, ff. de condit. & demonstr.* ubi est optimus textus, nam cum rationem reddi à capite sit necesse, *l. argentarius, §. edi. ff. de edend.* quo modo caput ac finis rationibus incompositis & reductis in codicem potest fieri? Certe nullo modo. Ita singulariter ratiocinatur Angel. *consil. 277. num. 3. dub. 6. Socin. & Dec. quos refert & sequitur Roland. à Valle d. consil. 49. n. 22. & 23. vol. 1. Baeza alios referens de decim. tut. cap. 2. n. 375. & optime Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 8. n. 16.* ubi quod in libris rationum debent omnia figillatim, clare, & explicite describi & exprimi, tam in receptis, quam in impensis & in capitulis ab eis dependentibus. Cum enim per singula & clare fit declaratio & computatio, facile veritas aut falsitas deprehendi poterit, non quando generaliter & sub involucro, & quod non sufficeret in genere complecti tantum receptum vel tantum impensum, nec talis ratio esset admissibilis; sed debet contineri nominatim à quo receptum & quãtum, & ex qua causa, & qua die, quando sine expressione diei non posset intelligi, quid sit illud, quod datum refertur vel acceptum, sed esset incertitudo: secus si ex omissione diei non emergat incertitudo, nec ambiguitas, quia sufficit designare annum, mensem, vel aliud tempus accepti vel dati, puta vindemiarum, vel messium, *sequitur Baeza d. cap. 2. n. 181. & Ioan. Garf. in tract. de expensis, & melior. cap. 20. n. 23.*

Superiorem † generalem conclusionem limitat Carol. Molin. *ubi sup. d. n. 15. ad fin.* duobus modis. Primo, ut intelligatur in administratore universali vel generali plurium rerum, vel etiam unius rei, quæ tamen redditus vel impensas habet: secus si utroque careat: tunc enim inventario, nec libro rationum, nec calculo opus est. Secundo, si forte utilius erat, vel omnino expediebat ei, cuius res administrabatur, nec † inventarium, nec rationum libros confici, *per l. 2. §. tractari, ff. de administ. tut. sequitur Ioan. Garf. ubi sup. n. 22.* 64

Tertio † modo potest limitari in fratre vel sorore administrante bona communia, maxime inter nobiles & egregias personas? licet enim teneantur reddere rationem claram & distinctam, non tamen ita stricte, nec ita scrupulose est exigenda ab eis. Vnde sufficeret si exprimant, quantum verisimiliter in anno expenderint pro familia, vel pro cultura agrorum, aut custodia territorii, nec exigendi sunt ad minutam specificationem, *ut pulchre decidit Panormit. consil. 12. ut clare in 6. dub. vers. tertius casus, lib. 1. sequitur Socin. consil. 73. circa primum, volum. 1. l. 1. & in consil. 40. circa primum, num. 2. lib. 4. Corn. consil. 24. in fin. vol. 1. Hieronym. Gabriel consil. 143. num. 3. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 18.* ubi hoc sane intelligendum esse ait, dummodo illud generale capitulum sit verisimile; & non sit aliqua manifesta præsumtio in contrarium, sive ex qualitate rei impensæ, sive ex qualitate personæ aut aliunde: Item nisi ad onus strictæ redditionis rationum suscepta fuerit administratio, *sequitur et. cum Baeza d. cap. 2. num. 182.* 66

Hæc † tamen tertia limitatio vera est & procedit, quando consanguineus, puta frater administraret tantum iure fraternitatis, secus si ut tutor vel curator: tunc enim tenebitur diligentem & exactam reddere rationem, *secundum Soc. consil. 48. cum. præsenti, col. 1. lib. 1.* quod verum putat Carol. Mol. *ubi supra, n. 29.* hactenus, ut exactius & strictius teneatur, quoniam expressa & solemnis obligatio, forma & vis publici officii magis obligant. & plus operantur, quam privatim suscepta negotiorum gestio. Et hoc insuper intelligit, nisi illi, quorum bona administravit, erant minores, quorum tutelam vel curam suscipere vel providere tenebatur: tunc enim putat, non debere eum in aliquo relevari, nec melioris conditionis esse pro eo, quod neglecta contra ius qualitate tutelari & auctoritate iudicis, administrationi se immiscuit privatim, ratione consanguinitatis tantum, *de quo supr. alio cap. diximus.* 67

Quarto † modo limitatur, quando apparat certum opus & impensum factam esse, nec commode potuit, aut nunc potest rationarius eam impensam per minuta declarare: tunc enim sufficiet dicere in talis, puta ædificio tantum fuisse impensum; idq; per inspectionem & verisimilitudinem operis, aut per æstimationem peritorum probare, *secundum Bart. in l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonst. Molin. ubi sup. n. 19. & latius n. 21.* 68

In † summa igitur, reddito rationum quatuor complectitur, codices edi, calculum poni, reliqua reddi, cuilibet solutione purgare, *ita Bald. in l. cum testamento, C. de testamento manumiss. Iac. cons. 253. n. 15. lib. 3. & cons. 253. n. 15. eo. lib. 3. & cons. 100. lib. 4. Baez. ubi sup. d. c. 2. de decim. tut. n. 176.* Et ratio reddenda est plene & bona fide, *ut ex Bal. inquit ibi Baez. n. 185.* sed plura congerit Cast. *in libro de cuentas, 4. par. per tot. q.*; constat latius ex sup. adductis. 69

Carolo tamen Molin. *ubi supr. n. 14.* magis arridet doctrina Ictorum *in l. cum servus, & in l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonst. & l. si ita libera, §. si. ff. de stat. lib. & l. si ita fuerit. 1. §. quæst. hæ. ff. de manum. testam.* nempe quod rationum redditio duo tantum complectatur, primum in facto, videlicet rationem, volumina, cautiones, instrumenta q; actus sui exhibere & tradere, & rationes legendas percontandas & dispungendas atq; excutiendas offerre, secundo in dando, videlicet reliqua solvere. Duniq; † ratio realiter & cum effectu est reddenda & à capite, *l. argentarius, §. edi. & si quis ex argentariis, §. rationes, ff. de eden.* & calculatio necessaria est, alias non potest vere reddi ratio. 70

Et † liberatio facta absq; calculatione nihil valet, *ut cum aliis tenet Baez. d. c. 2. n. 152. & 177. diximus late in nostro tract. de iuram. confirm. 1 par c. 40. n. 10. & 19.* 71

Ex † brevitate namq; temporis præsumitur rationem recte redditam non fuisse: Si enim tempus adeo breve fuit, ut impossibile esset fieri calculationem, liberationi nihil prodesset, & debet reddi ratio eius, quod tutor administrare debuit & non administravit, atque eius, in quo tutor ex causa fideiussionis pupillo astringitur, *ut probat Baez. d. c. 2. n. 177.* 72

Nec † sufficit solvere reliqua, sed præcise est cõputanda ratio, *vtl. non solum, §. si quis, ff. de lib. leg. Iac. con. 219. d. 2.* 73

Et † tutor, qui aliqua supprimit in libro rationum, præsumitur habere animum furandi, *l. si pupillus, §. sed si quis, & ibi Bart. ff. de neg. gest. Iac. d. con. 219. n. 3. cum seqq. lib. 2. & cons. 253. nu. 16. vol. 3. & Aret. in l. Pomponius, §. accessionis, n. 37. ff. de acq. poss.* 74

Et † non dicitur reddidisse rationem, qui non solvit reliqua, *d. l. non solum, §. si quis reddere, ff. de liber. legat. l. cum servus ff. de condi. & demonst. Ang. consi. 173. Iac. d. cons. 253 n. 18. Baeza d. c. 2. n. 178.* 75

Deinde † noviter inventa, si non sint posita in inventario, debent poni in libro rationum, *l. fi. §. tuli. C. de curatore furios. Specul. in tit. de instrum. edit. §. ducto alias iuratur in istem. l. 1. §. officio, & ibi gl. & D. ff. de tut. & rat. distrah. Cassan. in consuet. Burg. rub. 8. §. 6. verbo, de rendere, n. 9. Baez. d. c. 2. de decim. tut. n. 182.* qui *a num. 6. cum seqq.* novem requisita congerit, ex parte tutoris rationem reddentis, quæ ipse tenetur facere. 76

Illud † tamen hic est videndum, an si tutor referat in capite rationum tutelæ administratæ, se recepisse à debitoribus pupilli debitas pecunias vel alias appareant apochæ de solutione illi per eos facta, ita prosint debitoribus, & eos ita liberet, ut pupillus non possit ab illis aliquid petere. Et quidem in hac quæstione Paul. Cast. *cons. 34. vol. 1. Paulus, n. 2.* tenet partem affirmativam iuxta textum quem dicit esse expressum *in l. Lucius, la. 2. §. tutele ff. de administ. tut. iuncta gl. verb. apocha:* ubi apochæ tutoris, in quibus confitetur se recepisse à debitoribus pupilli, probant vere contra pupillum, licet Bart. ibi sequendo alios destruat illum text. in glossa, dicendo, quod imo illæ apochæ continebant veram solutionem factam tutori, & quod si continerent confessionem, non probarent, sed eum improbat Paulus de Castro, *ubi supra*, tenens, quod prædiximus, quam sententiam Pauli alii sequuntur, quos citat Menoch. *cons. 39. n. 8. vol. 1. & Tiraq. de utroq; retract. tit. 1. §. 1. gl. 18. n. 90.* 77

Nihilominus contraria sententia Bar. communis est, imo quod neq; tutor, curator, exsequutor aut alius administrator per simplicem suam confessionem faciant fidem de recepto in præiudicium pupilli minoris heredum & aliorum, nisi de numeratione aliter appareat, *ut voluerunt Bart. in l. 2. §. ult. n. 6. & ibi communiter Dd. ff. si cert. pet. & refert plurimos in contentu, Tiraq. ubi sup. in 1. loco, n. 82. & in 2. loco, n. 12.* ubi *n. 19.* inquit & affirmat hanc esse communem opinionem, licet nonnulli refragentur, *sequitur & communem dicit plures citans Masc. 1. tom. de prob. concl. 369. n. 6.* quam sententiam in terminis nostri prædicti tutoris & curatoris, &c. sequitur plurimos congerens Malc. *d. 1. tom. concl. 370. num. 1.* ubi dicit communem cum Tiraq. *ubi sup. sequitur etiam D. Castell. in suo tract. de cuentas, 8. part. fol. 23. col. 1. refert alios & sequitur Men. ubi sup. sub n. 83.* dicens, quod non obstat tex. *in d. §. tutelæ*, quia ibi exstitit sola tutoris confessio, sed vere fuit numeratum, quod constat ex eodem tex. ibi *si tempore administrande tutele debitores tutoris tutelam gerentis solvissent.* observa conditionem ad veram solutionem & sic numerationem esse relatam. Sola igitur confessio de recepto, nisi numeratio probetur, non sufficit, & sic verior apparet hæc communis sententia, secundum quam in praxi soleo consulere debitoribus, in mandatis procuratoribus datis ad recipiendum & exigendum pecunias, nempe ut instrumento solutionis faciant fidem fieri per notarium de vera numeratione, nisi alias mandatum extendatur ad confitendum etiam recepisse solutionem, prout pluries contingit, quo casu ego hoc sufficere, quia alias inanis & supuacanea esset, & redderetur clausula illa contra Bar. *in d. l. 2. §. fi. n. 7.* qui communiter ibi per Dd. & alibi reprobatur, dum *d. n. 7.* tenebat, quod, etiamsi in instrumento procuratoris diceretur, *facio te procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo, & ad confitendum te recepisse pecuniam & ad promittendum, &c.* eodem modo dominus non posset conveniri ex illo instrumento, quia illa verba, *ad confitendũ te recepisse*, intelliguntur secundum pecuniam receptam quamvis Bart. *ubi sup.* sequatur D. Cast. *ubi sup.* sed falliter evidenter in hoc Bart. siquidem dominus expresse constituit cum procuratorem, non solum ad recipiendam pecuniam mutuo, realiter & actualiter, sed etiam ad confitendum, eas recepisse & ibi imputet dominus, qui tam latam potestatem dedit procuratori suo: non enim decipiendi sunt contrahentes cum procuratoribus absentium, ita expressum mandatum habentibus, *ut in proposito*, licet Paul. de Cast. *cons. 337. incip. primo quæritur, n. 11.* Ant. de But. *& retentor. sine fi. autu, de fide instrum.* & Mascard. *ubi sup. n. 8.* tenet opinionem Bart, *ubi sup. d. num. 7.* 78

Communis † præfata sententia procedere videtur, etiam in confessione Prælati de recepto à debitoribus Ecclesiæ: hæc namq; confessio Ecclesiæ non præiudicabit, nisi de solutione vere constet, quia tutor & Prælatus æquiparantur. *Abb. in c. adeceri. col. 1. de rescript. Menoch. in tract. de recup. poss. remed. 9. n. 206. idem Men. d. cons. 39. n. 6. & 34.* quamvis maior sit potestas Prælati in administratione bonorum Ecclesiæ, quam tutoris in bonis pupilli, *iuxta gloss. in c. ult. 6. q. 3. Abb. in c. auditis, col. 2. de restit. Fel. in c. cum deputati, num. 9. de iud. & alios*, nihilominus tamen hanc extentionem contra Paul. *ubi supra*, & alios, quos citat Menoch. *d. cons. 39. num. 24. & 25.* ex pluribus probat latissime responsionis fundamentis contrariis ipse Menoch. *ibid. nu. 26. cum seqq. usq; ad fin. cons.* qui *num. 54.* refert plures auctores tenentes confessionem Prælati non nocere Ecclesiæ & successori, *iuxta gloss. in cap. dudum, el 2. vers. de veritate, in fin. de elect.* & ita communiter omnes sentire secundum Rom. *consil. 489. num. 1.* & Malcar. qui alios refert *de probationibus, 1. tom. conclus. 367. n. 1.*

Sed adhuc distinctio Pauli Castr. *ubi sup.* nempe quod quando confessio Prælati tendit ad liberandum ali-

quem. & consistit in facto proprio, veluti si confiteatur sibi solutum fuisse, per quod liberantur debitores, prædicere Ecclesiæ absq; consensu Capituli, probet & pro veritate habeatur: secus si tendat ad obligandum, & voluntarie fuerit facta à Prælato, verior videtur & tenenda, quam alios allegans sequitur Mascar. *ubi supra, num. 7. & 8.* sic intelligens & limitans communem sententiam *de qua sup. n. 77.*

79 Limitatur † primo dicta communis sententia de tutore, curatore, exsequutore, & alio administratore, ut non procedat in iudicio contentioso, in quo confessio facta nocet, ut in tutore tradit Rom *cons. 389. n. 3. per notata in l. certum, §. sed an ipse ff. de confessis. l. 2. §. quod obser vari, ff. de tut. ram. al. & in l. 1. C. de confess.* secus vero, si extra iudicium, & parte absente, quia tunc non probat, & sic non nocet pupillo, *ut consulunt consil. 70. n. 2. vol. 4. & cavit Iurisconsul. in l. certum, §. si quis absente, ff. de confess.* & in terminis sequitur hanc limitationem Mascard. *d. conclus. 370. n. 2. & 3.* ubi *n. 4. lum. 2.* præfatam communem sententiam, ut non procedat, si confessio facta sit per tutorem, vel alios in inventario publico & solemniter confecto, quia tunc plene probat, etiam facta extra iudicium & absente parte, *secundum Rain. ubi supra, nu. 2. ad fin.* sed & alias plures limitationes congerit Mascar. *conclus. 367. n. 4. cum seq.*

80 Tenetur † quoque tutor pecuniam pupillarem convertere in emtionem prædiorum vendibilium, *Bart. in l. tut. qui repertorium, §. si post, ff. de administ. tut Dec. cons. 178. col. 1. & cons. 192. col. 2. & cons. 436. col. 2. Rolan. à Valle d. cons. 49. nu. 34. vol. 1. Ant. Ptag. de tut. & curat. quæst. 19. num. 9. Decian. respons. 31. num. 32. vol. 2.* plures allegans, ubi quod tenetur adinteresse honesti lucri, *Iaf. cons. 253. num. 8. ad fin. & nu. 17. vol. 3. duximus late supra, in 2. par. ca. 9. per totum.* Quod procedit, quando probatum esset ipsam pecuniam fuisse sufficientem ad illorum emtionem, *ut notat Fa. de Cast. cons. 140. col. fin. vers. super quinto, quem sequitur Dec. d. cons. 178. in fin. & Rolan. à Valle d. cons. 49. num. 34.* vel etiam pecuniam deponere, ad licitum, & honestum lucrum apud fidum mercatorum, *ut sup. resolvimus*, reducentes id ad praxin in his regnis.

81 Alias † in redditione rationis tenetur tutor vel curator ad interesse, declarandum per iuramentum inlitem, *secundum Dd. ubi supr. teste Roland. à Valle d. cons. 49. nu. 35.* vel secundum ipsum, si non dederit ad honestum lucrum, *ut per Bart. in d. §. si post*, & quando tutores vel curatores pecuniam minorum otiosam tenuerunt, ad interesse obstricti sunt, *ut tenet Grammat. decis. 105. Illustris Marchionissa n. 22. quem refert & sequitur Anton. Ptag. ubi supr. d. q. 19. sub. n. 9.* ubiq; similiter ad usuras conveniri poterunt usq; in diem, in quem administratæ tutelæ & curæ rationem reddiderint, nisi prius eas offerant aut deponant, *d. l. tutores, §. fi. & l. tutor pupillo, ff. de adm. tut. l. ad. Rom. cons. 139. propositi 49. n. 4.* Hodie apud nos hoc interesse ad redditus annuos emi solitos, in provincia reducitur, *ut probavimus ubi supra.*

82 Limitantur † tamen superiora modo proxime dicta, ut non procedant, ubi multum æs alienum pro minore tutores vel curatores eius persolverint, vel eum à multis pensionibus aut effectibus effrancaverint, *secundum Cardin. Parisi. consil. 96. in præsenti causa, num. 31. lib. 1. & Ant. Ptag. d. q. 19. num. 9. ad fin.* Intellige tamen, nisi his solutis, & aliis necessariis impensis adhuc pecunia minoris otiosa remanserit in ea quantitate, quæ commode posset in emtionem prædiorum vel in alium licitum lucrum converti aut collocari: tunc enim in hoc residuo tenebitur ad licitum interesse, minori persolvendum per supradicta.

83 Si † tamen tutor vel curator post decretum præfidis sublata pecunia, quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparaverit, est in electione pupilli vel adulti, utrum malit rem emtam sibi capere, vel pecuniam cum usuris legitimis, quia ille pecunias minoris in suos usus convertit, *text. ubi omnes notant in l. si curat 3. C. arbitr. tutor. l. si ut proponis, C. de rei vind. l. tut. qui repertorium, §. si post, ff. de administr. tut. Bacca de dec. tut. cap. 18. n. 24. Ant. de Fano de pignoribus 2. memb. 5. par. n. 19. & in 4. memb. 2. part. n. 158. ad fin. & n. 163. etiam ad fin. Ant. Gom. in l. 53. Tauri. n. 36.* ubi ampliat, ut idem sit, eadem ratione in furioso, prodigo, vel aliis, qui sub cura & administratione sunt.

Eandem † conclusionem principalem approbat expresse *l. Regia. 49. in vers. o si fuessen de menor, &c. tit. 5. part. 5.* Sed hanc conclusionem intellige veram, dummodo minor omnes possessiones capiat. Non enim est audiendus, si pro parte velit suam pecuniam, & pro parte possessiones emtas, *ut in l. cum quæritur, & in l. tutor, §. si post, ff. de administr. tut. Bacca post Molin. de decim. tut. cap. 18. sub n. 24. vers. dummodo.* 84

Si † vero non esset tutor vel curator, sed aliquis extraneus, qui emeret de pecunia minoris, tunc res emta non efficeretur minoris etiam in subsidium, sed erit ei tacite hypotheca pro sua pecunia, *ut probat expresse l. 25. in princ. tit. 13. part. 5. & ibi Greg. Lopez, in gloss. 1. idem Greg. Lop. in d. l. 49. in gloss. in guarda, per tot.* & dicta tacita hypotheca minori competens hoc casu erit cum privilegio antelationis, aliis creditoribus anteriorem generalem hypothecam in bonis eiusdem debitoris habentibus, *ut in l. idem quo, ff. qui pot. in pignor. hab. & ibi gl. Bart. & alii Ant. de Fano ubi sup. & iterum in 4. memb. 2. part. num. 183.* 85

Contrariam tamen sententiam, imo quod in hac specie res emta cum pecunia minoris per extraneum, qui non sit eius tutor vel curator, in subsidium, nempe quando emtor non est solvendo pecuniam, efficiatur ipsius minoris, tenent Thom. de Forlivio, & Bart. *in l. si ut proponis, C. de rei vendic. & in l. filia. per tex. ibi, ff. de solut. Dd. in l. 2. ff. quando ex fact. tut. Bart. & communiter Dd. in l. si ut proponis, C. de rei vendic. teste Ant. Gom. qui eã sequitur in d. l. 53. Tauri, sub n. 36. ibi, quod subintelligo.*

Quæ opinio sequentibus fulcitur fundamentis. Primo, *ex d. l. filia ff. de solut. ad fin.* ubi probant, quod non videntur bona fide soluta matri, quæ ius administrationis in bonis filiæ suæ pupillæ non habebat, pretia rerum eiusdem pupillæ per argentarios venditarum, quibus eas vendendas mater dedit, si ipsi argentarii sciebant res esse pupillæ, & sic non liberantur, si mater solvendo non sit.

Secundo, † *ex l. uxor marito, 56. ff. de donat. inter vir. & ux.* ubi probatur, quod res emta ex pecunia uxoris donata viro, revocata donatione per ipsam, marito non existente solvendo, vindicari potest. Ergo idem videtur dicendum in proposito nostræ quæstionis. 86

Sic † licet res emtæ ex pecunia dotali dotales esse videantur, *l. rei quæ, 55. ff. de iure dot. d. l. 49. in vers. O si fuessen los dineros de la dote, tit. 5. part. 5.* Quod est intelligendum, quando res emta est ex voluntate mulieris, alias secus, *ut in d. l. Regia expresse probatur, ibi, con voluntad de ella. ubi Greg. Lopez. in gloss. voluntad della*, idem probat iure communi, *ex l. imo constante. & in d. l. rei quæ. ff. de iure dot. ubi gloss. 1.* ad expresse observavit. glossa etiam *ex l. ex pecunia. C. de iure dot. & in l. 1. C. si quis alt. vel sib. verb. constituta, sequitur Tiraquell. de utroque retract. tit. 1. §. 32. glos. unica. n. 16. Socin in reg. 343. fall. 4. ex Alex. in l. si cum dotem, §. fin. n. 4. ff. sol. matrim.* 87

Attamen † in subsidium, quando vir non est solvendo, etiamsi uxor emtioni non consenserit, res emta ex pecunia dotali, efficitur quoq; ipsius, & dotalis esse videtur, *iuxta gl. in d. l. 1. verb. constituta. C. si quis alt. vel sib.* quæ ad hoc allegatur. Et licet ipsa hoc mihi non probet, attamen ita tenet Bar. *in d. l. sint proponis, C. de rei vend.* & Bal. *in 6. q.*

tit. 1. §. & quia vidimus, n. 12. de his qui fund. dar. poss. & Bal. Novel. *de dot. in 7. par. princ. privil. 15.* & Joan. Bapt. de S. Blas. *in tract. de dote, in 2. con. privi. 100. n. 6.* dicit communem. & ipse *in l. 3. n. 21. ff. in quib. caus. pig. vel hypoth. tacit. contrah.* Ergo idem videtur dicendum in proposito, ut re minoris vendita per extraneum & ex pretio eius alia re emta in subsidium extranei non solvendo existente, dominium prædictæ rei emtæ efficiatur ipsius minoris.

His tamen non obstantibus tenenda est prima opinio, quæ verior est & probata *in d. l. Regia.* Nec obstant fundamenta supra in contrarium adducta, & non quidem primum *d. l. filia*, quia tantum agit de liberatione argentariorum, de quibus ibi ab obligatione personali, & ideo non probat contrariam sententiam, *secun. Bal. & Saly. in d. l. si ut proponis, quos refert & sequitur Greg. d. ap. in d. l. 49. in gl. en guarda.*

Non obstat secundum, hoc est, *d. l. uxor marito, cum sup. adunctis*, quia loquuntur in uxore respectu mariti, cui subest ipsa mulier, ideoq; nimirum ut res emta per maritum ex pecunia dotali etiam sine voluntate uxoris efficiantur ipsius in subsidium, marito non existente solvendo, ut observat Greg. Lop. *d. l. 49. in gl. voluntad de ella*, ibi, *si tamen sine voluntate loquens in re emtæ ex pecunia dotali*, & etiam in casu & specie, *d. l. uxor*, sicut efficitur pupilli res emta per eius tutorẽ ex pecunia pupilli, si ipse eam malit habere, quam pretium cum usuris.

Debet † etiam tutor, saltem interpellatus, creditori 86 satisfacere de bonis pupilli minus damnosis, si apud pupillum non est pecunia, vendendo dicta bona, *iuxta l. ob. ar. C. de pred. min.* vel dando in solutum creditori, *iuxta tex. in auth. hoc si debitor, C. de sc.* quod cum non fecerit, sed neglexerit, pupillo tenetur ad interesse, *l. quicquid C. arbitr. tutor. & l. contractus, ff. de reg. iur. Carol. Rain. consil. 119. n. 18. vol. 5.* 99

Tenetur † etiam ad actus incoatos per tutelæ & curæ 100 defunctum non expletos, administratione nondum in curatorem translata, *ut supra quoque, in 2. part. huius tract. n. 9. n. 1. cum seq. late disserimus.*

Nec † non adid, quod prædicti administratores acquirere potuerunt & non acquisiverunt, *iuxta gloss. in d. l. quicquid, C. arbit. tut. quam dicit non idem Nic. Everard. in sua cent. legal. in loco pupillo ad ecclesiam, nu. 6. & Ant. Ptag. de tut. & cur. quæst. 19. n. 12.* 101

Similiter † tutor, ex quo fecit se tutorem datum, & 102 administrare cessavit, suo periculo cessavit, *l. 1. §. 1. ff. de administ. tut.* & eadem periculum tutelæ pertinuit, *l. quidam decedens, §. si ff. eod. tit.* ac indemnem pupillum præstare tenetur, *d. quæ in fin. cum gl. & l. tut. vel curat. & ibi per Bart. ant. & si fecerit, d. eod. tit.* & quamvis administrare non posset, antequam fuit illa administratio decreta. & ante inventaris confectionem, *l. fin. C. arbit. tut.* & alia præcesserint, de quibus *in d. lo. tenebitur, in princ. ff. de legat. tut.* tamen quia à die fecerit ex fuit negligens circa prædicta, & hic in consequendo administrationem, satis dicitur ab administratione cessasse, cum per eum steterit, quo minus administraverit, *ut late probat Cor. Rain. consil. 118. n. 15. & cons. 119. n. 8 vol. 5.* ubi *num. 7.* quod saltem debuit curare & providere, quod possessiones non deteriorarentur, quia hoc tantum prodesse poterat, & circa alia ad idem tendentia providere. Quod si non fecerit, non potest excusari, quia negligendo culturam & alia prædicta est in culpa saltem levi, *d. l. fimaria. & ibi Alex. ff. sol. matr.* de qua tutor & curator tenetur, ut prædiximus.

Unde † tutores & curatores, si domus minorum ruc- 103 tes non refecerint, ad omnia damna & interesse tenentur, *d. lex quæ tit. §. ergo & domus. C. de admin. tut. Franc. Ripain tract. de remed. ad conservan. Uber. n. 14. & Ant. Ptag. de tut. & cur. quæst. 19. n. 14.*

Tenentur † quoque si lites iniquas instruant, *ut inl.* 104 *non est ignotum, 6. C. de administ. tut.* ubi inquit tex. *non est*

igna-

ignotum tutorꝫ vel curatorꝫ adolescentium si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas instituant actiones, eo nomine condemnari opportere, ne sub prætextu nominis eorum, propter suas simultates secure lites suas exercere posse existiment, Mascard. de probat. in princip. 1. part. in 5. act. n. 30. Ant. Pisag. q. 19. n. 13. Vnde si temere litigent ipti condemnantur in expensis, non vero eorum minores *vt late post alios prob. Baeza de decim. tut. cap. 2. n. 109. & Ant. Pisag. de tut. & cur. quæst. 15. n. 4.*

105 Tutor † igitur vel administrator ubi iniuste, temere, vel calumniose causam pupilli suscepit & prosequitur, non repetit expensas, quasin ea peragenda erogavit, *vt in d. l. non ignotum. Bart. in l. ita tamen. §. hac, el 2. ff. sud. soln. Rain. consil. 2. n 23. lib. 3. quos refert & sequitur Menoch. consil. 145. n. 6. vol. 2.*

106 Vbi † *num. 15.* hoc declarat, nempe quod sola temeritas non sufficit, sed requiritur, quod calumniose egerit nomine pupilli, *vt in d. non est ignotus*, dum dixit, *scienter*, ut excipiat eos, qui ignoranter accusationem iniustam proponunt: est enim opus, quod tutor scienter calumnietur, *vt est iur at Rip a n. 15. si ex non obtinit. mat. ff. de re ind. Bero consil. 103. n. 3. in fin. lib. 3. & optime Purpurat. in l. adita. n. 317. C. de edend.* qui aperte docuit, dolum hoc in casu requiri, & solam temeritatem non sufficere. Imo evidens esse debet hæc calumnia, *l. tutorem. ff. de hoi, qui hac vtantur. & in l. Pola. Cod. eod. tit. & in l. 2. C. de his qui accus. poss. & ibi Alber. n. 1.* & probat plures allegans Menoch. *vbi supra. d. n. 15.*

107 Qui † *n. 21. & 22.* inquit, in tutore accusante iniuriam factam pupillo, cessare calumniam, nisi de ea evidenter appareat.

108 Similiter † tutores & curatores tenentur de casu fortuito, quando dolus eum præcessit, *l. in rebus, in princ. ff. commodat. Card. Rain. cons. 70. quod primum, de quo quæritur, n. 9. imillo n. 3. lib. 4. quem refert & sequitur Ant. Pisag. de tut. & cur. quæst. 19. n. 17.*

Pro † quibus omnibus bona tutorum & curatorum
109 sunt tacite a iure obligata. *l. pro officio, C. de administ. tut. & cum alii probat in extremis Ant. Pisag. d. quæst. 19. n. 18. diximus late supra, in 2. part. a. 16. per tot.*

110 Superiora † omnia de ratione reddenda procedunt, ut prædiximus, limita tutela vel cura: ea namque durante non potest cogi tutor vel curator regulariter rationem administrationis reddere, *vt in l. 2. & in l. rationes, C. de administr. tut. Corn. consil. 313. in hac consultatione, ad fin. vol. 4. Ant. Pisag. d. quæst. 19. n. 10.* Quod procedit in tutore vel curatore maioris vel adultis: ecus in curatore furiosi, *vt in l. nisi, § fi. ff. de tutel. & rat. distrah.* Et hoc secundum glossi. ibi, quia primo casu certum est, quantum tempus debeat exspectari, & cura finiri: sed in secundo casu est incertum. Et hæc ratione inquit Bart. ibi, quod idem erit in curatore dato bonis absentis. *sequitur Carol. Ruin. consil. 89.* quamvis copiose *n. 24. volum. 3* ubi quod idem dicendum est de curatore prodigi, sequitur utrumque Anton. Pisag. *d. quæst. 18. num. 20. & 21.* addens concludendum esse in aliis casibus, tutorem aut curatorem non posse conveniri generali actione (scilicet durante tutela vel cura) licet bene speciali, veluti actione furti, & curator impuberis rem pupilli salvam fore, ut hæc *non li. si adhuc, ad fin. de tut. & rat. distrah. glos. magistra. in d. l. 2. C. de administ. tutor.*

111 Quod † si plures sint tutores vel curatores, unus non potest reddere rationem sine alio, ne ratio dividatur, cum simul tota reddi debeat ab omnibus, *vt tenet Bald. in li. plures. C. de condit. infert. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 6. §. 6. verbo, teneredere. nu. 1. quos refert & sequitur Baeza de decim. tut. cap. 2. num. 186.* ubi quod hoc est intelligendum, nisi unius commissa administratio: Addo ego, velut si in plures sit divisa ipsa administratio à iudice, puta diverlorum locorum, singulis, videlicet sua quæque commissa: tunc namque unusquisque de sua administratione sufficit, quod reddat rationem, & utrumque tenet, & probat Doctor Castel. *in suo lib. de cuentas, in 4. part. in vers. lo dezeno.*

Sed † quoad facultatem conveniendi plures, quoties 112
simul omnibus commissa est administratio? duplex est
adhibenda inspectio. Prima, scilicet an omnes gesserint,
ac omnes sint solvendo: & tunc actio dividitur inter
eos, secus si omnes non sunt solvendo, hoc enim casu
quilibet iuxta facultatem suam convenietur, & si quid
unus pro alio solverit, utili actione tutelæ repetet, *d. l. 9. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrab.* Altera est inspectio, quando non omnes gesserunt, & tunc, qui gessit
prius conveniendus est, *vt habetur in l. C. si tut. non gess. ita Anton. Pisag. de tut. & cur. quæst. 19. num. 3.* ubi *num. 6.* quod in casu, quo possunt conveniri non gerentes utili, non autem directa actione, de neglectis tenebuntur, *vt notatur in l. ita autem, § gessisse, de administ. tut.* de commissariis autem deputatis amministrationi rei vel rerum prehendarum, an teneantur singuli in solidum, agit late Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. § 6. gloss. 6. num. 32. cum seqq.*

Quæritur † modo pro absolutione huius materiæ, *an* 113
confessio facta in instrumento publico, vel data rationis legitimæ, & liberationis relquorum facta ab adulto, vel ab eo cui. vel cutore pupilli, liberet ipsum prim. tutorꝫ vel curatorem, eiusq; heredes ab obligatione iterum reddendi eam?

Et † quidem prima pars affirmativa videtur iuridica, 114
quia tutor vel curator, aliusve administrator, qui semel
reddidit rationẽ suæ administrationis, non tenetur iterum illam reddere, *vt resolvit Ioan. Monac. Arched. Ioan. And. & Dd. in cap. unic. de cleric. agrot. lib. 6. & Lapus in clem. quia contingit, de religios. domib. arg. l. cum servus. ff. de condit. & demonst. Rol. à Valle consil. 49. n. 39. vol. 1. Cavalc. in indice 1. part. decis. versicantor posit rationem semel reddituus*, ubi plures allegat, sed in hac specie pars confitetur rationem esse legitime redditam, & reliqua soluta. Ergo eius confessio ei præiudicare habet. *l. generaliter, C. de non num. pecun. l. quid ergo, § contrarium ff. de contrar. iudic. tut.* Quod præcipue procederet, quando prædicta liberatio esset multum generalis, ampla, & cum verbis præguantibus facta, quia generaliter & ad omnia, quæ pertinent ad dictam administrationem, extendenda est, *ut per Dd. in cap. 1. de transact. & in l. emtor, § 1. ucus, per tex. ibi ff. de pact.* Imo si non fuisset facta d. liberatio, obligatus esset liberans ad faciendam ipsam liberationem de facto, *ut per Bart. in l. 3. § 1. ff. de lib. leg. & in l. si finita, § eleganter. ff. de dam. infect. Dec. consil. 100. col. fin. pers. dissoluta, C. de condict. ob caus. & in l. cum affirmes, C. de lib. causs.*

Secundo, † eadem pars probatur, quia licet calcula- 115
tio rationis, & eius redditio etiam sæpe computatæ, ratione erroris retractari possit, *l. 1. C. de error. calcul. & per Cavalc. ubi sup.* tamen quando ultra calculationem intervenit sententia, pactum, vel transactio de stando calculo, non potest ratio reddita retractari, *secund. Bart. in l. 2. ad fi. C. de tur. fisc. lib. 10. arg. d. l. emtor, § Lucius ff. de pact.* & probat expresse *d. l. 1.* per quam ita etiam tenet Doct. Cast. *in suo tract. de cuentas, par. 10. fol. 32. col. 2. adfi.* qui *11. part.* agit, intra quantum tempus ex hoc capite retractari ratio possit: nihilominus tamen in præmissa specie contraria sententia est tenenda, imo quod tutor, curator, vel alius administrator & eius heres tenentur rationem reddere ex omnibus supra adductis *in princ. huius c.* quia contra eos in hoc stat regula iuris, quæ ipsos ligat ad rationem suæ administrationis reddendam.

Nec; † obstat, quod qui semel rationem reddiderit, 116
non teneturiterũ eam reddere, ut in primo fundamento contrariæ partis, quia fatemur id verum, quando ratio reddita fuisset sufficienter, secus alias, *ut tradunt Lap. & Cardin. in d. clementina, quia contingit*: paria enim sunt rationem non reddere, & reddere, sed non plene nec sufficienter *argumento l. quoties. ff. qui satisd. cogan.*

117 Et ideo † dicunt Doct. *in d. l. 1. C. de error. calcul.* quod licet inter mercatores ratio fuerit sæpe calculata, tamen allegando errorem, potest peti, quod iterum calculetur, quod etiam dixit Socin. *consil. 159. volum. 3. in princip. & consil. 190. columna 2. & in consil. 92. colum. 2. volum. 4. Paris. consil. 89. columna 3. volum. 1. quos ad hoc refert & sequitur Roland. à Valle, d. consil. 49. num. 49. volum. 1.*

118 Neque obstat, † quod alleganti rationem non fuisse legitime redditam, incumbit onus probandi, *ut per Paul. de Cast. consil. 36. quem sequitur Socin. d. consil. 190. colum. 2. & d. consil. 92. volum. 4. & Decius, d. consil. 100. an fin. & Paris. ubi supra, & plures referens Mascardus in tertio tomo de probat. conclus. 1257. num. 19.*

119 Quia respondemus † satis constare, non esse rationem legitime redditam, ex quo de actuali & præsenti redditione rationis non constat, cum iura velint & requirant, quod actualiter reddatio rationis fiat, nempe, quod administrator rationes reddat, legendas offerat, & computandas, an accepta, & data propriæ relata fuerint vel non: & reliqua restituat, *ut in d. l. cum servus. ff. de condit & demonstrat. & supra latius probavimus*: & sic lex requirit factum *l. argentarius. ff. de edend.* sed quando lex requirit factum, & actualem redditionem, non stat ut assertioni,
120 *ut in leg. si forte. ff. de Castren. pecul.* quia † ubi facto opus est, verba non sufficiunt *leg. aut prator. § si quis. ff. de nov. oper. nunciat.* Præterea aliud est, rationem esse redditam, aliud redditã confiteri, *argumento l. assidua, cum gl. C. quæ potis, in pign. hab. leg. à duobus Pis. § si fi mtor. ff. de re judic.* sic; non est eiusdẽ efficaciæ assertio & actualis redditio.

121 Quare † ita in terminis tenet Petrus de Anchar. *consil. 331. visis factis narratione, col. 4.* ubi quod si minor cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori, afferendo rationem administrationis sibi fuisse redditam, & ita etiam juraverit, per ista non liberatur tutor à reddenda ratione administrationis ex pluribus, quibus ibi movetur, quem sequitur Soc. *d. consil. 159. colum. 3. lib. 2. & d. consil. 92. colum. 2. circa fin. & consil. 253. nu. 11. cum seqq. volum. 3. & consil. 219. nu. 15. cum seqq. volum. 2. Rolan. à Valle d. consil. 49. num. 53. & 66. volum. 1.* ubi numeris sequentibus, late eam opinionem comprobat, & secundum eam consuluit, probans in suo casu dolum interveniisse, quia plura devenerunt ad manus tutoris & curatoris, quæ non fuerunt recepta in foliis exhibitis. Unde liberatio, & quietatio, quantumcunque generalis, ad talem administrationem non extenditur, nec per illam dolus præteritus censetur remissus, nisi expresse facta sit mentio doli: secus quando ei, qui dolum commisit, nihil adest: quia tunc dolus præteritus censetur remissus *ut per Dd. in l. actione, C. de transact. & alios quos ibi citat*: Eandem opinionem sequuti sumus *in nostro tract. de juramen. confirmat. 1. par. c. 40. n. 18. cum seqq. & postea sequitur, & probat Mascard. de probat. 3. tom. d. conclus. 1257. num. 17. cum seq.* ubi citat etiam Petrum de Ubald. *in tract. de duob. fratrib. part. 12. num. 3. cum seqq. diffuse, & doctissime per Menoch. de arbitr. indic. libr. 2. centuria. 3. casu 206. & Spino in suo Speculo testam. gloss. 29. num. 67.*

122 Sic etiam † confessio secundi tutoris, quod ratio primi tutoris sit bene reddita, non nocet pupillo, si tamen esset male reddita, & ratio dispungenda est, *ita docet Baldus in l. 1. C. si adversus solut. num. 2. Hippolyt. singul. 846. judices inique agentes, num. 4. quem refert, & sequitur Baeza de decim. tutorum, cap. 2. num. 161.*

123 Et † procedit principalis conclusio supra probata, etiamsi liberatio facta per pactum, & transactionem fuerit jurata, quia adhuc tanquam evidenter iniqua, & nulla, ac tanquam dolose extorta, irritanda, & non sequen-

da venit, *ut cum Paulo de Castr. consil. 308. advertendum tenet Socin. d. consil. 190. colum. 3. in fin. & Decius d. consil. 100. in fin. & Jas. ubi supr. Roland. à Valle d. consil. 49. n. 66.* Unde tutor in hac specie tenetur denuo computare, & rationem reddere, si constet priorem computationem; aut fuisse erroneam, aut non plenam, *ita Jas. consil. 218. n. 2. & num. 15. lib. 2.* admonens judices, qui in tali causa rationum tutelarum habent judicare, ne se reddant difficiles, aut morosos in revidendis denuo diligenter rationibus administratæ tutelæ, & in repetendis computis rationũ, ut tales causæ, per quas minorum indemnitatibus succurretur, legaliter procedant, providentq; sicuti leges volunt, *ut dic ebamus largius supr. in princ. huius cap.*

Ex quibus † non obstat doctrina Bald. *in auth. sacra-* 124
menta puberum, nu. 14. C. si adversus. vend. quod refutationes, quas faciunt minores tutoribus, & curatoribus suis de administratione tutelæ, cum juramento sunt validæ, adeo quod à tali juramento non potest peti relaxatio, *ut latius dedu ximus in d. 1. parte de juramento confirmatorio c. 40. nu. 6.* quia hoc intelligendum est juxta supra dicta, ut procedat, præterquam si constet priorem computationem, aut fuisse erroneam, aut non plenam, *ut tenent sup. citati auctores, & nos etiam cum eis ubi sup. num. 7.* ex multis signatur tutorum dolus detegitur ut patet *ex Inst. d. const. 219. num. 3. cum seqq. volum. 2.*

Denique † observandum erit in hac materia, quod ra- 125
tiones reddi debent in loco, ubi administratio ipsa facta est, *per text. in l. 1. & 2. ubi de ratiocin. agi oport. l. prator, §. it etiam ff. de edendo. l. heres absens, § 1. ff. de judic. Socin. consil. 31. in fine, & Mar. consil. 49. col. 1. in fin. vers. & posito, quod ad hoc. & cum eo Roland. à Valle d. cons. 49. num. 67. vol. 1. & Baez. d. cap. 2. num. 186. & D. Castell. in suo tract. de cuentas, 6. part.* Et an hoc procedat, quando tutor finita tutela alibi morari traheret, videnda est Petrus Ancharan. Regien. *quæstione 61. in secunda parte, quem ad hoc refert Cavalcan. de tut. & curat. in suo indice, verbo, tutor an teneatur reddere rationem.*

Si tamen reddita † seniel ratione, vel postquam obtu- 126
lit se paratum reddere, discedat à loco non cogitur ad eundem locum venire pro reddenda secundo loco ratione, nisi expensis minoris *secundum Petrum Surdum de aliment. titulo 1. quæstione 47. numero 9. folio 55. ubi numero 10. refert Cephal. consilio 8. per totum* fortius dicentem, quod si tutor obtulit rationes, & constituit minorem in mora recipiendi, liberatur, ita quod heredes de cetero ad id conveniri non poterunt, *ut ibi per eum*, quod ita simpliciter quoad omnimodam liberationem verum esse non credo.

Tutores autem, † & curatores in rationibus redden- 127
dis, vel redditis suæ administrationis conservant sibi sus expensas, quas cum minoribus suis fecerint, dum eos alunt, educant, instituunt ægrotos, & benevolentes, ut eas recuperent: aut saltem in ratione administrationis refundantur sibi non solum alimenta præstita suis minoribus, sed etiam servis, domesticisq; exhibita, imo & mercedes non solum horum, sed & præceptorum, qui pupillum instituerunt, vel furiosum curaverunt ad sanam mentem reducere, *l. 1. § 1. ff. de tutel. & rat. distr. leg. cum plures, § fin. ff. de administr. tut. & tenet Ioan. Garsia in tractatu de expens. & melior. cap. 3. num. 51. & cap. 4. num. 7.* ubi hoc verum intelligit, dummodo in his fuerit modus, scilicet is, quod pupillus erat omnino factus, & quod curator si opus sibi esset his medicamentis, aut formulis, tantundem eum his fuisset expensurus, *ex d. l. cum plures, § nimium.* Neque enim medicum, quem sibi accersisset sestertio, furioso, vel pupillo suo accersere talentos: Curabunt, & gerent omnia fideliter uti probos viros decet, quibus res aliena commissa fuit, quæ autem probe consumta fuerint in ratione administrationis reputabuntur, facit *l. 16. tit. 16. partita 6. ad finem*, ibi. *E de-*

ne guardarlo, e penſar del daubole de comer o veſtir, e de las otras coſas que menester le fueren, ſegun entendiere que lo debe fazer cricatando toda via que lo ſupa ſegun los bienes que del recibio. Cum igitur tutor cogatur alimenta pupillo

128 præſtare, non poteſt in eo præſumi donatio, quia tunc ſolum donatio præſumitur. † quando quis ſolvit, quod non tenebatur, *l. donare ff. de reg. jur.* At, qui cogi poteſt, ſi faciat actum, dicitur coactè facere, *Ioan. Andr. in cap. præterea, in verſic. extorquentes, de jur. patron. & alios referens Petrus Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 14. num. 4. cum ſeqq. fol. 210.* ubi *num. 7.* addit aliam hujus rei rationem, nempe quia cum præceſſerit cauſſa neceſſaria alendi ſcilicet pupillum, cenſendum eſt tutorem aluiſſe, ut impleret munus ſuum, non ut donaret, quia actus referri ſemper debet ad neceſſariam cauſſam quæ præceſſit, *l. fin. C. de alim. pupill. præſtand.* Et in terminis, quia tutor in ratione reddenda repetat alimenta, quæ pupillo præſtitit, eſt text. *in l. ſumtus, C. de adminiſt. tut.* qui etſi indiſtincte loquatur de expenſis factis in pupillum, gl. tamen ibi ponit, & exemplum in alimentis: Ad idem eſt text. *in l. 2. C. de aliment. pupill. præſt.* ubi quia, & ſi tutor taxari non fecerit ab initio alimenta pupilli, fiet tamen poſtea taxatio & ſolutio, quos text. ad hoc allegavit Grammatic. *deciſ. 103. num. 204.* quam etiam ſententiam pluribus probavit Cuman. *conſil. 88. num. 6. in verſic. circa ſecundum, & latius Petrus Surdus, ubi ſupra. d. quæſt. 14. a num. 1. uſq; ad*

129 *num. 9 & iterum prima tit. 3. q. 7. per totam fol. 134.* † Unde *l. 35. tit. 12. p. 1.* quæ videtur decidere contrarium nempe, *Que el que ſe mueue a criar alguno huerfano deſamparado en ſu caſa por piedad, e arre cabidar ſus bienes no puede de deſpues demandar las eſpenſas, que hizziere ſobre eſſa raz on.* loquitur & procedit, quando ex cauſſa pietatis ſolum id fit, ut ex ratione expreſſa in eadem l. patet ibi: *Capuo ſe movie acriar el moco por raz ō de piedad e de miſericordia. entiendeſe que lo faſo por aver galardon de Dios, &c.* Ubi Greg. Lopez. *in gloſſa 2.* inquit, in dubio non præſumi, quod factum ſit pietatis cauſſa, cum nemo jactare ſuum præſumatur, *leg. cum de indebito, ff. de probat.* & quod conſtare debet ex conjecturis vel alias, quod motus fuit cauſſa pietatis: ſecus ergo erit, ſi ut tutor vel curator id fecerit, ut probatur ex præcedentibus.

130 Ampliantur † ſuperiora de alimentis repetendis & reputandis in rationibus tutelæ vel curæ, præſtitis per tutorem vel curatorem pupillo adultove, ut procedant & locum habeant, etiamſi tutor vel curator ſit ſanguine conjunctus, puta patruus, quia nihilominus conceditur repetitio ejus, quod impendit in alimenta, *ſecundum Cumam, dicto conſilio 88. columna finali.* quiloquitur in caſu magis dubio, ſcilicet, quando pupillus etiam aliquid operabatur ad commodum tutoris, quod comprobat late Petrus Surdus, *de alimentis titulo 6. dicta quæſtione 23. numero 10.* ubi *numero 14. verſiculo dubitari poteſt, cum numeris ſequentibus.* late agit de hujus veritate, ſcilicet, quando pupillus operatus ſit tutori, an tutor poſſit alimenta præſtita repetere *& num. 21.* reſolvit inhærendo nedum rationi ſed etiam communi Doctorum opinioni, compenſationem fieri pro rata operarum cum alimentis, ſi conſiderabilis ſit operarum utilitas, ſecus ſi ſit modici momenti.

131 Secundo ampliatur, † ut procedant quoque in fratre tutore, *ut in terminis probat Petrus Surdus, ubi ſupra, numer. 12.* ubi *num. 13.* inquit errare Albanum, *conſil. 12.* reprobantem in fratre dotante ſororem, *Bald. in l. fin. in fin. C. de dot. promiſ. num. 12.* & docentem communem opinionem eſſe in contrarium, nempe, quod frater dotans ſororem, etiamſi ejus adminiſtrator præſumatur, dotaſſe eam ex propria, non autem ex bonis ipſius ſororis, quia imo & communis opinio eſt pro Baldo, *ſecundum Petrum Surd. de aliment. d. tit. 6. quæſt. 14. nu. 13. & cum ſequuntur multi citati à Menoch. de arbitr. judic. caſu 28. n. 46. cum ſeqq. & Maſcard. concluſ. 571. n. 11.* licet ipſe Maſcar. ibi relinquat cogitandum, utri ſententiæ adhæreat lector, ſed opinio Bald. veriot & tenenda eſt, *ut patet ex adductis per Menoch. ubi ſup. num. 47. cum ſeqq.*

Tertio ampliatur, ut non ſolum repetat tutor alimenta, quæ præſtitit pupillo, ſed etiam ea quæ dedit ſorori ejus, *l. qui filium ff. ubi pup. educ. deb. & mor. ar. P. Surd. ubi ſup. d. 9. 14. n. 14. diximus ſup. an 2. par. huius tract. c. 3. n. 43.*

Tutor † vero regulariter non eſt alendus de bonis pupilli, *l. ſtatuoribus, §. fi. ff. de aliment. tut. Roland. conſil. 5. num. 20. vol. 3. text. in §. ſed & propter. Inſtit. de excuſ. tut.* ubi Aret. *num. 4.* hoc notat dicens, quod ſi pupillus teneretur alere tutorem, non eſſet bona excuſatio, quæ tamē in eo text. admittitur tutori dicenti, quod neceſſe eſt ei eſſe omni die in agro pro victu, *Alexand. conſ. 191. nu. 8. vol. 1.* ubi inquit, quod tutor teneretur pupillo rationem reddere de fructibus, quos pro ſuo victu conſumſit. Et idē volunt Porcius *in §. dari autem, n. 6. in fin. Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. Aret. in tract. de teſtam. gl. 96. n. 9. quos refert & ſequitur Petr. Surd. de aliment. tit. 1. & 2. & 3. in fin. fol. 54. ad fin. & fol. 55. in princ.*

In quibus locis dicitur, † hoc non procedere, quando 133
tutor eſſet pauper, ita quod non poſſet ſumtum munis expedire, niſi ſibi de alimentis provideretur, *text. in l. 1. §. ſi pupillus ff. de tut. & rat. diſtrah. & ibi notant Odofred. Jacob. & Alber. Bacca de decim. tut cap. 1. n. 12. tenet etiam Menoch. conſil. 228. n. 11. lib. 3. & D. Caſtel. in tract. de cenſu par. 9. fol. 28. colum. 4. paulo poſt princ. Aret. in d. §. ſed & propter num. 4. Benecaſ. in tract. pauper. in 7. quæſt. in 2. ſpecial. judic. num. 22. late Cavalcan. de tut. & curat. num. 309. & ante eos Bartol. in tract. de aliment. num. 5. quos refert & ſequitur Petrus Surd. ubi ſupra, n. 3.* ubi *n. 4.* inquit, hoc modo multo magis procedere, dum tutor verſatur circa confectionem inventarii, quia ſi pauper ſit, interim eſt alendus, *ſecund. Vitalem & Specul. quos refert.* Secundo limitatur in tutoribus Principum & illuſtrium perſonarum: hi enim alendi ſunt de bonis pupilli, *ut vult Germin. in cap. grandi, n. 12. de ſupplend. neglig. prælat. ubi etiam (cerſe. n. 93. & Menoch. ubi ſupr. num. 31. 42. 50. & ſeqq. & Petr. Surd. de aliment. tit. ult. quæſt. 14. n. 1.* in quibus etiam *infra cap. 2.* idem probamus. Has tamen limitationes veras eſſe intelligimus, ubi tutori nullum ſalarium vel decima fructuum pro labore præſtatur: alias ſecus, quia tunc illo debet eſſe contentus.

Similiter etiam tutores † & curatores ſibi conſervant, 134
& in ratione adminiſtrationis tutelæ reputant expenſas, quas ipſi faciunt domo egreſſi, ſi alibi res minoris vel furioſi gerenda ſit, *l. 1. §. ſi pupillus verſ. ſi ē ſumtu ff. de tut. & rat. diſtr.* & viatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquo excurri vel proficiſci. Ita tenent plures, quos refert & ſequitur Baeca *de decim. tut. cap. 1. num. 3. & primo Oroſcam l. ſumtus, ad fin. ff. de pact. & Padilla in l. 1. n. 18. C. de tranſact. Ioan. Garſ. de expenſ. & melior. d. c. 4. n. 11.* & tenet etiam Petr. Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 14. num 5. fol. 35.*

Debet † tamen ex his expenſis deduci, quas domi- 135
erant facturi prædicti adminiſtratores, *ut docuit Guid. Pap. deciſ. 625. ſi quis condemnatur. Innoc. in cap. fin. de dolo, & contumac. Abb. in cap. ſinem litibus, num. 31. de dol. & contum.* ubi limitat, niſi domi viveret ex artificio, *Rupellan. forenſ. Inſt. libr. 2. fol. 153. quos refert & ſequitur Bacca d. cap. 1. num. 11. & alios Ioan. Garſ. d. cap. 20. num. 11. de expenſ. & melior.* Rusticus autem † tutor vel curator alius 136
ve adminiſtrator, qui pedeſ iter facere ſolet, pro pupillo eques non debet proficiſci, *juxta gloſſ. in l. idemque. §. idem Labeo, verbo, eum oportere ff. mandat. quam refert & ſequitur Ioan. Garſ. d. num. 11. ad fin.* ubi † quod 137
deniq; tutor vel curator eas expenſas pro pupillo faciat quas pro ſe feciſſet, *ut per Tiraquell. de nobilitat. cap. 20. numero 77.*

Reputant etiam † tutores & curatores in ratione tutelæ 138
ſumtus

ſumtus omnes, quos faciunt, & expendunt in rem & patrimonium minorum ſuorum, *l. conſil. ff. de curat. furioſ. 3. & contrarium, verſ. deducuntur, ad fin. ff. de contr. & util. act. tut. d. ſtatuoribus, §. principalibus, ff. de adminiſt. tutor. Petr. Surd. de aliment. tit. 3. quæſt. 7. num. 4. & 5.* Itaq; ſive ædificent, ſive reficiant, conſervant ſibi expenſas, & ſum-
139 tus, † *l. 15. tit. 16. part. 6. E deſpues que eſto ouieren fecho deven los guardadores endereçar las caſas del huerfano que no caygan, y faẓer labrar las heredades, e criar los ganados que fallaren en los bienes del finado.* Ergo expenſas omnes has conſervat: quia ſi prætermiſiſſet, tenetur, *l. quicquid, C. arbitr. tut. Joan. de Plateain l. 2. C. de condit. in pub horreis. lib. 10.* Si † igitur utiliter gerat tutor, conſervat ſibi ex-
140 penſas factas, idque judex arbitrabitur, *l. quidergo, ff. de contr. & util. act. tut.* & datur contraria, & utilis actio tutelæ non ſolum tutori, ſed etiam ei, qui pro tutore, negotia geſſit, & curatori adoleſcentis, prodigi, & furioſi *ut in l. ff. de contr. & util. act. tut.* ex qual, in omni genere adminiſtrationis, & adminiſtratoris, iſtud recipitur *ſecundum Ioan. Garſ. d. cap. 20. num. 16. in fin.*

141 Imo † etiam tutori reſtitui debent expenſæ factæ pro pupillo, licet excedant valorem omnium facultatum pupilli, *l. in princ. ff. de contrar. judic. tutel.* & Alex. Col. de Neapol. dicit, hoc bene procedere, ſi fuit utiliter expenſum, ſubdens tunc dici utiliter expenſum, quando erogavit pro defenſione cauſſæ ſtatus pupilli: cui fuerat mota quæſtio, *refert & ſequitur Petr. Surdus de aliment. tit. fin. num. 7. & 8.* ubi quod idem multo magis judicari debet de impenſa utili facta pro ſanitate recuperanda, & an mater repetat expenſas, quas fecit in accuſando tutorem ſuſpectum, agi debet Petrus Surd. *de alimentis tit. 5. quæſt.*
142 *1. num 89. cum ſeqq. fol. 205. col. 3.* Præterea † tutores & curatores reputant in ratione adminiſtrationis litis ſumtus, *l. ſtatuoff. de tut. & rat. diſtrah.* quod eſt commune tutoribus, & reliquis adminiſtratoribus, qui non ſolum lites cœptas proſequuntur, ut eas perficiant, ſed etiam incipiunt eas, quæ perire poſſe putant, *l. 1. §. illud. ff. de mun. & hon.* & etiam ſi non ſint tempore perituræ, *ut probat late Ioan. Garſ. d. cap. 20. num. 17. poſt Spin. in ſpecul. teſtam. gloſſ. 29. num. 56.* concludentes, quod diſti curatores, quicquid ſine dolo malo expendunt, agendo ædificando, reficiendo, defendendo, interpolando, & interrumpendo ſibi conſervant *l. 1. §. quod de ſtuōbus, ff. de curat. bon.*
143 *dand. l. 17. titulo 16. parcitur 6.* Debent † igitur lites agere, & omnes tutelæ adminiſtrationis tractandas, ſumtuoſue faciendos, ut tutor, adminiſtrator, curator, Syndicus, reliqui adminiſtratores in huiuſmodi ſumtibus & expenſis ita ſe moderate gerere, quaſi res proprias, non alienas gerant: neque enim pro pupillo abſente, futioſo, ventre, vel pro bonis magis expendendum eſt, quam pro
144 ſe expenderet tutor aut curator. Itaque † moderata eſſe oportet ſalaria advocatorum, procuratoris, legitimos ſumtus, certas expenſas jure & lege taxatas, ne ſub prætextu pupilli, & eius patrocinii univerſum patrocinium conſumatur, ne vendere aliena liberales exiſtant: Non tamen debent calumnioſas cauſſas inſtituere, nec quicquam earum nomine expendere, alias expenſæ ſibi imputantur, & in ratione reddenda eas non reputabunt, *ut in lege non eſt ignotum, C. de adminiſtrat. tutor. & ibi Doctores*, ubi ſumtus permittuntur propter bonum. Cauſſam diximus ſupra.

145 Si vero † lites utiliter à principio inſtitutæ, aut proſequutæ ſunt per adminiſtratores, etiam ſi triſtem eventū (ut adſolent) habeant, deducunt etiam expenſas prædictarum litium, *l. quis mutuam, §. fin. ff. mandat. l. ſi ſervus in rem, in princ. ff. de in rem verſ. 56. leg. ſi ſervum, C. eodem tit. l. quid ergo, ff. de contr. jud. tutel.* Sufficit enim, *ut inquit Ulpianus*, tutori bene, & diligenter negotia geſſiſſe, etſi eventum ad verſum habuerit, quod geſtum eſt, *& in d. leg. quid ergo*, dicitur, quod tutor expenſas o-
mnes conſequitur, quas utiliter fecit à principio, etiamſi nihil adauctum ſit pupillo, & etiam ſi plus expendat, quā fit in facultatibus, dum tamen expedit pupillo ita tutelam adminiſtrari. Ceterum ſi non expedit abſolvi pupillum oportet: non enim in hoc adminiſtrantur tutelæ, ut mergantur pupilli. Judex igitur, qui contractio judicio cognoſcit, utilitatem pupilli ſpectabit, & an tutor ex officio ſumtus fecit.

Poterit etiam tutor & curator, † atque quilibet admi- 146
niſtrator, ſicut poſſeſſor hereditatis, meliorationes factas recuperare, & conſervare ſibi utiliter factas, licet non eſſent res, in quibus factæ ſunt: nempe, quia perierint & combuſtæ, vel evictæ ſint, ſi à principio utiliter factæ ſunt, *l. plane, ad fin. ff. de petitione hered.* & in negotiorum geſtore idem probat text. *in l. ſed an ultro, §. at autem, ff. de negot. geſt.* ex quibus juribus in tutore & curatore hoc probat Joan. Garſ. *d. cap. 20. num. 20. poſt Spin. (tacitum tamen) d. gl. 29. n. 67. & 68.*

Inſuper † obſervandum erit in materia redditionis 147
rationis, quod obligatus ad rationem reddendam rationibus traditis, & compoſitione inita, tenetur probare, quæ in illis ſcripſit ſe geſſiſſe, vel impendiſſe, vera eſſe, ſicut in rationario ſcripta ſunt, ſi in dubium ſi revocentur, *text. eſt in leg. qui ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr.* Et ſic quantum ad comprobationem contentorum, in rationibus ſuis habetur pro actore, *ut tenet Gonſalo. Lorem conſultud. Pariſ. tit. 1. §. 6. gloſſ. 6. num. 21.* ubi etiam quod probatio in hac materia non ſemper exigitur per teſtes, ſed quandoque per ſyngrapha privata, quandoque per rei, vel ſperis evidentiam, aut per alias conjecturas arbitrio judicis approbandas, *ut per Bald. in l. 1. C. de fide inſtrum. verſiculo, uti eſt conſiderandum. Cornetus in lege final. §. in computatione, columna 1. C. de jur. deliberand.* & ut inquit Federic. de Senis *conſil. 119. nulli dubium.* jura nolunt angariare probationes, ſed contentantur his, quæ convenienter ſecundum materiam ſubiectam haberi poſſunt, quam obſervationem ultra *Menoch. ubi ſupra ſequuntur Cavalc. deciſ. 28. in additione, num. 2. & 3. Bacc. de decim. tut. cap. 21. num. 28. & Joann. Garſ. de expenſis & melior. dict. cap. 20. num. 24. in verſic. præterea ii. qui librum*: Et quod expenſæ probentur per rei evidentiam, ut in ædificiis ex *l. lex, que tutorei, C. de adminiſtrat. tut.* tenet † etiam Barbat. *conſil. 48. num. 24.* 148
verſ. interdum per operis evidentiam volum. 4. Maſcard. de probat. ſecundo tomo, concluſ. 710. Et quod expenſæ probentur conjecturis motu judicis approbandæ, † ſi 149
ſint modicæ, ſecus ſi ſint magnæ. Idem Maſcard. *concluſ. 720.* ubi *concluſ. 721.* quod expenſæ probantur per teſtes, † & quod domeſtici admittuntur, niſi quando agitur de 150
probatione æſtimationis ædificiorum, quia tunc requiritur depoſitio architectorum, *ut authentic. de rerum alienatione, &c. §. qui autem*, Nec ſufficit, quod ſint magiſtri, ſed oportet, quod ſint in dict. æſtimatione periti illius artis. Probantur etiā expenſæ per libros, † in quibus 151
deſcriptæ ſunt, ſi tamen tales expenſæ ſunt veriſimiles, & exiuſta, & honeſta cauſſa factæ, & perſona ſcribentis ſit fidedigna. Ita decidendo ſenſit Benintend. *deciſ. 43. n. 5. & 12.* placuit Barbat. *d. conſil. 46. n. 21. 24. & 25.* Maſcard. *2. tom. de probat. concluſ. 723. n. 1.* ubi *n. 2.* id ampliat in expenſis factis à tutore defuncto in cauſſam pupilli in quarum probatione, licet requiratur iuramentum ultra deſcriptionem de his in libro factam, tamen cum amplius iuramentum præſtari nequeat, ſtabitur ſimplici libro rationum, quia mors non minorem fidem videtur inducere, quam iuramentum, cum nemo præſumatur moriendo ſuæ ſalutis immemor, *ut late per Alciat. de præſumt. 5. regul. præſumt. 4. per totam.*

Obſervatio præd. ampliatur primo, † ut procedat etiā 154
in articulis impenſæ concernentibus articulos receptos, non impugnatos per dominum, ſed acceptatos, & com-

prehensos ad augmentationem summæ recepti: quia quamvis de contentis in dictis articulis recepti aliter non conſtet, quam per ſcripturam ſive confeſſionem reddentis rationem in ſuis rationibus factam, tenetur tamen per legitima documenta probare, contenta in articulis impenſarum ciuſdem recepti, nec poterit allegare, quod quantum ad eandem rem vel ſummam, debeat in totum ſtari ſuæ ſcripturæ vel confeſſioni, tam in recepto, quam in impenſo, & quod non poſſit pro parte acceptari, videlicet quantum ad receptum, & pro parte negari, videlicet quantum ad impenſam, niſi ſaltem dominus nolit ſe iuvare articulo, vel confeſſione recepti, ſed aſſumere in ſe onus probandi, illud receptum fuiſſe, vel debuiſſe recipi, perinde acſi nihil de hoc ſcriptum fuiſſet in rationibus: quis iſte adminiſtrator debuit curare, ut appareret de contentis in recepto, & de cauſſa recepti, vel per inventarium, in quo ſumma illa in dicto articulo recepti deſignata debebat eſſe expreſſa, tanquã inventa in bonis, vel ſicut nomen debitoris debuit in eodem inventario exprimi chirographum vel aliud inſtrumentum debiti. *Ita [illegible] conſact. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 6. n. 22.* Crederem tamen adhuc in præmiſſa ſpecie arbitrio iudicis relinqui, quæ ſint legitima documenta, quibus probetur impenſum propter connexitatem rei, præmaxime ſi veriſimiles ſint expenſæ.

153 Ampliatur ſecundo † præcedens comprobatio, ut procedat, etiamſi rationes continerent multa alia vera & veriſimilia, etiamſi in reliquis omnibus eſſent ſatis verificatæ, excepto certo articulo impenſæ, de quo ſolum remanſit diſcepatio, *ut bene probat [illegible] ubi ſupra, num. 24. ſequitur Baeca de decim. tutor. cap. 21. numero 28.*

154 Nunc vero † præmiſſa obſervatio limitatur primo in his, quæ ſunt modicæ quantitatis, in quibus ſufficit iuramentum rationem reddentis, *ut tenet Specul. in tit. de inſtrument. edit. §. nunc vero, verſic. 20. quid ſi ex ſequitur. ſequitur alios allegans [illegible] ubi ſupra, num. 25. & Baeca d. l. cap. 21. num. 28. & Ioan. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 20. ſub num. 23. verſic. quod ſi expenſa ſint modicæ. Doctor Caſtel. in ſuo tract. de cuentas, 8. part. in verſic. es verdad que allibro.* Dicuntur autem parvæ ſive minutæ impen-

155 ſæ, † de quibus commode non poſſunt parari inſtrumenta & probationes, puta quod hæc eſſent maioris ſumtus: ſecus in his, in quibus quilibet diligens paraſſet ſibi probationes, ut in magnis impenſis, *ita Bald. in leg. 3. d. quod pauperibus, in fine. & in l. nulli, colum. 2. verſ. ſed verius eſt. C. de Epiſcop. & cleric. & in l. ſi quis pro redemtio-*

156 *ne, ad fin. C. de donat.* Expenſa † autem quinque ſolidorum eſt modica, ut de ea non debeat fieri inſtrumentũ, nec alia probatio parari, ſed ſufficit iuramentum, *ſecund. Bald. in d. l. id, quod pauperibus, in fine, ſequitur prædicta [illegible] ubi ſup. d. n. 25.* ubi quod hoc uſu in omni materia receptum eſt, & quod plurium etiam conſuetudinum præſcripto ita expreſſum cavetur.

157 Addit tamen ibi [illegible], quod hæc ratione reddendarum materia, etiam longe maior quantitas poſſet dici modica, & iuramento comprobari, ſecundum multiplices & varias circumſtantias. Unde generaliter, quæ ſint modicæ, vel magnæ impenſæ, † boni iudicis eſt arbitrari ex rei, actus & perſonæ qualitate *ſecund. Angel. & Doctores*, quos ibi citat, inſuperque declarat hanc concluſionem dicens, ut intelligatur rei, ſcilicet, quæ fuit adminiſtrata, ſi ſit ampla, vel exigua, preciosa, aut vilis actus, id eſt, factum impenſæ ſi ſit veriſimile & rationabile, & commode potuerint haberi probationes, vel ſecus, perſonæ ſi notæ, ſpectat æque fidei ſint, vel ſecus. Et opinionem præfatam Angeli, & ſequacium, ſequitur etiam Baec. *de decem. tut. d. cap. 21. ſub d. n. 28.* ubi idem cum Soc. *conſ. 46. lib. 2. & conſ. 162. col. fin. eodem vol. & conſil. 49. n. 2. lib. 4.* probat in ceteris adminiſtratoribus actionem reddentibus, quod etiam ſequitur Joan. Garſ. *de expenſ. & melior. at. cap. 11. n. 16. & d. cap. 20. ſub n. 23. verſ. parva autem etiam, & plures allegans Maſc. de probat. 2. tom. concl. 717. n. 2.* ubi loquitur in quolibet adminiſtratore, ſive exſequutore teſtamenti, tutore, curatore, vel herede conſiſciente inventarium, vel ſocio reddente rationẽ geſtori.

Sublimitc primo † hanc primam limitationem, dum- 158
modo hæ impenſæ minutæ in ſcriptura rationum ſpecificentur, ſcilicet, cui, quam ob cauſſam, quantum ſingulariter datum ſit, & ſic affirmatæ juramento probantur, *ut voluit Ioan. Andr. ad Spec. de inſtrument. editione, §. nunc vero aliqua, verſ. 21. quid ſi ex ſequutor. Bart. in l. qui ſub conditione. in fin. ff. de condit. & demonſt.* Eſſet n. periculoſum, & falſitatis occaſio, dicere ſimpliciter ſine ſpecificatione ſtari iuramento, *ita cum Ioan. Andr. ubi ſupr. tenet [illegible] ubi ſupr. n. 26. & Baec. d. c. 21. n. 28. verſ. maxime ante, Io. Garſ. d. c. 20. ſub n. 23. verſ. pratereas 15. &* an hoc procedat in conſanguineis agemus, *infr. limit. 3.*

Sublimita ſecundo, † prædicti primam limitationẽ, dum- 159
modo hæ impenſæ minutæ, & ſpecificatæ ſint rationabiles & veriſimiles, quia ſi non eſſent rationabiles, ut quia non debuerunt fieri, non debent approbari, *ut bene declarat [illegible] ubi ſupra, num. 27. ſequitur plures allegans Baeca ubi ſupra, d. cap. 21. num. 28. verſic. dum tamen.*

Secundo † principaliter limitatur, ſupradicti obſer- 160
vatio, ut ipſa non procedat, ſi appareat id eſſe factum, cuius impenſa rationibus infertur: tunc enim, eo ipſo præſumitur factum opera, & impenſa adminiſtratoris, ad cuius curam, & officium ſpectabat hoc facere, ut eſt doctrina Bart. *in l. cum ſervius, ff. de verb. oblig. text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præſtand. probat [illegible] ubi ſup. num. 28. ubi bene declarat, & Ioan. Garſ. ubi ſupra, in verſic. quod iſte, & Baec. d. cap. 21. num. 29. ad fin.*

Tertio limitatur † eadem obſervatio in conſangui- 161
neis, à quibus non requiritur tam ſtricta probatio, *ut decidit Paul. de Caſt. conſil. 12. in 6. dubio. in fin. lib. 1. Socin. conſ. 73. lib. 1.* ubi † allegat Bald, *in conſ. incip. ad primum,* 162
quod eſt in ordine 418. lib. 3 ubi Bald. dicit, quod etiam in non modicis ſtatur iuramento, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrant, † Hoc 163
autem idem Socin. *conſil. 46. cum in præſenti. lib. 1. colu. 1.* intelligit procedere, quando conſanguineus, puta frater, adminiſtraſſet tantum iure fraternitatis, ſecus ſi, ut tutor vel curator. Tunc enim vult eum teneri diligentem & exactam rationem reddere, quod verum putat [illegible] *ubi ſupra, in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 6. gloſ. 6. num. 29.* [illegible] ut exactius & ſtrictus teneatur, quoniam expreſſa & ſolemnis obligatio, forma, & vis publici officii magis obligant, pluſq; operantur, quam privatim ſuſcepta negotiorum geſtio, niſi illi, quorum bona (intellige ſine tutela & cura decreta) adminiſtravit, errant minores, quorum tutelam vel curam ſuſcipere vel providere tenebatur, tunc enim non debet is in aliquo relevari, ne ſit melioris conditionis negligens, quam diligens: tandem putat [illegible], nedum poſſe verificari hanc limitationem, & dicta Bald. in adminiſtrante bona maioris iure fraternitatis; Sed etſi iudici æquum videri poſſit in adminiſtrante bona minoris nomine tutorio vel curatorio, licet non ita promte & faciliter propter periculum ſacramenti, & publici officii. Et hanc tertiam principalem limitationem Socini & [illegible], ſequitur Baec. *d. c. 21. num. 29.*

Limitatur † quarto in eo, cui rationum reddendarum 164
prælegata eſſet liberatio: non n. is tenetur rationem ponere nec probare: niſi hactenus, ut dolus & lata culpa ab eo excludantur, *ut in terminis limitat. [illegible] ubi ſup. n. 29. ad fin.* de quo ſupra, in hoc tractatu non ſemel diximus.

Illa tamen † maxima differentia inter actionem tutelæ 165
& curæ videtur eſſe. quod actio tutelæ, non niſi depoſita adminiſtratione, proponi iure communi poteſt, *l. niſi finita*

finita d. ſi tutor. 2. §. & generaliter. & l. ſed non datur, de tutor. & rat. diſtrah. cum curatore autem manente adminiſtratione, ut cum procuratore agi poteſt, *l. cum curat. 27. ff. de adminiſtr. tut. in Pandect.* Ex quibus prædictam differentiam in terminis conſtituit ac probavit Petrus Greg. *in ſyntagm. jur. 2. part. lib. 13. cap. 10. num. 1.* qui *cap.* 166
11. eiuſdem libr. 13. num. 2. addit, † quod ſic etiam actio contraria eius, qui pro tutore geſſit, vel qui curam adminiſtravit, etiam pendente geſtione, & antequam finita dicatur, competere poteſt: quia & ſtatim, † ubi obnoxii ſunt protutor, & curator, directa conveniri poſſunt, *l. 1. §. ſed ſi curator. ff. de contrar. tut. & util. act.* Ceteræ 167
autem actiones, † veluti furti, damni, iniuriæ, condictio, præter tutelæ actionem adverſus tutorem competunt, etiamſi adhuc tutelam adminiſtret tutor, *l. 4. in fine ubi, cetera actiones. & c. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* 168

Sed contra prædictam differentiam adeſt text. expreſſus *in l. 2. & in l. rationes, C. de adminiſtr. tut.* ubi quod rationes curæ adminiſtratæ ante impletum quintum & vigeſimum annum, durante officio, poſci jure non poſſe, manifeſtum eſt, per quæ jura hoc reſolvimus *ſup. hoc cap. n. 110.* Et eſt quidem veriſimum, in redditione rationum totius adminiſtrationis, ut durante dict. officio peti non poſſint: Regulariter fallit, in actione furti, damni injuriæ, condictionis, & rei vendicationis, & in ſtipulatione rem pupilli ſalvam fore, & in his intelligitur *d. l. cum curatore 27. ff. de adminiſt. tut. ita gloſſ. ubi verbo, cum curatore, & gloſſ. 1. an d. l. 2. & in d. l. rationes, C. de adminiſtr. tut.* & diximus modo ſupra, hoc idem probantes contra tutorem: differentia igitur prædict. inter actionem tutelæ, & curæ vera non eſt, nec tenenda.

169 Quid autem erit, † ſi tutor, vel curator, aliuſve adminiſtrator vixerit in domo minoris, vel domini, an in rationum redditione teneatur ſolvere mercedem iuſtam domus, videndus eſt Doctor Caſtell. *in ſuo tract. decuentas in nona parte. verſiculo tambien.* ubi reſolvit, quod ſi magis expediebat minori, vel domino, cuius bona adminiſtrabat, ut in illa domo eius tutor, curator, vel adminiſtrator viveret, non teneatur ſolvere prædict. mercedem, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

SUMMARIA.

1 Tutor, vel curatore ratione adminiſtrationis regulariter jure communi ſalarium petere non poteſt.

2 Fallit primo, hoc regula in tutore peregre proficiſcente ad curanda negotia pupilli, debet namque hic ire expenſis pupilli.

3 Fallit ſecundo quoties incidit, aliquod negotium, quod tutor ratione officii tenetur obire, ex cuius adminiſtratione tutoris facultates damnum patiuntur: cum enim judex ei juſte ſalarium conſtituere poteſt, & qua juſta cauſſa ſit in propoſito conſtituendi ſalarium, arbitrio judicis relinquitur, ut in num. 7.

4 An hoc procedat nedum reſpectu temporis futuri, ſed etiam præteriti.

5 Quantum autem ſalarium debeat tunc à judice conſtitui, non jure definitum.

6 Tutores in præmiſſa ſpecie poſſunt contutori conſtituere ſalarium.

7 Tutoribus & curatoribus Regum, Principum, & illuſtrium perſonarum recompenſatio debetur, & tribuitur ratione adminiſtrationis.

9 Alimenta ſunt præſtanda tutori, vel curatori minoris ubi juſta ſubeſt cauſſa.

10 Salarium debetur pro officio gratuito gravi, & difficili & ſi ab initio ſuſcepto muneris promiſſum non fuerit.

11 Gallia tutoribus nobilium perſonarum daretur omnis fructus.

12 Aurelia etiam.

13 Apud Hiſtrianos idem ſervatur.

14 Apud Anglos etiam fructus rei pupillaris ad Regem pertinet, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt.

15 Apud Portugallium viceſima pars fructuum tutori pro labore conceditur.

16 Conſuetudo deferent tutoribus omnes fructus eſt reſtringenda tanquam odioſa.

17 Apud Hiſpanos decima tantum pars fructuum datur tutoribus pro labore adminiſtrationis.

18 Tutor vel curator peregre proficiſcens pro negotio ſuæ adminiſtrationis, an præter decimam fructuum poſſit reducere, & reputare etiam perſinales expenſas neceſſarias.

19 Tutor agricola propriis manibus pupillare prædium arans, & ſimilia faciens, ultra decimam fructuum repetet, vel reputabit pretium operæ ſuæ. ſi ſolitus ſit locare operas ſuas.

20 Tutor vel curator, ultra decimam fructuum non auditur, ſi petat, quod detur alteri, vel negotiorum geſtori, ut nomina debitorum exigere, & alia facere et incumbentia officio tutoris. & num. 21. ſecus jure communi attento, quo ſalarium tutrici non debetur nec datur, ut in num. 22.

23 Tutor vel curator aliuſve adminiſtrator peregre proficiſcens an ultra decimam poſſit capere alimenta.

CAPUT II.

An tutori vel curatori ſalarium debeatur pro officio adminiſtrationis.

OFFICIUM † tutoris iure civili gratuitum eſt, ideo- 1
que regulariter ratione adminiſtrationis, & laboris nihil accipere nec petere poteſt, *l. tutoribus, §. principalibus, ff. de adminiſt. tut. l. qui negotiam in prin. ff. de adminiſt. tut.* ubi quod lucrum facere ex tutela non debet, *l. ſi is, qui, ff. de eo, qui pro tut. negot. ger. l. an vos. ff. de tutel.* ubi quod nemini dari debet pecunia, ut ſi tutor, turpe enim recipitur ſalarium, pro officio, quod debet eſſe gratuitum, ut mandatum *l. qui ſine uſuris, circa medium. ff. de negot. geſt.*

Quam concluſionem principalem omnes Dd. uno ore profitentur ab antiquioribus uſque ad noviſſimos, quos congerit Baec. *de decim. tut. c. 1. n. 1. cum plurib. ſeq.* ubi late probat, & inquit hanc eſſe receptiſſimam noſtrorum ſententiam, à qua nullus hactenus diſceſſit: Idẽ probat Petrus Surd. *de aliment. tit. 1. q. 47. nu. 8.* ubi *nu. 7.* quod ſi quid datum eſt, repetitur per condictionem ob turpem cauſſam, *ut dicit gl. in d. l. an eos. & Vitalis in tract. claus. in clauſula, nihil nov. pend. conſeſt. invenitur. qu. 16. idem Pet. Surd. in eodem tract. de aliment. tit. 6. queſt. 14. num. 17.* probat late, & per ordinem Menoch. plures allegans, *conſil. 228. n. 1. cum ſeq. uſq. ad n. 13. inclusive, vol. 3. cui conſil. ſe ſubſcripſit Tiber. Decian.*

Hæc regula † fallit primo in tutore peregre proficiſ- 2
cente ad curanda negotia pupilli: debet namque hic ire expenſis pupilli, & ſic evitat damnum, non vero lucrum capit. *l. 1. §. ſi pupill. verſic. item. ff. de tutel. & rat. diſtrah. quam poſt Jacob. Butrig. ita declarat Bart. in d. l. ad tutoris. §. fin. & tenet Bald. conſil. 219. ſuper primo puncto, libr. 3. ſequitur alios allegans Baeca. d. cap. 1. num. 3. 5. & 8. & Petr. Surd. d. q. 47. n. 5.* diximus ſupra cum aliis *cap. præcedenti, in verſic. ſimiliter etiam, num. 143.* ubi quod debet deduci ex his expenſis, quas domi erat factúrus talis adminiſtrator, & quod ruſticus tutor, curator, vel alius adminiſtrator, qui pedeſter, facere iter ſoler, pro pupillo eques non debet proficiſci.

Secundo † fallit d. regula, quoties incidit aliquod ne- 3
gotium, quod tutor ratione officii tenetur obire: tunc namque ſi ex eius adminiſtratione, tutoris facultates damnum patiantur, judex juſte ſalarium ei conſtituet. Nemini enim officium ſuum eſſe debet damnoſum, *l. ſed & ſi quis ex ſignatorib. ff. quemadmod. teſtam. aper.* & congerit plu-

prehensos ad augmentationem summæ recepti: quia quamvis de contentis in dictis articulis recepti aliter non conſtet, quam per ſcripturam ſive confeſſionem reddentis rationem in ſuis rationibus factam, tenetur tamen per legitima documenta probare, contenta in articulis impenſarum ciuſdem recepti, nec poterit allegare, quod quantum ad eandem rem vel ſummam, debeat in totum ſtari ſuæ ſcripturæ vel confeſſioni, tam in recepto, quam in impenſo, & quod non poſſit pro parte acceptari, videlicet quantum ad receptum, & pro parte negari, videlicet quantum ad impenſam, niſi ſaltem dominus nolit ſe iuvare articulo, vel confeſſione recepti, ſed aſſumere in ſe onus probandi, illud receptum fuiſſe, vel debuiſſe recipi, perinde acſi nihil de hoc ſcriptum fuiſſet in rationibus: quis iſte adminiſtrator debuit curare, ut appareret de contentis in recepto, & de cauſſa recepti, vel per inventarium, in quo ſumma illa in dicto articulo recepti deſignata debebat eſſe expreſſa, tanquã inventa in bonis, vel ſicut nomen debitoris debuit in eodem inventario exprimi chirographum vel aliud inſtrumentum debiti. *Ita [illegible] conſact. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 6. n. 22.* Crederem tamen adhuc in præmiſſa ſpecie arbitrio iudicis relinqui, quæ ſint legitima documenta, quibus probetur impenſum propter connexitatem rei, præmaxime ſi veriſimiles ſint expenſæ.

153 Ampliatur ſecundo † præcedens comprobatio, ut procedat, etiamſi rationes continerent multa alia vera & veriſimilia, etiamſi in reliquis omnibus eſſent ſatis verificatæ, excepto certo articulo impenſæ, de quo ſolum remanſit diſcepatio, *ut bene probat [illegible] ubi ſupra, num. 24. ſequitur Baeca de decim. tutor. cap. 21. numero 28.*

154 Nunc vero † præmiſſa obſervatio limitatur primo in his, quæ ſunt modicæ quantitatis, in quibus ſufficit iuramentum rationem reddentis, *ut tenet Specul. in tit. de inſtrument. edit. §. nunc vero, verſic. 20. quid ſi ex ſequitur. ſequitur alios allegans [illegible] ubi ſupra, num. 25. & Baeca d. l. cap. 21. num. 28. & Ioan. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 20. ſub num. 23. verſic. quod ſi expenſa ſint modicæ. Doctor Caſtel. in ſuo tract. de cuentas, 8. part. in verſic. es verdad que allibro.* Dicuntur autem parvæ ſive minutæ impen-

155 ſæ, † de quibus commode non poſſunt parari inſtrumenta & probationes, puta quod hæc eſſent maioris ſumtus: ſecus in his, in quibus quilibet diligens paraſſet ſibi probationes, ut in magnis impenſis, *ita Bald. in leg. 3. d. quod pauperibus, in fine. & in l. nulli, colum. 2. verſ. ſed verius eſt. C. de Epiſcop. & cleric. & in l. ſi quis pro redemtio-*

156 *ne, ad fin. C. de donat.* Expenſa † autem quinque ſolidorum eſt modica, ut de ea non debeat fieri inſtrumentũ, nec alia probatio parari, ſed ſufficit iuramentum, *ſecund. Bald. in d. l. id, quod pauperibus, in fine, ſequitur prædicta [illegible] ubi ſup. d. n. 25.* ubi quod hoc uſu in omni materia receptum eſt, & quod plurium etiam conſuetudinum præſcripto ita expreſſum cavetur.

157 Addit tamen ibi [illegible], quod hæc ratione reddendarum materia, etiam longe maior quantitas poſſet dici modica, & iuramento comprobari, ſecundum multiplices & varias circumſtantias. Unde generaliter, quæ ſint modicæ, vel magnæ impenſæ, † boni iudicis eſt arbitrari ex rei, actus & perſonæ qualitate *ſecund. Angel. & Doctores*, quos ibi citat, inſuperque declarat hanc concluſionem dicens, ut intelligatur rei, ſcilicet, quæ fuit adminiſtrata, ſi ſit ampla, vel exigua, preciosa, aut vilis actus, id eſt, factum impenſæ ſi ſit veriſimile & rationabile, & commode potuerint haberi probationes, vel ſecus, perſonæ ſi notæ, ſpectat æque fidei ſint, vel ſecus. Et opinionem præfatam Angeli, & ſequacium, ſequitur etiam Baec. *de decem. tut. d. cap. 21. ſub d. n. 28.* ubi idem cum Soc. *conſ. 46. lib. 2. & conſ. 162. col. fin. eodem vol. & conſil. 49. n. 2. lib. 4.* probat in ceteris adminiſtratoribus actionem reddentibus, quod etiam ſequitur Joan. Garſ. *de expenſ. & melior. at. cap. 11. n. 16. & d. cap. 20. ſub n. 23. verſ. parva autem etiam, & plures allegans Maſc. de probat. 2. tom. concl. 717. n. 2.* ubi loquitur in quolibet adminiſtratore, ſive exſequutore teſtamenti, tutore, curatore, vel herede conſiſciente inventarium, vel ſocio reddente rationẽ geſtori.

Sublimitc primo † hanc primam limitationem, dum- 158
modo hæ impenſæ minutæ in ſcriptura rationum ſpecificentur, ſcilicet, cui, quam ob cauſſam, quantum ſingulariter datum ſit, & ſic affirmatæ juramento probantur, *ut voluit Ioan. Andr. ad Spec. de inſtrument. editione, §. nunc vero aliqua, verſ. 21. quid ſi ex ſequutor. Bart. in l. qui ſub conditione. in fin. ff. de condit. & demonſt.* Eſſet n. periculoſum, & falſitatis occaſio, dicere ſimpliciter ſine ſpecificatione ſtari iuramento, *ita cum Ioan. Andr. ubi ſupr. tenet [illegible] ubi ſupr. n. 26. & Baec. d. c. 21. n. 28. verſ. maxime ante, Io. Garſ. d. c. 20. ſub n. 23. verſ. pratereas 15. &* an hoc procedat in conſanguineis agemus, *infr. limit. 3.*

Sublimita ſecundo, † prædicti primam limitationẽ, dum- 159
modo hæ impenſæ minutæ, & ſpecificatæ ſint rationabiles & veriſimiles, quia ſi non eſſent rationabiles, ut quia non debuerunt fieri, non debent approbari, *ut bene declarat [illegible] ubi ſupra, num. 27. ſequitur plures allegans Baeca ubi ſupra, d. cap. 21. num. 28. verſic. dum tamen.*

Secundo † principaliter limitatur, ſupradicti obſer- 160
vatio, ut ipſa non procedat, ſi appareat id eſſe factum, cuius impenſa rationibus infertur: tunc enim, eo ipſo præſumitur factum opera, & impenſa adminiſtratoris, ad cuius curam, & officium ſpectabat hoc facere, ut eſt doctrina Bart. *in l. cum ſervius, ff. de verb. oblig. text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præſtand. probat [illegible] ubi ſup. num. 28. ubi bene declarat, & Ioan. Garſ. ubi ſupra, in verſic. quod iſte, & Baec. d. cap. 21. num. 29. ad fin.*

Tertio limitatur † eadem obſervatio in conſangui- 161
neis, à quibus non requiritur tam ſtricta probatio, *ut decidit Paul. de Caſt. conſil. 12. in 6. dubio. in fin. lib. 1. Socin. conſ. 73. lib. 1.* ubi † allegat Bald, *in conſ. incip. ad primum,* 162
quod eſt in ordine 418. lib. 3 ubi Bald. dicit, quod etiam in non modicis ſtatur iuramento, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrant, † Hoc 163
autem idem Socin. *conſil. 46. cum in præſenti. lib. 1. colu. 1.* intelligit procedere, quando conſanguineus, puta frater, adminiſtraſſet tantum iure fraternitatis, ſecus ſi, ut tutor vel curator. Tunc enim vult eum teneri diligentem & exactam rationem reddere, quod verum putat [illegible] *ubi ſupra, in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 6. gloſ. 6. num. 29.* [illegible] ut exactius & ſtrictus teneatur, quoniam expreſſa & ſolemnis obligatio, forma, & vis publici officii magis obligant, pluſq; operantur, quam privatim ſuſcepta negotiorum geſtio, niſi illi, quorum bona (intellige ſine tutela & cura decreta) adminiſtravit, errant minores, quorum tutelam vel curam ſuſcipere vel providere tenebatur, tunc enim non debet is in aliquo relevari, ne ſit melioris conditionis negligens, quam diligens: tandem putat [illegible], nedum poſſe verificari hanc limitationem, & dicta Bald. in adminiſtrante bona maioris iure fraternitatis; Sed etſi iudici æquum videri poſſit in adminiſtrante bona minoris nomine tutorio vel curatorio, licet non ita promte & faciliter propter periculum ſacramenti, & publici officii. Et hanc tertiam principalem limitationem Socini & [illegible], ſequitur Baec. *d. c. 21. num. 29.*

Limitatur † quarto in eo, cui rationum reddendarum 164
prælegata eſſet liberatio: non n. is tenetur rationem ponere nec probare: niſi hactenus, ut dolus & lata culpa ab eo excludantur, *ut in terminis limitat. [illegible] ubi ſup. n. 29. ad fin.* de quo ſupra, in hoc tractatu non ſemel diximus.

Illa tamen † maxima differentia inter actionem tutelæ 165
& curæ videtur eſſe. quod actio tutelæ, non niſi depoſita adminiſtratione, proponi iure communi poteſt, *l. niſi finita*

finita d. ſi tutor. 2. §. & generaliter. & l. ſed non datur, de tutor. & rat. diſtrah. cum curatore autem manente adminiſtratione, ut cum procuratore agi poteſt, *l. cum curat. 27. ff. de adminiſtr. tut. in Pandect.* Ex quibus prædictam differentiam in terminis conſtituit ac probavit Petrus Greg. *in ſyntagm. jur. 2. part. lib. 13. cap. 10. num. 1.* qui *cap.* 166
11. eiuſdem libr. 13. num. 2. addit, † quod ſic etiam actio contraria eius, qui pro tutore geſſit, vel qui curam adminiſtravit, etiam pendente geſtione, & antequam finita dicatur, competere poteſt: quia & ſtatim, † ubi obnoxii ſunt protutor, & curator, directa conveniri poſſunt, *l. 1. §. ſed ſi curator. ff. de contrar. tut. & util. act.* Ceteræ 167
autem actiones, † veluti furti, damni, iniuriæ, condictio, præter tutelæ actionem adverſus tutorem competunt, etiamſi adhuc tutelam adminiſtret tutor, *l. 4. in fine ubi, cetera actiones. & c. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* 168

Sed contra prædictam differentiam adeſt text. expreſſus *in l. 2. & in l. rationes, C. de adminiſtr. tut.* ubi quod rationes curæ adminiſtratæ ante impletum quintum & vigeſimum annum, durante officio, poſci jure non poſſe, manifeſtum eſt, per quæ jura hoc reſolvimus *ſup. hoc cap. n. 110.* Et eſt quidem veriſimum, in redditione rationum totius adminiſtrationis, ut durante dict. officio peti non poſſint: Regulariter fallit, in actione furti, damni injuriæ, condictionis, & rei vendicationis, & in ſtipulatione rem pupilli ſalvam fore, & in his intelligitur *d. l. cum curatore 27. ff. de adminiſt. tut. ita gloſſ. ubi verbo, cum curatore, & gloſſ. 1. an d. l. 2. & in d. l. rationes, C. de adminiſtr. tut.* & diximus modo ſupra, hoc idem probantes contra tutorem: differentia igitur prædict. inter actionem tutelæ, & curæ vera non eſt, nec tenenda.

169 Quid autem erit, † ſi tutor, vel curator, aliuſve adminiſtrator vixerit in domo minoris, vel domini, an in rationum redditione teneatur ſolvere mercedem iuſtam domus, videndus eſt Doctor Caſtell. *in ſuo tract. decuentas in nona parte. verſiculo tambien.* ubi reſolvit, quod ſi magis expediebat minori, vel domino, cuius bona adminiſtrabat, ut in illa domo eius tutor, curator, vel adminiſtrator viveret, non teneatur ſolvere prædict. mercedem, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

SUMMARIA.

1 Tutor, vel curatore ratione adminiſtrationis regulariter jure communi ſalarium petere non poteſt.

2 Fallit primo, hoc regula in tutore peregre proficiſcente ad curanda negotia pupilli, debet namque hic ire expenſis pupilli.

3 Fallit ſecundo quoties incidit, aliquod negotium, quod tutor ratione officii tenetur obire, ex cuius adminiſtratione tutoris facultates damnum patiuntur: cum enim judex ei juſte ſalarium conſtituere poteſt, & qua juſta cauſſa ſit in propoſito conſtituendi ſalarium, arbitrio judicis relinquitur, ut in num. 7.

4 An hoc procedat nedum reſpectu temporis futuri, ſed etiam præteriti.

5 Quantum autem ſalarium debeat tunc à judice conſtitui, non jure definitum.

6 Tutores in præmiſſa ſpecie poſſunt contutori conſtituere ſalarium.

7 Tutoribus & curatoribus Regum, Principum, & illuſtrium perſonarum recompenſatio debetur, & tribuitur ratione adminiſtrationis.

9 Alimenta ſunt præſtanda tutori, vel curatori minoris ubi juſta ſubeſt cauſſa.

10 Salarium debetur pro officio gratuito gravi, & difficili & ſi ab initio ſuſcepto muneris promiſſum non fuerit.

11 Gallia tutoribus nobilium perſonarum daretur omnis fructus.

12 Aurelia etiam.

13 Apud Hiſtrianos idem ſervatur.

14 Apud Anglos etiam fructus rei pupillaris ad Regem pertinet, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt.

15 Apud Portugallium viceſima pars fructuum tutori pro labore conceditur.

16 Conſuetudo deferent tutoribus omnes fructus eſt reſtringenda tanquam odioſa.

17 Apud Hiſpanos decima tantum pars fructuum datur tutoribus pro labore adminiſtrationis.

18 Tutor vel curator peregre proficiſcens pro negotio ſuæ adminiſtrationis, an præter decimam fructuum poſſit reducere, & reputare etiam perſinales expenſas neceſſarias.

19 Tutor agricola propriis manibus pupillare prædium arans, & ſimilia faciens, ultra decimam fructuum repetet, vel reputabit pretium operæ ſuæ. ſi ſolitus ſit locare operas ſuas.

20 Tutor vel curator, ultra decimam fructuum non auditur, ſi petat, quod detur alteri, vel negotiorum geſtori, ut nomina debitorum exigere, & alia facere et incumbentia officio tutoris. & num. 21. ſecus jure communi attento, quo ſalarium tutrici non debetur nec datur, ut in num. 22.

23 Tutor vel curator aliuſve adminiſtrator peregre proficiſcens an ultra decimam poſſit capere alimenta.

CAPUT II.

An tutori vel curatori ſalarium debeatur pro officio adminiſtrationis.

OFFICIUM † tutoris iure civili gratuitum eſt, ideo- 1
que regulariter ratione adminiſtrationis, & laboris nihil accipere nec petere poteſt, *l. tutoribus, §. principalibus, ff. de adminiſt. tut. l. qui negotiam in prin. ff. de adminiſt. tut.* ubi quod lucrum facere ex tutela non debet, *l. ſi is, qui, ff. de eo, qui pro tut. negot. ger. l. an vos. ff. de tutel.* ubi quod nemini dari debet pecunia, ut ſi tutor, turpe enim recipitur ſalarium, pro officio, quod debet eſſe gratuitum, ut mandatum *l. qui ſine uſuris, circa medium. ff. de negot. geſt.*

Quam concluſionem principalem omnes Dd. uno ore profitentur ab antiquioribus uſque ad noviſſimos, quos congerit Baec. *de decim. tut. c. 1. n. 1. cum plurib. ſeq.* ubi late probat, & inquit hanc eſſe receptiſſimam noſtrorum ſententiam, à qua nullus hactenus diſceſſit: Idẽ probat Petrus Surd. *de aliment. tit. 1. q. 47. nu. 8.* ubi *nu. 7.* quod ſi quid datum eſt, repetitur per condictionem ob turpem cauſſam, *ut dicit gl. in d. l. an eos. & Vitalis in tract. claus. in clauſula, nihil nov. pend. conſeſt. invenitur. qu. 16. idem Pet. Surd. in eodem tract. de aliment. tit. 6. queſt. 14. num. 17.* probat late, & per ordinem Menoch. plures allegans, *conſil. 228. n. 1. cum ſeq. uſq. ad n. 13. inclusive, vol. 3. cui conſil. ſe ſubſcripſit Tiber. Decian.*

Hæc regula † fallit primo in tutore peregre proficiſ- 2
cente ad curanda negotia pupilli: debet namque hic ire expenſis pupilli, & ſic evitat damnum, non vero lucrum capit. *l. 1. §. ſi pupill. verſic. item. ff. de tutel. & rat. diſtrah. quam poſt Jacob. Butrig. ita declarat Bart. in d. l. ad tutoris. §. fin. & tenet Bald. conſil. 219. ſuper primo puncto, libr. 3. ſequitur alios allegans Baeca. d. cap. 1. num. 3. 5. & 8. & Petr. Surd. d. q. 47. n. 5.* diximus ſupra cum aliis *cap. præcedenti, in verſic. ſimiliter etiam, num. 143.* ubi quod debet deduci ex his expenſis, quas domi erat factúrus talis adminiſtrator, & quod ruſticus tutor, curator, vel alius adminiſtrator, qui pedeſter, facere iter ſoler, pro pupillo eques non debet proficiſci.

Secundo † fallit d. regula, quoties incidit aliquod ne- 3
gotium, quod tutor ratione officii tenetur obire: tunc namque ſi ex eius adminiſtratione, tutoris facultates damnum patiantur, judex juſte ſalarium ei conſtituet. Nemini enim officium ſuum eſſe debet damnoſum, *l. ſed & ſi quis ex ſignatorib. ff. quemadmod. teſtam. aper.* & congerit plu-

tit plurimæ in proposito Menoch. *d.cons.228.nu.5.* Hoc tamen raro, parce, & moderate judex facere debet, *ut probat late Baeca d. cap.1.num.6.7.& 8.* ubi *num.9. & 12.* quod potest judex assignare tutori salarium, si adsit justa causa, quod prius probavit Guido Pap. *decis.68.nec non & alios referens Petrus Surd. d.quæst.47.num.8.* ubi quod judex ex justa causa potest tutori salarium constituere, ut si continue sit occupatus circa tutelam, ita ut cogatur deserere proprias res, vel quia necesse habeat ad diversa loca proficisci, *ut per gloss. & Doctores in d.l.1 tutoribus, §. fin. & in d.l. in eos, ubi Bart. ff. de tutel. & d.l.1.§. si pupillus, Bartol. in l. Athleta §. tutela, ff. de excusat. tut. Cavalcan. aliosreferens de tut & curat. num.310. Cordub. in leg. si quis aliberis, §. si mater, num.73. ff. de lib. agnosc. Petrus Surd. de alment. tit.6. quæst.14. num.17. & iterum tit. fin. a. quæst. 39. num.6. Iacob. Menoch. & Tiber. Decian. alios allegans dict. consil. 228. num.24. & 25 & 29. & num.37. cum seqq.* ubi etiam loquitur in curatoribus Montalv. *in l.2. tit.7. libr.3. for. glossa.*

4 Et procedit † nedum respectu temporis futuri, sed etiam præteriti, ex bono & æquo, *ut per Menoch. ubi supr. num.38.* Quod intelligitur, ut est de mente ipsius, subsistente justa causa, *ut prædiximus*: Nihilominus tamen ipse Menoch. *ubi supra, num.37. & n.80. in versic. quarta dubitatione*, contrarium tenet respectu temporis præteriti in prædicta specie, nempe quod causa præteritæ administrationis salarium constitui non debeat, quando quidem tutor, vel curator, nihil petendo, dum administrare cœpit, videtur quodammodo remittere, & donare, *ut tenent Federic. de Senis consil.118. num.2. & apertius Alexand. consil.109.nu.1. & 2.lib.6. & Castrens. consil.346. lib.2. Guido Pap. quæst.68. & apertius Sacin. consil.196. col. ult. lib.2.* quos ibi ad hoc refert & sequitur concludens *d. n.80.* quod non à die susceptæ curæ, sed à proposita querela, & petitione, incipere debet. Quod verum esse censeo, nisi tempore susceptæ administrationis, vel laboris tutor vel curator protestatus esset, se petiturum esse pro ea salarium: tunc enim cum jam de eius intentione constet, noluisse gratis administrare, nec donare, aut remittere salarium, quod sibi in præmissa specie jure debebatur, ratione damni emergentis, consequens est, ut id etiam pro tempore præterito petere possit, nedum pro futuro, *arg. l. Nesonnius cum materia, & ibi Dd. ff. de negot. gest. cum simil.* & quia d. protestatio loci petitionis habetur, & officium suum sibi non debeat esse damnosum.

5 Quantum † autem debeat esse hoc salarium, seu recompensatio damni, constituenda his tutoribus & curatoribus, in præmissa specie jure cautum non reperitur: nec enim ob rerum & negotiorum varietatem certe statui hoc potuit, & propterea judicis arbitrio relinquitur, *ut cum Corneo consilio 62. in fine libr. 4. late comprobat Menoch. ubi supra, num.48. cum seqq.*

6 Quinimo, † & in præmissa specie, & contutores ipsi possunt constituere salarium, *d.l.1.§. si pupillus, Bartolus in dict. leg. in fine, Aretin. in §. sed & propter, in fine, Institut. de excusat. tut.* ubi dicit hæc notanda, quia quotidiana *Baec. alios referens dict. cap.1. num.9. & Petrus Surdus de alment. dict. quæstione 47. numero 9. & Menochius d. consil. 228. num. 27.* ubi etiam loquitur in curatore.

7 Quæ autem † sit justa causa in proposito, arbitrio judicis relinquitur, *secundum Alberic. in dict. leg. ad tutorib. §. principalibus, quem refert, & sequitur Baec. dict. cap.1. num. 10.* ubi *num. 11.* addit, quod fere in omnibus casibus, in quibus de jure civili pecunia datur tutori, potius datur pro reficiendis expensis, & evitando damno, quam pro lucro captando, & sic ratione expensarum factarum à tutore, deducendum est, quod domi esset expensurus, nisi in domo viveret ex officio, *ut supra quæ, diximus cap. præcedenti.*

Sic etiam tutoribus & curatoribus † Regum, Principum, & illustrium personarum, recompensatio aliqua debetur, & tribuitur pro suscepto munere, scilicet, ut ex bonis ipsius Regis, Principis, vel illustris alterius personæ ipse tutor, vel curator alatur una cum suis, *ut late comprobant Menochius & Decian. dicto consil. 228. num. 31. & diximus etiam supra, cap. præcedenti.* 8

Imo † regulariter, ubi justa subest causa, alimenta sunt præstanda tutori vel curatori minoris, *ut affirmant scribentes in §. dari autem. Institut. qui testament. tutor. dar. poss. Bartolus in tractatu de aliment. numero 41. & nove Joan. Baptist. Pontan. in tractatu de aliment. Chart. 13. num.9. quos refert & sequitur Menochius. dict. consil. 228. num.44.* dicens, quod hoc procedit sine controversia in tutoribus & curatoribus illustrium personarum, *ut supra diximus.* 9

Sic, † quando officium, quod alias solet esse gratuitum, ut procuratorum, syndicorum, tutorum & curatorum, debetur salarium, & si ab initio suscepti muneris promissum non fuerit, quando officium ipsum est grave, & difficile, multique labores, *ut plures allegans responsit Menochius dict. consilio 228. num. 20. & 24. & alii quos refert & sequitur idem Menochius consil. 570. num. 4. volum. 6.* 10

Galliæ † tamen tutoribus nobilium personarum dantur omnes fructus, ut est videre apud Boerium *in consuetud. Bituricens. tit. de consuet. jur. status person. §. 11. Cassan. in consuet. Burgund. rubric. 6. §. 4. verbo. & fuch. la dicte femme, & verbo. Ballista.* Idem † servatur apud Aurelianos, qui etiam sunt Galli. *auctore Pirro in consuet. Aurelianens. titulo, quibus modis jus potrocin. potest. solv. capite 1. ut refert utrumque Baeca de decima tutorum, capite 1. numero 32. & Menochius dict. consilio 228. numero 52. & 53.* 11

Idem † servatur apud Histrianos Italiæ populos, ut recenset & validam esse eam consuetudinem probat Paul. Castr. *consil. 374. super istis dubiis columna 1. libro 2. Cassan. ubi supra an 1. loco, supra relatus, Petrus Bellapert. in authent. minoris debitor. C. qui dar. tut. poss. Baeca dict. capite 1. numero 32. & 53. & Menochius dict. consil. 228. numero 54.* loquitur tamen Paulus Castrens. *ubi supra,* solutis debitis, & cum ordine ministrandi victum & vestitum pupillis, &c. 12

Apud Anglos † etiam fructus rei pupillaris ad Regem pertinent, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt, *ut ex Paulo Iovio commemorat Baec. dict. cap.1. num.33. ad fin. versic. sic Paulus Iovius.* 13

Apud Portugalliam lege † Regia *ordinam, lib.1. tit.63. §.16.* tutori pro labore conceditur vigesima pars fructuum, qui percipiuntur ex bonis pupilli, *ut refert Petr. Barbos. in l. ex frullib. 7. n. 21. ad fin. ff. solut. matrim.* quod latius explicat Molina Theolog. *de just. & jur. 1. tom. tract. 2. disputat. 224. ad fin. colum. 1400.* 14

Consuetudo † tamen deferens tutori omnes fructus, est restringenda tanquam odiosa, *secund. Iacob. Butric in d. auth. minoru debitor, quod sequuntur Cassan. & Baeca, ubi supra, num.36.* & esse iniustissimam præfatam consuetudinem iudicio suo asserit Padilla *in leg. 1. num.13. C. de transact.* 15

Apud † Hispanos decima fructuum tantum datur tutori, vel curatori, *ut in leg. 2. tit.7. lib.3.* fori, quia ita disponitur. 16

Si algunos huerfanos que sean sin edad fincaren sin padre, o sin madre, los parientes mas propinquos, que ayan edad, y scompara elle, reciban a ellos, y a todos sus bienes, de lamt el alcalde, y delante omes buenos, por scripto y guardelos fasta que los huerfanos vengan a edad: y si no oviere pariente, que se an para ello, el alfaide, de los a guardar com todos sus bienes à algun ome bueno, y tenga- 17

y tengales assi como es sobre dicho. Y quienquier que los tengamantengalos de los fructos, y tome para si el diezmo de los fructos, por razon de su trabaio: y quando vinieren à edad dexelo todo lo suyo ante el alcalde por el escripto conq, lo re cibio.

Quod ab hinc annis plus mille antiqua l. de hac re prodita servabatur, ut inter Gothorum leges lib.4. titu. *de los herederos*, legitur in l. incip. *si el padre*, ibi: *El hermano deve aver de los otros hermanos è à sus cosas en guardam: e mandamos que tome el diezmo de los fructos en que biva*, ut refert & affirmat Baec. *d. cap. 1. de decim. tut. num. 32.* & inquit Montalv. *in d.l. fori, in verb. El diezmo*, nota hodie taxatum salarium tutoris.

Et præd. l. fori ad hoc refert Avendan. *lib. 1. cap 4. prætor. num. 40.* & Segur. *in reper. l. coheredi, §. cum filia, filio 31. colum. 3. versic. nam hoc casu. ff. de vulg. & pup. & Ant. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, n. 73. in fin. ff. de lib. agnosc.* & hoc iure utimur secundum Ioan. Orosc. *in l. sumtus quidem, num. 10. ff. de pæn.* & ex facto servatur apud nos, *secundum Padill. in d.l. 1, n. 13. C. de transact.* ubi quod iustissima sibi videtur hæc lex, quam etiam citant Menoch. *d. cons. 228. n. 51. lib. 3. & ibi Decian.* Et quidem, quod certo scio, eam vidi semper observari in praxi in his regnis, & hodie servatur *secundum Doct. Spino in suo specul. testam gloss. 29, num. 72. versic. hinc etiam.* Illam quoque citat Monteros. *in sua pract. tractat. 7. fol. 169 & Molin. Theolog. ubi sup. & alii plures.*

18 Illud † tamen hic dubitari contingit, an si tutori vel curatori sit constitutum salarium, ubi non reportat fructus, vel ubi eos lucratur, pro labore administrationis, iuxta regni seu provinciæ consuetudinem, vel decimam fructuum, ut apud nos Hispanos: præter hoc possit deducere, & reputare etiam personales expensas, necessarias tamen, quas fecit iuxta qualitatem suæ personæ, quando contingat eum peregre profisci in rem, & utilitatem minoris, ultra eas, quas domi erat facturus, puta dum equum currumve quærunt, famulos addicunt, quibus comitati iter faciant, an vero salarium, vel fructus, vel decima eorum censeatur etiam datum pro his expensis.

In quo habemus bonum textum, loquentem in procuratore *in l. idemque 10. §. idem Labeo. ff. mandat. ubi. sed & si ad vecturas suas, dum excurrit in prædia, sumtus fecerit*: puto, hos quoque sumtus reputare eum oportere, nisi salarium fuerit datum, & hoc convenit, ut sumtus de suo faceret ad hæc itinera, hoc est, de salario. Ergo præter salarium has expensas reputabit, nisi salarium ita constitutum sit, ut sumtus de suo faceret ad hæc itinera, hoc est, de salario.

Præterea hanc partem confirmat, quod decima fructuum datur à lege nostra fori, pro labore, & non pro expensis, *ut patet ex ea ibi: Tome para si el diezmo por su trabaio.*

Deinde hæc sententia probatur, quoniam de iure communi tutor pro administratione tutelæ nihil accipit, *ut supr. hoc c. vidimus*, & tamen repetit expensas, *ut diximus ca. præcedenti.* Ergo quod datur, capitur pro administratione, & labore, prout est decima fructuum, *ut in d. l. fori*, & non succedit in locum expensarum: ergo utrumque iure recepit: præterea, *d. l. fori*, non præcipit, quod tutor non recuperet, vel reputet expensas.

Ultimo considero pro hac eadem parte præcitatam legem Gothorum in foro iuzgo, ibi: *Emandamos, que to me el diezmo de los fructos en que biva, e si algunas expensas fizisere per los negocios de los hermanos, cobrelo.* Generalia enim cum sint verba hæc, generaliter debent intelligi, tam de expensis directe in rem minoris factis, quam in sua persona, cum in utriusque expensis militet eadem ratio. Reputabit igitur tutor vel curator peregre proficiscens, quoties hoc oportuerit facere pro administratione rerum minorum suas expensas personales, deducto eo, quod domi erat expensurus, sicut & reales præter integram decimam fructuum, vel salarium, quod alias sibi ex iusta causa assignatur.

Et in terminis hanc sententiam tenet & probat glo. *verbo, cum oportere, in d.l. idemq, §. idem l. abeo. ff. de mandat.* dum dicit, eam l. habere etiam locum in tutore, quam sequitur ibi Bald. & ceteri, & in terminis *d. l. fori*, hanc partem pluribus comprobat, tenet, atque defendit Baec. *de decim. tut. c. 21. n. 15. cum plurib. seqq.* ubi dicit, hoc esse regulare, & respondet fundamentis contrariis, sequitur etiam Ioan. Garf. *de expens. & melior. c. 20. n. 15.* dicens, ita procul dubio esse tenendum, licet *in fin. d. n.* fateatur contrariam sententiam, si salarium magnum sit, esse æquiorem: sed quod ex *d. §. idem Labeo*, non sit iudicium liberum, & tandem dicit, *tu cogita.* Ego opinionem affirmativam, quam supra fundavi, libenter tanquam verissimam probo.

Vnde si tutor forsan agricola † propriis manibus pupillare prædium araret, vindemiam faceret, triticum, vel poma colligeret, proculdubio ultra decimam fructuum repetet, vel reputabit pretium operæ suæ, si solitus sit locare operas suas, *ut late & recte probat Baec. dict. capit. 21. num. 25.* 19

Quod † si tutor prætendat præter decimam, ut sibi solvatur, vel reputetur, quod actori, vel negotiorum gestori ipsi solvit, ut nomina debitorum exigeret, pecuniam collocaret in emtionem prædiorum, vel in honestum lucrum, & operis mercedem solveret, nullo modo erit audiendus, sed sola decima contentus esse debet: Ad officium namque tutoris hoc facere spectat, *ut probat Baec. ubi supr. num. 28.* ubi etiam, † quod similiter non imputabitur pupillo, quidquid administrandi, imperandi, & gubernandi muneri cohæret: id enim propriú officium tutoris est, & aliis ea mandans, suo periculo & impensa mandat, alias otiosus & sedentarius decimam deduceret, & pupillus ultra decimam implenti tutoris munus aliam forsan decimam solveret, vel plus, quod est contra easdem leges Regias: Quamvis alias iure communi attento, quo tutores & curatores non habent regulariter † salarium pro administratione, possent eligere institores (quos *factores* appellamus) pro gerendis & curandis negotiis pupilli, vel minoris, eisque de bonis pupilli constituere salarium, *ut respondit Burs. cons. 133. n. 62. post Bart. in l. cum ad quamlibet, C. de condit. in publ. herr. lib. 10. quos refert & sequitur Menoch. d. consilio 228. num. 26. lib. 3.* 20

Tutor † tamen vel curator, aliusve administrator, peregre proficiscens ad negotia minoris, vel domini, potest capere ex bonis, quæ administrat, quod opus fuerit pro sui sustentatione, *d.l. 1. §. si pupillus, §. item sumtus, sibi, & viatica, & ibi Bartol. ff. de tut. & rat. distr. Bart. in l. a tutorib. §. principalib. ff. de administr. tut.* nisi iure administratori esset taxatum certum salarium: tunc namque capere, aut exigere amplius non posset, ut contingit in salario tutorum ex l. 2. titu. 7. *de la guarda de los huerfanos.* lib. 3. for. & in terminis ita declarat D. Castellus *in suo tract. de cuentas, parte 9. folio 28. columna 2. ibi. Demanera que, &c.* 21

SUMMARIA.

1 *Curator adolescentis an decimam fructuum bonorum eius habere debeat?*
2 *Tutor principaliter datur persona, secundario rebus.*
3 *Ætas legitima seu perfecta dicitur viginti quinque annorum.*
4 *Guardador de huerfanos, in Hispania dicitur tutor & curator minoris.*
5 *Minor 25. annis non potest esse tutor alterius minoris.*
6 *Dispositum in tutore de iure locum habet in curatore.*
7 *Lex nova loquens in uno ex duob. casibus æquiparatis à*

iure communi locum debeat habere in alio, etiam in pœnalibus & correctoriis.

8 *Curator secundario curat personam adolescentis.*

9 *Curator furiosi, prodigi, & similium personarum, an decimam fructuum habere debeat.*

10 *Dispositum in tutoribus pupillorum extenditur, & locum habet in curatoribus furiosorum, & similium.*

11 *Ratione expressa in lege, licitum est extensio ad casum, ubi eadem ratio militaverit.*

12 *Curator furiosi, habens dilucida intervalla, solum habere debet decimam pro tempore furoris, non vero pro tempore dilucidi intervalli.*

CAPUT III.

An curatori adolescentis, sicut tutori pupilli, sit danda decima?

QUamvis prima (quod aiunt) in specie *l. 2. tit. 7. lib. 3. fur.* quæ decimam fructus minoris tribuit eius administratori pro labore, † videatur tantum loqui in tutore, ut probari videtur ex eius litera, ibi: *Reciban a ellos y a todos sus bienes*, & ibi: *Delos a guardar con todos sus* 2 *bienes.* Tutor † namque principaliter datur personæ, secundario rebus, *ut inquit Barto. in l. tutores, §. 1. ff. de administrat. tut., Ias. in l. si quis in fundi vocabulo, n. 46 ff. de leg. 1. probat Bæc. de decim. tit. c. 3. n. 2.* At curator non datur personæ, sed rebus, *l. in copulandis, C. de nupt. Ias. & Bæc. ubi supr. Y como dize la ley sexta, titulo diez y siete part. quarta tutor es llamado en latin, que ha en guarda algun mozo e todos sus bienes fasta que sea de edadde 14. annos.* Vnde cum *d. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori*, sit correctoria iuris communis, *ut sup. ex precedente probavimus*, non videtur extendenda ex identitate rationis, *iuxta notata in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* quinimo nec ex maioritate rationis, *ut alibi diximus.* Nihilominus tamen re maturius considerata ex generalitate nostræ leg idem iuxta eam concludendum & resolvendum est in curatore adolescentis, quem etiam comprehendere mente & verbis visa est prædicta l. fori absq; extensione.

Primo ex litera eiusdem †, ibi: *Y quando viniesen a edad.* Ætas namque legitima sive perfecta in proposito datur 25. annorum, *ut in l. fin. & ibi Dd. C. de bis, qui ven. ætat. impetr.*

Secundo ex eadem l, ibi: *Dexe los todo lo suyo ante el alcalde, y deles cuenta derecha*, quia maioribus 25. annor. rerum suarum administratio committitur, *ut inl. 1. ff. de minor.* Ergo manifeste lex loquitur etiam de curatore adolescentis, qui usque ad 25. annum curatorem habet, quia si loqueretur de eo, qui ad pubertatem solum pervenit, potius iuberet curatori eius rationem reddi, non vero ipsi minori.

Tertio, † quia non solum tutor pupilli, sed etiam cu-
4 rator adolescentis dicitur, & appellatur Hispanice, *guardador*, ut patet ex l. 12. in versi. *e la guarda*, usque ad fin. legis, *tit. 16. part. 6.*

Quarto, quia l. nostra fori generaliter & indistincte loquitur, *en todos los guardadores de huerfanos que sean sin edad.* Ergo pariter comprehendit tutores & curatores minorum usq; ad 25. annum: *Por que todos estos son guardadores de huerfanos que son sin edad.* Et hinc est, quod minor 25. annor. non potest esse tutor nec curator alterius minoris, antequam 25. annum ætatis suæ impleat
5 quia non † est talis ætatis, cui administratio rerum suarum committatur, *ut in l. fin. C. de legit. tut.* Ergo ita proprie loquitur *d. l. fori*, in curatore adolescentis, sicut in tutore pupilli.

Quinto, quia præfata lex fori non loquitur nuncupatim in tutore, sed generaliter, *en guardadores de huerfanos sin edad.* Ergo generaliter debet intelligi, *l. non distinguemus, ff. de arbit. l. de pretio. ff. depubli. in rem act. cum simil.* & ubi conveniunt verba legis, eius dispositio locum habet, *l. 4. §. ratione. cum simil. ff. de dam. infect.* At quod verba *d. l. fori*, tutori & curatori æque conveniant, iam supra probavimus ex *d. l. 13. tit. 6. par. 6.*

Sexto, quia etiamsi *dict. l. fori*, in tutore nuncupatim loqueretur, adhuc locum haberet in curatore ex identitate rationis, cum decima detur pro labore, & curator eosdem pene labores subeat, & subire teneatur, quos tutor, † *ut pluribus probat Bæc. de tut. & cur. cap. 3. n. 15.* 6 *cum seqq.* & dispositum de tutore de iure habet etiam locum in curatore, ad eumque extenditur, *ut in l. pater Severinam, §. conditionum verba, ff. de cond. & demonst.* etiam in materia odiosa & correctoria, *ut late cum aliis probat Bæc. dict. capit. 3. n. 11. & nos latius & distincte resolvimus sup. in 1. par. capit. 13. ad fin.* Est optimus text. *in l. qui neque, ff. de rebus eorum*, ubi dispositum à Principe in tutore, extenditur à Iureconsulto ad curatorem, quoniam simillima sunt.

Septimo, † qui cum tutor & curator à iure æquiparentur, præter quam in casibus à iure expressis, ut resolvimus, *ubi supr.* lex *fori*, loquens & corrigens ius commune in uno eorum, locum habere deberet in alio, cum eadem sit in utroque ratio & æquitas, *iuxta glossam in l. si quis servo, C. de furt. & servo corr. verbo, corrumpi, gloss. etiam in l. quod vero contra. ff. de legib.* Est communis sententia secundum Antonium Gomez. *in l. 4. Taur. num. 7.* & Ias. omnino videndum, *in authen. quas actiones, nn. decimonono, C. de sacrosanct. Eccles. sequitur etiam Tellus bene declarans in dict. l. 4. Taur. num. 25. & Octavia, Cacher. decis. Pedemont. 6. num. 9. & 16. & late Burg. de Paz. in l. 5. Tauri, in 2. conclus. num. 94. cum sequentibus, & latissime omnium Aym. Cravet. de antiquit. tempo. 4. par. in princip. n. 93. cum seqq. fol. 149. in parvis*, ubi quod procedit etiam in pœnalibus & correctoriis. Et quod hæc opinio videtur communis, quod multo fortius procedit in nostra specie, cum *d. l fori*, non loquatur nuncupatim in tutore, sed generaliter *en el guardador de huerfanos.* Quod nomen æque convenit tutori & curatori, sicque lex in utroque loquitur, scilicet, tam in curatore, quam in tutore, cum uterque tueatur personam & bona minoris, eosque regat, & eorum bona administret, principaliter, & secundario respective. Et ita merito in terminis nostræ legis fori hanc partem affirmativam defendit, sequitur & probat respondens contrariis Bæc. *d. cap. 3. num. 10. cum sequentibus*, resolvens tamen *nn. 26.* quod *d. l. fori*, manifeste loquitur in tutore, & quod iuxta communes traditiones extendenda est ad curatorem. Ego verolicet libenter probem eius principalem sententiam, quam veram esse censeo, & proculdubio tenendam omnino, & in praxi admissam: ferre tamen non possum, dicere, quod *dict. l. fori*, loquatur manifeste in tutore, & quod extendatur ad curatorem, cum potius, ut probavimus in utroque, generaliter loquatur, & sic non potest dici, fieri extensionem ad curatorem, sed quod verba generalia legis, eiusque ratio vere & proprie utrumque comprehendant, scil. tutorem & curatorem. Non igitur opus est extensione, sed virtuali comprehensione utendum est.

Neque obstat, quod tutor curat personam & res, cu-
8 rator vero solum res, atque ideo videbatur, nostram legem fori tantum loqui in tutore, non vero in curatore, cum dicat: *Reciba a ellos y a todos sus bienes*, & ibi: *de los a guardar con todos sus bienes*, quoniam negari non potest, curatorem saltem secundario curare personam adolescentis, cum illum alere & defendere teneatur, ut fatetur & agnoscit post alios idem Bæc. *ubi supr. num. 21.* estque verissimum.

Maior autem † dubitatio contingit adesse, *an dispo-*
9 *sitio nostræ l. fori, qua administrator, tribuit decimam partem fructuum pro labore administrationis, habeat etiam locum in curatore furiosi, & prodigi similiumq; personarum?*

Et profecto in his curatoribus subsistendum videtur, quia in eis lex nostra non loquitur, sed in tutoribus & curatoribus minorum: & non habemus aliquam legem, quæ hoc extendat ad curatores furiosi, & prodigi; ergo est casus omissus, & proinde remanet sub dispositione iuris communis, *l. commodissime cum materia, ff. de lib. & post.* Iure autem communi tutoribus quarumcunque personarum salarium aliquod seu præmium laboris regulariter non debetur, *ut sup. cap. precedenti late probavimus.* Ergo nec iure Regio debebitur curatori furiosi vel prodigi pro quo est bonus textus in argument. *in l. si vero 65. §. de uxo. ff. solut. matrim.* dum dicit: *de viro heredeq; eius lex tantum loquitur de facero, successoribus, facere, nihil in lege scriptum est.* Et hoc Labeo quasi omissum notat, in quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda. Vbi Bartol. notat, quod provisio legis contra ius commune non extenditur ultra illud, quod lex exprimit, licet eadem sit ratio. Ergo ita in proposito videtur dicendum, quod cum lex Regia fori loquatur de tutoribus & curatoribus minorum, non vero de curatore furiosi, vel prodigi, quasi omissum censendum sit, ac proinde cum in eo lex deficiat, non sit ulla actio danda.

Nihilominus tamen ex identitate rationis, & æquiparatione curæ utriusque curatoris, nempe adolescentis, & furiosi vel prodigi, idem per extensionem & æquitatem probandum videtur, licet verba legis deficiant in curatore furiosi, vel prodigi, similiumque personarum, ut his quoque pro labore & administratione decima fructuum sit danda, & si lex de his non loquatur primo ex tex. optimo *in l. qui neque 8. ff. de rebus eorum, & c. ubi: sed si curator sit furiosi, vel cuiusius alterius, non adolescentis, videndum est, utrum iure veteri valebit venditio, an hanc orationem admittemus? Et puto, quia de pupillo Princeps loquitur, & communiter tutoribus curatores accipiuntur pertinere, & de ceteris puto ex sententia orationis idem esse dicendum.* Et ibi gloss. verb. *pertinere*, inquit, hoc ex mente orationis. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, ut cum de tutoribus & curatoribus pupillorum & adultorum lex Regia fori loquatur, pertinere quoque debeat ad curatorem furiosi, prodigi, & similium personarum, *arg. d. legis.* Secundo cadē opinio corroboratur ex dispositione authen. *ut hi, qui obligatas sch. hab. perhub. res min. §. hæc*, dum dicit, *& hæc diximus in omni curatione, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigorum furor, aut furiosorum, aut amentium, aut si quid aliud iam lex dixerit, aut si quid inopinabile natura adinvenerit*, consequitur, ut prædicta æquiparatio quoad decimam, de qua *in d. l. fori*, locum merito habeat: Illa enim Iustiniani decisio *lex generalis*, declaratoria videtur futurarum decisionum in materia tutoris & curatoris minorum.

10 Tertio favet † quamplurimum huic parti sententia glossæ communiter approbata, quæ habet, quod dispositum in tutoribus pupillorum extenditur & locum habet in curatoribus furiosorum & similium, *ut docuit glo. inl. 2. C. de curat. & furios. & ibi Doctores, & est communis, secundum Bæc. de decim. tut. dict. cap. tertio, n. 34.* quam supra secuti plures alios citantes.

Quarto huic opinioni adstipulatur, quod tutori & curatori minorum hæc decima fructuum datur, propter laborem administrationis, ut constat ex eadem *l. fori*, sed curator furiosi & prodigi non minus laborat, q̄ tutor vel adulti curator, ut pluribus bene comprobat Bæc. *d. cap. 3. n. 35. cum seqq.* Ergo ex identitate rationis dicta lex *fori* locum debet habere & in curatore furiosi, prodigi, vel amentis, quia ubi eadem est ratio, ibi quoq; eadem iuris dispositio locum habet, *l. illud, cum simil. ff. ad leg. Aquil.* & cum ratio exprimitur *in l. licitum est*, eam extendere † ad casum, ubi eadem ratio militaverit, 11
iuxta gloss. in clem. 1. verb. eligatur, de electione, communiter approbatam, *secund. Bæc. d. c. 3. n. 19.* ubi plures allegans hoc locum etiam habere dicit & probat in constitutione pœnali. Ethic conceptus optime non solum adornatur, sed etiam fortificatur, ex laudissime à nobis ex aliorum & communibus traditionibus congestis, *lib. 5. pract. q. 17 & 18. n. 75. cum plurimis sequentibus*, ubi inter alia, quod ratio finalis ac principaliter contemplata, ad aliquam dispositionem non modo non restringitur ad casum decisum, verum etiam extenditur ad omnes illos casus, qui veniunt & inferuntur sub sua ratione finali & expressa, *l. his solis, ibi, satis cautum putavimus, C. de revo. donat.* Communis secundum Paris. *ut ubi resolvimus, numer. 75.*

Quod procedit, etiamsi sequeretur legum correctio, est etiam communis, *ut plures citando ibi resolvimus nn. 76.* & procedit etiam in exorbitantibus, *ut ibi n. 77.*

Deinde, quod cum multa habent eandem rationem, licet de uno fiat mentio, id fit exempli causa, & non restringitur ad expressa tantum, nec dicitur extendi constitutio etiam odiosa, quando extenditur ex ratione expressa, *ut ubi numero septuagesimo nono*, quia, ut probavimus *numero octogesimo*, quando expressa est ratio dispositionis, in ea comprehendi intelliguntur omnes casus, qui ipsi rationi conveniunt, non quidem per viam extensionis, sed sicut genus comprehendit suas species. Sed & alia plurima similia apud nos dicto loco videri poterunt, quæ hanc partem confirmant, & in terminis nostræ principalis dubitationis hanc opinionem probat & tenet Bæc. *dicto capit. tertio, numero trigesimo secundo cum sequentibus* ubi *numer. quinquagesimo novo, cum duobus seqq.* respondet fundamentis contrariis: quam sequor ex prædictis fundamentis iuridicis magis, quam ex verbis *d. l. fori.*

Et ad adducta per nos in contrarium supra respondendum censeo: quod etsi in nostro casu deficiant verba legis, non tamen deficit eius ratio, & ita non obest regula *dict. l. commodissime, & d. l. si vero, §. de viro*, quia in materia nostra tutorum & curatorum minoris specialis inventur decisio, quæ dicta in eis, & in curatorib. furiosi, prodigi, & amentis, atque aliorum similium habere locum declarat, & expresse præcipit. Accedat tandem æquitas summa, quæ pro hac opinione concurrit, in qua etiam considerari potest favor ipsius furiosi, prodigi, & amentis, ut spe præmii plures curatores inveniantur, qui exactius atque diligentius eorum curam suscipiant atque officium exerceant.

Vltimo † pro coronide huius capitis illud addendum 12
duxi, quod si furiosus habeat dilucida intervalla, & sex mensibus, vel alio tempore sanus fit, aliis vero sex mensibus, vel alio temporis spatio mentis alienationem patiatur, & sit toto tempore curator, *ut in l. cum alias, C. de curat. furios. & ibi notat Baldus & Salycet.* Attamen cum pro tempore, quo furor recedit, non possit res administrare, sed ipsemet furiosus pro eo intervallo administravit, *ut in dict. leg. cum alias. in versicul. sed per intervalla*, quam legem ad hoc notat Baldus *in l. furiosum, n. 2. (qui testam. fac. poss.* curator huiusmodi furiosi decimam solum habebit pro tempore furoris, non vero pro tempore dilucidi intervalli: cum iam illo tempore cesset labor administrationis, & solum dicatur curator nomine, non vero opere. Atque ita merito propter illum textum hanc opinionem in terminis tenet & probat Bæc. *d. c. 3. n. 45. cum seqq* addens *n. 46.* quod licet alias furor non præsumatur, nisi probetur, *ut notant Doct. in dict. l. furiosum* tamen si aliquis in furorem inciderit, & furor per aliquot dies duraverit, dicens, illum rediisse ad sanam mentem debet hoc probare. Præsumitur n. furor semper durare,

nisi

nisi contrarium probetur, *in xta gl. in cap. fin. de succeff. ab intest.* & communem opinionem, de qua *ibi per eum*, quod si mentis alienatio brevissimo tempore duravit, præsumitur ex accidenti processisse, non vero mentis radicem perturbatam, *ut ibi per eum, n. 47.*

SUMMARIA.

1 *Patris tutoris filiorum an sit danda decima fructuum, cum n. seq. pars affirmativa eligitur & probatur, n. 6. & limitatur uno casu, n. 7.*
2 *Pater tutor filiorum tenetur facere inventarium, & rationem reddere, eius q. bona sunt tacite hypothecata ad hoc.*
3 *Pater cogitur suscipere tutelam filii, etiamsi alias tres tutelas habeat.*
4 *Pater ex legis dispositione est tutor filii emancipati, & in præmium emancipationis retinet dimidium usus fructus bonorum filii sui emancipati.*
5 *l. 33. tit. 12. par. 3. antelelt. & declaratio.*
6 *Matris tutrix filiorum an detur decima fructuum bonorum suorum?*
9 *Filio curatoris patris vel matris an danda sit decima.*
10 *Filius curator patris tenetur reddere rationem.*
11 *Fratres possunt exigere rationem a fratre, qui administravit bona patris, licet exactio non debeat esse scrupulosa, sed debet ex credis in hu, quæ verisimilia sunt, etiam ratio non sit valde particularis, præsertim inter personas nobiles, nisi dicat, q. non sunt verisimilia.*
12 *Frater tutor fratris, vel sororis, proculdubio decimam habebit.*
13 *Opera inter fratres an præsumatur gratuita, & fraterna caritate impensa, nec ne.*
14 *Opera fratris viventis cum alio fratre, in communi est pecunia pensanda.*
15 *Frater nunquam videtur expendere pro fratre animo donandi, sed potius animo repetendi, nisi contrarium probetur.*
16 *Frater administrans bona fratris, tenetur facere inventarium, ratio tamen, quæ ab eo exigitur, non debet esse rigorosa.*
17 *Tutela dativa fratris finitur, si alter frater effectus legitimus ætatis, velit tutelam fratris sui pupilli assumere.*

CAPUT IV

De patre tutore, & de matre tutrice filiorum an decima fructuum potiantur, & de filio curatore patris?

DUobus modis patres bona filiorum suorum administrare solent frequentius, aut iure patriæ potestatis tanquam eorum legitimi administratores, qua ratione acquirunt sibi usumfructum, *ut in toto titulo, C. de bon. quæ lib. cum simil.* de qua materia non est noster sermo.

1 Aut † tanquam eorum tutores & curatores, quo casu maxime dubitari contingit, an decima pro labore administrationis sit sibi danda, sicut datur ceteris tutoribus & curatoribus consanguineis, vel extraneis, ex leg. Regia fori, communi observantia admissa in his regnis, *ut in cap. præcedenti diximus.*

Tenetur namque pater tutor subire omnes labores tutoribus iniunctos, *ut probat Arias Pinell, in l. 1. C. de bon. matern. in 2. part. n. 30. in vers. unde sequitur.*

2 Licet † enim, quando pater est legitimus administrator, non teneatur facere inventarium, sed simplicem tantum descriptionem bonorum, si tamen sit tutor, inventarium facere tenetur, & rationem reddere, eiusque bona sunt tacite hypothecata ad hoc, ut supra late probavimus, *in 2. parte, cap. primo, de inventar. & in tertia parte, capit. primo, num. vigesimo quarto,* & probat Baec. *de decim. tutor. capit. quarto, num. sexto & septimo,* ubi *num. octavo,* quod etiam non solum custodire debet, & administrare, sed augere tenetur res filiorum ad similitudinem ceterorum tutorum, *in leg. ultima, §. minores, C. de sentent. pass.* & si culposus reperiatur, removeri potest ab administratione tutelæ, quinimo & legitimam administrationem, quam habet iure patriæ potestatis, amittit ex dolo, ut tenent plures, quos ibi ad hoc citat, & nos quoque diximus, *ubi supr.*

Deinde † pater cogitur suscipere tutelam filii, etiamsi alias tres tutelas habeat. Hanc namque exceptionem & immunitatem, quam vis alii tutores habeant, ut non cogantur quartam tutelam suscipere, pater tamen eam prærogativam non habet adversus filium, *ut in l. amicissimos. §. Lucius, ff. de excusationib. tut.* 3

Pro his igitur laboribus, nimirum si patri, filiorum suorum tutori, detur decima fructuum bonorum ipsorum, sicut ceteris tutoribus, cum eis detur pro labore, *iuxta dict. leg. fori,* ne pater sit in hoc deterioris conditionis, quam extraneus, imo tanquam proximior, videtur a fortiori eodem iure frui debere.

Accedant præterea pro hac opinione verba & mens *dict. leg. fori,* quæ generaliter loquitur. Sic videmus eadem ratione, quod apud Gallos lex definiens, tutori dandos fructus, extenditur ad patrem tutorem, ne deterioris sit conditionis, quam extraneus, *ut tenet Boerius in consuetud. Bituricens. tit. de consuetud. iur. stat. person. §. undecimo, columna secunda, verfic. sed contra hunc, & Pyrrhus in consuetud. Aurelianens. tit. quibus mod. siu patr. potest. solvit. & Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 32. num. 1.*

His & aliis nihilo secius non obstantibus, contraria sententia, imo quod patri tutori non sit danda decima fructuum, de qua in nostra lege Regia, probabilior & gravior videtur Baecæ, *de decim. tutor. cap. 4. nu. 10. cum sequentibus,* qui eam quamplurimus rationibus probare nititur, quæ omnes potius persuadent, quam urgeant, concludit tamen, patrem, ex quo sit pater, ad supradicta teneri peculiari quadam ratione, quam ceteri tutores, ac proinde non reputare expensas factas in persona filii, etiamsi administrator sit, nec in pium usum utilem filio factas, & quod sic etiam pater tutor adversus filium caret privilegio immunitatis 3. tutelarum *ut sup. diximus* Nimirum ergo & caveat quoque privilegio in capiendo lucrum damnosum filio, hoc est, decimam fructuum bonorum eius, quia, ut in quit text. *in d. l. amicissimos, §. Lucius, ff. de excus. tut.* contra naturales stimulos facit, qui adversus filium tentat uti excusatione. Ergo idem videtur dicendum, si lucrum pater ex re filii petat, cum teneatur, ut pater eum alere, defendere, atq; in eo lumé servare: tandem recurrit ad assensum, quod reiiciunt nostri plurima, non quod adversentur iuri scripto, sed quod absurda sint. *l. nam absurdum, ff. de bon. lib.* at hoc nihil potest esse absurdius: non tamen considerat hic auctor, quod cum decima hæc detur pro labore, non dicitur tutor eam capiens lucrum facere, sed recompensationem laboris accipere, & sic damnum evitare, ut alias consideravimus supra *in hac 3. part. c. 2. in 2. fall.*

Sed † quod magis adstruere hanc secundam partem negativam videtur, est altera consideratio, quam ipse Baec. ibi facit, nempe quod ex legis dispositione pater est tutor filii impuberis emancipati, *text. in §. præterea si impubes. Instit. quib. mod. siu patriæ potest. solvit.* Pater autem emancipans filium retinet dimidium usus fructus rerum filii in præmium emancipationis, *l. iubemus. C. de emancipat. lib. l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ lib. l. 15. tit. 18. part. 2. declarat bene Anton. Gom. in leg. 48. Taur. num. 6.* Ergo cum ratione emancipationis sit tutor, sequitur, contentum esse debere dimidio usus fructus, nec aliud dimidium decimandum: Sed cum sint 4

sint alii quam plures modi, quibus in iure ius patriæ potestatis solvitur, *ut in toto titul. Instit. eodem,* quamvis in patre emancipante filium, & retinente sibi dimidium usus fructus in præmium emancipationis, admitteremus argumentum. In ceteris tamen casibus, in quibus aliter quam per emancipationem filius exit a potestate patris, si in eisdem sit pater cius tutor, deficit hoc argumentum.

Quinimo & ipse Baeca removens in prædicto suo argumento difficultatem *l. 41. Taur.* & respondens illud verum esse, quando filius egreditur patriam potestatem per matrimonium, & relationem, non autem, quando per emancipationem fatetur, quod si post pubertatis annos filius uxorem ducat, pater desinit curator eius esse, quoniam iure Regio curatoris officium finitur matrimonio, *ut in l. 207. styli,* hoc autem & iure communi & Regio falsum est, *ut late supr. probavimus, & ostendimus alio in loco.*

Adducit præterea Baec. pro sua principali opinione *l. 33. tit. 12. part. 3.* in his verbis:

5 *Piedad † mueve á las vegadas al ome á recebir algun huerfano en su casa, e dar le porende las cosas que le sin menester en recabdar le sus bienes, y ataeee desfines que esse quiere cobrar lo que assi despendio: e dezimos que lo non puede fazer.* Quod si hoc in extraneo definitur, quid sentiendum de patre, quo nemo magis diligit filium, *l. fi. in princ. de curat. furios.*

Hoc autem argumentum non convincit suam opinionem. Lex namque illa Regia loquitur (ut pater) in recipiente orphanum in domum suam, illique subveniente motu solum pietatis naturalis, ut patet ex ratione expressa in libi: *aquel es el movio á criar el movio por razon de piedad, e de misericordia, entiende se que lo fizo por aver galardon de Dios, e porende non se tennido el movio de darle ninguna cosa por el beneficio que le fizo.* Et ibi Greg. Lopez. *in gloss. 2.* inquit, quod in dubio non præsumitur, quod sit factum causa pietatis, & quamvis in matre, avia & consimilibus personis, in dubio hoc præsumitur, si bona filiorum, vel nepotum suorum non administrent, *ut in l. 56. titul. 12. part. 3.* secus si eorum bona penes se habent, nisi quando ex eis ali non possunt, *ut in d. l. 36.* & in patre idem animus pietatis præsumatur. Nihilominus *d. l. 33.* non potest procedere saltem stante *d. l. fori,* & communi praxi huius regni de decima præstanda tutoribus & curatoribus, in illis, quinti tales tutores vel curatores decreti a iudice, in minorem, eiusque bona expendunt: hi namque ut tutores expendere videntur, & sicut legitimi administratores. Reputabunt igitur eas expensas, non vero animo pietatis fecisse videntur.

Sed & sunt huius sententiæ negativæ aliqua fundamenta, considerata ab eodem Baec. quæ tamen magis pietate & æquitate, quam iuris rigore plena esse videtur. Quid tenendum.

6 Ego vero † salva pace tanti viri priorem opinionem affirmativam in favorem patris veriorem & tenendam esse censeo, tum ex fundamentis supra pro ea adductis, tum etiam, quod lex nostra Regia *fori,* patrem tutorem filii emancipati comprehendere expresse videtur, dum asserit: *Si algunos huerfanos que sean sin edad fincaron sin padre, o sin madre, los parientes mas propinquos que ayan edad, y sean para ello, reciban á ellos, y á todos sus bienes, &c.* Sed quis quæso propinquior patre? Absurdum namque esset, patrem in hoc ceteris tutoribus esse deterioris conditionis. Ex quo enim est pater, non debet non lucrari decimam, cum alias videamus, quod ratione patriæ potestatis habeat usumfructum omnium bonorum filiorum: non igitur inconvenit, quòd ratione tutelæ filii emancipati, & laboris, habeat decimam. Neque obstant fundamenta Baec. in contrarium adducta, quia ipsa nihil urgent & iam sunt supra sublata: non etiam, quod pater commentus esse debeat dimidio usus fructus, quo fruatur in præmium emancipationis, quando per emancipationem solvitur patria potestas, quia respondemus, hoc dimidium usus fructus patri a iure concedi in præmium emancipationis, ut ipsi iura proclamatur. At decimam alterius dimidii usus fructus ad filium emancipatū spectantis, auferet pater tutor eiusdem filii emancipati ratione laboris in administratione tutelæ impensi per nostram *l. fori,* quod est diversum: Diversis igitur titulis, causis & rationibus pater hæc habebit, quod non est prohibitum.

Limitanda tamen † est hæc nostra sententia affirmativa, quando fructus & redditus filii vel filiorum esset necessarii vel non sufficerent ad alimenta ipsorum, ut infra dicemus in matre tutrice filiorum, tunc namque parens decimam non habebit nec sibi danda est. 7

Sed † an mater tutrix filiorum possit reputare decimam fructuum & reddituum ipsorum, sicut alii tutores, non minor vel saltem prope eadem dubitatio est quæ de patre. Sed partem affirmativam quam pluribus fundamentis instruit Baec. *de decim. tut. cap. 4. num. 38. cum sequentib.* & tandem, *num. 59. cum seq.* distinguit in hunc modum. 8

Primo, ut siquidem mater tutrix actorem habeat, cui solvat salarium, ut rem filii curaret & debita exigeret, & tunc æquissimum videtur matri decimam hoc casu dari, præsertim si dives non sit, præcipueque si protestata sit tacite vel expresse, se velle auferre decimam: & hoc primum membrum suæ distinctionis probat ibi aliquibus fundamentis.

Secundo, quod si mater nihil expendebat in administratione: sed mortuo filio petit decimam, non a filio sed a substituto filii defuncti vel heredes matris defunctæ peterent decimam a filio, his casibus decima debeatur & sit præstanda.

Tertio, quod si mater ipsa nullis factis intrinsecis expensis (hoc est) quæ fiunt in ipso actu gerendi, qui est casus magis dubius, tunc si filius erat pauper, ita quod fructus essent necessarii, ad eius alimenta, matri non sit danda decima, cum ipsa teneatur de suo alere filium egenum, *l. si quis á liberu, §. penultimo, ff. de lib. agnos.* nec reperet hoc casu expensas, *iuxta glossam in l. Nesennius, & ibi Alber. & Bart. ff. de negot. gest. & sequuntur alii plures, quos præd. loco congessit Baec. num. 62. & in tractatu de non melior. tit. dot. fil. cap. 11.* quamvis super hoc relinquat cogitandum Petrus Surdus *de aliment. tit. 6. quæst. 8. num. 51. fil. 203. ad finem,* quia potest vendi proprietas ad alimenta.

Si tamen mater petat decimam a filio divite, nullis factis intrinsecis expensis, arguit pro & contra Baeca *d. capit. 4. nu. 84. cum sequentibus,* & tandem *nu. 87.* inquit & resolvit tutiorem opinionem videri, quod matri sit danda decima, si filius sit dives. Quid tenendum?

Ego vero (salvo iudicio rectius sentientium) indistincte teneo, in quæstione præmissa dandam esse decimam matri tutrici filiorum, imo tantum casu excepto, scilic. quando fructus & redditus filii vel filiorum essent necessarii, vel non sufficientes ad eorum alimenta sequentibus fundamentis.

Primo, quia præcipua fundamenta supra adducta contra patrem deficiunt in matre, *ut recte consideravit Baec. ubi supr. n. 38. cum seq.*

Secundo, quia sive mater constituat actorem, seu negotiorum tutelæ gestorem aut factorem cum salario, vel absque salario, sive faciat intrinsecas expensas sive non, utroque casu militat ratio *d. l. fori,* dantis decimam tutoribus pro labore, cum indistincte & generaliter loquatur: ergo indistincte & generaliter est intelligenda, *iuxta iura vulgaria, tam supra allegata,*

Tertio,

Tertio, quia si datio salarii, vel pretii actoris negotiorum gestoris, veniret in considerationem, id tantum operarentur, ut solum salarium ipsum, vel pretium operæ moderatum reputandum esset, non vero decima fructuum: sed cum mater capax sit huius decimæ, non est, quod aliter iudicemus, quam quod lex ipsa fori indistincte providit, nempe, ut tutores pro labore administrationis auferant decimam fructuum orphanorum, nec distinguit lex præfata, si actorem constituerint, vel non.

At ealtus 2 nobis, & prius à Baec. exceptus, nempe, quando fructus redditus pupilli sunt necessarii, vel non sufficiunt ad eius alimenta, à iure ipso excipitur, ideo admittendus.

9 Nunc autem videamus, † an filio curatori patris vel matris danda sit decima fructuum, & redditnum bonorum ipsius, nec ne? patri nam que vel matri furiosis datur curator, *l. furioso matri ff. de cur. furios.* & generaliter patri, qui rebus suis adesse non potest, datur curator filius potius, quam extraneus, *ut in l. his, qui, in princip. ff. de tutor. & cur. dat. ab his.*

Hanc quæstionem pluribus pro & contra adductis resolvit Baec. *d. c. 4. de decim. tut. n. 31. cum sequentib.*, ut favorem filii curatoris patris, sive res paterna industria filii curatoris acceperit incrementum, sive non: sed tantum rem paternam curaret, & patrem, faveret, fructusque colligeret, debitaque exigeret, licet nullæ lites fuerint, à quibus patrem, eiusque bona defenderet, ut constat ex Baec. *ibi num. 34. & 35. & 36.* cuius opinionem probo ex generalitate *d. l. fin.* tum etiam, quia hic filius curator patris ad omnes labores & onera tenetur, quibcæteri curatores. Ergo merito, ut pro his ei sit danda decima.

10 Præcipue † cum filius curator patris teneatur reddere rationem, *iuxta gl. in d. l. his, qui, verb. dandum, quam ibi sequuntur Dd. & Firmian. de Episcopo, n. 64.* & eam esse receptam testatur Pinell. *in l. 1. C. de bon. matern. 2. part. n. 39. & cum eo Bare. d. c. 4. n. 32.* addens, id esse generale in filio, cui pater negotia commisit.

11 Nam ab eo † poterunt fratres rationem exigere, licet exactio non debeat esse scrupulosa, sed ei debet credi in his, quæ verisimilia sunt, etiamsi ratio non sit valde particularis, & præsertim hoc servandum inter personas nobiles, nisi dicat, quæ non sunt verisimilia. *ut tradit Abb. cons. 12. vers. 3. lib. 1. & alios referens Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6 gl. 6. nu. 18.* apud quem, quomodo hoc sit intelligendum.

12 Frater † autem tutor fratris, vel sororis, proculdubio decimam habebit, atque iure optimo reputabit, ut probatur ex *d. l. 2. fori, tit. De la guarda de los huerfanos*, libr. 3. fori, ibi: *los parientes mas propinquos*, &c. id quod lege foro *juzgo*, expressum est in l. incip. *Si el padre*, ibi: *El hermano deve aver los 9 tros sus hermanos, el las sus cosas en guarda, e mandamos que tome el diez mo de los fructos en que biva.*

13 Idque ea ratione comprobatur, † quia etsi Bald. *in c. 1. circa med. de beneficio frat.* dixerit, quod opera inter fratres præsumitur gratuita, & fraterna caritate impensa, *l. ex duobus, ff. de negot. gest.* id quidem verum non est, sed potius contrarium, *ut late probat Alexand. consil. 133. columna 2. versic. & idem, num. 1. lib. 2. & cons. 99. habita super narratu. columna 2. num. 5. versic. tamen, lib. 2.* ubi dicit, opinionem adversus Bald. *in d. c. 1. de beneficio frat.* esse magis communem, *l. assiduis, illud, colum. penult. prope fin. & in l. 22 nemini, colum. penultim. & final. C. de collat.* & hos referens Baec. *de decim. tut. c. 5. num. 7.* qui *nu. 14.* inquit, quod doctrina Baldi, *ubi sup.* communiter reprobatur.

14 Quinimo † opera fratris viventis cum alio fatre, in communi est pecunia petsanda, *ut tradit Angelus in Lex duobus, C. de negot. gest. Baldus in l. 1. quæstio. 9. C. pro socio, refert & sequitur plures allegans Baec. dict. cap. 5. num. 8.*

15 Deinde considero † pro hac parte, quod frater nunquam videtur expendere pro fratre animo donandi, sed potius animo repetendi, nisi contrarium probetur, *gl. in l. si paterno, & ibi Paul. de Castr. C. de negot. gest.* allegat alios Baec. *ubi supra. num. 9* qui *num. 11.* inquit, hoc præcipue verum esse, quando frater est tutor vel curator fratris vel sororis: tunc enim non animo donandi, sed administratorio nomine videtur expendisse, *ut tenet Baldus in leg. final. num. 12. C. de dot. promiss. & alios, quos ibi cumt.*

Facit etiam, quia, *ut late diximus supra*, quilibet administrator tenetur reddere rationem administrationis, & in terminis fratris, quod teneatur facere inventarium tenet Decius *consilio 178. columna 2.* quem ad hoc citat & sequitur Baec. *dict. capit. 5. num. 12.* ubi, † quod ratio, 16
quæ exigitur à fratre, non debet esse rigida, *secundum Abb. in dicto consilio 12. libr. 1. diximus supra.* Ergo pro labore in administratione impenso, danda est ei decima, præcipue ne sit in hoc deterioris conditionis, quam extraneus.

Hoeque præcipue † procedit, cum habeamus, fratrem adeo esse tutorem legitimum fratrum suorum, ut 17
si duo fratres habeant tutorem dativum, & alter fuit legitimæ ætatis, tutela dativa finiatur, si ipse velit assumere tutelam fratris, *ut probat text. in l. tutor reipublicæ 9. vers. si duobus. ff. de tutel. & rat. distrah.* quem ibi dicunt singularem Nicol. de Neapol. Bald. & Bolog. *in primis interpretationibus*, & probatur *in l. 4 sunt. la glo. C. de testament. tut.* & ibi notant Faber, Bald. & Salyce. *glo. in. fin. C. eodem titul. sequuntur allegans Specul. & Petr. Iacob. Baec. dict. ca. 5. num. 15.* Ergo cum hoc sit privilegium fratris circa tutelam fratris, merito, imo à fortiori, quod ei debeatur & danda sit decima fructuum pro administratione, & labore in ea impenso. Et in terminis ita voluit Didac. de Segur. *in l. 6 ob heredi. §. cum filia. fall. 9. fol. 19. ff. de vulg. & pupill.* & ex professo eam opinionem ex supradictis & aliis probavit & tenuit Baec. *d. c. 4. & 5. de decim. tut. n. 5. cum seqq.* estque verissima & tenenda sententia, & in patruo, quod auferat decimam nominatim, tenet. Segur. *ubi supra, in d. 9. fallen.*

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum & reddituum minoris, an danda sit tutori vel curatori, cui simpliciter legatum relictum est in testamento, & nu. seqq. decidituri, n. 9. cum seqq. quod sit compensatio, & n. 24. cum seqq. respondetur fundamentis contrariis.*

2 *Legatum vel fideicommissum in dubio non intelligitur esse relictum animo compensandi, nisi id specialiter fuerit expressum: quod procedit, quando debitum est voluntarium, ut in n. 3. nisi ex coniecturis aliud colligatur, ut in n. 4.*

3 *Legatum vel fideicommissum intelligitur esse relictum animo compensandi cum debito necessario: nisi quando non testatur, sed tunc heres erat debitor legatarii, ut in num. 6.*

7 *Primogenitus, qui tenetur dare fratri vitam & militiam, non liberatur eo, quod testator relinquat secundo genito castrum, ex quo possit se alere.*

8 *Legatum non compensatur cum lucro debito ratione oneris stante statuto, ut maritus uxore mortua lucretur quartam partem dotis, sed contrarium est verum & tenendum, ut in n. 25.*

10 *Debitum illud dicetur necessarium, quod habet initium & causam necessariam, veluti cum quis sine fulo suo lege obligatur.*

11 *Debitum voluntarium appellatur, quod habet initium voluntarium, quia descendit ex contractu, vel quasi, quam vis*

quam vis postea sit necessarium, quod est intelligendum habito respectu ad originem debiti, non ad id, quod in alterius consequentiam provenit, ut in dote, n. 12.

13 *Debitum tutela non dicitur ex causa necessaria, sed voluntaria, nisi tutor invitus compulsus fuerit acceptare officium.*

15 *Legatum relictum tutori testamentario, semper (nisi aliud constet) videtur relictum in præmium laboris.*

16 *Interpretatio in dubio capienda est favorabiliter descendentibus testatoris.*

17 *Testator censetur minus gravare heredem, quam sit possibile, adeo, ut potius toleretur, quod legatum sit nullum, quam quod graveturheres, ut in num. 18. & procedit etiam in legato relicto uxori alias honorata, ut in n. 19.*

20 *Fideicommissum relictum filiæ dotis nomine compensatur cum dote, & quod amplius est in summa, legatum debetur.*

21 *Principium est attendendum, quando filius habet necessariam consequentiam ad principium.*

22 *Legatum relictum à patre filio computatur in legitima eidem debita.*

23 *Legatum computatur in quartam falcidiam, etiamsi relinquatur filio heredi ex contemplatione ipsius.*

26 *L. 7. tit. 13. partit. 6. loquenti in uxore inopem mortua marito, locum tenet in marito inopi mortua uxore.*

27 *Legatum relictum filiofamil. tutoris, contemplatione patris compensatur cum decima fructuum patris debiti.*

28 *Legati alis restituendi post certum tempus relicti tutoris, interusurium medis temporis compensatur cum decima, & in n. 29.*

30 *Legatum relictum tuteri, cuius datio confirmari debet à judice, compensatur cum decima.*

31 *Legatum factum à patre filio, quem designavit tutorem fratris pupilli, non compensatur cum decima, nisi filius recusset esse tutor, quia tunc amittet legatum, ut in num. 33.*

32 *Legatum relictum executori, videtur relictum ratione laboris, nisi uxor vel filius sint executores.*

34 *Compensatio legati cum decima fructuum minoris tutori debita non fit, quando utrumque non consistit in quantitate, ut etiam generaliter, quando alia compensatio fieret ex præsumta mente & voluntate disponentis.*

35 *Compensabilia an sint debita in diversis monetis?*

36 *Legatum speciei relictum tutori, non compensatur cum decima fructuum sibi alege debita.*

37 *Compensatio, qua provenit ex præsumta voluntate, vel mente disponentis, an fiat, sive debitum sit in specie, sive in quantitate, & n. seqq.*

38 *Legatum non compensatur cum debito necessario, quando apparent demonstrationes, vel signa animi non compensandi.*

40 *Prima demonstratio est, quando ob unam causam est debitum, legatum vero ob aliam diversam.*

41 *Secunda demonstratio animi non compensandi est, quando legans expressit, quod debonis suis legat.*

42 *Tertia demonstratio est, quando testator voluit, ut legatum perpetuo non permaneret penes legatarium; ut hic, & n. 47.*

43 *Quarta demonstratio est, quando talis debitor necessarius simpliciter instituit heredem suum creditorem pro parte.*

44 *Quinta demonstratio est, quando jam prius debitum necessarium fuerit declaratum iure aliqua certa, &c.*

45 *Legatum relictum tutori, quod est exigendum eo tempore, quo etiam decima compensatur cum ea.*

46 *Legatum vel fideicommissum relictum tutori ob aliam causam, veluti pro conservanda familia, non compensatur cum decima.*

48 *Legatum relictum ei, qui possea à judice datus fuit tutor non compensatur cum decima.*

49 *Legatum simpliciter relictum tutori, est tantum compensandum cum decima pro concurrenti quantitate, non vero ultra, nisi testator iusserit, legato contentum esse debere, & quod amplius petere non posset pro decima, ut in n. 51.*

50 *Compensatio tantum fieri debet pro concurrenti quantitate.*

52 *Legatum acceptans censetur onus annexum agnoscere.*

53 *Uxor, cui legatus fuit usus fructus cum onere, ne dotes petat, acceptando legatum videtur de illis renuntiare.*

54 *Compensatio fit, quando testator dixit, se legare matri usumfructum pro omni & toteo, quod ipsa petere vel exigere posset in hereditate sua: idem erit, si pater relinquat filiæ centum pro omni iure, quod filia possit prætendere super sua hereditate, quia in hac specie non poterit dotem matern. petere, ut in nu. 55. & quomodo hoc intelligendum sit, n. 60.*

56 *Compensandi animus intelligitur, si testator dixerit simpliciter, quod legatarius debeat esse contentus legato, & plus petere non possit.*

57 *Testator si instituendo uxorem suam heredem, dixerit cum hoc onere, ut debeat suam dotem conferre cum hereditate, videtur eam instituere heredem animo compensandi cum debito dotis, adeo, & ut hic, & si de dote non fecerit mentionem per alia quæcunq; verba generalia, non censetur facta compensatio cum dote, ut in num. 58.*

59 *Testator non potest facere, sive nominet tutorem, sive non, quod ipse non auferat decimam fructuum, neq; in ea tutorem gravare,*

61 *Filia instituta iure certa & iusta, plus non petere de bonis patris poterit, prater legatum consequi dotem maternam, etiamsi legati vires transcendant legitimam.*

62 *Compensandi animum non censetur habuisse testator, si simpliciter dixerit, quod legatarius plus petere non possit, dummodo recte constet ex præcedentibus & subsequentibus sensisse de bonis suis.*

63 *Compensatio ubi regulariter non cadit, non fieri debet distinctio, quomodo fiat prohibitio de non petendo.*

64 *Prohibere, ne quid de hereditate petatur vel de bonis, an idem sit, ad inducendum animum compensandi, vel non, & n. 65.*

66 *Compensandi animo an censeatur factum legatum per gravatum fideicommissario, num. 67. cum seqq.*

68 *Debitum fideicommissi quoad gravatum dicitur necessarium.*

69 *Testator non videtur excludere matrem prohibendo, aliud petere in bonis & hereditate sua, quando dotes legatarii consistunt in bonis stabilibus & immobilibus.*

70 *Filius communiter viventi cum matre, licet vadat sæpe ad fundum matris, & fructus ad communem habitationem exportet, non tamen ex hoc dicitur possidere.*

71 *Compensationis coniectura cessat, quotiescunq; legatarius, qui fuit prohibitus amplius petere de bonis testatoris, habebat alia quodammodo in bonis illius, ad quod verba illa possent referri, sed ea alias, ut in n. 72.*

73 *Filius non excluditur à petitione supplementi legitimæ quibuscunq; verbis prohibeatur amplius legato petere, etiam ex agnite.*

74 *Dos relicta vel data per heredem testatoris eius filiæ, an compensetur cum dote relicta eidem per patrem?*

75 *Legatum mariti fallum uxori non est compensandum cum arrhis, quas ei debet.*

76 *Tutor testamentarius repudians legatum in testamento sibi relictum, an teneatur compensare illud cum decima.*

77 *Heres repudians, quod sibi relinquitur à testatore gratia conditionis implendæ, an detrahat Trebellianicam?*

78 *Filia, cui relinquitur à patre legatum pro dote, non po-*

teſt pro conuenienti quantitate patere dotem, niſi filia repudiet legatum.

79 *L. ſi heres cuius. ff. ad l. falc. in fine.*

80 *Teſtator bene poteſt prohibere falcidiam.*

81 *Tutor poteſt repudiare legatum ſibi à teſtatore relictum, etiamſi caueret teſtator, ut eo legato ſit contentus tutor pro adminiſtratione & labore tutelæ, neq; aliud amplius ratione decimæ patere poſſit, adhuc namque poterit repudiare hoc legatum cum proteſtatione deducendi & habendi decimam fructuum ſibi alegefuri delatam.*

82 *Seruus relictus tutor filiorum teſtatoris poteſt deducere decimam, licet propter tutelam fiat ipſo iure liber.*

CAPUT V.

An legatum relictum tutori vel curatori compenſetur cum decima fructuum ſibi à lege Regia conceſſa?

Late hic etiam declaratur materia compenſationis legati cum debito voluntario & neceſſario.

1 DIFFICILIS profecto eſt quæſtio illa in materia, † de qua agimus, an decima fructuum & reddituum bonorum minoris danda ſit tutori vel curatori, ſi tamen tutario, cui relictum eſt ſimpliciter legatum in teſtamento? an vero prædictum legatum compenſandum ſit cum decima?

2 Et videtur † quidem non compenſandum, ſed utrumque conſequi poſſe tutorem vel curatorem. Primo, ex text. *in l. unic. §. 1. verſic. ſecundum, C. de rei uxor. act.* ubi id nuncupatim deciditur in legato relicto à marito uxori, nempe ut ipſa recipiat relicta ſibi à marito & dotem conſequatur, niſi ſpecialiter pro dote ei maritus ea reliquit, cum manifeſtiſſimum ſit, teſtaturem, qui non hoc addidit, voluiſſe utrumque conſequi, *ut ibidem notant Doctores, & inſt. officis, de teſtament.* dicentes, quod legatum vel fideicommiſſum in dubio non intelligitur eſſe relictum creditori animo compenſandi, niſi id ſpecialiter fuerit expreſſum. Idem probat text. *in l. creditorem ff. de legat. 2. & in l. curatur. C. de legat. l. ſi compenſandi. C. de hered. inſtit. & ubique Doctores, Older alios conſilio 297. num. 1. Segnorol. de Homod. conſil. 176. num. 4. Doctor. in authent. præterea, C. unde vir & uxor, Alexand. conſil. 7. num. 16. volum 6. Mantic. de coniect. ult. volunt. libr. 10. tit. 2. num. 1. Petrus Surd. plures allegans conſil. 7. num. 1. libr. 1.* Eſt communis, *ut plures etiam referens affirmat idem Petrus Surdus conſil. 112. num. 42. cum ſequentibus, libr. 1.* ubi loquitur in legato, & in donatione, & in legato uſusfructus relicto per maritum uxori, ut non cenſeatur relictum animo compenſandi cum dote. Eandem ſententiam ſequitur plures referens Simon de Prætis, *de interpret. ult. volunt. lib. 4. dubit at 6. num. 34. pag. 297. & alis quamplures ubique Doctores.* Idem eſt in inſtitutione, quia non cenſetur facta animo compenſandi, *l. ſi ab eo, C. de negot. geſt. & l. ſi compenſandi, C. de hered. inſtit. Petrus Surd. d. conſ. 7. n. 2.*

3 Secundo hæc pars † coadjuvatur ex eo, quod etiamſi prædictus communis concluſio & ſententia vera ſit & procedat, quando debitum eſt voluntarium, quo caſu Doctores omnes conveniunt in eo, quod prædiximus, nempe ut legatum vel fideicommiſſum non compenſetur cum debito voluntario, *ut inquit Cornetus conſil. 257. num. 20. in fin. volum. 1.* quem ſequitur & communem dicit Parif. *conſil. 93. num. 37. volum. 2.* idque ex profeſſo cum omnium utriuſque juris interpretatione concludit D. Covar. *in dict. cap. officii, num. 2. verſic. eſt igitur, de teſtament.* & hos referens Mantic. *ubi ſupra, num. 2. & 12.*

4 dicens *dict. num. 2.* hoc ſane intelligendum, † niſi ex conjecturis aliud colligatur, *ut late conſulnit Cravet. conſil. 146. num. 3. & infra, & in conſil. 167. & Hieronym. Gabriel. conſil. 108. num. 2. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 44. num. 10. & Covarru. ubi ſupra, num. 2. ad finem, ſequitur plures referens & bene declarans Mantic. ubi ſupra, num. 16. & Petrus Surdus dicto conſil. 7. num. 4. & conſil. 112. numero 11. & 12. libro 1.* ubi numeris ſequentibus, nonnullas huius rei conjecturas refert, ſequitur alios allegans Simon de Prætis, *ubi ſupra, num. 35.* ubi etiam, quando dicatur debitum voluntarium in propoſito. Eandem communem ſententiam ſequitur & profitetur Molin. Theolog. *1. part. de juſtit. & jur. 2. tractat. diſputat. 200. colum 1227.* ubi etiam citat Antou. Gomez, *1. tom. cap. 12. num. 27.* Emanuel Coſta, *in cap. ſi pater, 1. part. verb. legavit, verſ. 17. filio 33. de teſtament. in 6. & limitat. ibi per eum.* Secus vero, quando debitum eſt † neceſſarium, 5 quia tunc legatum vel fideicommiſſum intelligitur eſſe relictum cum animo compenſandi debitum neceſſarium, *ut ſi l. ſi cum dotem, §. ſi pater, & ibi Bart. n. 3 ff. ſolut. matrimon. & ceteri ſequuntur.* Idemque probavit *in authentic. præterea, & ibi hoc comet Doctores colligunt, C. unde vir & uxor, & ſuis huiusmodi, §. cum pater ff. de legat. 3. & in l. cum pater §. qui in vita ff. eod. tit.* quo tædere diſtinctionis ſupradictæ jura, quæ invicem pugnare videbantur, ex communi omnium Doctorum ſententia conciliantur, *ſecundum Mantic. ubi ſupra, num. 3. verſ. quod ſi debitum, & Anton. Gomez. ter tomo var. reſolut. C. de legat. num. 27. ſequitur alios allegans Petrus Surd. d. conſil. 7. num. 15. & conſil. 112. num. 1. & 3. libr. 1.* ubi numeris ſequentibus plures rationes aſſignat, & *num. 41. cum ſeq.* limitat eandem communem ſententiam & reſolutionem, quam etiam ſequitur Simon de Prætis *de interpretat. ult. vol. lib. 4. dubitat. 6. num. 4. & 9. & late probat Molin. ubi ſupra, col. 1228.*

Hoc † tamen non admittitur, quando non teſtator, 6 ſed eius heres erat debitor legatarii: tunc namque legatum non videtur relictum in compenſationem debiti etiam neceſſarii. Ita docent Abbas. Imol. & Ant. *in d. cap. officis, de teſtament. ſi aſſ. in dict. authent. præterea, num. 20. poſt Salycet. ibi ad fin. Roder. Soarez. in repetitione l. tit. de las errar. verſic. ſed pone quæſtionem valde quotidianam, columna penultima, verſic. ne recedas à communi opinione, Tiraquell. de primogenitura, quæſt. 75. num 3. Afflict. deciſ. 138.* ubi ſcribit, quod cum jure Neapolitano † primogenitus teneatur dare fratri vitam & mili- 7 tiam, non liberabitur ab hac obligatione, eo quod pater relinquat ſecundogenito caſtrum, ex quo ſe poſſit alere. Idem Afflict. *in conſtit. Sicil. incip. comitibus, quæſt. 14. colum 6. & hos referens Baec. de decim. tut. cap. 5. num. 17.* Ergo cum teſtator decimam non debeat, ſed eius filius pupillus, non poteſt videri relinquere tutori legatum animo compenſandi.

Sic etiam videmus, † quod legatum non compenſa- 8 tur cum lucro debito ratione oneris, puta ſtante ſtatuto, ut maritus uxore mortua lucretur quartam partem dotis, ſi uxor relinquat viro ſuo legatum, non compenſatur cum prædicta quarta, quæ debetur marito ratione oneris matrimonii, ut tenet Bald. *in d. authent. præterea, num. 5. idem Baldus & alii plures, quos refert & ſequitur Baec. d. c. 5. num. 18.* Ergo ita etiam legatum relictum tutori non compenſatur cum decima ſibi debita ratione oneris & laboris tutelæ. Et licet legatum videatur relictum tutori in præmium adminiſtrationis, non tamen in locum decimæ, & ſic utrumque conſequetur tutor. Et ita in hanc partem, licet dicat rem eſſe dubiam, inclinat dicens, videri hoc verius & probabilius Baec. *d. c. 5. n. 53. & 40. ad fin.*

Nihilominus † tamen contraria ſententia in ſpecie noſtræ quæſtionis decimæ verior & probabilior mihi videtur, ac proinde tenenda. Imo quod legatum factum tutori teſtamentario imputetur & compenſetur cum

cum decima fructuum eidem debita, cum declarationibus, de quibus infra ſequentibus fundamentis.

Primo ex communi ſententia ſupra adducta, quæ habet, quod legatum ſeu fideicommiſſum intelligitur eſſe relictum animo compenſandi cum debito neceſſario. ex *d. l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. matrim.* juncta communi ſententia, de qua ſupra.

10 Et † quod attinet ad propoſitum, illud dicitur eſſe debitum neceſſarium, quod habet initium & cauſſam neceſſariam, veluti cum quis ſine facto ſuo lege obligatur, *l. obligamur, §. lege ff. de action. & oblig. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. leg. ult. C. de dot. prom. iunctis l. ſi cum dotem, §. ſi pater, cum ibi notatis per Bart. & alios ff. ſolut. matrim.* Ita in ſpecie tenet Bald. *in l. ſi uxor. num. 4. C. de bon. author. iud. poſſid.* ubi † debitum neceſſarium in propoſito 11 appellat, quod ex neceſſitate legis inductum eſt. *idem Bald. conſil. 58. num. 4. volum. 2.* Voluntarium autem appellatur, quod habet initium voluntarium, quia deſcendit ex contractu, vel quaſi, quamvis poſtea ſit neceſſarium, *juxta l. ſicut. C. de act. & oblig. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod.* Ita ſenſit Signorolus *conſilio 176. num. 4. Bald. ubi ſupra, & Paulus Caſtrenſ. conſil. 43. column. 2. verſic. 5. volum 2. Cornetus conſil. 292. volum. 1. Alexand. conſil. 7. num. 16. volum. 6. Benedict Capra conſil. 143. num. 3. & infra, Afflict. deciſ. Neapol. 44. num. 9. & latius confirmat Aym. Craver, in reſponſ. pro genero, num. 44. cum præcedentibus & ſequentibus*, & in ſpecie, *num. 328. in verſic. atque prater jam ſcripta*, & in commento illius reſponſi, *num. 54.* quos refert & ſequitur Mantic. *ubi ſupra de conjectur. ult. volunt. at. libr. 10. tit. 2. num. 3. deciſ. Pedemont. 167. per totum, & Petr. Surd. conſil. 112. num. 64. libr. 1.* ubi quod hoc eſt intelligendum habito reſpectu 12 ad originem debiti, non autem ad id, † quod in alterius conſequentiam provenit, ut docte declarat in locis ſupra citatis, ubi inter cætera adducunt Aret. *in l. ſi poteſt, in fin. ff. de acquirend. hereditat.* dicentem, quod non dicitur actus neceſſarius, qui ſequitur ex aliquo actu voluntario præcedente, ſed talis dicitur voluntarius propter originem, idem dicit Iaſon. *in l. gerit, in fin. ff. de acquir. hered. & comprobat late Surd. ubi ſupra.*

13 Non autem † dicetur tutor debitor ex cauſſa neceſſaria, ſed voluntaria, quia obligatur ex quaſi contractu, *l. ex maleficio, §. autoritas ff. de actionib. & obligat. text. in §. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc.* & contractus procedunt ex voluntate, *ſicut, C. de action. & obligat.* & ideo quando tutor legat, vel aliquid relinquit pupillo creditori ex cauſſa tutelæ, non cenſetur hoc facere animo compenſandi, *probat Ruinus conſil. 92. num. 5. cum ſeq. volum. 1. & volunt ante eum Angel. conſ. 277. in fin.* ubi dicit, ſecus eſſe, quando pupillus legat tutori, & utrumque refert & ſequitur Petrus Surdus, *conſil. 7. numero 64. libr. 1.*

14 Tametſi † tutor revera invitus compelleretur per carcerationem vel vincula acceptare tutelam, licet ſic compulſus poſtea obligaretur ex quaſi contractu, ut carceres & vincula evitaret ex cauſſa potius neceſſaria, attenta obligationis origine primæva, quam voluntaria, debitor dici poſſet: quo caſu limitanda videtur præfata Rubrica & ſequacium ſententia, ut tunc relictum pupilli creditoribus ex cauſſa tutelæ compenſetur cum debito tutelæ, cum debitum tutoris ſit neceſſarium potius, quam voluntarium cenſendum, niſi tutoris debitum eſſet ex mala adminiſtratione, quia tunc eſſet debitum voluntarium ex quaſi contractu, *ut per Ruin. ubi ſup. n. 6.*

Nunc ad propoſitum, decima fructuum & reddituum bonorum pupilli defertur à l. fori tutoribus & curatoribus minorum. Ergo eſt debitum neceſſarium: ſi eſt debitum neceſſarium, cum eo compenſatur legatum vel fideicommiſſum tutori teſtamentario relictum, juxta præcedentem communem reſolutionem.

Secundo & peremptorie † hæc pars meo judicio pro- 15 batur ex eo, quod legatum relictum tutori deſignato in teſtamento, ſemper (niſi aliud conſtet) videtur relictum in præmium laboris & adminiſtrationis tutelæ, textus eſt expreſſus *in l. ſed hæc omnium, junctis l. precedenti. ff. de excuſat. tut. & utrobique Doctores*, eſt etiam optimus text. *in l. tutor, §. qua tutoribus, ff. de excuſat. tut. ibi, remuneranda fidei cauſſa. & in l. amiciſſimos, ff. de excuſat. tut. ibi, ad ſuſcipiendum onus tutelæ bonore legati eos proſequi, & l. qui tutelam ff. de teſtament. tut. & in l. poſt legatum, §. amittere ff. de bis, quib. ut indign.* Ergo ſi legatum ſemper cenſetur relictum tutori ratione adminiſtrationis, ſequitur, quod decimam ſimul habere non debet. Regulare namq; eſt in hac materia, ut legatum compenſetur cum debito voluntario, non ſolum, quando id expreſſe cavet teſtator, ſed etiam ſi conjecturis conſtet de hac eius voluntate, *ut ſupra probavimus*; ſed hic conſtat, quia legatum tutori factum videtur relictum ratione & contemplatione tutelæ eiuſque adminiſtrationis. Ergo habemus intentum,

Neque obſtat, quod etſi teſtator legans aliquid tutori à ſe deſignato, videatur id relinquere contemplatione tutelæ, non tamen videtur relictum pro decima, quam pupillus tutori poſtea debebit, quia non adverſatur juri vel rationi, ut tutor præmium accipiat à teſtatore, & decimam ab eius filio. cum taxa decimæ ſolum fiat, ut non deducatur plus ea, de bonis pupilli ratione laboris, non tamen, ut aliunde tutor non poſſit habere aliud præmium voluntarium à teſtatore ſibi relictum, cum aliud non exprimitur, nempe, ut loco decimæ illud habeat,

Nam reſpondeo primo, quod in dubio, ut prædiximus, fieri debet compenſatio cum debito neceſſario & legali, prout eſt decima tutori debita: fatemur tamen, tutores & curatores ultra decimam poſſe habere aliud legatum & præmium pro adminiſtratione, ſi ſibi voluntarie hoc expreſſo à teſtatore relinquatur, alias ſecus.

Secundo reſpondemus, † quod in dubio capienda eſt 16 interpretatio favorabilior deſcendentibus, *ut per Mantic. de conject. ultim. volunt. libr. 6. titulo 11. num. 7. filio mihi 128.*

Teſtator † namque cenſetur minus gravare heredem, 17 quam ſit poſſibile, *l. ſi ſervus, §. qui margaritam, ff. de legat. 3. l. unum ex familia, §. ſi rem. ff. de legat. 2. l. apud Iulianum, §. Scia. ff. de legat. 3. numis. ff. de legat. 3. Dec. conſil. 475. num. 14. Petrus Surd. conſ. 112. num. 15. libr. 1.* adeo, ut potius toleretur, quod legatum ſit nullum, † quam 18 quod gravetur heres, *Iaſ. in l. quod in rerum, la ſegunda in 1. not. abil. & in l. ſi ita ſcriptum, in ultimo notabili. ff. de legat. 1.* & ita arguunt in terminis Cravet. *conſil. 149. numero 15. & in conſil. 167. num. 14. Menoch. conſ. 56. num. 21. ubi late confirmat, quos refert & ſequitur Petrus Surd. ubi ſupra. num. 18.* ubi quod procedit etiam in legato facto uxori, quando alias reperitur honorata, *ut per Dec. conſ. 92. num. 3. quem refert & ſequitur Cravet. conſilio 25. num. 22.* Sed cum ex † legato tutori facto minuatur le- 19 gitima, ut patet. Ergo non eſt veriſimile, patrem velle gravare filium duplici præſtatione, *ut in l. Tutia 23. §. qui in vita. ff. de legat. 2. ibi, non eſt enim veriſimile, patrem duplici præſtatione dotis, filiam tundendo, heredem onerare voluiſſe.*

Et ideo † deciditur in illo textu, quod fideicommiſ- 20 ſum relictum filiæ dotis nomine, compenſatur cum dote uſque ad concurrentem quantitatem, & quod amplius eſt in ſumma legata, quam in dote, debetur. Probatur etiam idem Brocardicum *in l. hoc modi, §. cum pater, & ibi notat Iaſ. num. 7. ff. de legat. 1. & in l. 2. in principio, & §. ultimo, & in l. penultim. ff. de dot. prælegat.* quæ jura ad hoc citat Mantic. *ubi ſupra, num. 3.* & ex dicto *§. quin*

vim, eandem conjecturam deducunt in simili plures, quos citat Petrus Surdus *dicto consil. 112. num. 13. & 14.* ubi *num. 51. ad finem, cum sequentibus*, quod hoc procedit, quando non esset alia conjectura in contrarium, per quam dignosceretur, testatorem voluisse gravare heredem duplici onere: Si igitur legatum relictum filiæ compensatur cum debito dotis, ne gravetur heres duplici præstatione, à fortiori videtur dicendum, ut legatum relictum tutori computetur in decima, ne gravetur pupillus duplici præstatione, nempe legato & decima: sicque nihil videtur interesse, quod pupillus debeat decimam, non testator, dotem vero pater, *ut in d. §. qui in vita*, cum ibi favor tantum filii heredis inspiciatur, ut in proposito legati & decimæ inspiciendus esse videtur.

Similiter non abstat aliud fundamentum prioris partis supra adductum, quo probatur, quod legatum relictum non compensatur cum debito necessario, quando non testator, sed eius heres erat debitor legatarii, ut in proposito contingere videtur; quoniam respondemus, hoc cessare in nostra specie: siquidem testator tutori à se descripto legat, junctâ præsumptione juris, quæ habet, ut pro administratione tutelæ, ipsius quæ contemplatione relictus esse videatur illud legatum tutori, & sic prævidens obligationem decimæ de bonis filii sui pupilli alias deducendam. Ac proinde idem dicendum videtur, ac si propriè debitum testatoris esset, cum pater & filius reputentur una eadem que persona. Præterea eo, quod testator designavit tutorem filio suo in testamento, jam ex tunc nascitur principium obligationis debitæ legalis decimæ illi tutori præstandæ pro administratione & labore tutelæ, quæ obligatio adimpletur & perficitur post administrationem.

21 Sed † quandocunque finis habet necessariam consequentiam ad principium, principium est attendendum, tanquam causa, ex qua producitur finis, *l. 3. §. si quis eum minore, ubi gl. Bart. & Dd. notant. ff. de minoribus, & allegat plura, Alciat. de præsumt. reg. 2 præsumt. 32. quem citat L. affart. de decim. quæst. c. 3. n. 29. ad fin.*

22 Tertio † & principaliter nostra sententia, quam defendimus, comprobatur ex eo, quoniam ita etiam legatum relictum à patre filio computatur in legitima eidem debita, *ut in l. ammodo, §. imputari, C. de inoff. test. Dd. ubi, si quando, §. generaliter, [. de inoff. testam. l. quoniam novell. & ibi Dd. C. eod. tit. & per Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 6. fol. mihi 234. & Petrum Surdum d. consil. 112. nu. 3.* ubi quod idem est in quarta, quæ debetur patrono: & quod procedat hæc regula, quandocunque debitum est necessarium, *ut per Dd. in locis prædictis*, qui plura ponunt exempla, & per alios Doct. quos ibi citat. Cum autem legitima sit debita filiis non tantum jure civili sed etiam naturali, *ut in l. cum ratio, ff. de bon. damn. cum similib.* & computetur in eam legatum à patre filio legatum: à fortiori idem videtur dicendum in tutore, ut legatum ei relictum computetur in decimam, quæ neq; naturali nec civili jure communi ei debetur, sed ex *d. l. fini*, dispositione juncta eius communi observantia.

23 Sic † etiam legatum computatur in quartam Falcidiam, *ut in l. in quartam ff. ad l. Falc.* Quod procedit, etiamsi relinquatur filio heredis, contemplatione ipsius heredis, *ut nomine Dd. in l. maritum. ff. ad l. Falc.*

24 Hæc nostra † sententia ita supradictis fundamentis munita reliquum est, ut respondeamus fundamentis contrariis supra adductis pro prima sententia contraria huic nostræ, quibus (ni fallor) prudens lector reperiet satisfactum ex fundamentis pro nostra politis: Nam primum *d. unic. versic. secundum. C. de rev. uxor. act.* delegato relicto à marito uxori, ut non compensetur cum dote, nisi testator contrarium voluerit: jam cessat, siquidem debitum dotis appellatur voluntarium attento suo principio, quia voluntate partium ab initio fuit constructum, quamvis ex post facto fiat necessarium. Et præterea testator legans tutori à se designato filiis, censetur illud reliquisse contemplatione tutelæ, ac proinde constat jam de sua contraria voluntate, nempe, ut compensetur cum decima debita ratione administrationis & pro eius labore: At debitum decimæ est necessarium sua origine, utpote legale, & ideo legatum cum eo compensari debet ex *dict. leg. si cum dotem, §. si pater, juncta communi resolutione Doctor. de qua supra, ff. solut. matrim.*

Secundum etiam fundamentum contrarium cessat, quoniam etsi decima sit debitum pupilli, non vero patris. Ac proinde videbatur cum ea non esse compensandum legatum relictum à patre tutori tanquam diversæ actionem cum legatum relictum à patre tutori censeatur ipsi relictum contemplatione tutelæ, *ut probavimus*, imo, & pro filio: merito, ut compensetur cum ipsa decima, cum pater & filius in jure reputentur una eademque persona, & ne pater videatur filium onerare duplici præstatione in præjudicium suæ legitimæ, nempe præstatione legati supra decimam.

Tertio quoque non obstat, † nempe quod legatum ab uxore marito relictum, non compensatur cum lucro dotis, ratione oneris matrimonii ab statuto marito delato, puta quartæ partis dotis ex Bald. *in d. authent. præterea, nu 5. C. unde vir & uxor, cum aliis supra citatis.* 25
Nam in contrarium est vera & communis DD. sententia, nempe, ut in præmissa specie legatum in quartæ locum succedat, & in eam imputetur, quoniam tale debitum est necessarium, cum defcendat ex dispositione legis municipalis. Ita tenet Jacob. Richard. Alber. Bart. & communiter Dd. *in d. authent. præterea*, & est opinio communiter recepta secundum Roder. Suar. *in l. 1. tit. de las arras, §. pone quæstionem lib. 5. fori*, ubi pluribus decisionibus similibus eam comprobat. Communem etiam dicit eamque tuetur Baec. *de decim. tit. d. c. 5. n. 28.* & eam contra Bald. sequitur communis Dd. Schola *secund. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 2. n. 7.* & ad objecta respondet Imol. *in d. l. si cum dotem, §. si pater ff. solut. matr.* & quod eam sequitur Paul. Castr. *n. 4. & 5.* qui etiam dicit communem esse per casum d. auth. *præterea*, & Alex. *nu. 5.* dicit magis communem, ubi eam defendit, item Salyc. *in d. auth. præterea, n. 11.* ubi quod eam sequuntur advocati in practica, & Alber. *ibidem, num. 2. in fin. & n. 3.* post Richard. scribit ita Paduæ fuisse determinatum & judicatum. Idem testatur *in 2. part. statut. quæst. 56.* eandem sententiam latissime defendit Roman. *in d. auth. Præterea, n. 13. vsq; ad fin.* & omnia objecta Bald. dissolvit, & Paul. Castr. *n. 3.* communem profitetur, & à patronis causarum esse receptam, & Jas. *n. 20. in fin.* dicit communem & ex Alber. subiungit ita fuisse obtentum & judicatum in civitate Paduæ, & esse receptum ab omnibus modernioribus, & rursus *n. 21.* dicit communem, & eam defendit, communem etiam profitetur Campeg. *de dote in 4. pag. q. 8.* & Pet. Surd. *d. consil. 112. n. 2. libr. 1.* est etiam communis *secund. Simon. de Pratis*, qui eam sequitur *de interpret. ult. volunt. lib. 4. dubitat. 6. num. 15. pag. 291.* pro qua meo judicio est inevitabilis text. *in d. authent. præterea, in fin. ibi, & imputabitur legatum in talem portionē.*
Loquitur enim in coniuge indistincte, † & licet *l. 7. tit. 13.* 26
p. 6. concordans cum d. auth. *præterea*, loquatur in uxore mortuo marito: sed nihilominus ex *d. auth. præterea, & in corpore, unde sumitur in auth. de exhib. reis, §. quoniam vero*, idem est in viro inope uxore prædefuncta, ut *tenet gl. in d. §. quoniam vero, & communiter Dd. in d. authent. præterea, secund. Greg. Lop. in d. l. 7. in gl. de sampara-dos*, ubi ita intelligit *d. l. Regiam, 7.* iuxta ius communē. Ita enim uxor moriens in specie prædicti statuti est debitrix mariti, ex l. municipali. ad dimittendum ei dict. partem, quem-

quemadmodum coniux locuples est debitor ad relaxandum coniugi inopi quartam suæ facultatis, in qua ideo imputatur legatum ex dispositione d. authent. Ergo juxta præcedentem magis communem sententiam cum tutori deferatur decima ex *d. l. fini*, non habebit illam, si legatum sit ei relictum ab eodem testatore, qui eum tutorem dedit & nominavit filiis suis.

Hæc sunt, quæ me movent, ut hanc 1. principalem sententiam probem adversus primam, & si non verear profiteri, rem esse difficilem & neutram earum evidentia pollere, sed electurus unam, hanc secundam potius probo, nempe ut legatum relictum tutori imputetur in decimam prædictam fructuum, utpote mihi veriorem & probabiliorem, quam secundam.

27 Ampliatur † primo hæc mea sententia, ut procedat, etiamsi legatum relinquatur filiofamilias tutoris contemplatione patris. Ita probetur *in l. qui tutelam, ff. de testam. tut.* ubi inquit text. qui tutelam testamento mandatam excusationis jure suscipere noluit, ab his quoque legatis submovendus erit, quæ filiis ejus relicta sunt, modo si legata filii non affectione propria, sed in honorem patris meruerunt. Et in terminis ex *dicta leg. qui tutelam*, hanc ampliationem in proposito decimæ, quando legatum relinquitur filio vel servo tutoris, tenet Baec. *dict. cap. 5. num. 32.* quihoc confirmat ex *l. maritum, ff. ad l. falcid.* ubi Doctores notant, quod relictum filio heredis, contemplatione ipsius heredis, computatur in quartam Falcidiam.

28 Secundo † eadem principalis sententia ampliatur, ut non solum legatum perpetuo remansurum apud tutorem computetur in decimam, verum etiam interusurium medii temporis, licet post illud tempus teneatur legatum restituere, quando quidem hoc ipsum statutum est in herede, qui imputare debet in quartam falcidiam interusurium legati sibi relicti cum onere restituendi, *l. cum quo, §. si qui in bonis, ff. ad l. Falcid. l. in quantitate, §. magna, l. mulier, §. alia. ff. ad tit.*

29 Quare † si tutori legetur usus fructus fundi in decem annos, certe fructus eius temporis computabit in decimam, quia licet relictum compensetur cum debito necessario, hoc tamen fallit, quando non erat penes heredem remansurum, sed alii restituendum, quis tali casu compensatur tantum in commodum medii temporis. *Ita Arc. columna. fin. & Jas. n. 20. in auth. præterea. C. unde vir & uxor. & Angel. in l. cum dotem, §. si pater. versic. sed cum esset regula. ff. solut. matrim. & alii quam plures, quos refert & sequitur Petr. Surd. consil. 7. n. 63. & 66. lib. 1. & Simon de Pratis de interpr. ult. vol. lib. 4. dubitat. 6. num. 29. p. 266.* Et in terminis nostris ex prædictis ita tenet Baec. *d. c. 5. nu. 33.* ubi hoc intelligit, nisi tutor id, quod restituturus est, possideat post mortem pupilli. Illud enim non computabitur, puta si ei substituatur, *l. amicissimos, in princ. ff. de excusat. tut. Rom. cons 235. column. 1.*

30 Tertio ampliatur, † ut procedat conclusio principalis supradicta, etiamsi fuerit datus tutor à testatore aliquis legatarius, cuius dationem tutelæ necesse fuit à judice confirmari: quia adhuc legatum prædictum computandum erit in decimam, quoniam licet tutela egeat judicis confirmatione, adhuc viget judicium & voluntas defuncti, qui illum nominavit tutorem: videtur enim voluisse remunerare administrationem, eaque ratione reliquisse legatum, ut probatur in *l. Nesennius. ff. de excusat. tut, quam ad hoc notant ibi Dyn. Bald. Jacob. & Albericus, ut refert Baec. d. c. 5. n. 40.* licet adhuc ipse Baec. sit in sua opinione prædicta contraria, nempe, ut legatum relictum tutori non videatur relictum in locum decimæ, tametsi in præmium administrationis videatur factum: sed nos, qui contrarium probavimus, nempe, ut computetur in debitum necessarium decimæ, hanc ampliationem quoque agnoscimus ex *d. l. Nesennius.*

Limitatur † tamen primo præcedens nostra & verior 31
sententia, ut ipsa non habeat locum, quando pater reliquit legatum filio suo, quem designavit tutorem fratris eiusdemque filii sui pupilli: non enim tunc ratione administrationis, sed filiationis legatum ei videtur reliquisse, *ut probat l. tutor, §. qua tutoribus. ff. de excusat. tut. ibi, cum iudicium patris ut filius, non ut tutor promeruit, & ibi notant Bart. Bald. & Alberic. ad limitationem d. l. sed hæc nimirum. ff. de administr. tut.*

Generalis namq; regula est, quod in dubio legatum & alia quæcunque donatio videtur reliqui & fieri filio ratione filiationis, non vero alio respectu, *ut tenent plures, quos refert Baec. d. n. 5. sub n. 36.*

Sic Alex. *in l. 1. n. 4 ff. de legat. 2.* scribit, † quod etiamsi 32
legatum relictum executori, videatur relictum ratione laboris, id non est admittendum, quando uxor vel filius sunt executores: tunc enim ex naturali amoris stimulo videtur legatum non ratione laboris, *et ait Angel. consil. 136. refert Baec. d. c. 5. n. 36.* qui in terminis probat prædictam primam limitationem. Unde eadem ratione procedat eadam limitatio in legato facto uxori, quam designavit maritus tutricem filiis suis.

Si tamen † filius recuset esse tutor, amittet ipsum le- 33
gatum, quia non implevit voluntatem testatoris, qui illum designavit tutorem, secundum opinionem Jacobi de Belviso & aliorum, quæ videtur receptior, secundum Baec. *dicto capite 5. numero 37.* sed circa hoc tenendum censeo, quod resolvimus *supra, 1. parte, capite 22. numero 14.*

Idemq; erit dicendum in uxore recusante tutelam filiorum, cui factum fuit legatum à marito, *per supra dicta.*

Secundo † limitanda est nostra supradicta sententia 34
principalis, ut procedat, quando utrumque constitit in quantitate, nempe legatum & decimæ: alias enim non fit computatio, nec compensatio, ut generaliter etiam, quando alias compensatio fieret ex præsumpta mente & voluntate disponentis probat & tenet Oldradus, Bartolus, Baldus, Angelus, Paulus Castrens. & alii *in d. l. si cum dotem, §. si pater. Bald. consilium 51. num. 2. libro 2.* est communis *secundum Corn. consil. 257. num. 20. volum. 1.* ubi quod in iudicando non est ab ea recedendum, *sequitur Socin. senior alios allegans consil. 93. num. 25. volum. 1.* dicens, ita à celeberrimis Doctoribus fuisse responsum. Nec ab opinione tantorum virorum in consulendo & iudicando recedendum esse, quam etiam quicquid alii contradicant, sequitur D. Covar. *in capite officiis, num. 2. in versic. est tenendum receptum, de testament.* & Mantic. *d. tit. 2. num. 8.* dicens, hoc posse intelligi, nisi appareat de præsumpta mente testatoris, ut etiam de specie ad quantitatem fiat compensatio, *ut scribit Purpurat. consil. 400. num. 6.* Eandem communem sententiam sequitur, magis communem & communiorem esse professos plures Dd. allegans Petrus Surd. *consil. 112. num. 61. & 62. lib. 1.* ubi idem probat, quando utrumque est in specie, quia non minus prohibetur compensatio, & *nu. 63. cum Corneo consil. 288. column. fin. vers. item sunt diversa, vol. 2.* inquit, quod † ubi tam debitum quam legatum in quantita- 35
te constituunt, non sit locus compensationi, si debitum sit in una specie monetæ, & legatum in alia, ut quando debitum est in ducatis, & legatum in aureis, quod etiam tenet Socin. Jun. *consil. 73. num. 15. vers. imo potest dici, volum. 3. & Phanutius in tract. de dote, glos. 8. num. 94.* quamvis *num. 16.* dicat, hanc esse levem conjecturam, quæ per contrariam elidi facile possit, imo levissimam esse censeo & non tenendam.

Idem ergo est dicendum, † quoad hanc limitationem 36
in legato speciei relicto tutori, ut non compensetur, cum decima fructuum eidem pro labore tutelæ a lege fori debita, ex supra dicta magis communi sententia.

Neq; obstat, † quod contra eam sit etiam altera com- 37

munis sententia, quæ habet, quod ubi de compensatione agitur, quæ provenit ex præsumpta voluntate vel mente disponentis, non attenditur, an debitum sit in specie vel quantitate, quia compensatio in ultimis voluntatibus non regulatur secundum regulas compensationis, quæ fiem contractibus. Nam in ultimis voluntatibus fit compensatio de quantitate ad hereditatem, *l. sic compensandi, C. de hered. instit.* item de quantitate ad speciem, *l. qui non militabat, §. 1. ff. de hered. instit. l. cum pater, §. cum pater, ff. de legat. 2.* & inquit glo. ibi, quod compensatio in ultimis voluntatibus est impropria, *l. unum ex familia, § sed si uno. ff. de leg. 2.* Et ita hanc secundam opinionem esse communem alios allegans asserit Petrus Surd. *d. consil. 112. n. 40. & Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. lib. 4. dubium. 8. n. 2. cum seqq. pag. 304.*

Quoniam prior sententia & verior & magis communis, *ut parce ex supradictis*, & tuetur & tenet Petr. Surd. *d. consil. 112. num. 109.*

38 Secundo respondemus, † hanc secundam opinionem contrariam procedere, cum apparet, expresse voluisse testatorem compensationem inducere: tunc enim non attenditur, quod debitum in quantitate potius, quam in specie consistat: sed ubi de expressa testatoris voluntate non constat, vel ea est in dubio, tunc non fit compensatio de specie ad speciem vel ad quantitatem. Ita declarat Riminald. *in d. authent. præterea. colum. fin. & ante eum Corn. cons. 130. colum. ult. volum. 2. ubi respondet audiens est*, ubi ait, quod si non apparet de voluntate testatoris expressa, fit illa distinctio, an debitum in specie vel in quantitate consistat. Et ita intelligitur communis opinio prior, sed quando constat, quod relictum est animo compensandi, tunc indistincte procedit opinio secunda Imol. & aliorum, qui contrarium tenuerunt. Ruin. *consil. 137. num. 3. volum. 4.* ubi inquit, opinionem Oldradi & aliorum, & sic priorem supra positam procedere in dubio. Ita quoq; respondet, & opin. prædict. concordat Boerius *qu. 92. nu. 11. Socin. Iunior consil. 175. num. 7. vol. 2. pall. Corn. in d. auth. præterea, colum 3. vers. 4. limita, & hos referens Pet. Surd. d consil. 112. num. 101. lib. 2.* ubi quoq; citat Nat. *cons. 109. n. 12. & cons 111. n. 8.*

39 Tertio, † principaliter nostra supra dicta in articulo principali sententia, de animo compensandi legatum, etiam in debito necessario limitatur, ut locum habeat, quando apparent demonstrationes vel signa de tali animo contrario, quod utrumque debeatur & legatum vel relictum, & debitum ipsum, quia tunc non sumus in dubio, quo casu præsumitur animus compensandi, *secundum Bartol. & alios in d. §. si pater. & in d. auth. præterea.* sed in claris, ut non fiat compensatio, ita limitat Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib 4. dubium. 8. num. 17. pag. 296.* qui *nu. seqq usq; ad nu. 31.* quinque huiusce modi demonstrationes congerit, ex quibus colligatur animus testatoris atque voluntas non compensandi, quas potius alii limitationes appellant.

40 Prima est, † quando ob unam causam est debitum, relictum vero est ob aliam & diversam causam & rationem legandi, *ut ibi late hoc probat. n. 18. cum seqq.*

41 Secunda † demonstratio est animi non compensandi, quando legans expressit, quod de bonis suis legavit & reliquit: Nam dicendo de bonis, excludit compensationem de eo, quod debet alii, quia bona dicuntur deductio ære alieno, *l. subsignatum, §. bona. ff. de verb. obligat.* ita cum aliis pluribus auctoribus tenet Simon de Præt. *ubi supra. n. 27. & 28.*

42 Tertia demonstratio animi † non compensandi est, quando testator voluit & disposuit, relictum non fore permansurum penes legatarium, sed aliis restituendum, vel in contimenti, vel ex aliquo temporis intervallo. Nam tunc (ut supra quoque dicebamus) pro rata tantum commodi, seu interfuturi medii temporis, fiet compensatio, *ut ibi late probat post alios, quos citat, num. 29.*

Quarta † demonstratio est, quando talia debitor ne- 43
cessarius simpliciter instituit heredem suum creditorem pro parte, & non universaliter, quia si universaliter esset heres institutus, & adiret hereditatem sui crediti, fieret confusio & sic quodammodo sibi solutio, *l. Stychum, §. adito, ff. de solut. cum simil. Paul. Castrens. in l. si compensandi, C. de hered. instit.* secus si pro parte esset heres institutus, præsertim maritus, qui per mortem uxoris testatricis potest retinere partem dotis, quia potest prius retinere partem dotis sibi obventam per statutum, & reliquum hereditatis dividere cum coheredes, *ut concludit Ang. cons. cons. 380. quadam domina Margarita, & probat latius Simon de Prat. ubi supr. n. 30.*

Quinta † demonstratio animi non compensandi de- 44
prehenditur, quando jam prius debitum necessarium fuerit declaratum & destinatum in re aliqua certa, puta in centum, & postea idem debitor reliquerit eidem creditori aliam diversam rem, puta domum, vel fundum, quia tunc non fit compensatio, & utrumque debetur, *ut alios allegans ibi probat Simon de Pratis nu. 31.* Idem meo judicio est, si in ea specie legatum fiat alterius summæ pecuniarum.

Quarto † & præcipue nostra prædicta sententia prin- 45
cipalis limitari debet, ut procedat in relicto, quod est exigendum eo tempore, quo etiam decima exigi potest, ex his, quæ tradit Soc. Sen. *cons. 193. n. 23. vers. præterea. vol. 1. & Mantic. ubi supra. n. 9.*

Quinto † non procedit dicta nostra sententia princi- 46
palis, quando legatum vel fideicommissum fuerit relictum ob aliam causam, veluti pro conservanda familia: tunc namq; non est verisimile, testatorem voluisse compensari, quia causa legati est inspicienda, *l. uxor, in princ. ff. de legat. 3. glos. fin. l. cum pater, §. dulcissimis, verb. discordii, ff. de legat. 1. ita ex facto respondit Mantic. ubi supra. n. 10.* quod generaliter probat Simon de Pratis. *ubi supr. d. n. 18. cum seqq.*

Sexto limitatur, † ut procedat, quando legatum vel 47
fideicommissum relictum est simpliciter ita, ut perpetuo sit permansurum penes legatarium seu fideicommissarium eundemque creditorem: secus si ita fuerit relictum, ut aliis restituat, quia tunc non præsumitur animus compensandi. *Benedict. de Capra cons. 143. n. 3. versic. quod etiam secundo deducitur, quem refert & sequitur Mantic. ubi supra. n. 11.* Et hoc intelligendum est, quantum ad rem ipsam vel summam sic legatam, interfuturum tamen medii temporis compensari debet cum debito legali & sic necessario, ut supra resolvimus, juxta quod interpretandi & supplendi hi auctores.

Recolligendo igitur materiam in terminis nostris, de quibus agimus, an legatum factum tutori compensetur cum decima fructuum sibi ál. Fori delata in bonis pupilli, resolvo, quod juxta nostram & veriorem sententiam supra late probatam & fundatam, regula affirmativa sit, compensationem fieri legati cum decima. Hæc regula limitatur in omnibus casibus & speciebus, in quibus supra diximus esse limitandam nostram principalem sententiam generalem, nempe, ut in eisdem compensatio non fiat in nostro proposito, & cum his absoluta manet quæstio principalis & summe difficilis, de qua in principio huius cap.

Quod si † quis à patre pupilli legatum acceperit, non 48
tamen ab eo, sed à judice datus fuerit tutor, procul dubio non computabit hoc legatum in decimam, ut probatur *in l. ex his apparet, juncta l. Neseunius. ff. de excusat. tut.* & probat late Baec. *de decim. tut. cap. 1. num. 31. cum sequentibus.*

Observandum tamen est in proposito, † quod lega- 49
tum simpliciter relictum tutori, est tantum compensandum cum decima pro concurrenti quantitate, non vero ultra. Poterit ergo huiusmodi tutor in hac specie legatum exiguus decima petere, & insuper complementum decimæ fructuum & reddituum minoris.

50 Compensatio † namque fieri tantum debet pro concurrenti quantitate, *argumento leg. Lucius la. l. ff. de leg. 2. ficit etiam l. dotale, §. fin. ff. de fund. dotal.* ubi si pater reliquit filiæ legatum minus valens, quam dos, quam ei dederat, non ob id filia residuum petere impeditur, *facit etiam l. Titia, §. qui in vita. ff. de leg. 2.* Cum enim testator simpliciter reliquit creditori suo animo compensandi, & non dicit, quod eo esset contentus, vel quod plus petere non posset, quamvis legatarius agnoverit legatum, non tenetur compensare, nisi pro concurrenti quantitate, vel pro æstimatione rei sibi legatæ *l. penultima, §. qui fratrem. ff. de alimen. & cib. leg. statuens Paulus de Cast. in l. cum ab uno, n. 3. & in hac re Doctorum in ff. de le. 2. Alex. cons. 132. n. 2. vol. 2. quos refert & sequitur Mantic. de conjectur. ultim. volunt. li. 10. tit. 2 n. 18.* & in terminis nostræ observationis Baeca *d. caput. 5. n. 43.*

51 Limitari † tamen debet nostra hæc observatio, quando testator nominans tutorem dixit, tutorem legato à se relicto contentum esse debere, nec amplius petere posse pro decima: tunc namque si tutor sciens acceptet legatum, nihil amplius pro labore administrationis tutelæ petere poterit, *in xta gl. in d. l. creditorem. ff. de le 2.* quam in hac specie omnes probant, *et ibi Baeca d. caput. 5. n. 43. in princ.* ubi aliquos refert, qui in terminis tenent, & conclusionem generalem probat etiam Molina Theol. *de just. & jure 1. parte, secundo tractatu, disputat. 220. col. 1231. in vers. sive aliquid.*

Pro quo facit, † quoniam legatum acceptans cense- 52
tur onus annexum agnoscere, *l. cum ab uno, in princ. ff. de leg. 2. officii de testam. d. cui tutelam, ff. de testam. tut. & d. l. Titia la. l. §. qui in vita, ubi gl. in verb. portionem. ff. de leg. 2. l. Imperator, § si centum. ff. eodem tit. l. si compensandi. C. de hered. instit. Decius cons. 199. n. 13. Cravet. cons. 175. n. 9. & cons. 245. n. 4. Alciat. cons. 545. n. 2. Bellon. cons. 9. n. 9. quos refert & sequitur Pet. Surd. d. cons. 112. n. 29 lib. 1.* ubi etiam *n. 30. cum aliis.*

53 Idem † probat in uxore, cui legatus fuit usus fructus cum onere, ne dotes peteret. Acceptando namque legatum videtur dotibus renunciare. Eandem priorem sententiam, quod legatum acceptans simpliciter videtur onus sibi iniunctum suscepisse, tenet & probat Mantic. *de conjectur. ultim. vol lib. 10. tit. 2. n. 17.*

Secundo, † pro eadem observatione adduco optimũ 54
simile: Nam, quando testator dixit, se legare matri usumfructum pro omni & toto eo quod ipsa petere vel exigere posset in hereditate sua, enixa eiusdem testatoris voluntas ostenditur, quod fiat compensatio, ut videtur *probari in l. uxor sua. C. de bon. auct. possid. tenent Abb cons. 81. col. 2. n. 1. in fine, vol. 1. sequitur alios allegans Simon de Pratis de interpret. ultim. voluntat. libro quarto, dubitatione 6. nu. 31. pagin. 297.* ubi quod quando relinquitur creditori pro eo, quod est sibi debitum, dictio *pro* inducit compensationem, *secundum Carol. Ruin. consil. 60. numer. 6. & 7. libro 2. & consil. 70. colum. 2. in princ. eodem volum. & per Rursat. consilio 48. numero. 18.* Eandem sententiam huius secundi fundamenti sequuntur alii plures relati per Petrum Surd. *d. consil. 112. num. 17. cum sequentibus*, ubi eam comprobat aliquibus fundamentis, quando mater non habet aliquod aliud ius in bonis quam pro dotibus, *& numero 21.* inquit, hoc multo magis procedere, si testator iussit matrem esse tacitam & contentam, & quod aliud petere non possit, quia hæc clausula compensandi animum ostendit secundum plures Dd. quos ibi refert.

55 Idem est, † si pater relinquat filiæ centum pro omni jure, quod filia posset prætendere super sua hereditate: tali namque casu non poterit dotes etiam maternas petere, *ut Bald. in l. liberti, num. 22. versic. an dixit relinquas. C. de bon. quæ lib. quem sequuntur Car. Ruin. cons. 136. num. 7. volum. 2. & alii relati per Petrum Surd. ubi supr. nu. 24.* ubi quod secus est, quando cedit iura, quæ habet super bonis paternis, quia eo casu petere posset dotes maternas, cessione non obstante.

Similiter etiam, † cum testator simpliciter dixit, quod 58
legatarius debeat esse legato contentus, & plus petere non possit, intelligitur habuisse animum compensandi, *in xta l. si debitor. ff. ad. Falc. ut tenent Bal. Ruin. ubi sup. quos adhuc refert Mantic. d. lib. 10. tit. 2. num. 17. ibi. & sta.* ubi quod hoc locum habet, etiam si minus sit in legato quam in debito, quando testator expressit quod legatarius nihil aliud petere possit. Idemque dicendum esse, si testator voluerit legatarium esse contentum legato sibi relicto pro omni eo, quod petere posset, *ut tenent Dd. ibi per eum adhuc citati.*

Sic etiam † si testator instituendo uxorem suam here- 57
dem dixerit, cum hoc oncre, ut debeat suam dotem conferre cum hereditate, videtur eam instituisse heredem animo compensandi cum debito dotis, adeo quod heres uxoris instituendo alii dictam hereditatem, non poterit deducere ea ea & retinere ipsam dotem, *Capra cons. 111. quem ad hoc refert & sequitur Simon de Pratis ubi supra. n. 37. pagin. 297. colum. 1.*

Vbi advertit, † quod si de dote non fecerit mentio- 58
nem per alia quæque verba generalia, non intelligitur facta compensatio cum dote, *ut late probat Segurol. de Homod. cons. 176. num. 10. cum seqq. in. Paris. consil. 93. nu. 10. lib. 2. Menoch. consil. 162. n. 27.* & plures alios casus in proposito animi compensandi congerit Simon de Pratis *ubi sup. n. 38. cum seqq.*

Cum hæc ergo ita se habeant, † à fortiori ideo erit di- 59
cendum in nostro casu, quando testator iussit debere esse contentum cum legato à se relicto, & quod amplius petere non posset pro decima: si quidem expresse & nominatim id cavit, ne amplius pro decima petere posset, & tutor id legatum cum eo onere agnoverit, *ut probavimus* nisi agnoverit legatum ignorans dispositionem testatoris, *ut cum Bald. in l. si. ff. de confir. tut. & Alex. ad. l. 1. n. 4. ff. de leg. 2. tenet Baec. d. cap. 5. n. 43.*

Licet enim testator, sive nominet tutorem sive non, 60
possit facere ne tutor auferat decimam, neque in ea eum gravare, *ut plurib. comprobat Baec. d. c. 1. n. 47. cum seqnent.* poterit tamen legare tutori eo onere, ut legato sit contentus, & amplius petere non possit ratione decimæ hoc agnoscente, & consentiente ipso tutore, cum possit iuri, p se introducto renũtiare, *juxta vulgaria.*

Quod † autem diximus, testatore iubente, ut mater 60
vel filia sit contenta cum legato à se eidem relicto, pro omni & toto eo, quod ipsa petere vel exigere posset, ut tunc compensatio fieri videatur, & non possit petere dotes, intelligendum est, quando legatum fit simpliciter, pro omni & toto eo, quod legatarius petere posset: sed ubi restringuntur verba ad id, quod legatarius petere posset de bonis testatoris, tunc compensatio non inducitur, quia petendo legatarius creditum suum, non dicitur petere de bonis testatoris, quia bona intelliguntur deducto ære alieno, *leg. subsignatum, §. bona. ff. de verb. significat.* ac proinde mater, vel filia petens dotes sibi debitas tanquam æ alienum, non dicuntur petere de bonis testat. *prater, § si pater. ff. de collatione bon.* est communis, ut plures allegans probat & resolvit Simon de Prætis *ubi supr. num. 27. & 28. pag. 296. col. 2. & diximus supr. n. 41. in 2. demonstratione.*

Vnde † Bart. *in l. ut vinum. num. 3. si liberi, in fine, nu.* 61
7. ff. de oper. lib. inquit, quod filia instituta in re certa, & iussa plus non petere, de bonis patris poterit præter legatum etiam consequi dotes maternas, etiamsi legati vires transcendant legitimam: quem sequitur Baldus *in*

l. libertis libertaque, C. de oper. lib. sequitur plurimos referens & hanc comprobans Petrus Surdus, d. consilio 112. nu. 24. & melius n. 81. & 82. & 83. Eandem sententiam Bartol. & resolutionem prædictam sequitur plures referens & communem esse profitetur ex Iaso. Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 21. & 22.* ubi refert ex Bene-
62 dict. Capra, *consil. 10. nu. 12. & infra dicens*, † quod similiter testator non videtur habuisse animum compensandi, si simpliciter dixerit, quod legatarius plus petere non possit, dummodo ex præcedentibus & subsequentibus colligatur, testatorem sensisse de bonis suis, quod verum esse censeo dummodo id recte constet arbitrio boni viri.

63 Sed præcedens † distinctio procedit, quando legatū & debitum sunt compensabilia: sed ubi non cadit regulariter compensatio, ut de specie ad quantitatem, vel de quantitate ad speciem, vel è contra, tunc non debet fieri distinctio, quod prohibitio fiat de non petendo in hereditate vel in bonis, quia utroque casu denegatur compensatio, ut colligitur ex dictis per Bald. *in dict. l. liberti, num. 28. versic. dic.* ubi dicit quod si testator legans quātitatem sit debitor speciei, non dicitur compensatio: sed si sit debitor quantitatis tunc distinguitur, an prohibuerit plus peti in bonis vel hereditate, & ita Baldus *in 1.* ubi tractavit de quantitate ad speciem, tenet quod indistincte denegatur compensatio *in 2.* vero fiat distinctio suprædicta. Et ita intelligit & declarat Berous, *cons. 134. n. 17. versicu. 2. respondetur vol. 2. & ante eum Capra consi. 164. in. 17. & in fine consi. quos refert & sequitur Pet. Surd. d. consi. 112. n. 93. lib. 1.*

64 Dubium tamen est, † an idem sit prohibere, nequid de hereditate petatur vel de bonis. Et quamvis prima, quod dicunt, facie idem omnino esse videantur hæc duo, quia ubi de bonis alicuius sit mentio universaliter, idem omnino de bonis iudicatur, quod de hereditate & è contra *l. nam quod, §. fi. & l. 1. eod. in principio, & §. 1. ff. ad Trebel.* & sic utroque casu legatarius posset legatum & dotes & sic creditum suum petere, *ut concludit Decius, consi. 425. n. 10.* quem sequitur simpliciter Nevizan. *consi. 62. n. 23.* non tamen hæc sunt tuta, *secund. Petrum Surd. d. consi. 112. n. 87. statum post princip.*

Similiter etiam sunt, qui differentiam constituant inter hos duos casus, quando prohibita esset mater aliquid petere de bonis & hereditate: vel quando prohibita esset plus non petere in bonis & hereditate, ut priori casu dotes non posset petere in secundo vero posset eas petere, ex quo neq; in bonis sunt neq; in hereditate, *argumentex in l. 2. §. in hac actione el 2. ff. de vi bon. rapt. ita Alex. consi. 49. n. 4. vol. 3. Ant har. Moder. lib. 1. quæst. 90. nu. 5. & Signorol. consi. 167. n. 13.* quos ad hoc refert Surd. *dict. consi. 112. n. 87.* sed improbat, *n. 91. & 92.*

Sed verius est, quod si testator non solum dixerit, quō legatarius plus petere non possit de bonis & hereditate ipsius testatoris, tunc quidem locum habeat coniectura, quod voluerit cum ipso debito compensare. Nam quamvis as alienum non sit in bonis, est tamen in hereditate, *l. 1. C. si cer. pet. l. pro hered. C. de her. act. l. nihil. ff. de verb. sign. l. hereditas, ff. de reg. iuris.* Et in terminis ita clare sentit Bald. *in d. l. liberti liberta, & sub n. 28. C. de oper. liber.* ubi concludit, quod si legatarius prohibetur plus petere super hereditate, non potest agere ad dotem maternam: sed si prohibetur plus petere super bonis, tunc agere possit. In hoc casu intelligitur procedere opinio Bartol. *in d. l. filiber.* Ita etiam distinguit Ruin. *consi. 79. num. 3. vers. & primo, volum. 2. & sequitur Mantica. d. tit. 2. lib. 10. n. 23.* ubi *n. 24.* inquit, hoc etiam videri restringendum, nisi petatur fideicommissum, quod fuit debitum ab ipso testatore, quia fideicommissum non est de hereditate: cum appellatione hereditatis fideicommissum non comprehendatur, *l. si Titius, ff. de legat. 3.* & ita in terminis consuluit Decius *consi. 425. n. 15. in fi. num. 16.* quod latius probaverat idem Mant. *eodem tit. num. 13.* ubi quod cum hæc quæstio incidisset ex facto ita respondit & obtinuit, quidquid contradixerit Mandel. Alban. *consi. 17. n. 6. & 7.* & alios allegans Simon. de Prat. *de interpret. ult. dubitatione 6. n. 9. ad fin. pagin. 29. col. 1.*

Addit † tamen Mantic. *ubi supr.* quod hoc intelligitur, nisi eadem bona, quæ sunt subiecta fideicommisso, essent ab ultimo testatore ipsi fideicommissario relicta, & inquit ita loquit ex. quem Alban. adducit *in l. huiusmodi, §. si Sempronius, ff. de legat. 1.* quia in hoc casu non agitur de aliqua compensatione, quia videtur potius facta restitutio & debiti solutio, *ut scribit in termino Cravet. consi. 131. num. 16. & consi. 317. num. 10.* Duæ enim causæ lucrativæ in eundem hominem & eandem rem non possunt concurrere *l. Mevium, §. duobus, ff. de leg. 2. & in §. si res aliena, Instit. de legat.* 65

Imo † legatum factum per gravatum fideicommissario, censetur factum animo compensandi in fideicommissum, ſt nimbus maxime coniecturis animi compensandi, *Aymon Cravet. d. consi. 131. num. 17.* de quibus per Menoch. *consi. 56. num. 19. cum sequentibus, ita Simon. de Prat. ubi supr. num. 16.* 66

Debitum † uamque fideicommissi quoad gravatum dicitur necessarium, ut cum aliis probat Simon de Præt. *ubi supra filio 295. sub nu. 9. ad finem:* sed verius est in præmissa specie (teſtantibus coniecturis animi compensandi) legatum prætatum non esse compensandum cum fideicommisso, quia fideicommissum debebatur fideicommissario ex voluntate primi testatoris, non ex legis dispositione. 67

Idemque est, † si heres gravatus onere fideicommissi, fideicommissarium heredem cum alia instituat: hic nāque heres solum compensat in fideicommisso, quod iuxta portionem hereditatis, in qua est heres institutus, ad ipsum spectaret restituere talis fideicommissi, si non ipse, sed quidam tertius esset fideicommissarius, si ex adverso non probetur animus in totum compensandi, *ut in l. Titius, ff. de legat. 1. & in terminis ita tenet & declarat Molin. Tract. 1. parte de iustit. & iur. 2. tract. tu, disputatione 200. colum. 1227. ad fin.* 68

Similiter etiam, † quando dotes legatariæ consistunt in bonis stabilibus & immobilibus, nullo modo videtur testator voluisse matrem excludere, quamvis eam prohibuerit aliud petere in bonis & hereditate sua: Ille nbona non possunt dici esse in hereditate filii, quamvis eorum fructus perciperet. Id namq; intelligi debet facti familiaritatis iure, postquam constat matrem eorū esse dominam, ne alias in filio præsumatur delictū. *d. qui inve, ubi Bar. & alii. ff. de acquir. possess. præsertim Imol. Rum. & Alex.* 69

Qui † in præposita specie dicunt, quod filius qui communiter vivit cum matre, licet vadat sæpe ad fundum matris, & fructus ad communem habitationem exportet, non tamen dicitur possidere, *Gez. adin. consi. 99. nu. 7.* qui idem dicunt è contra, quando mater accedit ad fundum filii. Idem probant alii quam plures Doctores, quos refert & sequitur Petrus Surd. *d. consi. 112. num. 95.* qui ex hoc hanc nostram observationem in specie, de qua agimus, probat & tenet. 70

Illud tamen † pro intellectu suprædictorum erit observandum, quod quotiescunq; legatarius, qui fuit prohibitus nihil amplius petere de bonis ipsius testatoris, habebat aliq; jus in bonis testatoris, ad quod illa verba possent referri, sine dubio cessat coniectura compensationis: sed si non possint referri, nisi ad dotem maternam vel aliud debitum, tunc ex coniectura voluntatis agere non poterit. *argumento l. fundus, qui locatus, ff. de fund. instruct. l. 2. ff. de lib. & posthum. ita Mantic. ubi supra, num. 25.* 71

Vbi † quod ideo ex facto respondit Ruin. *d. consi. 79.* 72

num. 8. vers. 2 respondetur, volu. 2. quod si legatum filiæ relictum est pro omni eo & toto, quod petere possit de bonis testatoris occasione legitimæ vel quacunque alia ratione & causa, & nihil aliud in bonis defuncti habebat filia, ad quod illud verbum, *quacunque ratione & causa*, possit referri, debeat intelligi de debito ipsius dotis, de quo tantum agit ipse Mantic. *dicto, num. 25. cum sequent.*

73 Legatum † autem relictum filio eo onere adiecto à patre, quod debeat illo relicto esse contentus nihilque amplius petere possit, non excludit ipsum filium à supplemento legitimæ, tametsi simpliciter id agnoverit, q tibi in testamento relictum est, *ut in authentic. ut cum de appell. cognos. §. hæc autem dispositionis, versic. ceterum, collatione 8.* quia illud onus adiectum non valuit, sed ipso iure reiicitur, *l. quoniam in prioribus, & in l. eum modo, C. de inof. testam.* & in terminis tenet Bald. *consi. 161. in fine, volu. 5.* & Paulus Castrens. *consilio 193. num. 3. versiculo sed certe, volum. 2. sequitur Baet. de decimat. tract. 5. nu. 46. & Mantic. de coniect. ultim. volunt. libro decimo, tit. 2. num. 19.* ubi quod filius in prædicta specie non intelligatur eius supplemento renuntiare, nisi hoc specialiter expresserit, *leg. si quando, §. & generaliter, C. de inoffic. testam.* Et quod hoc ita ab omnibus Doctoribus receptum est, ut supplementum legitimæ peti possit, tametsi testator hoc expresse prohibuerit, *ut in d. §. hæc autem dispositionis, versic. ceterum:* & tenet Bald. & alii, quamplures Doctores, quos ibi ad hoc citat dicens, hoc non modo
74 certum esse sed etiam tutum & pervulgatum. † Ex superioribus circa compensationem legati cum debito necessario deducitur ad decisionem optimi casus, qui est huiusmodi: Pater reliquit in testamento seu inter vivos promisit dotem filiæ suæ, quæ quidem imputanda est in legitimam, *l. quoniam novella, C. de inoffic. testam.* & instituit filium masculum heredem vel aliunde agnatum, qui testatoris hereditatem adivit, & postmodum testando reliquit, vel dotando dedit filiæ prædictæ testatoris simpliciter eandem, vel maiorem dotem, quam reliquerat pater. Dubitatur, *an ista dos relicta vel data per heredem, censeatur animo compensandi cum dote relicta vel promissa per patrem, vel an ipsa filia possit consequi utramq; dotem sibi relictam?* In qua specie Philippus Corneus *consilio 292. circa primum, vol. 1.* tenet, quod utramque possit consequi, & non animo compensandi relicta vel data dicitur per regul. *leg. creditoris, ff. de legat. secunda, cum simil.* quæ habet, quod legatum factum creditori non præsumitur factum animo compensandi, nisi probetur per eum, qui se fundat in compensatione de legato, maxime debito per heredem ex quasi contractu, inducto per suam additionem hereditatis & sic ex causa voluntaria, *ut late ibi per eum in quadam causa Parisiensi.* idem sensit, *in consil. 258. colum. 2. versicul. restat, libr. 3.* quod legatum dotis ab alio relictum debeatur nepti, in eo non compensato legato eidem per patrem relicto in suo testamento: sed male consuluit in hoc Corneus. Et sic contrarium est tenendum in præmissa specie. Imo quod legatum vel datio dotis secunda compensetur cum prima, quia ex persona heredis non mutatur qualitas obligationis, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig.* Vnde cum obligatio patris dotandi filiam sit debitum necessarium, utpote à lege inductum, *l. fin. C. de dot. promiss. cum simil. l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* consequitur, ut heres eius, dotando eam, videatur animo compensandi & adimplendi onus paternum & proprium id fecisse, non vero utrumque reliquisse, *d. l. si cum dotem, §. si pater, ff. solut matrim. cum simil.* & sic animo seliberandi, quatenus ipse est heres patris, *l. Neſennius, ff. de neg. gest.* & ita recte in terminis probavit Paul. Castrens. *consilio 37. videtur decimum, lib. 2.* & late discutiendo concludit, legata pro eadem causa dotis facta in testamento patris, & in testamento filii heredis, censeri facta in eodem testamento, & per filium heredem animo compensandi, adeo quod minor summa inest maiori tantū debitæ per *l. quid ergo, in pr. ff. de leg. 1.* quem sequitur reprobando Corneum *ubi sup.* Aymon. Cravet. *d. consi. 131. n. 14. cum sequentibus, & addit Petrum Ancharan. consi. 26. in quæst. supradicta, col. fin.* qui hoc probat & late in terminis idem probat Ioann. Mar. Riminald. *consilio 230. nu. & sequenti, sequitur etiam Ruinus consilio 138. columna 2. ad fin. libr. 4. & ante eum Bald. consil. 330. casus talis est, avus reliquit libr. 5. & Angel. consil. 88. Ioanno Philippo, & consil. sequenti, & Gabriel Encen. consil. 206. n. 5. & 6. & Alber. consil. 2. in fin. & novissime hos & alios allegans Simon de Pratis de interpret. ultim. volunt. libro 4. dubitatione 6. n. 13. & 14. & latissime idem auctor consilio 12. ubi num. 49. cum sequent. libr. 1. adversus Corneum, ubi sup. & contra Capram consil. 30. & Manuch consil. 151. num. 22. & sequent.* qui male etiam consuluerunt idem quod Corneus, contra quorum consilia concludunt responsa & adducta per Simon. de Prætis *d. consil. 181. n. 52. usque ad n. 58.* ut ipsemet profitetur *d. dubitatione 6. n. 34.* ubi etiam concludit & affirmat, quod auctores adducti pro hac parte contra Corneum vere in hoc iuris articulo faciunt communem opinionem & quod ita fuit obtentum.

Deducitur † etiam ex supra dictis non bene dixisse 75
Roderic. Suarez *in l. 1. tit. de las arras lib. 3. fur.* quatenus probat legatum mariti factum uxori esse compensandū cum arrhis, quas ei debet: Cum enim debitum arrharū non sit necessarium, hoc est ex præcripto & iussu legis, sed ex sua libera promissione, quam lex approbat & permittit marito, ut legatum non sit cum illis compensandum, sed ultra legatum uxorem debere obtinere arrhas integras, *ut cum Ioann. Lup. Montalv. & Covar. rectius resolvit Molina Tract. de iust. & iur. prima parte, secundo tractatu, disputatione 200. colum. 1230. versic. dubium est, & colum. sequenti.* Vbi idem probat cum Ant. Gom. & Covarr. in legato cum medietate bonorum lucratorum constante matrimonio, ut cum ea non compensetur, sed quod utrumque accipiat uxor, quod expresse decidit *leg. 18. Tauri*, quæ hodie est *l. 7. tit. 9 lib. 5 nov. collect. Reg.* cuius rationem ibi assignat Molina.

Vltimo † pro coronide, illa notabilis quæstio se no- 76
bis offert hic examinanda, an si tutor vel curator datus in testamento, repudiet legatum sibi relictum, teneatur nihilominus illud computare in decimam nec ne? Et Baeca quidem *de decim. tract. 5. cap. 5. n. 32.* partem affirmativam probat, nempe in specie huius quæstionis, legatū relictum tutori ab eo repudiatum, computari in decimam. Primo ex tex. *in l. si heres cui 19 ff. ad l. falc.* ubi si heres repudiat, quod sibi relinquitur a testatore gratia conditionis implendæ, † hoc est restituendi bona alii, quia 77
vult detrahere Trebellianicam, cogitur heredi tatem restituere, Trebellianica non detracta, *ut ibi notant Bart. & Paul. de Cast.* dicentes, quod neutrum habebit ille heres & sibi imputet, qui si recepisset, in Trebellianica imputaretur, nec est in suo arbitrio detrahere quartam, ex quo testator sibi providit de eo, quod erat dandum gratia conditionis implendæ.

Secundo ex *l. cum quidam, C. de condit. insert.* ubi si servo relinquatur libertas, si decem dederit heredi, consequitur eam, si heres nolit agnoscere legatum.

Tertio, quia legatum censetur relictum pro administratione, idque tutor ignorare non debet, cum teneatur scire ius. Repudians autem legatum, videtur renuntiare præmium administrationis, ut potest quilibet iuri pro se introducto renuntiare. *l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & Cleric. & de pact.* Ergo decimam petere non potest.

His nihilominus † non obstantibus, contraria sen- 78
tentia in specie præmissa mihi verior & tenenda videtur,

tur. Primo quoniam etiam si de iure mulier, cui relinquitur a patre legatum pro dote, non possit pro concurrenti quantitate petere dotem, *ut in l. Titia. §. quis autem, ff. de leg. 2. & in l. si cum dotem, § si pater. ff. solut. matrim. & supra quoque diximus*, id tamen locum non habet, si mulier repudiet legatum, *secundum Alexand. in leg. si cum dotem, §. si pater, n. 3.* Neque obstat responsio assignata huic fundamento *per Bacc. ubi sup.* nempe quod ibi relinquitur legatum pro re propria. Ideo fit repudiet propriam rem, petere potest, hic autem loquimur, non quando quis rem propriam vendicat, sed cum petit decimam in remunerationem laboris, quo casu paria sunt, accepisse vel repudiasse, *ut in d. l. herus*, hæc enim differentia manet, si quidem ad evitandum præiudicium debiti necessarii ex repudiatione legati, paria sunt, rem esse propriam repudiantis, vel sibi iure & præscripto legis debitam, *dict. leg. si hero* non loquitur in casu, de quo agimus, sed in diverso, ut statim dicemus, & ideo non obstat.

Secundo, quia, ut idemmet Baeca prius *num. 47. cum duobus sequentibus* probavit, & nos iam supra quoque sequuti sumus, testator sive nominet tutorem, sive non potest efficere, ne tutor auferat decimam, nec in ea illum gravare potest, cum sit debitum legale, *argumento l. ne ea potest, cum simil. ff. de leg. 1.* & tamen præterea Segura *in repet. l. coheredi, §. cum filia, fol. 19, ver. sed adverte, ff. de vulgar. & pupil. substit.* quia tutor decimam accipit a pupillo non à testatore, & cum à testatore nihil accipiat, gravari non potest, *l. ab eo cum simil. C. de fideicom.* deinde tutor non capit decimam ex liberalitate, sed ex causa onerosa ratione laboris, & sic potius videtur eam accipere, ut debitum, quam ob honorem. Ergo gravari non potest. Tandem tutor possidens decimam, rem sua opera partam possidet, non vero rem à testatore, vel pupillo donatam. Ergo, quod suo labore acquirit, à nemine, eo invito tolli potest, *l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. l. fi. ff. de pæn.* Cum ergo hæc ita se habeant & vera sint, quomodo dici aut fundari potest, quod tutor repudians legatum, decimam deducere non possit? Si enim hoc verum esset, sequeretur inde, quod testator nominans tutorem filiis suis, posset tollere & minuere tutori decimã sibi à lege ob laborem delatam, relinquendo ei legatum multo exiguius decima: Cum certum sit, tutorem id minime acquiturum, sicque per indirectum tutorem defraudaret dict. decima, vel parte ipsius, ut filiis suis prodesset, inque testatoris manu esset fraudem facere eidẽ legi, quod minime est dicendum nec admittendum.

Tertio, quia quis unquam asserere audebit, quod tutor repudians legatum & tutelam, compellatur invitus suscipere tutelam absque præmio decimæ? quibus fundamentis hanc opinionem censeo esse verissimam.

Non obstat † primum fundamentum contrarium 79
nempe *l. si heres, cuius. ff. ad l. falcid.* eius namque dispositio loquitur, & procedit in repudiatione legati relicti, causa conditionis implendæ, quod lex falcidiæ commodum præstat, & sic pro eo debito legali, quod ex bonis ipsius testatoris deducendum & exsolvendum erat: At vero decima fructuum, de qua agimus non ex bonis testatoris deducitur, sed tantum ex fructibus & redditibus bonorum pupilli, quod tollere aut diminuere non potest testator directe nec indirecte, *ut prædiximus*. At falcidia saltem hodie potest prohiberi, *ut in authent. de hær. & falcid. §. si vero expressim, & in authent. sed cum testator, C. ad l. falcid.* per quæ iura hæc est vera & communis opinio *secundum Menoch. de succ. creat. §. 2. num. prim. & Mich. Graff. in suo lib. sententia. §. testamentum, quæstione 62. nu. 4.* ubi † etiam quod secundum opinionem magis communem & usu in practica receptam, Trebellianicam quoque prohibere potest, ad quod infinitos auctores allegat, & rationem, quare testator prohibere potest falcidiam, adducit. Mantic. *de conject. vol-* 80
tum. volus. lib. 9. tit. decim. tertio, n. 7. & nos de hoc egimus in repet. leg. nemo potest, num. 301. cum sequentibus, ubi *n. 316. cum sequentibus*, quod tacite etiam prohiberi possit, & quibus verbis, & in quibus casibus censeatur esse prohibita, *& Mantic. etiam, ubi supra, dict. libro 9, tit. 13. n. 16. cum sequentibus.*

Non etiam obest secundum fundamentum prioris partis, nempe *dict. l. cum quidam, C. de cond. insert.* quia nihil probat contra nos in nostra specie, quæ est multum diversa ab illa, non enim servus desinere debet consequi libertatem, si decem offerat heredi, eo, quod heres nolit agnoscere legatum.

Tertium non astringit, quia tutor repudians legatum sibi relictum, non ideo videtur repudiare præmium administrationis legale, hoc est decimam quam vis legatum censeatur relictum pro administratione. Repudiat namque tantum illud legatum, quia sibi non conveniit illud agnoscere, forte, quia est exiguus decima, vel alia forte ratione motus, animo potius decimam petendi, quam illi renuntiandi, cum donatio in dubio nunquam præsumatur, *l. cum de indebito, cum simil. ff. de probat.*

Quinimo † ex omnibus supradictis in favorem huius 81
sententiæ, censeo ipsam amplandam, ut procedat, etiam si expressim testator caveat, ut tutor sit contentus legato à se relicto pro administratione & labore tutelæ, neque aliquid amplius ratione decimæ petere possit: Adhuc namque poterit tutor repudiare hoc legatum, cum protestatione deducendi & habendi decimam sibi à lege fort delatam: Cum enim testator prædictam decimam tollere nec minuere possit, *ut sup. non semel diximus*, consequitur, quod prædictum præceptum & cautela testatoris tutori non nocebit, quo minus ipse, si velit, repudiare legatum possit, & decimam nihilominus sibi deducere. Consentio tamen eidem Baecæ, *dict. capit. 5. nu. 14.* dum tenet, quod servus relictus tutor filiorum testatoris, † possit deducere decimam, licet propter tutelam fiat ipso iure liber, quoniam id fit favore pupilli, ut gesta ab eo valeant, & commodius administrare possit in utilitatem pupilli, *ut in l. quidam. C. de necess. serv. hær. inst. & in l. si heredit. §. fin. ff. de testam. tut.* 81

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum & redditum minoris an danda sit tutori honorario & dato causa notitiæ? & numero sequentibus distinguitur. n. 10. in tutore honorario.*
2 *Tutor honorarius non administrat.*
3 *Tutor testamento datus non potest appellari honorarius, si ei iniungatur cura ad exigendas rationes.*
4 *Tutor honorarius non tenetur iurare se omnia recte & ad minoris utilitatem gesturum, neque præter missurum utilia, nec admissurum inutilia.*
5 *Tutela honoraria non excusat ab onere quartæ tutelæ.*
6 *Tutor honorarius tenetur facere inventarium.*
7 *Tutor honorarius non potest matrimonium contrahere cum pupilla.*
8 *Maritis etiam nobilissimis lucrantur quartam partem dotis ex viri statuti, eam mariti, mortua uxore, deferentur.*
9 *Quarta Trebellianica datur etiam Principi ipsiq; Cæsari si heres instituatur & rogetur de hereditate alii restituenda.*
11 *Decima non debetur tutori causa notitiæ dato, nisi simul cum aliis eorum consensu administret, ut in. 14. & tunc cautela datur contutoribus, ne ab eis petatur salarium manu decima, ut n. 16.*
12 *Tutor causa notitiæ non datur, ut gerat sed ut contutores instruat.*
13 *Tutor causa notitiæ datus solum tenetur, si contutorem male gerentem non fecit suspectos, vel si eos ex vero non instruxit.*

11 *Tutori causa notitiæ recte solvitur, nisi hoc sit prohibitũ.*

CAPUT VI.

An decima danda sit tutori honorario & dato causa notitiæ?

1 DE † tutore honorario, & de dato causa notitiæ iam supra egimus *in 1. par. huius tractatus, capit. 13.* reliquum est, ut hic breviter videamus, an his tutoribus decima fructuum & reditum bonorum pupilli danda sit?

Et † de tutore honorario dubium videri potest, quo-
2 niam hic non administrat, *l. 3. §. tantundem. ff. de admini. tut. ubi, ceteri ergo tutores non administrabunt, sed nuncii, quos vulgo honorarios appellamus, & ubi notant communiter Doctores, leg. quod si forte, § sunt quidam. ff. de solut. & ibi etiam Doctores.*

Vnde † si tutori dato in testamento iniungatur cura
3 exigendi rationes, eo ipso non potest appellari honorarius, *l. iure nostro, §. honoris. ff. de testam. tut.* ubi Alber. & Bar. notant, quod tutor honorarius adeo liber est ab onere administrationis, ut si ei solum imponatur cura exigendi rationes, eo ipso non sit appellandus honorarius.

Hinc † etiam scripsit Bald. *in dict. l. quod si forte. §. sunt*
4 *quidam*, quam legit *in l. ratum. ff. eod. tit.* quod licet tutor teneatur iurare, se omnia recte & ad minoris utilitatem gesturum, neque prætermissurum utilia, neque admissurum inutilia, *ut in l. si. §. sed cum antiquitas. C. de cur. at. furios.* hoc tamen non requiritur in tutore honorario, *quem refert & sequitur Baeca de decim. tut. c. 6. n. 10.* sed decima fructuum datur propter laborem impensum, in administratione tutelæ, ut pater, & tutor honorarius nõ laborat, nec datur ut gerat. Ergo ei nõ debetur decima.

5 Secundo † hæc pars comprobatur ex *l. si quis tut. 60. §. quidergo, ff. de ritu nupt.* ubi quod habens tres tutelas, nõ excusatur ab onere quartę, si una tutela sit honoraria: Si ergo tutela honoraria non sufficit ad effugiendum damnum & onus alterius tutelæ, multo minus sufficere debet ad capiendum lucrum decimæ, quæ tutoribus administrantibus pro labore defertur.

Rursus & ex diverso, quod tutori honorario decima danda sit, facit generalitas & indistinctio nostræ leg. fori, quæ de tutoribus & administratoribus orphanorum loquitur: honorarius autem tutor, tutor est, *ut ex iuribus sup. allegatis*, Ergo ei debetur decima, quia ubi verba legis conveniunt, eius dispositio locum habet, *l. 2. §. 9. totius. ff. de damn. infect. cum simil.*

6 Secundo, † quia tutor honorarius tenetur facere inventarium, sicut ceteri tutores, *ut tenet Bald. in leg. tut. qui Repertorium, in princip. col. 1. ff. de administ. tut.* quia ea lex generaliter loquitur, & Barto. ibi quoque Bald. ibi, & Salycan. *in tutores col. 3. C. eodem titul. & Aufrerium in addit. Capella Tolosan. decis. 288. col. fin. Baec. d. capit. 6. n. 4. diximus sup.* Ergo cum laboret tutor honorarius in hoc, indeq; ad plura consequenter teneatur, merito ut ei decima danda sit.

7 Sic etiam tutor honorarius, † non potest matrimonium contrahere cum pupilla, *ut in l. si quis §. quidergo, ff. de ritu nupt. l. 3. §. tantundem. ff. de administ. tut.* & non minorem potestatem habet in administratione, quam ceteri tutores, *ut in d. l. quod si forte, §. sunt quidam. ff. de solut. & ibi notant Dd.* Ergo id. præmium debet habere.

8 Similiter † si ex statuto vir mortua uxore lucratur quartam partem dotis, hoc etiam erit admittendum in viris nobilissimis (prout solent constitui viri nobilissimi tutores honorarii,) *ut cum Decio probat Baeca, d. capit. 6. num. 6. ad finem.*

9 Quarto, † etiam Trebellianica, quæ datur heredi propter onus restituendæ hereditatis fideicommissario, dãda est Principi, ipsique Cæsari, si heres instituatur, licet non satis videatur convenire dignitati Augusti, *ut in fi legatus, §. fi. ff. ad Trebel.* cuius hic est verus & communis intellectus, *ut ibi notant Dyn. Bart. Paulus de Castr. Imol. & Alexand.* qui testatur hanc esse communem sententiam, *teste Baec. dict. cap. 6. n. 6.* Ergo ex his videtur, quod tutor honorarius etiam decimam deducat.

Hæc † & alia in utramque partem adducit Baeca, *dict.* 10
cap. 6. a n. 1. cum sequentibus, qui tandem, *num. 17.* resolvit, quod aut tutor honorarius iuxta naturam fuam non gerit, & nullo modo consequitur decimam ex omnibus supra dictis pro parte negativa: † si autem gerit (prout ei licet, sicut ceteris tutoribus) & proculdubio consequetur decimam. Et profecto hæc distinctio & resolutio iusta ac iuridica est, ac proinde eam libenter probo: quare tentatam cessant hinc inde supra adducta: Non etiam obest, quod honorarius tutor tenetur de periculo tutelæ, ut videtur probari *in dict. d. 3. §. tantundem. ff. de administrat. tut.* quia respondet Baec. *num. 19.* quod tutor honorarius non tenetur de periculo obveniente ex eo, q ipse non gessit: sed tantum tenetur, si contutores suspectos non fecit, & ille, qui solum de periculo tenetur, nõ percipit decimam, nisi etiam administret, ut patet in notainstore & fideiussore tutoris, qui de periculo tutelæ tenetur, *ut in leg. 1. ff. de magist. conven. & in leg. 1. ff. de fideiuss. tut.* & tamen nemo dicet, hos decimam petere posse, nec eis ullo modo deberi aut dandam esse: Solum enim nostra lege Regia datur decima pro labore, ut in ipsa cavetur.

De tutore † autem dato causa notitiæ, an is decimam 11
percipere debeat, plura etiam pro & contra adduxit Baeca, *ubi supra dict. capit. 6. nu. 20. cum sequent.* & tandem consulte & prudenter resolvit, veriorem esse sententiam, ut huic tutori decima iure non debeatur, nec danda sit, quoniam tutor datus causa notitiæ gerere non debet.

Quia non in hoc datur † ut gerat, sed ut contutores 12
instruat, *ut notant Bar. Bald. & Salyc. per tex. ibi, in l. 2. C. de peric. tut. & probat in l. quod si forte, §. sunt quidam. ff. de solut. ibi. quidam notitiæ causa dantur, quidam in hoc dantur ut gerant*: Aliud namque est administrare, aliud autem instruere administrantem non enim differunt re vera nec etiam laboris qualitate & disparitate, *ut in d. §. sunt quidam.*

Tutor autem † causa notitiæ datus solum tenetur, si 13
contutores male gerentes non fecit suspectos, vel si eos ex vero non instruxit, *ut probat Baec. ubi sup. n. 29.*

Verum † si tutor causa notitiæ datus simul cum cete- 14
ris tutoribus administret voluntate vel tacito consensu eorum, dubito quin ei simul cum ceteris danda sit decima, non ut quilibet eorum tantum gram decimam percipiat & sic plures decimæ ex fructibus & redditibus pupilli de ducantur: hoc quia esset in grave illimum damnum eius, nec hoc voluit lex nostra Regia fori, sed omnes simul tutores gerentes, unam tantum decimam percipiant inter eos dividendam, *ut infra latius dicemus, capit. 16.* Ita in proposito dicendum erit, ut tutor datus causa notitiæ, si simul gerat & administret cum ceteris contutoribus eorum voluntate & permisso, omnes unam decimam percipiant & inter se eam dividant, cum tamen hoc non nocet pupillo, sed tantum ipsis tutoribus gerentibus, qui consenserunt & permiserunt secum simul tutorem causa notitiæ datum gerere, qui ad id non teneretur, nec et hoc onus incumberet: Nimirum ergo si ipse de decima participet, non enim gratis gerere & administrare debebat: ceteri igitur contutores, qui permiserunt & consenserunt eum secum simul administrare, tenebuntur ei de decimam communicare, † facit optimus rex *in d. l. quod si forte, §. sunt quidam. ff. de solut. ubi*, eidem qui notitiæ gratia 15
datus est, an recte solvatur videndum est, quia ad instruendos contutores datur: sed cum tutor sit, nisi prohibitum fuerit ei solvi, puto liberationem contingere.

Caveat † tũ ne occasionẽ præbeant tutori causa notitiæ 16

tur datus, petendi salarium, plusquam in decima sit, si forte labor magnus sit, decima autem exigua & labori omnium insufficiens: dicet forsan tutor causæ notitiæ datus, vos me permisistis simul vobiscum administrare, & gerere, cum tamen ipse ad id ratione mei officii non teneor, sed tantum ad vos instruendum, quod feci & similiter vobiscum gessi, quare debet mihi persolvi sustum salarium, præcipue cum ob hanc occupationem destitum laborare in meis rebus, & altus laboratores conduxerim ad rem meam gerendam: Et quamvis censeam vir hoc casu audiendum esse huiusmodi tutorem, imo credo, nullo modo audiendum, quia scire debebat vires tutelæ, nihilominus tamen prudenter se gerent in hoc à principio ceteri tutores, ut evitent lites & dissensiones.

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum, & reddituum minoris, an danda sit protutori?*
2 *Legatum relictum alicui tanquam tutori, non consequitur illud, si administret non tanquam tutor, sed tanquam negotiorum gestor.*
3 *Protutori bene, & utiliter gerenti res minoris, danda est salarium moderatum pro suo labore.*
4 *Decima non datur sequestro.*
5 *Sequestri officium est colere, colligere, & conservare, sicuti est curatoris bonorum.*
6 *Sequester, mandatarius, ceteriq; administratores ac negotiorum gestores, an invitis cogantur suscipere administrationem.*
7 *Sequester, & omnes commissarii non habentur loco domini, neq; eius personam repræsentant, prout habentur, & faciunt tutores: sed habentur loco simplicium gestorum & custodum.*
8 *Sequester, & sic simplex commissarius non potest conferre beneficia vel ad ea præsentare, quamvis curator datus per sua hoc possit: sed contra n. 16. resecta concordia de qua num. 18.*
9 *Sequester ob custodiam pecuniæ apud se depositæ salarium petere non potest.*
10 *Sequester, nudusq; ministrer nullum commodum sentire, vel sperare debet.*
11 *Sequestro vestium, vel similium salarium non est dandum, nisi forte tabernam, domum, vel conclave conducat, vel solita merce de pro suo defraudetur.*
12 *Sequester factus ex partium contendentium voluntate salarium habere debet.*
13 *Sequester factus à iudice an ullam mercedem habere debeat ratione curæ & custodiæ.*
14 *Depositario an sit dandum salarium?*
15 *Administratoribus bonorum maioratuum, cum sequestro subiiciuntur lite pendente inter creditores, atque commendarum vacantium, assignatur salarium.*
17 *Depositarius iuris patronatus de per se, vel cum universitate non præsentat ad beneficia.*
19 *Decima non datur negotiorum gestori, sed expensas petere potest, & salarium prove, quæ pretio vel salario fieri solet.*
20 *Iter agentibus, servitia, & operas præstantib. salarium præstatur arbitrio iudicis taxandum ex bono & æquo iuxta laborem impensum, & negotii qualitatem, &c.*

CAPUT VII.

An protutori, sequestro, depositario, negotiorumque gestori danda sit decima?

1 DE protutore † late egimus supra, 2. part. cap. 14. per totum: nunc videndum est, an ei decima fructuum, & reddituum minoris danda sit? Hanc quæstionem late examinat in utramque partem Baeca de decim. tut. cap. 20. num. 1. cum sequentibus, & tandem num. 5. resolvit, verissimam esse sententiam, ut protutori minime sit danda decima: ex pluribus, quæ ibi numeris sequentibus adducit, & quæ nos etiam diximus d. cap. 14. Multum enim differt administratio tutoris ab administratione protutoris, l. 2. quæ ff. de eo, qui pro tut. & protutor non est tutor, ut in l. 1. post prin. ff. de tod. tut. Quo fit, ut si alicui † legatum relinquatur tanquam tutori, non consequetur illud, si administret non tanquam tutor, sed tanquam negotiorum gestor, ut docet Alex. cons. 102. visis, & ponderatis, col. 2. ver. præterea, lib. 1. Dec. cons. 178. num. 3. versi. 2. respondeo, ubi, & licet, administraverit tanquam coniunctus, diximus d. cap. 14. in fine. 2

Denique, etiamsi quis revera tutor sit, non consequitur decimam, nisi observet ea, quæ tutores observare tenentur, tam in solemnitatibus, quam in forma administrandi, ut infra dicemus: Protutor autem, tutor non est, neque eius administratio ita utilis est minori, sicut veri tutoris, nec onera imposita tutori comparanda sunt cum administratione protutoris: Vnde protutori decima non est danda.

Tandem lex nostra Regia fori, tutori dicit dandam esse decimam, non vero protutori. Ergo non est lex, quæ protutori decimam esse dandam probet, nec de uno ad alium extensio fieri potest, cum sit dispar ratio, & diversa administratio utriusque: quibus inducor, ut hanc opinionem Baecæ probem, & veram esse censeam.

Credo † tamen quod nihilominus protutori bene & utiliter gerenti res minoris, dandum sit salarium moderatum pro suo labore, iuxta naturam rei arbitrio iudicis, si alias erat solitus operas suas locare, & fuit rebus intendere desiit, ut minoris negotio incumberet, ut alias diximus in exequutoribus ultimarum voluntatum, ad finem huius operis. 3

Qua opinione † principali negativa retenta, idem probat Baeca ubi supr. num. 12. cum sequentibus, in eo, cui res sequestri nomine traditur, nempe, ut in eo minime sit danda decima, tum, quia lex fori, de tutore tantum loquitur, & sequester tutor non est, nec tutori similis, neque eiullo modo comparandus. Ergo à verbis & ratione legis non est recedendum: tum etiam, quia officium sequestri, † est colere, colligere & conservare, ut in l. post quam, §. Princeps ff. ut in poss. legat. Quod est præcipuum officium curatoris bonorum, & quod sequester sit proprie curator bonorum notat Constant. in legis Regiæ, art. 92. col. fi. vers. nam ubique, & art. 95. Curator autem bonorum multum differt à tutore in potestate administrandi, eique non est danda decima ut infr. alto in c. dicemus: Denique labor tutoris differt magno opere à labore curatoris, ut patet in quamplurib. Ergo diversum est in sequestro statuendum. 4

Is namque † & mandatarius, ceterique administratores & negotiorum gestores, inviti ad eam qualemcunque administrationem dari non possunt, d. 2. 5. quæritur, ff. de curat. bon. dand. Baldus & Salycet. in l. tutori, C. de neg. gestis, sequitur alios allegant Baec. d. capit. 20. n. 15. nisi adsit iusta causa, puta necessitas, quod res sint periculo expositæ, ita quod egerint administratore, & quod nullas inveniatur, qui id sponte facere velit, vel tam idoneus sit, ut in curatore bonorum probavit idem Baec. de decim. tut. capit. 16. num. 25. & voluit Didac. Perez. in leg. 1. tit. 10. quæst. 6. lib. 3. ord. pag. 1141. quamvis Greg. Lopez, in l. 1. glo. fin. tit. 9 part. 3. quem refert, & sequitur Azeved. in l. 1. n. 16. tit. 12. lib. 4. nov. collect. Regi. teneat contrarium, nempe, quod legitima causa non subsistente se excusandi, indistincte cogatur acceptare. 6

Tandem † sequester & omnes commissarii, non habentur loco domini, neq; eius personam repræsentant, prout habentur & faciunt tutores: sed habentur loco simplicium gestorum & custodum, leg. ea apud l. licet, ff. de posit. [illegible] nec † simplex commissarius, qualis est sequester, potest conferre beneficia, vel ad ea præsentare, quamvis cura- 7 8

curator datus per sonæ hoc possit, secundum eundem Molin. & in §. 64. & Baec. d. c. 20. num. 17. Recte igitur resolutum est, sequestro decimam fructuum non dari, nec depositario eisdem rationibus, ut interminio probat idem Baec. d. c. 20. n. 17.

9 Sed neque sequestris † ob custodiam pecuniæ apud se depositæ salarium exigere potest, quia est nudum ministrum † nullum commodum sentire aut sperare debere. Idemque in sequestro voluerunt Angel. Imol. Roman. & Aretin. inh. interesse ff. de acquir. possess. quos refert & sequitur Dida. Perez in l. 1. tit. 10. lib. 3. ordinamentis. col. 1142. versic. quarto octavo. Unde si sequestretur vestes, vel similia, nihilloco salarii judex dabit, † nisi forte tabernam vel domum, vel conclave sequestri occupent, ita quod vel aliam conducere oporteat, vel solita merce fraudari, ita Baec. d. c. 20. nu. 20. prope medium. 10 11

Limitatur † tamen conclusio præcedens in sequestro facto ex partium contendentium voluntate, quia nullus alteri cogitur facere beneficium, c. cum secundum Apostolum de prebend. & dignitat. in 6. 2. 3. ita tenet Tiraq. cum Bald. ab eo relato, lib. 2. de retract. §. 4. glos. 7. num. 7. quem refert & sequitur Didac. Perez. ubi supra, versic. item etiam, dicens esse justum, quod ratione curæ & custodiæ, quam debet habere iuxta rem depositam in sequestro, habeat aliquâ mercedem, prout in tutore seu curatore, qui habere debet decimam partem fructuum, l. 1. tit. 7. lib. 3. fori: sed ille sequester dicitur fideicommissarius, & valet argumentum de uno ad alterum, gloss. in l. tutela, ff. de tutel. verb. ad alium, quam singulariter reputat Cyfuentes in l. 31. Tauri, q. 1. n. 3. Ergo iste sequester poterit recipere salarium curæ, & custodiæ, & hoc ex bono & æquo, ut inquit Baec. d. c. 20. post modum, Avend. d. 3. prælo. num. 8. lib. 1. Azev. in l. 13. num. 3. tit. 9. lib. 3. recapit. idem Azevin l. 1. num. 19. tit. 12. lib. 4. nov. collect. Reg. Joan. Garsi. de expens. & melior. c. 20. n. 14. qui etiam loquitur in depositario, & inquit A- 12 ieved, quod raro iudicet † his depositariis salarium solvi iubent, & male, si constat, diligentiam circa depositum adhibuisse, & in eo se occupasse: præsertim si talis depositarius est officialis, & sequestro intendens, officio suo destitit laborare.

15 Sic in praxi † quotidie videmus assignari salarium administratoribus bonorum maioratuum, cum sequestro subiiciuntur, lite pendente inter creditores atque commendarum vacantium, atque illorum, quibus alimentis congruit, de fructibus bonorum suorum sibi assignatis, ea in administrationem bono viro traduntur.

14 Illud autem † quod veluti perfusorie, & per transennam prædiximus, quod simplex commissarius, qualis est sequestret, non possit beneficia conferre, neq; præsentare ad beneficia, quamvis pro se habeat auctoritatem Hostiens. Antonii & Panormitani, in cap. examinatum, nu. 15. de iudic. col. 3. in vers. sed quia supra visum est, quam etiam sequuntur Carol. Molin. & Baec. practicus, & videatur probari in c. cum Berth. de resid. ubi creditor habens pignus, ius patronatus cum universitate non præsentat, quia fructus colligit nomine alieno.

Nihilominus tamen tutum omnino non est: siquidem contrarium, imo quod sequester lite pendente possit præsentare, tenet Innocent. & Joan. de Lignan. in d. cap. examinatum, & ibi Barbat. in addit. ad Panormit. d. num. 15. in verb. non præsentat, & Joan. Saxon. in consil. Taur. fol. 315. art. 2. & Paul. & Cardin. in element. unic. de sequestr. possess. & fruct. 19. not. ab. Felin. in d. c. cum Bertholdus, col. fin. vers. ad illud, ubi quod, dum esset auditor Rotæ, judicavit pro ista opinione de consensu aliorum auditorum, & pronuntiavit, valere præsentationem factam à sequestro. Idem probat Rochus de Curt. de jur. patron. verb. ipse vel is, q. 32. n. 74. Barbat. in d. c. examinata, col. 2. Hieron. Gig. de pension. Eccles. q. 72. n. 3. & probat bene Selva de benef. 2. par. q. 9. & Rot. antiqua 323. cum seq. Est communis opinio secundum Bened. de Vad. in reperto, Felini, verb. sequestrum, tenet Didac. Perez. in l. 1. tit. 10. lib. 3. ordin. col. 1145. vers. item quarto, ubi & in verl. præcedentibus hanc opinionem pluribus fundamentis comprobat & tenet, ibique respondet ad d. c. cum Bertholdus. nempe, quod recte intuenti in illo textu superest debitor, qui est habilis & potens ad præstandum. In nostra autem specie sequestri nullus superest: quæ fuit solutio Andr. Barbat. ubi supr. sed ultra eos hanc eandem sententiam tenet Per. de Ancharan. in element. unic. in 1. col. in 5. not. ab. de sequest. poss. & fruct. Et hæc opinio in iure est verior, secundum Corse. in d. cap. examinata, in quarta charta, in vers. successive quæritur. Et licet ibi dicat communem esse opinionem priorem contra Inno. & sequaces, tamen si bene inspiciamus communis opinio est pro Innocentio, & si hæc secunda est communis, secundum Cæsar. Lambert. de jur. patron. lib. 1. 3. art. 9. qu. princ. 2. part. num 5. qui eam sequitur, præmaxime cum Rota bis pro hac opinione pronuntiaverit, ut ibi per eum. Primo, tempore suprascriptæ decisionis, & postmodum tempore Felini, & tandem n. 7. concludit, magis communem opinionem esse, quod sequester vacante Ecclesia, sive ius patronatus sequestretur de per se, sive sequestretur aliqua universitas, in qua sit ius patronatus, possit præsentare, & sic videtur in eum transisse ius patronatus, non tamen dicetur præsentare nomine proprio, sed nomine & pro parte vincentis.

Depositarius † autem iuris patronatus de per se, vel 17 cum universitate non præsentabit, quia non habet proprietatem nec possessionem, nisi depositum factum sit in vim sequestri, & apud sequestrum, ut bene resolvit Cæsar. Lambert. ubi supra, artic. seq. nempe 4.

Nec placet mihi † concordia inter prædict. duas opi- 18 niones contrarias, assignata per Joan. de Selva, ubi supr. num. 8. nempe, quod aut est sequester solum necessarius, & positus simpliciter auctoritate iudicis, qui habet custodire fructus vincenti, & ille pendente lite non possit præsentare vel conferre, ut notat Abb. in d. c. examinata, quia sequester colligit fructus nomine alieno, quemadmodum creditor pignoris. Unde cum fructus teneatur restituere sequester, & fructus præsentationis vel collationis factæ non possent restitui, præsentari non poterit. Aut est sequester voluntarius solum, videlicet de consensu partium positus, vel necessarius & voluntarius, quia est positus per iudicem de consensu partium, ut communiter hodie ita servatur in practica, & tunc sequester beneficia poterit conferre, aut in illis præsentare, & sic debeat intelligi opinio Innocentii, & sequacium: quia in utroque membro distinctionis rationes, & fundamenta magis communis sententiæ Innocentii, & sequacium concludunt, sequestrum beneficii posse beneficium conferre, & ad illud præsentare nomine, & pro parte vincentis, nec ulla solida ratio differentiæ assignari potest inter unum casum & alium. Quare opinio Innoc. & sequacium magis communiter recepta est tenenda indistincte, tam in puncto iuris, quam in iudicando & consulendo.

Sed ut redeamus ad superiora, † negotiorum gestori 19 non est danda decima. Nullo n. iure id cavetur. Sed is solas expensas potest petere, aut lere Guid. Pap. q. 81. nisi fines mandati excesserit: si autem rem gessisset, quæ pretio.

vel salario fieri solet, vel gestor sbsq; pretio facere non solet, tunc salarium peti posset, *Bald. in l. 1. C. mandat.* sic etiam suscipientibus funera, servitia, & operas præstantibus, salarium est dandum, *ut ex aliis refert Baec. d. cap. 12. n. 20.* concludens, quod judex taxabit his salarium ex bono & æquo rei qualitatem, & prudentiam suam, & quod raro dabitur salarium, sed expensa refundetur, nisi propriis manibus laboraverit.

Ego addo, salarium esse præstandum arbitrio prudentis iuxta laborem impensum, & negotii qualitatem, & vires faculatum eius, cuius negotium est gestum, id genti consueto locare operas suas, vel à propriis negotiis diverso, vel alieno intenderet, vel quoties alterius negotia deferuit, pro quibus sibi salarium vel præmium dabatur, ut alius assisteret & operam navaret, nec non, & ubi etiam æquitas illud dictaverit, ne quis lucupletetur cum jactura alterius.

CAPUT VIII

An tutori communiter pro tali reputato, licet tutela nulla sit, debeatur decima, si utiliter administravit?

ILLUD ingentem † dubitationem habet, *an decima danda sit tutori, qui multo tempore rem pupilli utiliter* 1 *administravit, reputatus communiter tutor, postea vero apparet, tutelam non valuisse, vel ex defectu ipsius qui dabatur tutor, vel ex persona eius cui datur? & num seq. resolvitur negative, n. 1. 4.*

2 *Error communis facit legem inducitque validitatem alterius.*

L. Barbarius Philippus. ff. de offic. prator. ibidem adducitur, & plura ex eius decisione congeruntur, n. 3. 4. 5.

3 *Absolutio & pœnitentia imposita à parocho, qui per subreptionem secundi beneficium curatus, prioris erat provisus, ipso iure an valeat? & n. 7. de indulgentiis concessis à falso quæstoribus, qui tamen communis opinione existimabantur veri.*

4 *Tutor & prælatus æquiparantur, valetq; argumentum de uno ad alium in favorabilibus.*

5 *Prælatus invalidus lucratur fructus.*

6 *Error in facto justificat possessionem, & facit lucrari fructus.*

7 *Creditor ratione dotis succedens debitori non amittit jus retinendi, etiamsi inventarium non fecerit.*

8 *Debita jure naturæ non amittuntur per non confectionem inventarii.*

9 *Salarium solvendum est administratoribus ecclesiæ communiter reputatis validis.*

10 *Gesta à tutore minus solemni non valent nec tenent.*

11 *Defectus solemnium facit quem dici non tutorem.*

12 *Tutor invalidus non potest pro gestis convenire actione tutelæ, sed negotiorum gestorum.*

13 *Coniux an consequatur lucrum ex lege, vel pacto delatum ex matrimonio nullo? vel putative, ut in n. 19.*

14 *Maritus putativus an lucretur fructus dotis, sicut eos lucratur verus maritus?*

15 *Maritus putativus dicitur habere causam oneros am in dote, non lucrativam sicut verus maritus.*

16 *Tutor credens se tutorem non tenetur de periculo, si vere tutor non sit.*

17 *L. Barbar. Philippus. ff. de offic. prat. regula non procedit in tutore, imo ad hoc, ut locum habeat eius regula, requiratur, ut publice interfuit gesta valere.*

18 *Nec etiam habet locum prædicta regula, nisi in causa, in qua est iuris dubii & confirmatio superioris: item procedit in favorem reipublicæ & eorum, qui eorum servo gesserunt, non vero in favorem ipsius servi, ut in num. 26.*

19 *Index etiam si promiserit administrare, non ideo videtur confirmare, nisi admittat, & ratum habiturum ab eo gesta, tunc enim valerent auctoritate iudicis confirmantis.*

20 *Tutor invalido licet non debeatur decima, salarium tamen moderatum & expensa solenniter, ut hic.*

5 Sic etiam † gesta à tabellione communi opinione reputato pro vero tabellione, valent, si adsit confirmatio superioris ex Bald. *in l. 1. n. 12. C. de testament. communis secundum Baec. de decim. tut. c. 12. n. 3.*

6 Et præter supradicta, † ego allego pro primo dicto, quod supra retulimus ex cumulatis per Hippol. de Marsil. *ult. in c. dudum 14. versic. decepta, de electione*, ubi loquens tex. ille in parocho, retinente plures ecclesias contra juris prohibitionem, in suæ salutis, & multarum animarum dispendium, cum earum cura, qua jam privatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret, & sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ, quærit glossa. *an valebit illius absolutio, sive pœnitentia per illum imposita?* Et inquit (primo) non videtur, quia nullam potestatem habebat ligandi vel absolvendi, sicut non valet sententia à non suo iudice lata. *cap. at si clerici, de judic.* & sic peribant; nihilominus tamen inquit glossa. isto casu non credo, quod perirent, non quia ille hoc posset, sed propter fidem, quam habebant de sacramento, cum crederent adhuc illum esse suum prælatum, & ita in sola fide salvantur, ut in juribus ibi per glos. allegatis, nempe, *cap. debitum, de baptism. & in cap. sicut olim, de præscript. non baptiz. & in cap. baptismi vicem, de consecrat. distinct. 4.* cuius glossæ opinionem sequitur Innocent. ibi, *num. 3.* & dicit communem Abb. *nn. 21. & sequitur Alberic. in l. 2. n. 12. C. de sentent. & interloc. omn. jud. Idem in d. l. Barbar. Philipp. n. 29. & Ias. ibi, n. 63.* dicit communem Rip. *de remed. ad curand. pest. cap. fin. n. 45.* de quibus & aliis in proposito late agit Aviles *in cap. 1. prat. glos. 1. n. 23.* ubi etiam

7 † de indulgentiis concessis à fallis quæstoribus, qui tamen communi opinione existimabantur veri. Ergo gesta à tutore communiter pro tali reputato valida erunt & consequenter deduceret decimam.

8 Tertio † & principaliter hæc opinio ex eo plurimum coadiuvatur, quod tutor & prælatus æquiparantur, & valet argumentum de uno ad alium in favorabilibus, *juxta gl. in cap. quia Episcopus, 5. qu. 3. glo. magn. ibi, alis vero, & in l. non est ignotum. glos. fin. C. de admin. tut. Barbat. de præstant. Cardin. qu. 3. n. 28. Matth. de Afflict. decis. Neap. 109. n. 3. Bero quæst. famil. 27. n. 4. Everar. in sua cent. legal. in loco à pupill. ad rempubl. 28. littera E.*

9 Sed prælatus invalidus † lucratur fructus, *ut notat Innocent. in cap. nihil, de elect. Bald. Alber. & cum. in leg. qui neg. ff. de reb. eorum. Bald. Salyc. & Paul. in l. sipotas. C. de pet. hered.* dummodo sit electus à superiore, alias non facit fructus suos, *ut notat Innocent. in cap. querelam, de elect. Anton. in cap. consultationib. de jur. patron. Alexand. cons. 238. lib. 1. & hos referens Baec. de decim. tut. c. 12. n. 2.* Ergo cum tutor administret ex facultate judicis, quia decernit administrationem, alias namq; non poterit administrare, etiamsi esset legitimus tutor, *l. fin. §. fin. C. arbitr. tutor. l. tutores, & ibi Bart. ff. de auctor. tut. & duximus supra n. 1. par. cap. 5. n. 21.* lucrari debet decimam ad similitudinem prælati, etiamsi tutela sit nulla.

10 Quarto facit, † quoniam si tutor credit se tutorem, errans in facto, lucrari debet decimam fructuum, quoniam error in facto justificat possessionem, & facit lucrari fructus *l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hered. Baec. ubi supr. n. 4. & in tract. de non meliorat. dot. fil. cap. 23. n. 11.* Ergo ita & decimam per tutorem in nostra specie.

11 Quinto, † quia creditor ratione dotis succedens debitori, non amittit jus retinendi, etiamsi inventarium non conficiat, quia dos loco legitimæ succedit, *ut per*

12 *Cyn. in l. sanctimus. C. de nupt.* sed quarta debita jure naturæ, non amittitur per non confectionem inventarii, *ut notatur per omnes in authent. sed cum testator. C. ad l. Falcid. & ibi Paul. Castr.* nec jus retinendi pro ista dote, *secundum Paulum Castrens. consilio 19. numero 2. libro 2.* Tutor igitur licet non conficiat inventarium, non amittet decimam.

13 Sexto, † quia salarium solvendum est administratoribus Ecclesiæ, communiter reputatis validis, *secundum Alexand. in addit. ad Bar. in l. Herennius. ff. de decur.* quæ ad hoc refert Baec. *d. cap. 12. n. 6.* Ergo & tutori administranti communiter valido reputato licet revera non sit talis propter omissionem alicuius solemnitatis. Ego vero apud Alexand. *ubi supra*, non invenio, verbum ullum de salario, sed tantum loquitur de fructibus, quod lucrantur eos prælati intitulati, dummodo habeant bonam fidem.

14 His tamen † non obstantibus contraria sententia in nostra quæstione principali verior est & tenenda, imo quod tutor invalidus, & sic ille, cuius tutela est nulla, non auferat decimam, etiamsi communiter sit reputatus pro vero, & legitimo tutore, ut constat ex his, quæ supra diximus, *cap. præcedenti, de protutore*, & probat in specie aliis quamplaribus fundamentis Baec. *de decim. tut. cap. 12. n. 7. cum seq. nisi, ad fin. cap.* ex quib. urgentiora referam,

Quoniam revera tutor invalidus non est tutor, etiamsi communiter reputetur tutor, quod si non est tutor, deficiunt verba legis, ergo cessare debet eius dispositio *l. 4. §. quotiens. ff. de damn. infect.* Neque obstat, quod prædiximus de identitate rationis. Nam licet verum sit, decimam dari tutori ratione laboris, *ut in d. l. fin.* attamen id verum est in tutoribus, qui revera sunt tutores, utpote quia in decreto & officio tutelæ observarunt omnia solemnia, ad quæ tenebantur pro validitate tutelæ, ut patet, cum lex dicit, tutor ex posse sibi capere decimam fructuum, & redditiuum bonorum minoris, quia de validis tutoribus, & sic de his, qui omnia ad suum officium tutorum spectantia observarunt, intelligendum est, quia tutor nullus non est tutor, *argum. l. 2. §. condemnatum. ff. de re judic. & ibi communiter Dd.* ubi quod sententia nulla, sententia non est. Deficiunt igitur in nostra l. verbalegis, & si ratio ejus deficere non videatur. Ergo non omnibus laborantibus in administratione minorum decima danda est, sed veris tutoribus administrantibus.

15 Deinde † gesta à tutore minus solemni non valent, nec tenent, *ut notat Bartol. in l. legitimos, ad fin. ff. de legit. tut. idem Bart. in l. 1. num. 2. ff. de tut. refert plures Baec. d. cap. 12. num. 10.* ubi *num. 11.* quod alienatio facta cum auctoritate tutoris putativi, non valet, *l. si is, qui & ibi Bart. & Bald. ff. de eo, quæ pro tut. nec. gess. text. in l. qui in aliena. §. si tu, qui putabat. & ibi glos. & Roman. ff. de acqu. hered. allegat alios, Tiraquell. post leges connubial. glos. 8. nu. 250.* Et licet gesta sint utilia, non valent, nisi minor ex post facto ea rata habeat *ut notant Bart. & communiter Dd. in l. si tutor, per glos. ibi, C. in quib. caus. in integr. restit. non est necessar.* & est vera & magis communis opinio *secundum Bero. qu. 103. num. 2.* ex quo & aliis eam communem & magis communem profitetur Baec. *d. cap. 12. num. 12.*

16 Defectus namque † solemnium facit quem dici non tutorem, *ut notat Capic. decis. Neapol. 129. num. 3.* ut de fallo tutore scribit Hippolyt. *consil. 89. num. 6. libr. 2.* & paria sunt, non esse tutorem, vel non satisdedisse, *d. l. si tutor.* Cum ergo neque tutor sit, neque gesta valeant, ei decima non debetur.

17 Facit præterea, † quia tutor invalidus non potest pro gestis convenire actione tutelæ, quia actio tutelæ multa pupillo præstat privilegia, sed tantum conveniri potest actione negotiorum gestorum, *leg. militem. C. qui dar. tut. possunt. Bald. in l. tempater. n. 2. ff. de neg. gest. Cuman. consil. 87. post princ. quo ad hoc refert & sequitur Baec. d. c. 12. num. 15.* Ergo nec ipse tutor invalidus habere debet commodum decimæ, quæ veris tutoribus datur.

18 Comprobatur † etiam hæc opinio, quia lucrum ex lege vel pacto delatum ratione matrimonii, non consequitur coniux ex matrimonio nullo, quia ubi non tenet contractus principalis, pacta adiacentia nihil operatur, & sic deficiente causia, quæ est necessaria ad effectū pro-

ducendum, deficit effectus, *Bald. Angel. & Salycet. in l. r. per text. ibi, C. de condic. ob caus. refert plures idem sequutus Bacc. d. c. 12. num. 17.* sed omisit allegare Tiraquel post ll. conmbial. glos. 8. *num. 237.* quiplures citat, & à *num. 234. cum sequent.* plurib⁹ comprobat jura loquentia de marito & uxore, non habere locum in matrimonio putativo. Ergo ita etiam dicendum videtur in proposito, ut tutor invalidus, ut quia non observavit solemnia, decimam non capiat, quia tutela fuit nulla, & sic cessat causa, quæ erat necessaria ad effectum producendum. Ergo deficit effectus.

Hoc tamen fundamentum, solidum quidem & inconcussum non est. Siquidem idem Tiraq *ubi supr. num. 253. cum seq.* plurima in contrarium adducit, & congerit contra superiora à se adducta, circa matrimonia putativa.

19 Ex quibus † præcipuum est, quod circa nostras ll. Regias loquentes de acquisitis inter coniuges, durante matrimonio, ut communia sint, & dividantur æqualiter inter coniuges, proficuum est, scil. quod si ex statuto conquæstus sunt communia inter virum & uxorem. Id quoque statutum habebit locum inter coniuges putativos, *ut voluit post alios antiquiores, Abb. Panormitan. in cap. 2. per illum text. junct. glos. & ibi, etiam (ac dan. Alex. de donat. inter vir um & uxor. Barb. in cap. juravit, colum. 3. num. 17. de probat. & in cap. ex literis, colum. ult. de pign. & Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 26. versic. & hinc est, & sterum. §. 62. colum. penult. versic. amplius ista.* ubi citat hoc diiponentem *l. 4. tit. 6. lib. 5. fori*, quos refert & sequitur Tiraqu. *ubi supr. num. 270.* Et in terminis nostrarum legum idem probat data bona fide contrahentium matrimonium Matienco, *in l. 2. glos. 1. n. 4. tit. 9. lib. 5. Nova Collect. Reg. & Did. Perez. in l. 4. tit. 4. lib. 5. ordinament. colum. 164. in fin. cum seqq. & eos referens Dott. Azevedo in d. l. 2. num. 5. & novissime Ioan. Garc. de contig. al. ac quæst. num. 159.*

Sic etiam † licet habeamus communem opinionem,
20 quod maritus putativus non lucretur fructus dotis, quos tamen lucratur verus maritus, ut colligitur ex glos. *in l. divortio. §. impendia, vers. alitonem, in fin. & ibi Paul. n. 5. ff. solut. matrim. per text. in l. in insulam, §. fructus ff. eodem tit.* quam glos. sequuntur in hoc communiter omnes *in d. §. impendia, teste Tiraqu. supr. num. 236.* qui allios allegat, plurimi tamen tenuerunt contrarium, imo quod maritus putativus lucretur fructus dotis, sicut verus maritus, de quo per glo. Petr. Dyn. Alberi. Bart. Roman. & omnes, *in l. si ante nuptias, ff. solut. matrim. glos. Cyn. Bald. & alii in l. 2. C. de dot. promiss. glos. & Odofr. in l. dotis fructus, in princ. ff. de jur. dot. & in l. penult. ff. quod fals. tut. auct. Azo. in summa, C. de jur. dot. & alii plures, quos ultimo citat Tiraq. ubi supr. num. 201.*

21 Sicut enim † verus maritus dicitur habere causam onerosam in dote, non lucrativam, *lex, ex promissione, ff. de action. & obligat. l. prooneribus, & ibi Bart. & alii. C. de jur. dot. cum simil.* idq; etiam in ipsis dotis lucro, *ex textu notabili in leg. 1. §. si vero, junct. glos. verb. ad lucrum, & ibi Bald. & Ioan. Plat. C. de imponend. lucrat. descript. libr. 10. glos. Bald. Rom. Alexand. & recentiores, in l. si donaturus, ff. de condic. ob caus. cum aliis ab eodem Tiraqu. recollectis in repet. l. si unquam, verbi. donatione largitus, num. 217. uncip. posterior, C. de revoc. donat.* ita etiam & maritus putativus, *ut voluit glos. ult. in l. Proculus, ff. de jur. dot. refert plures Doctores hoc tenentes, idem Tiraquellus post ll. connubiales glos. 8. nu. 262.* Idem ergo videbatur dicendum in tutore putativo, ut lucretur decimam fructuum, & redditum bonorum minoris, propter laborem & onus administrationis, sicut eam lucratur verus tutor, *ex prædicta l. fori*, cum uterque habeat causam onerosam, ad ipsam decimam consequendam, propter laborem impensum, & in remunerationem ipsius.

Nihilominus tamen hæc non me dimovent, quin prædictam sententiam negativam in nostra quæstione de tutore putativo, quod is decimam habere non debeat, adhuc probem ex ceteris fundamentis, supra pro ea adductis: & quia tutor credons se tutorem, non tenetur de periculo, si vere tutor non sit, *l. tutores, qui post 40. in pr. ff. de admin. tut. Bart. in l. impuberi, nu. 1. ff. de tutel. Bacc. d. cap. 12. num. 18.*

Et in terminis † prope nostris hanc secundam partem 22
tenet Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 4. verb. caution. num. 6.* ubi tenet quod Ballista (hoc est) tutrix & administratrix inter nobiles, quæ facit fructus suos, & etiam immobilia, *ut per eundem Chassan. supra eodem §. 4. verb. ballista*, si cautionem non tradat sufficientem, non facit fructus suos, sicut in usufructuario de jure dicitur, qui non satisfecit, *l. si usus fructus legatus sit, in princ. cum sua glos. ff. de usufruct. & in l. uxori, ff. de usufruct. legat. & ibi Bart. idem Bart. in l. si homo, ff. de usufr.* Ergo ita in his regnis tutor qui non satisfecit, vel omisit aliam solemnitatem, ex qua nulla sit eius tutela, licet administret, non lucrabitur decimam partem fructuum, quæ veris atque legitimis tutoribus præstatur à d. l. fori. Eandem sententiam respectu fructuum tenet additio. 1. Bart. *in dict. leg. Herennius ff. de decurion. ibi, secus in alio.* ubi tenet, quod licet prælati putativi faciant fructus suos, non tamen tutores, & ideo merito in individuo nostræ quæstionis, & in terminis *dict. l. fori*, hanc quoque partem ex supra dict. & aliis tenet, late eam probans Bacc. *d. c. 12. n. 7. cum seqq.* ubi respondet fundamentis contrariis.

Ego etiam respondeo ad primum, quod in tutore nullo non conveniunt verba legis fori: sed imo deficiunt, & ideo in eo non habet locum dispositio eiusdem *l. 4. §. tortes, ff. de dam. infect.*

Ad secundum † ex *dicta leg. Barbarius Philippus, ff. de* 23
officio prator. cum eidem adiunctis, supra adductis respondeo, quod regula dictæ leg. non procedit in tutore, *ut alios allegans tenet Bacc. d. cap. 12. num. 8.* ubi quod ad hoc, ut habeat locum eius regula, requiritur, ut publice interfit gesta valere, *ut per Alexandr. consil. 158. n. 1.* At gesta per tutorem invalidum sunt nulla, quia concernunt privatam utilitatem.

Præterea regula † *dict. l. Barbarius Philippus*, non ha- 24
bet locum, nisi in causa, in qua est jurisdictio, *ut notat Bald. in l. non omnis, §. pupillus, ff. si certum pet.* item requiritur, ut interveniat confirmatio superioris, *auctore Bar. in leg. actuarios. C. de numera. lib. 11. refert Bacc. dict. cap. 12. num. 9.* hic autem deficit publica utilitas, & causa jurisdictionis, & confirmatio superioris: quia quamvis judex permiserit administrare, non ideo videtur confirmare, nisi adiciat se ratum habiturum ab eo gesta, tunc enim valerent † auctoritate judicis confirmantis, *ut in l.* 25
1. §. Pomponius, ff. quod fals. tut. auct. Bald. in l. 2. ff. de eo, qui pro tut. alias gesta per tutorem invalidum, etiamsi communiter reputetur validus, nulla sunt, *ut in l. qui negue, & ibi Cuman. ff. de reb. eorum, Bacc. dict. cap. 12. num. 9. ad finem.*

Tertio, † in casu *d. l. Barbarius*, valent gesta ab illo ju- 26
dice, qui communiter reputabatur liber, cum tamen re vera esset servus in favorem reipublicæ, & utilitatem eorum, qui coram eo gerunt, *ut patet ex ipsa lege*, non vero ea loquitur in favorem ipsius servi, qui cum sciret, se servum esse, & sic haberet malam fidem, non posset ex delicto suo commodum reportare. Ergo ita etiam in tutore invalido dicendum est, quod cum ipse sciat vel scire debeat, se non esse tutorem legitimum, sitq; in dolo & mala fide, quia scienter omisit solemnia, & nihilominus administravit ut tutor, merito cum modum decimæ sibi non reportet, ne ex delicto suo id consequatur.

Ad ter-

Ad tertium respondeo, esse differentiam inter prælatum putativum, & tutorem invalidum, quoad acquisitionem fructuum, *ut supra probavimus.*

Ad quartum respondetur, quod errans in facto, non facit fructus suos, quando fructus dantur ratione alicuius actus validi, non vero ratione dominii. Hoc namq; casu ex errore nascitur bona fides, & ex bona fide acquiruntur fructus. In illo vero, hoc est, quando dantur ratione administrationis validæ, eos non acquirit, qui invalide administravit, ut in casu nostro.

Ad quintum respondeo, quod filius non conficiens inventarium, non desinit esse filius. ideoque ex hoc non amittit legitimam: At tutor non conficiens inventarium, tutor efficax non est. & in dolo esse præsumitur, & neq; agere, nec convenire potest regulariter, *ut supr. in 2. part. cap. 1. de inventario confect. late diximus.* Ergo non lucratur decimam, vero & legitimo tutori à lege fori de-
27 latam. Verum, cum hic tutor invalidus † recte rem minoris, atq; utiliter administraverit, & sic decimam fructuum non reportet ex supradictis, expensas tamen utiles & necessarias reputabit, nec non & salarium moderatū, arbitrio boni viri, juxta laborem impensum & facultatem minoris, si alias tutor hic erat solitus operas suas locare, vel de suo amisit, aut alias pro suis rebus expendit, ut rebus pupilli incumberet, ne defraudetur suo labore atq; sudore, atque pupillus locupletetur cum jactura alieni, quod omni jure consonum est, scilic. ut sibi in præ dicta specie solvantur impensæ, & salarium moderatum, ne defraudetur suo labore & sudore, & pupillus locupletetur, cum alicna iactura.

SUMMARIA.

1 *Decima an danda sit tutori designato in testamento ignoranti, sed diligenter administranti bona pupilli? & numeris seqq. resolvitur negative, expensæ tamen necessariæ, & salarium moderatum sibi præstantur, ut in num. 16.*

2 *Gesta ab exsequutore ignorante se esse exsequutorem, non valent.*

3 *Gesta a procuratore ignorante se habere mandatum, non valent, quamvis re vera id habeat, sed in hac regula in praxi, & de stylo Palatii contrarium servatur, ut in num. 4.*

5 *Tutor, si ex scientia tutor sit, gesta tamen ab eo non valent, quoad sol. solemnia servaverit.*

6 *Tutor non tenetur de periculo tutelæ, nisi à die solemnia.*

7 *Gesta a judice ignorante se esse judicem, nullius momenti sunt, etiamsi re vera ex fuerit jurisdictio commissa.*

8 *L. 2. in princip. ibi, proinde si privati consentiant, &c. intellectus.*

9 *Tutor semper videtur administrare tutorio nomine, etiam si id non dicat, si tamen sciebat se esse tutorem, secus si ignorabat.*

10 *Decima non datur tutori administranti, non tanquam tutor sed tanquam amicus vel conjunctus.*

11 *Relictum, vel datum alicui tanquam tutori, non consequitur illud, si non administrat tanquam tutor, sed tanquam conjunctus vel negotiorum gestor.*

12 *Gerens ex facultate, quæ non competit, quamvis posset gerere ex altera facultate quæ competebat, non tamen gessit ex hac, sed ex alia, nihil agit.*

13 *Actio hereditatis facta à patre pro filio infante, tanquam tutore, qui in veritate non erat tutor, licet posset adire, tanquam pater, non valet, quia hoc non egit.*

CAPUT IX.

An tutori ignoranti tutelam, administranti tamen, tanquam amico sit danda decima?

1 SUperioribus concinne est videre, *an tutori designato in testamento à patre pupilli, ignoranti tamen se tutorē datum, sed diligenter administranti bona pupilli, sit danda decima?* Hanc quæstionem licet raro in praxi contingibilem examinavit in utramque partem diligenter, ut solet, Caspar. Bacc *in sue tract. de decim. tut. c. 9. per totum*, & prolatis duobus fundamentis pro parte affirmativa, & pluribus aliis pro negativa, hanc tenet, nempe. quod huiusmodi tutori non sit danda decima. Quam probo & sequor cum moderamine, de quo infra. Idem probat Bacc. *ibidem num. 13.* in tutore dubitante se esse tutorem. Est enim optimus text. in proposito, pro hac sententia, nempe *leg. quare, ff. de eo, qui pro tut. negot. gest.* ubi inquit Jurisconsultus Jabolenus, *quæro, an is, qui cum testamentum ter dat ius esset, & id ipsum ignoraret, pro tutore negotia pupilli gesserit, quasi tutor, an quasi pro tutore gesserit. sentiatur? Respondi non puto teneri quasi tutorem, quia scire, quod se tutorem esse debeat, ut eo affectu negotia gereret, quo tutor gerere debuit.* Ergo ei non est danda decima, cum non sit tutor, neque quasi tutor teneatur, sed ut procurator, qui scire debebat, se tutorem esse, ut eo affectu negotia gereret, sed hic tutor hoc ignoravit, & rem pupilli non gessit affectu tutoris. Ergo cum eo non loquitur lex fori, deferens tutori decimam, cum iste non sit tutor, sed cum eo, qui scivit, se tutorem esse, & affectu tutoris bona minoris administravit.

Ad idem optimus text. *in l. 3. §. sed quod de tutore, ff. judic. solut. in illa verba: sed si quis id tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administravit, qui signorat se tutorem esse. decernum est non committi stipulationem.* Cum tamen textus ille prædixerit, quod stipulatio iudicatum solvi acquiritur pupillo per tutorem. Tutor igitur ignorans se tutorem, non acquirit pupillo, *ut notat ibi Paul. Castr. n. 7.* Ergo nec sibi huiusmodi tutor à fortiori acquirere debet decimam ex fructibus & redditibus pupilli.

Ex quibus † recte probavit Bald. *in l. falsus. num. 19. C.* 2
de fals. quod gesta ab exsequutore ignorante, se nominatum exsecutorem, non valent, cuius opinionem sequitur Alexand. *in l. sed & si de sua, ff. de acquir. hered. & Bacc. d. c. 7. num. 6.*

Sic etiam † gesta à procuratore ignorante se habere
mandatum, non valent nec tenent, licet id revera habeat, quoniam antequam id sciat, procurator non est, *juxta* 3
glos. per text. ibi in clement. unde procur. versic. sciente, quam sequuntur plures, quos refert & sequitur Bacc. d. c. 7. num. 7. sed neque text. ille, nec glos. hoc probant, quoniam si requirunt scientiam, & acceptationem mandati, est in eum finem, ut non possit poñea procurator recusare defensionem mandantis, nulla facta protestatione tempore receptionis mandati, *ut patet ex literis illius tex.* Et quis, ut inquit glos. ignorans non consentit. Non vero inquit, nec probat text. aut glos. tenet, quod procurator ignorans mandatū, non sit procurator, neq; quod non teneat ab eo gesta nomine mandantis, nihilominus tamen Specul. *in tit. de procur. §. 2. num. 18.* tenet præfatam conclusionem, dicens, quod si procurator tum ad dicendum contra personam non fuit ante terminum à procuratore receptum, licet factum esset: ipse tamen procurator infra ipsum terminū dederat articulos contra personam, non debet admitti, quia non dedit eos in termino, qui potestatem haberet dandi, nisi ex quo mandatum recepit & approbavit, & ibi eius additio, dubitans de hoc, inquit, quod quicquid dicatur, via tuta est, quod constituens expresse ratificet prius gesta ante constitutionem & post, & Speculatorem sequitur bene probans Bart. *consil. 73. num. 1. & 2. & alii relati per Bart. ubi supr. & Soccin. in l. unitum inter est, n. 1. ff. de condit. & demonst.* Satis tamen est, quod procurator per literas vel quantium dominus sit certificatus de mandato, licet instrumentum mandati ad illum non pervenerit, ut tenet Bart. ibi & Alex. *an locus allegatus per eius additionem.*

4 Quæ & si in puncto † juris vera esse censeam, in praxi tamen in his regnis, in quibus sola facti veritate inspecta judicandum est, gesta per procuratorem nomine alterius, qui sibi revera prius mandatum dederat, quamvis ipse id ignoraret, valida esse crederem, dum tamen fuerit admissus, & sibi non fuerit datus terminus ad exhibendum mandatum in judicio, vel si fuit datus, id exhibuit, antequam excluderetur, cum re vera illud haberet, & postea exhuberit prius quam super eo pronuntietur. Et cum hæc scripsissem, gaudeo quidem inveniſſe apud Socin. *ubi supra*. dixisse dominos de Rota *decis. 7. in antiquis de procur.* quod licet aliter sit de jure, tamen de stylo Palatii est, quod valeant gesta per procuratorem, ante mandatum receptum, si ante sententiam producatur. Ego id non invenio ibidem, sed in additione *ad decis. 7. de procurat. in novis*, ubi cum jure probasset, quod de jure diximus, *num. 3.* addit hæc verba, *contrarium servat Rota, scil. quod alias gesta per procuratorem, antequam recipiat procuratorium, valent & sufficit, quod illud ante sententiam in judicio producatur*, & decis. 19. *de procurat. in antiquis*, in quit, quod ubi ad requisitionem alicujus procuratoris aliquis excommunicatur, valet excommunicatio, licet tempore excommunicationis non appareat, quod esset procurator ejus; licet re vera esset, sed postea apparuit eum fuisse procuratorem.

Non tamen per hoc idem esse dicendum probo in gestis per tutorem, ignorantem se esse tutorem. Cum enim plura alia solemnia requirantur in tutore, antequam administrationi se ingeratur, nempe, quod satisdet, inventarium conficiat, & alia, de quibus supra hoc libro egimus, quam in procuratore ad negotia, qui solo mandato opus habet, merito, ut tutoris gesta ignorantis se esse tutorem non valeant, cum etiamsi id sciret, nisi solemnia adimpleret, adhuc non valerent, quia tutor nondum est sine illis.

5 Quamvis enim ex scientia † tutor fit, gesta tamen ab eo non valent, quousque solemnia servaverit Bart. *in l. legitimos, ad fin. ff. de legit. tut. & in l. 1. n. 2. ff. de tutel. Guid. Pap. decis. 330. & plures alios referens Baec. dict. cap. 7. nu. 9. de decim. tut.*

Procurator autem ad negotia etiamsi ignoret mandatum sibi esse factum, nihilominus si illud producat tempore ad id sibi assignato, adimpleat, ideo merito, ut si ante exhibitionem fuerit admissus, & postea in prædicto tempore mandatum exhibeat, interim facta teneant.

6 Denique tutor † non tenetur de periculo tutelæ, nisi à die scientiæ, *ut in l. & sciens, C. de administr. tut. & in leg. quidam decedens, eodem tit. Bartol. in l. absenti, ff. de donat. Baec. d. cap. 7. num. 1.* Ergo ita quoque, licet ante sententiam administret, non debet habere præmium decimæ, quia ignorans & non affectu tutoris, prout requiritur, administravit.

7 Sic etiam † gesta à judice ignorante se esse judicem, nullius momenti sunt, etiamsi ei vere fuerit jurisdictio commissa, *ut notant Bartol. Paul. & Socin. in leg. multum interest ff. de condit. & demonstrat. Abb. & Anton. in cap. cum ex officio ff. de præscript. & alii, quos refert & sequitur Baec. d. c. 7. n. 11.*

8 Neque hic obstat text. † *in leg. 2. in princ. ff. de judic. ubi, proinde si privatus consentiant, prator autem ignorat consentire, an legi satisfactum sit, videndum est?* Et puto defendi posse jurisdictionem esse, quoniam lex illa loquitur in eo, qui vere judex erat, idque scribebat; ignorabat tamen aliquod adminiculum, scilicet jurisdictionem sibi à partibus prorogatam, ut patet ex litera text. & tenet Bartol. *in dict. leg. multum interest, in secunda conclusione.* Quod procedit in judice ordinario, in quo loquitur Bart. secundum omnes, *teste Socino ibidem, num. 9.* ubi agit quid in judice delegato.

9 Non etiam obest, † quod tutor semper videatur administrare tutorio nomine, etiamsi id non dicat, *ut docet glossa in verbo, recte recusat, in leg. post mortem, & tutor. & ibi Bartol. num. 1. ff. quando ex fact. tutor. a Aretin. Paul. Castr. & Jaso. in leg. post datem, ff. solut. matrimon.* Et est communis opinio, *ut ex supradictis resolvit Baec. dicto cap. 7. nu. 4.* & comprobat Tiraquellus *de retract. lignag. §. 10. glossa. unic. num. 2. sequitur plures referens Cavalcan. de tutor. & curator. num. 243. versic. quando tutor, & alios referens Mascard. de probationibus. 1. tomo, conclus. 581. num. 1. & iterum in 3. tomo, conclus. 1393. num. 2.* pro quo allegat textum *in leg. 3. §. 1. sed & quod de tutore, ff. judic. solvi, & in leg. Lucius, §. tutorem, ff. de administrat. tutor.* quia hoc procedit in tutore sciente se esse tutorem: Secus in ignorante, quia cum nesciat se esse tutorem, nullo modo præsumi potest tutorio nomine id fecisse.

Et ita merito procedit, quando contrahentes & agentes sciebant, eum esse tutorem, *secundum Doctores, quos refert & sequitur Cavalcan. ubi supra, & confirmat Alexand. consil. 101. volum. 1. sequitur Mascard. d. conclus. 1393. num. 3.*

Et ita, licet ex lege Gallica tutor lucretur fructus, id non procedat in tutore, qui non satisfecit, tenet Chassan. *in consuet. Burgund. rubric. 6. §. 4. verb. caution. versic. adverte, num. 7. quem refert & sequitur in terminis decimæ, de qua in dicta leg. furi, Baec. dict. cap. 7. num. 9. ad finem, ubi num. 13.*

10 Et procedit hæc nostra † principalis sententia, ne dum in tutore ignorante, se esse talem tutorem, sed etiam in id sciente, non tamen administrante animo & affectu tutoris, neque tanquam tutor, sed tanquam amicus vel conjunctus, *argumento text. in l. 3. §. sed & quod de tutore, ff. de judic. solut. ubi, sed si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administravit ex aliqua causa, dicendum erit non committi stipulationem.* Et quia pupillus nullum habet privilegium adversus eum, qui non tanquam tutor, sed tanquam amicus gerit, *l. si negotium ff. de privileg. cred. ubi notant Dynus & Albertus.* Ergo nec etiam ipse gerens consequi debet ex bonis pupilli præmium decimæ solis gerentibus, ut tutoribus & solemnia adimplentibus concessum.

11 Cum enim aliquid † relinquitur vel datur alicui, tanquam tutori, non consequitur illud, si non administrat tanquam tutor, sed tanquam conjunctus, vel negotiorum gestor, *ut ex Alexand. consil. 101. visis & ponderatis, colum final. versic. praterea in testamento, libr. 1. & Decio consil. 178. versic. 2. respondeo, & alii* resolvimus non semel in hoc opere.

12 Pro qua facit optima † doctrina Hostiens. à Canonistis communiter approbata, *in cap. ex officio de præscript. secundum Socin. in leg. multum interest, num. 6. ff. de condit. & demonstrat.* quæ habet, quod quando sunt duæ potestates specie differentes, quarum altera competit, & altera non, si aliquis gerit ea ea, quæ non competit, non sustinetur actus ex ea, quæ competit, *ut probatur in dict. leg. 3. §. sed & quod de tutore, ff. judic. solvi, in verbis supra relatis*, ex quo consuluit Socin. *ubi supr.* quod aditio hereditatis facta à patre pro filio infante tanquam tutore, qui in veritate non erat tutor, & ut tutor adire non poterat, sed bene poterat adire tanquam pater, *juxta leg. si infans, C. de jur. deliber.* non valet ex capite tanquam facta à patre. Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum tutor verus, sciens se esse tutorem, administrat non tanquam tutor, sed tanquam amicus vel conjunctus, nihil agit, decimam habere non debet. Et in terminis ita tenet Baec. *d. c. 7. n. 15. cum seqq. de decim. tut.*

13 Hæc tamen † licet ita se habeant atq; vera sint, nihilominus huic gerenti, tam in prima specie tutoris ignorātis se esse tutorē, quam in secunda id scientis, sed non administravit ut tutor, sed ut amicus vel coniunctus, solvēdæ

erunt expensæ utiles & necessariæ, si utiliter administravit, nec non & salarium arbitrio iudicis moderandum, iuxta laborem impensum & qualitatem facultatum minoris, si gestor erat homo solitus locare operas suas, vel si rebus suis defuit intendere, ut rebus pupilli operam navaret, ne labore & sudore suo defraudetur, atque ita indebite damnum patiatur, & pupillus locupletetur cum iactura aliena, ut iam resolvimus similiter ad finem doctorum capitum præcedentium.

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum & reddituum bonorum minoris, an detur secundo tutori vel curatori, date primo impedito ob causam legitimam? & numeris sequent. sed n. 5. distinguitur.*

2 *Tutor, qui reipublicæ causa abest, desinit esse tutor.*

3 *Exercens actum alterius sub certo salario mandatum, idem salarium petere potest.*

4 *Decima fructuum bonorum, quæ tutor administravit, sibi danda est, reliquorum tamen bonorum, in quibus sibi petiit adiungi curatorem, qui ea administravit, non debetur illi primo.*

CAPUT X.

An tutori vel curatori dato primo tutore impedito, debeatur & danda sit decima?

CVm tutori impedito tutelam administrare dandus sit alius tutor, puta propter adversam valetudinem, senium, furorem, furdinatem, paupertatem, absentiam causa reipublicæ, vel propter relegationem, aliasve legitimas causas, *ut docuimus, supra in 1. part. cap. 15. per totum.*

1 Operæ pretium erit nunc videre, † *an huic tutori vel curatori secundo dato, primo impedito ob causam legitimam debeatur & sit danda decima fructuum & reddituum bonorum minoris?* In hac quæstione plura hinc inde adducit Gaspar Baeca, *de decim. tut. cap. 8. per totum*, & tandem, quibusdam præsuppositis ita distinguit, ut si quidem causa, propter quam secundus tutor datur, talis est, ut primus desinat esse tutor ad tempus, vel in perpetuum, & secundus tutor vel curator sit, tunc hic secundus, cum verus tutor vel curator sit, decimam habebit, utpote si primus tutor reipublicæ causa abiit: datur enim in locum eius curator, & ipse desinit esse tutor, *ut in l. 1. Cod. in quibus cau. tutorem hab. &c. & ibi notant DD & alii, quos refert & sequitur Baec. d. cap. 8. num. 17.* ubi quod hoc casu primus desinit esse tutor, & secundus curator est.

Vel etiam, quando primus tutor factus est furiosus, vel mutus, quia etiam hoc casu secundus in locum istius suffectus, tutor est, *l. pen. ff. de tutel.* vel cum mater tutrix transit ad secunda vota: in locum enim eius datur alius, qui vere tutor est.

His namq; casibus, & si qui alii similes sunt, huic secundo tutori vel curatori danda est decima, quia est verus curator, liberamq; & generalem administrationem habet, *ut in l. curatorem, ff. de tut. & cur. dat. ab his, & in l. 1. & in l. potuit, Cod. in quibus caus. tut. hab. & per Baec. ubi supr. num. 7.*

Si vero causa, propter quam secundus curator datur, talis sit, ut non removeatur primus tutor à tutela ad tempus, neq; in perpetuum, & hoc casu cum secundus curator non sit, sed potius administrator, *ut in leg. filet ff. de tut.* ipsi secundo decima danda non est, veluti, quando hic secundus datur primo tutori, propter eius adversam valetudinem, vel senium. Et hanc distinctionem, ut veram probat iste auctor, cum declaratione eiusdem, *num. 20. cum sequentibus, ubi supra*, quæ talis est, nempe, ut in casibus, in quibus secundo tutori danda est decima, ipse in solidum eam percipiet, nec communicabit partem aliquam eius primo tutori, ita tamen, ut si primus desinat esse tutor ad tempus, pro quo secundus est tutor, pro illo tantum tempore percipiet decimam, & pro tempore, quo hic secundus tutor non sit, decima ei non erit præstanda, sed primo tutori: si vero primus desinat esse tutor in perpetuum, secundus erit tutor pro toto tempore residuo tutelæ, eique pro eo tempore integra decima præstabitur. Exemplum primi casus est in absente causa reipublicæ, vel alio simili impedimento temporali. Secundi vero casus exemplum est, in impedimento furoris, cæcitatis, vel alio consimili impedimento perpetuo.

Quod autem † tutor, qui reipublicæ causa abest, desinat esse tutor, *l. si tutor reipublicæ, ff. de tut. & rat. distrahend.* & sentit gloss. *in l. 3. §. 9. quis absturus, ff. de suspect. tutor.* Et hæc videtur esse communis opinio, *secundum Baec.* qui plures Doctores ad hoc refert *dict. cap. 8. sub numer. 20.* Eadem quoque distinctio servanda erit in relegato ad tempus, vel in perpetuum, nempe, ut secundus tutor in eius locum suffectus auferat decimam, pro tempore, quo duravit eius tutela & administratio, nec teneatur priori eam communicare, cum desinat esse tutor tempore relegationis, eique solvi non possit, nisi antequam ei substitueretur curator, solutio fieret: tunc enim liberaretur debitor ei solvens, *ut in l. quod si forte, §. sunt quidam. ff. de solut.* Et hæc quoad primum membrum distinctionis principalis huius capit. recte dicta sunt.

Quoad secundum membrum prædictæ distinctionis principalis, nempe in casibus, in quibus primus non definit tutor esse, puta si adiungatur ei curator ratione senectutis, vel adversæ valetudinis, tunc inquit Baec. *num. 24.* quod primus solidam decimam sibi percipiet, non vero secundus, qui potius administrator bonorum est, quam curator, *ut in dict. l. solent*, quia vera sapientia loquitur, *plus valet umbra asini, quam gladius juvenis*, & multorum annorum est prudentia, & in multis annis intelligentia.

Ego vero † circa hanc speciem, ita distinguerem, ut si quidem primus tutor, ob cuius adversam valetudinem, vel senium administrator datur, non sic ita impeditus, quin consilium & favorem sua prudentia administrandis & gubernandis rebus præstare possit, tunc quidem vera sit omnino opinio præcedens Baecæ, nempe, ut integra decima ei debeatur, non vero secundo, quia hic magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur, ut expresse inquit dicta *l. solent, ff. de tutel.* quamvis adhuc in hac secunda specie salarium aliquod iudicis arbitrio moderandum ratione laboris esse ex prædicta decima dandum & constituendum secundo administratori, præsertim, si erat laborator, vel rusticus, alia ve persona operas suas solita locare, vel si propter occupationem administrationis rerum minorum, de suo aliquid amisit, vel acquirere desiit, quia tam labor, quam pecunia divisionem recipit, ut alias taquit Iurisconsultus, *in leg. Seia amico. in fine, ff. de annuis legat.* licet enim prudentia senis multum valeat, labor tamen iuvenis cum sua industria præmio etiam dignus est.

Si vero primus tutor ita adversa valetudine, vel senio ætatis contectus sit, ut nullo modo, nec in aliquo possit prodesse administrationi tutelæ, verbo, consilio, aut prudentia, vel intelligentia, non video cur huic danda sit decima, sed secundo tutori, qui totum pondus & onus tutelæ portat, & ut id omnino portaret, fuit à iudice positus & decretus. Et hæc est mens nostræ leg. fori, dantis decimam fructuum & reddituum bonorum minoris tutori, pro suo labore. Quamvis enim hic magis administrator rerum, quam curator

esse intelligatur, *ut in d.l. fœlet*, in hac tamen specie opere ipso atque effectu curator & tutor est, si quidem omnia facit, eiusque consilio, prudentia & labore omnia geruntur atque gubernantur, præcipue cum *dict. l. fœlet*, in prædictis verbis non neget, cum esse curatorem, sed magis administratorem esse intelligi, quam curatorem esse. Ergo curator est etiam: idque maxime verum est in specie, de qua agimus.

Facit † etiam pro hac parte, *Titio*, & quod ex ea notat Bart. *ubi ff. ad municip.* ubi quod qui exercet actum alteri sub certo salario mandatum, idem salarium petere potest, quem tex. ad hoc dicit singularem & forte unicum Bacc. *ubi sup. n. 11.*

4

5 Vltimo obser vandum † erit, quod si primus tutor desinat esse tutor, non quoad omnia bona pupilli, sed quoad partem, veluti si pupillus bona habeat in diversis territoriis, tutor vero ne tanto onere prægravetur, petit sibi adiungi curatorem, qui bona in alia regione sita administret, *ut inl. propter litem. §. iff. de excusat. tut.* tunc cum hic tutor, non debeat esse tutor, quoad omnia bona, sed solum, quoad bona alterius regionis, ex bonis tamen illius regionis, quibus datus est curator, decimam non percipiet ex ceteris tamen, in quibus tutor remanfit, decimam fructuum percipiet, quia, *ut inquit. dict. l. propter, §. i.* habenti tutorem datur tutor, sed aliarum rerum, non earundem, ex quo textu hanc opinionem in terminis nostris probat & tenet Bacc. *dict. capit. 1. num. 23.*

SUMMARIA.

1 *Decima, an debeatur & danda sit tutori, vel curatori Regis? & n. seq. resolvitur negative.*
2 *Persona loquentis, nunquam censetur comprehensa in generali sermone.*
3 *Administratio & Gubernatio horum Regnorum Hispaniæ triparitita est. ut hic.*
4 *Præses Castellæ curiæ habet generalem omnium rerum gerendarum, ad quem omnes accurrunt.*
5 *Tutor & coadiutor Regis æquiparantur, & uterq; liberam habet administrationem.*
6 *Coadiutores Regis, qui ut plurimum solent esse clarissimi regni proceres, nihil auferunt præter expensas moderatas ad sui & suorum alimenta.*
7 *Salarium competens assignandum est tutori vel curatoris Regis, prout decet tanto officio & Regis auctoritati, nec non & sumtibus, arbitrio procerum regni nominantium tutorem salva in omnibus ipsius Regis voluntate, nam si pater tutorem filio dederit ipse salarium constituet, quod si id omisit, eidem proceres, pro suo arbitrio constituent.*
8 *Decima, an danda sit tutoribus, vel curatoribus Ducum & similium personarum amplos redditus habentium?*

CAPUT XI.

An tutori vel curatori Regis debeatur, & danda sit decima?

1 DE tutela Regis iam supra late † egimus, *in 1. part. cap. 18.* nunc videamus, *an tutori, vel curatori Regis danda sit decima?* Hanc quæstionem clarissime examinat pro & contra Gaspar Bacca, *de decim. tutor. capit. 9. per totum*, & tandem ex pluribus resolvit, ut dispositio legis fuit de hoc agentis, locum non habeat in tutore & curatore Regis, quod sibi probabilius & æquius videtur, quem refert & sequitur novissime Bobadill. *in sua Polit. de Corregidore, libr. 4. cap. 5. numer. 61.* quæ sententia veritima mihi videtur, tum ex nonnullis ab eo ibi adductis, ex quibus, quæ præcipua sunt, breviter resumemus, ut lector interim intelligat, quanta veritate polleat isthæc opinio, tum etiam quia in generali sermone nunquam comprehensa censetur † persona loquentis, & eius damnum, *cap. petitio, ubi notant omnes, de iur. iurand. & necessar in l. si hominem, ff. mandat. Bart. in leg. ambitiosa, col. 4. vers. item ratione arbitris, ff. de decret. ab ordin. fac. Decian. cons. 23. num. 85. lib. 1.* Lex ergo prædicta Regia fori tutoribus deferens decimam fructuum, Regem ipsum illius conditorem non comprehendit.

2

Quinimo si de hoc casu legislator interrogatus fuisset, verisimile est hoc responsurum, nempe se non loquiꝺe tutore Regis. Ergo ex lex fori generaliter loquens restringenda est ad casus, in quibus legislator eam limitaret, si interrogatus de his fuisset, argumento glossæ communiter ubique approbatæ, *in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact.*

Sed † ut ad cetera fundamenta huius partis accedamus, bene consideravit Baeca tripartitam horum regnorum administrationem & gubernationem. Primam & præcipuam continet senatus supremus iustitiæ & omnimodæ gubernationis. Secundam senatus rationalis, qui nihil aliud curat, quam rem Principis tueri, augeri & stabiliri. Tertiam senatus bellicus, in quo hunc laborem subeunt proceres nobilissimi à Rege electi, qui perpetuo consilio honorem & tutelam regni curant, & nequid ab hostibus patiatur detrimenti. Omnes hi salaria auferunt à Principe, neque tutoris expensis administrant, ideo non potest dici, tutorem per eos agere, quo ad hoc, ut labor eorum censeatur labor ipsius tutoris.

3

Sed † & adest his regnis præses prudentissimus & gravissimus, qui curam generalem omnium rerum gerendarum habet, ad quem omnes accurrunt vulgo dictus, *Presidente de Castilla.* Adsunt præterea in provinciis aliæ tribunalia suprema cum suis præsidibus, quibus omnibus salaria competentia ex redditibus Regiis præstantur.

4

Licet ergo Regis tutoris labor sit ingens, haud quaquam potest esse tantus, ut tam immensum salarium, quale est decima omnium fructuum regalium, promereatur, præsertim, cum per alios tam graves viros, ut prædiximus, universa res gerantur, quamvis ipse tutor omnibus superintendat: Accedat, quod esse Regis tutorem, maxime honorificum est, cum summa utilitate coniunctum: solent enim Principes, cum nutritiis, qui suam infantiam formaverunt, maxime liberales esse. Contentus ergo esse debet Regis tutor moderatis alimentis, præferatque publicam regni utilitatem suis privatis commodis, & spectans ab alumno grati animi liberale testimonium: alias enim dare decimam omnium redditumm regalium regio tutori, esset præcidere regni nervos, & publicam utilitatem spernere.

Deinde hæc eadem † opinio ea astruitur, quoniam tutor & coadiutor Regis æquiparantur, & uterque plenam liberamque habet administrationem, *ut notant Bald. & Iaf. in leg. fin. Cod. de testament. milit. text. & ibi, glos. Imola, Dominicus & Francus, colu. 1. in cap. grandi, de suppleud. negli. prælat. quos refert & sequitur Bacc. dict. capit 9. num. 13.* † Coadiutores tamen, qui ut plurimum solent esse clarissimi regni proceres nihil auferunt præter expensas moderatas ad sui & suorum alimenta, *ut notant Francus, in dicto capit. grandi, num. 6. & sequitur cum aliis Bacca, ubi supra, num. 13.* Ergo nihil aliud amplius est præstandum tutori Regis, propter eius laborem, & administrationem.

5

6

Tertio, eadem sententia comprobatur, quoniam ideo tutoribus & curatoribus decima datur, quia totum minoris patrimonium servant, administrant, colunt, fulciunt & augent, ut patet: hoc autem licet tutor Regis tanquam superintendens omnium faciat, non tamen in omnibus laborat, cum per alios administratio omnis partita sit, ut prædiximus, sicut tutor privati.

Salarium

7 Salarium † tamen competens assignandum est tutori vel curatori Regis, prout decet tanto officio & Regis auctoritati, nec non & sumtibus ipsius tutoris, hoc tamen (si pater præmoriens, tutorem filio non dederit) arbitrio procerum regni, nominantium tutorem relinqui censeo, qui pensatis pensandis salarium assignent, salva in omnibus ipsius Regis voluntate. Nam si pater filio Regi futuro tutorem dederit, ipse salarium eidem constituet, Quod si hoc omiserit assignare, iidem proceres, hoc pro suo arbitrio constituent.

8 Tutoribus autem † Ducum & similium personarum censet Bacc, *numer. 21.* dandam esse decimam, quoniam in his cessat iniquitas, & ceteræ rationes ab eo ibi adductæ. Ideo legi standum videtur. Addit tamen, non videri æquum, si Dux opulentissimi redditus ditionem possidest, decem aureorum millia dare tutori pro decima. Absurdum enim quiddam & præposterum sapit ex rationibus, ab eo supra relatis. Sed in hoc de tutoribus Ducum, si Comitum & Marchionum, Baronum, & similium personarum, qui magnis redditibus fruuntur, crederem de decima eorum non esse agendum, sed salarium condecens omnibus recte pensatis, & consideratis esse prædictis tutoribus à iudicibus supremis assignandum & constituendum, si forte res in contentionem iudicialem deferatur.

SUMMARIA.

1 *Decima an danda sit tutori, quando redditus pupilli, adeo sunt tenues, ut vix sufficiant pro ipso pupillo alendo? & numeris sequentibus resolvitur affirmative, num. 2.*
2 *Impensa de fructibus ante omnia deducenda sunt, & sit æstimatio laboris pro fructibus colligendis, & in ipsius rei cura & administratione impensi, cum eisdem fructibus, iuxta debitum & meritum mercedem omnino compensanda.*
3 *Redditus ecclesiæ, quando non sufficiunt prælato agrotan te suo, coadiutori, præfertur prælatus, & parochianis compelluntur ad provisendum coadiutori.*
4 *Iudex omni casu providere debet, ne quis cum alterius iactura locupletetur contra naturalem æquitatem.*
5 *Decima Papalis non est solvenda à clericis, quando eorum res adeo sunt tenues, ut vix sufficiant pro alendis ipsis clericis.*
6 *Alimenta de iure debent solvi de redditibus & accessionibus patrimonii, non vero de proprietate.*
7 *Fallit primo, quando minor non potest sustentare ex fructibus hereditatis, quia tunc bene potest vendi proprietas minoris pro eo sustentando, ne fame pereat præcedente causæ cognitione, & decreto iudicis.*
8 *Fallit secundo, quando ipsemet, qui datur in est alimenta, est alendus ex illis, tunc enim permissum est, rem vendere.*
9 *Fallit tertio, quando ministri domini rei sunt alendi: tunc enim obligatur dominus res proprias vendere.*
10 *Fallit quarto, quando alicui est præstanda certa portio pro alimentis ex fructibus alicuius prædii ad id designati: tunc enim, si prædium illud non reddat tot redditus, quanta est portio, debent supplere & persolvi ex aliis rebus testatoris.*
11 *Decima pro solutione anni sterilis præcedentis, an fertilitas anni sequentis prosit?*
12 *Salarium, an tutoris sit assignandum à iudice, quando non supersunt fructus?*
13 *Salarium an sit tutori assignandum, quotis tenues fructus colliguntur?*

CAPUT XII.

An decima danda sit tutori vel curatori, quando fructus & redditus pupilli vix sufficiunt pro eo alendo?

CVm sæpe allegata lex fori secunda, *De la guarda de los huerfanos* in pravi, usuque communi admissa permittat tutoribus minorum, *Que tomen para si el diezmo de los fructos por razon de su trabaio*, præcedentibus illis verbis, *Quien quiera que los tenga* (scil. *à los huerfanos*) *mantengalos de los fructos.*

Opportune quærit Glossator novus hic Baeca, *cap. 10. an decima tutori danda sit, si redditus pupilli adeo sunt tenues, ut vix sufficiant pro ipso pupillo alendo?* Decidit tamen motus quampluribus fundamentis, quod si fructus omnes sint necessarii ad alimenta pupilli, tutor eos non decimabit, nec pupillus etiam factus maior cogetur decimam solvere: additque sibi hanc opinionem probabiliorem & æquiorem videri, & quod ita lata sententia indicaret, si casus iudicandus occurreret, & præcipuum inter alia sumit fundamentum huius suæ sententiæ ex dict. leg. fori in illis verbis, *Mantenga los de los fructos, y tome para si el diezmo de los fructos.* Alia adiungit fundamenta, quorum pleraque potius persuadent, quam arctent seu urgeant.

1

Sed ut eius præcipuum fundamentum perstringamus, nempe, ex verbis dict. leg. fori sumtum, considero eam legem plusquam manifeste præsupponere, fructus bonorum pupilli sufficere ad alimenta ipsius, & insuper superesse ad deducendam decimam eorum tutori concessam. Ideo merito, quod ipse tutor eam sibi pro suo labore sumat. Ceterum si aliud contingat, & sic simus in specie nostræ quæstionis, prius videtur ex mente legis favendum alimentis pupilli, quam tutori: cum officium tutoris publicum sit & necessarium, iureque communi gratuitum: Ergo præmium à lege fori noviter eidem concessum benignitate eiusdem legis, locum habere non debet, deficientibus fructibus ad prædictam decimam, quando omnes sunt necessarii pro alendo pupillo: Charitas namque bene ordinata incipit à seipso, *leg. præses Provinciæ, Cod. de servit. & aqu. ubi moderni plura congerunt, de quæ servandarum, ff. de præscrip. verb. cap. 1. de suppleud. negleg. prælat. libr. 6. capit. qui vult de pœn. distin. 3. cap. quæ sæcamus, 42. distin. l. fi. tit. 23. part. 1.* Deinde, à mente & ratione atque benignitate legis cessante, bene valet argumentum, *cap. cum cessante, de appel. cum similib.*

2

Sed profecto † hæc sententia mihi nec pia, nec æquanec probabilior videtur, sed potius contraria: siquidem indistincte tutori, pro labore, & sic ex causa onerosa à lege fori decima fructuum conceditur. Vnde consequi videtur, ut nulla habita consideratione, an fructus sufficiant ad alimenta pupilli, nec ne, sibi præstanda sit: siquidem paupertas pupilli hac in specie consideranda non videtur: Quandoquidem habet proprietatem & possessionem, aliaque bona mobilia, ex quibus vivere possit, & tutor agat non quidem de lucro captando, sed de damno evitando, & sicut iustus, & continuus labor, quem sedulo in tutela & administratione eius impendit, atque suo periculo impendere debet, compensetur: Denique propter laborem & curam tutoris, vel curatoris, res minoris fructificant. Alias enim, si incultas possessiones relinqueret, aut paucos, aut nullos fructus producerent, labor igitur huic rei impensus, pro necessaria & utili impensa reputatur.

At quis ignorat † impensas de fructibus ante omnia deducendas, *ut patet ex adductis per Doct. Covarru. lib. 1. variar. resolut. capit. 3. num. 3.* ubi, quod propter has impensas fit, & æstimatio laboris in fructibus colligendis, & in ipsius rei cura, & administratione impensi, cum eisdem fructibus, iuxta debitam & meritam mercedem omnino compensanda, sicuti eleganter probatur *in cap. ad nostram, de reb. eccl. secund. Abb. & communem, ubi Innoc. & Abb. in cap. conquestus, de sponsa, Roma. sing. 136.*

3

& am-

& ampliat hoc Covarr. in fructibus perceptis à malæ fidei possessore, ut intelligantur deducta iusta mercede laboris in eis colligendis impensi, *ut in specie notant Bald. & Salycet in l. si quis scienς. Cod. de rei vendic. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 15. glos. 1. ad finem.* Nec tamen sit distinctio, utrum dominus verus fructuum his omnibus opus habeat, nec ne, ad sua alimenta, cum deductio iustæ mercedis pro labore utroque casu proculdubio fieri debeat. Nec enim laborans in re alterius, pro exigenda sua iusta mercede laboris, attendere debet ad necessitatem alimentorum illius, ob cuius gratiam in rebus suis laboravit: sed iusta atque legitima merces tutoris & curatoris pro labore suo est decima pars fructuum & redditum bonorum minoris, à lege de consigno moderata, atque taxata. Ergo ei danda est, nulla habita ratione, an remaneant fructus sufficientes pro alendo minore, nec ne: Neque obstant verba nostræ legis fori supra adducta & inducta in contrarium, ibi, *Mantelegalas de las fructos y tome para si el diezmo de los fructos.* Hæc namque lex licet præsupponat ex fructibus deductis alimentis orphanorum remanere decimam partem eorum pro tutore, & sic fructus sufficientes esse ad utrumq; si vero solum sufficiant alimentis pupilli, non vero decimæ tutoris, non negat decimam dandam tutorib. Vnde cum certum sit impensas, & laborem administrationis ex fructibus, ante omnia esse deducenda, *ut iure probatissimum*, manifesto & tutor labores in colendo agros, vineas, & cetera prædia, & in locandis domibus & fundis suo periculo, & in colligendo, & recolligendo bona fructuum & redditus & pensiones exigendo, consequens est, ut prius deducat decimam eis pro labore suo sibi à lege delata, tanquam impensa necessaria.

Denique, lex fori prædicta non præcipit, utprius deducantur ex fructibus alimenta orphanorum, sed simpliciter expressit, quod tacite inerat, nempe, ut orphani ex fructibus rerum suarum alerentur, unde etiamsi ipsi non sufficiant simul alimentis minorum, & decimæ tutoris vel curatoris, eadem dispositio locum habere debet ex identitate rationis eiusdem legis in utroque casu concurrentis, ne tutor fraudatus remaneat suo labore.

Tandem, quis unquam dicet, alias impensas necessarias non esse deducendas ex ipsis fructibus, tametsi exigui sint, & pro alimentis minorum insufficientes: siquidem tutor de suo eas solvere minime tenetur? Ergo eodem iure & iusta mercedem sui laboris, hoc est, decimam fructuum deducet, cum utrumq; sit iure deducendum ex ipsis fructibus ante omnia, *ut supra*, iure probavimus.

Non etiam obest doctrina † Vincentii Abbatis, *nu.* 4 *5. & 6. Cardina. in capit. de rectoribus, de cleric. presbyt. egrotant.* quæ habet, quod quando redditus ecclesiæ non sufficiunt prælato ægrotanti, & eius coadiutori, cui alias ex fructibus eiusdem beneficii danda est congrua portio pro labore & suis alimentis, *ut ibidem & in cap. 1. §. 2. de cleric. ægrot. in 6. & notant Doctores, in cap. grandi, de supplend. neglig. prælat. lib. 6.* ex quadam bona æquitate prælatus infirmus præfertur, & parochiani compelluntur ad providendum coadiutori: quoniam etiamsi ea opinio de iuris rigore vera esset, cum tamen gl. finaliter teneat expresse contrarium, adhuc nobis non obesset, quoniam in ea specie non erant alia bona ecclesiæ, ex quibus prælatus infirmus alli posset, & ideo nimirum si ex redditibus beneficii prius subveniatur ipsi prælato, tanquam ticulari & antiquiori: Ceterum in nostro casu minor habebat bona alia forsan mobilia & se moventia, vel saltem stabilia, quibus ali potest, quæ ex causa alimentorum, & sic ob famem alienari possunt, cum decreto iudicis, *auxta gloss. & ibi communem in leg. ob alimentum, Cod. de prad. & alijs rebus min.* Non enim minor locupletari debet, cum aliena iactura, *leg. nam hoc natura 20. de condict. indeb. l. iure naturæ, 207. ff. de regul. iur.* Omni enim casu studere debet iudex, ne quis cum aliena iactura locupletetur, tanquam contra naturalem † æquitatem, *ut ex dictis iuribus deducit Barbat. consil. 36. in fine, & consil. 38. libr. 1. & consil. 16. colum. 6. & 7. libr.* 5 *2. quem refert & sequitur Menochius de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 68. n. 49. ubi n. 50.* quod sunt partes iudicis advertere iniquitatem suum officium impartiri, *ut post multos docuit Marsil. cons. 16. n. 58.*

Sed profecto iniquum esset, quod tutor vel curator, qui utiliter gessit rem minoris, laborem impendens in fructibus & redditibus eiusdem colligendis, mercede debita & à lege taxata, hoc est, decima eorum privaretur, ut minor locupletior remaneret.

Eodem † modo respective respondetur ad id, quod 6 traditur de decima Papali, quod non sit solvenda à clericis, si eorum res adeo sint tenues, ut vix sufficiant pro alendis ipsis clericis, quia cum ipsi non habeant alias, unde se alant, nimirum Papa Bonifacius iudicavit decimam prædictam non esse solvendam.

Non obstant † etiam, quod de iure alimenta debeant 7 solvi ex redditibus & accessionibus patrimonii, non vero de proprietate, *ut in l. Imperator in fine, & ibi, notant Bartol. & alij ff. ad Trebel. leg. ius alimentorum circa fin. princip. ff. ubi pup. educar. deb. l. penultim. in princip ff. de alim. & cib. l. 1. §. mulier. ff. de ventr. in possess. mitt. Bacc. dict. capit. 10. num. 9. & nos allegatione 14. num. 5. sequitur plures referens & plura inde inferens Petrus Surdus de aliment. titul. 4. quæstion. 6. numer. 1. cum sequentibus, folio 145.* Quoniam ut resolvimus, *ubi supra*, hoc non procedit, quando à testatore est designata certa quantitas pro alimentis: Sed hic lex fori assignat decimam partem fructuum, pro labore administrationis. Ergo hæc præstanda est ex ipsis fructibus, & si ex reliquis fructibus hereditatis non remaneat congrua sustentatio.

Quia † tunc bene potest vendi proprietas minoris ad 8 eum sustentandum, ne fame pereat, præcedente causæ cognitione, & decreto iudicis, & ita in practica observatur, *ut resolvimus d. allegation. 14. num. 6. & probat novissime alios allegans Petrus Surd. ubi supr. num. 28. cum sequent. folio 149.*

Secundo, dispositio † *dict. l. imperator, § fi.* cum com- 9
muni, non procedit, quando ipsemet, qui daturus est alimenta, est alendus ex illis: tunc enim permissum est, rem vendere *secund. Imol. in dict. l. imperator, quem refert & sequitur Bacc. d. cap. 10. nu. 3.* Ergo cum deducta decima deficiunt fructus, ex quibus possit se pupillus alere, poterit res proprias vendere, cum decima fructuum debita tutori sit, ut æs alienum à lege iussum præstari, ob causam onerosam (hoc est) ratione laboris.

Tertio † non procedit prædict. oppositio, quando 10 ministri domini rei sunt alendi: tunc enim obligatus est dominus res proprias vendere, *ita Angel. in l. Divus ff. de pet. hered. Alexandin dict. l. imperator, num. 5. Bacc. d. cap. 10. num. 4. Surd. ubi supr. fol. 146. in fine.* Ergo cum tutor sit, ut minister, omnia enim curat, & in omnibus, ut ministrum se præstat, ei decima ex fructibus debetur, etiamsi reliqui fructus alendo pupillo non sufficiant: siquidem tutor ex prædict. decima alendus est: nec satisfacit responsio eiusdem Bacc. *dict. cap. 10. num. 17. vers. similiter*, nempe: quod pupillus non teneatur alimenta, nec decimam præstare tutori: hoc namq; verum non est, cum imo ipse tutor eam capere possit ex fructibus bonorum pupilli, *ut in d. l. fori.*

Quarto respondetur, quod † quando alicui est præ- 11
standa certa portio pro alimentis, ex fructibus alicuius prædii ad id designati: tunc namque si prædium illud non reddat tot fructus, quanta est portio, debent suppleri

pleri & persolvi ex aliis rebus testatoris, *leg. Lucius, & ibi Bart. n. 3. ff. de aliment. & cib. leg. & iuL. inter stipulantem, § sacrament. n. 6. & ibi Doctor. de verb. oblig. Bacc. d. cap. 10. num. 18.* Cum ergo tutori debeatur ad alimenta decima fructuum & reddituum bonorum pupilli, merito, ut ex ipsis eam percipere debeat, etiamsi deficiant, pro alimentis pupilli, quia hoc casu ipse ex alijs bonis suis alendus erit.

Patitur etiam alias plures limitationes regula *dict. leg. Imperator, in fine* cum similibus, quas congerit Petrus Surd. *ubi supr. num. 18. cum sequentibus, fol. 146.* Quamvis igitur decima fructuum minoris debita tutori, non possit ex proprietate bonorum minoris suppleri, nihilominus pro alimentis pupilli poterit vendi proprietas aliqua eius, ut in defectum fructuum ipse alatur, & sic limitatur, & non habet locum regula contraria supradicta in prædict. casibus, & potissimum, ut alatur ipsemet pupillus.

Et † hac nostra sententia retenta contra Baecam, non 12
est opus examinare alteram illam quæstionem, quam ibi, *num. 19.* cum sequentibus, *usque ad fi. capit.* discutit, *an si tenuitas fructuum processit ex sterilis anni malignitate, & annis sequens uberrimus fit, ubertas anni sequentis supplere debeat primi anni sterilitatem, & restituenda sit decima, quæ primo anno solvta non fuit?* Hæc enim quæstio cessat omnino, si teneatis meam sententiam, si vero vobis opinio Baecæ contraria placuerit magis, eius ultimum iudicium in hac ultima quæstione poteritis sequi, nempe, ut si decima fructuum alicuius anni sterilis non solvatur tutori, eo quod fructus omnes collecti necessarii fuerint pro alimentis pupilli, de fructibus alterius anni pinguioris refundatur decima ex fundamentis, *de quibus per eum*, quæ quidem urgentia sunt cum sua declaratione, ut non procedant, si decima unius anni non fuisset prorsus nulla, sed modica seu parva, quia tunc non est supplenda ex fructibus uberrimi anni: meo tamen iudicio, quæstio hæc ultima Baecæ superflua est, cum primo sit deducenda decima fructuum tutori vel curatori præstanda, quam alimenta ipsius: Nec mihi placet opinio indistincta Did. Perez *in l. 1. titul. 10. lib. 5. Ordin. colum. 1141. versicul. item etiam, ubi, & si non superfint*: dum tenet, quod si non superfunt fructus, iudex ex officio tutori taxabit salarium arbitrio suo: *allegat Montal. in dict. l. 2. tit. 7. lib. 3 for. in gloss. El diezmo*, qui 13
tamen bene dicit, quod index † ex causa constituere potest, certum salarium tutori gerenti, & quod hoc etiam possunt contutores gerentis ex causa, si plures sunt tutores, & unus eorum gerit & administrat. In primis namque Montalv. loquitur attento iure communi, ut patet ex auctoribus ab eo allegatis. Quo attento regula generalis est in contrarium, nempe, ut tutori non sit dandum salarium, nisi ex causa per iudicem, vel contutores, & in aliis casibus particularibus, *ut late probavimus supra hac tertia parte, capitulo secundo, per totum.*

Deinde Montalvus non loquitur, quando non superfunt fructus, sed simpliciter de iure communi. Est igitur intelligenda opinio Didaci Perez, quando nulli superfunt fructus, quo casu non indistincte, prout ipse loquitur, est tutori assignandum salarium per iudicem, vel contutores, sed ex causa, *ut in d. cap. late resolvimus & distinximus.*

Quibus † fit, ut si tenues fructus colliguntur ex bo- 14
nis & prædiis pupilli, tunc prædict. l. fori simpliciter, & indistincte servanda sit, ut decimam tantum partem eorum debeat habere & capere tutor, vel curator pro labore administrationis, eaque esse contentus debeat, ita ut nullum aliud salarium petere possit præter impensas utiles & necessarias in rebus pupilli, vel adulti factas.

SUMMARIA.

1 *Decima non est danda tutori non gerenti: quod procedit, etiamsi partem administraverit, nam nec, huius partis decimam habebit, ut in nu. 3. sed contrarium, nu. 1. & procedit etiamsi ex cessatione tutoris nullum damnum ubveniat pupillo, ut n. 9.*

2 *Legatum censetur relictum tutori pro administratione.*

4 *Herus committens fraudem in rebus hereditariis, privatur quarta Falcidia in omnib.*

6 *Salarium promissum advocato pro victoria plurium causarum, an pro rationabiliter debeatur pro ea causa in qua vicit, licet in aliis vincatur, & quid si sua culpa fuerit adimplere officium, n 7.*

7 *Advocatus, Doctor, vel potestas, cui constitutum est certum salarium pro suo officio, & per eius culpam fuerit non implere officium, an privetur ex hoc salario totius temporis, an solum temporis futuri, quo per eum fuerit?*

8 *L. etiamsi partis ff. de legat. 1. intellectus.*

10 *Decima datur tutori omittenti in modico administrare, ex is reliquis diligens fuit.*

11 *Decima non debetur tutori non gerenti, qui absens causam reipublicæ: nisi absentia esset modici temporis ut in num. 12. vel utilis pupillo, & pro ipso, ut in num. 13.*

14 *Decima non debetur tutori, qui casu fortuito impeditus non administravit.*

15 *Decima debetur tutori, licet curatori, qui non administravit culpa minoris, qui forte cum vulneravit.*

16 *Decima debetur tutori non gerenti per se, sed per alium.*

17 *Decima debetur tutori vel curatori, cui ex pluribus fuit commissa administratio per iudicem, & ceteri non administrantes, nullam partem decima consequuntur, idem si plures sunt tutores vel curatores, & unus gerit, & alij non, ut in n. 18.*

19 *Legatum relictum pluribus tutoribus, vel ex sequutoribus testamenti, & unus gerit, alter non gerens consequitur solidum legatum, & alter non gerens, nequit heres, non.*

CAPUT XIII.

An tutori non gerenti sit danda decima?

PLuribus modis, & causis contingere potest, quod tutor vel curator, quamvis vere talis sit, & omnia solemnia observarit, nihilominus tamen non administraverit. Quæritur ergo, *an tunc ei debeatur & danda sit decima, nec ne?* Et ut magis perfectam cognitionem atque specificam habeamus, figillatim per conclusiones procedendum est.

Sit prima conclusio: † tutori non gerenti non est 1
danda decima. Hæc conclusio verissima primo efficitur à ratione legis fori cessante, quæ propter laborem iubet, atque permittit tutori decimam fructuum, sibi capere: Cessante igitur ratione legis, cessare debet & ipsius dispositio, *ludicare, §. quamvis, ff. de iur. patr. cap. cum cessante, de appellat. cum similibus.*

Secundo † eadem conclusio probatur, quia legatum 2
censetur relictum tutori pro administratione, *l. Nescimus, ad fi. & in l. fed hac nimirum, ff. de excusat. tut. & in leg. quod autem ff. eodem titul. & ibi tutor., §. qua tutoribus, ff. eodem tit.* diximus, *late sup. in hac tertia parte, par. 3. cap. 5. n. 15.* Si ergo tutor non administrat, legatum non consequitur, *ut in dict. leg Nescimus, & in Lamicissimos, ff. eodem titul. cum simil. refert plures Bacc. de decim. iur. c. 11. num. 1. vers. & nominatim diximus etiam ubi sup. n. 33. ergo nec decimam.*

Tertio, quia sic etiam exsequutor testamenti non ex- 3
sequens voluntatem defuncti, non consequitur legatū,

ut dicemus infra C. de ex sequutore testament. an ei danda sit decima?

Sic etiam tricesima, quæ iure Neapolitano dari solet, non datur, non administranti, *ut scribit Afflict. in constitut. Neapolit. titul. de iur. baltr. num. 9.* quem ad hoc refert Baec. *dict. cap. 11. num. 4.* ubi & in numeris sequentibus. Plura alia similia congerit ad confirmandam hanc primam conclusionem, quæ quidem ut præmissus verissima est. & tenenda in terminis, de quibus agimus *ex supradictis*, quam ipse Baeca tenet, & probat referens, *num. 9.* nominatim in tutore. ... ui ex consuetudine dantur fructus, ut si non administret, ipsos fructus non lucretur, hoc tenentem Paulum Castrens. *consil. 374. super istis dubiis, num. 2. lib. 2.* ubi exemplificat in tutore removto à tutela ob delictum, non tangens administrationem patrimonii pupilli, ut hic non debeat carere lucro fructuum ratione administrationis, & laboris sibi à consuetudine concessо, nisi à tempore, quod per sententiam fuit remotus à tutela, quia cessante administratione, & labore, cessare quoq; debeat in consequentiam & lucrum, *ut in l. Seio amico, in fin. princip. ff. de annuis legat. & quid notatur per Cyn. in l. final. in fin. Cod. de revocat. vid. tolend.*

3 Ampliatur † primo præcedens prima conclusio, ut procedat, nedum si hujusmodi tutor, vel curator omnino non administraverit, sed etiamsi partem rerum pupillarium administraverit: Nam eius quoque partis, quam administravit, decimæ fructuum privandus est, *argumento tex. in leg. ea amissa part. ff. de legat. 1. ibi, etiamsi partis bonorum se excusaverit tutor, puta Italicarum, vel provincialium rerum, totum, quod ei testamento datum est, auferetur, &c.* Si ergo quando se excusat tutor ab administratione partis, non consequitur partem ullam legati, & sic, quando definit administrare sine culpa à fortioti, idem erit dicendum, quando culpa definit administrare. Cum igitur decima detur pro administratione totius patrimonii defuncti, si tutor partem eius non administraverit, amittet totam decimam.

4 Ex hac † ampliatio probatur efficaciter ex text. cum *gl. in auth. de heredib. & falcid. §. sancimus*, ubi quod heres committens fraudem in reb. hereditariis privatur quarta falcidia, non solum in ea re, in qua dolum commisit, verumetiam in ceteris aliis, quem tex. ibi ad hoc notant DD. & Bar. Paul. & Alex. *in l. Paulus ff. ad l. Falc. & in l. beneficio ff. eod. tit. & Baeca d. c. 11. nu. 12.* qui *n. 10. cum seqq.* hanc ampliationem probat & tenet.

5 Sed † adhuc contraria sententia, huic ampliationi mihi placet. Imo, quod si negligentia, vel culpa tutoris vel curatoris in aliqua re, vel aliquo tempore notaritan tum possit pro rebus, vel tempore bene gestis, danda sit decima, argumento doctrinæ Bald. *in l. unic. num. 8. C. de suffrag.* ubi tenet, quod si † salarium promissum est advocato pro victoria plurium causarum, sufficit in una viciſſe, ut proportionabiliter debeatur, nisi negligentia unius temporis, vel unius rei, noceret alii tempori: quia † tunc pro toto tempore tutor amittet salarium, *arg. dicit. Bart. in l. 1. §. Divus, num. 19. ff. de varius, & extraordin. cognit.* ubi quærens, an advocatus, doctor vel potestas, cui constitutum est salarium pro suo officio, per cuius culpam sterit adimplere officium, privetur ex hoc salario totius temporis, an solum temporis futuri, quo per eum, vel eius culpam stetit. Respondet, quædam esse officia, ita individua, quod aliquo omisso non relevat, quod est factum, & tunc totum salarium redditui vero est officium, quod pro ea parte temporis, quo est præstitum, præbet utilitatem sui, ut in officio advocati, potestatis assessoris & doctoris, & tunc debet habere pro præterito tempore, sed pro futuro tempore tenetur alteri parti ad interesse. Cuius distinctionis primum membrum sequuntur Curt. Iun. *nn. 45. Sapia & Oroſc. n. 21. in fi. in l. idem statuto, ff. de offic. assess. &* secund. membrum tenet idem Bar. *ibid. n. 3.* Iirgo ita in proposito dicendum est, *ut in terminis tenet Baeca de decim. tut. cap. 13. n. 33.*

Neque † obstat *l. etiamsi partis, ff. de legat. 1.* quoniam ibi loquitur in legato relicto ratione tutelæ: Legatum autem est individuum, *l. neminem, ff. de legat. 2.* Ita respondet Raphael. Cum. *in d. l. etiamsi partis, & laſ. in d. l. diem suntle, n. 45.* quos refert & sequitur Baec. *d. cap. 13. n. 34.* ubi aliis duobus modis respondet etiam *dict. l. etiamsi partis.* 8

Secundo ampliatur † eadem 1. conclusio, ut procedat, etiamsi ex cessatione tutoris nullum damnum obveniat rei pupilli, *ut in l. quid autem, ff. de excusat. tut.* ubi lex ad amissionem legati relicti pro administratione tutelæ solum considerat, an tutor non gesserit, etiamsi nullum inde damnum obveniat pupillo, quoniam contumacia tutoris punienda est, ita *Baeca. dict. cap. 11. nu. 13.* Neque obstat, quod legatum sit individuum, decima autem dividi potest, *ut modo dicebamus*, quoniam cum decima non debeatur nisi ratione laboris, *ut in dict. l. fori*, & tutor nullo modo gesserit, consequens est, ut ei decima non debeatur, licet ex eius cessatione nullum damnum pupillo obvenerit: hoc namq; neq; tutoris virtuti, qui non administravit, nec operæ debetur, sed divinæ providentiæ potius, quam tutoris diligentiæ. 9

Limitarem † tamen ipse hanc primam conclusionē, cum sua ampliatione, quando omissio administrationis modica esset, vel modicæ rei, aut temporis, si tamen in ceteris diligens fuit, & recte administravit: non enim privandus est statim tutor vel curator decima fructuū, quos administravit, ob modicam suam culpam, & omissionem, ex qua nullum damnum pupillo advenerit, cum de minutis non curet prætor, *leg. Seio ff. de in integrum restitut. minor. cum similib.* & quia tutor solum tenetur de dolo lata culpa & levi, *ut in l. quicquid. & ibi glossa. & Doctores. Carbit. tut. Baeca alios allegans de decim. tut. capitul. 2. num. 46.* & in negotio exigendi debitores pupilli, solum tenetur de lata culpa, *ut per Baec. dict. capit. 2. numer. 47. qui alios allegat, & diximus supra alio capite.* 10

Secunda † conclusio principalis. Tutor vel curator non gerens, quia absuit causa reipublicæ, decimam non debet percipere, quoniam definit esse tutor durante prædicta absentia, *ut in l. tutor, qui reipubl. ff. de tuto. & curat. distrahend.* & alius in locum eius dari debet, qui pro tempore, quo administraverit, lucrabitur decimam, *ut supra late probavimus alio in capit.* & in terminis hanc conclusionem tenet & late probat Baec. *dict. cap. 11. numero 20. cum sequentibus*, ubi respondet fundamentis contrariis. 11

Limito † hanc conclusionem, quando absentia esset modici temporis, causa reipublicæ, vel privata, dummodo interim rebus administrandis gestorem sui loco reliquerit, qui suo periculo recte administraverit, quod tempus arbitrio judicis relinquitur. Non enim omnis, ita ex integro iudicanda sunt, ut qui cadit à syllaba, cadat à causa, sed æquitate & Epiecheia naturali temperanda sunt. 12

Secundo † limitatur præfata secunda conclusio, quādo absentia tutoris vel curatoris, utilis est pupillo, & pro ipsorutne enim decima est ei danda: Nam canonici pro utilitate suæ ecclesiæ absentes habentur pro præsentibus, & lucrantur fructus, *ut in cap. cum non decent, & ibi Doctores de electio. lib. 6. & c. a nobis fraternitatis, de clerc. non resid. & alibi sæpissime.* Ita in terminis tenet & recte probat Baec. *d. c. 11. n. 37. ad fin.* 13

Tertia † conclusio: Tutor vel curator, qui casu fortuito impeditus fuit administrare, & revera ob id non administravit, non consequitur decimam, *iuxta doctrinam* 14

nam Bart. in leg. 1. §. Divus, num. 8. ff. de var. & extraordinar. cognitio. ubi loquens in casu, *leg. ab administratione, Cod. de legat.* inquit, text. illum non habere locum, quando salarium debetur ex dispositione leg. quod loquitur in pretio debito ex ultima voluntate, & comprobat, cum aliis Baeca *d. cap. 11. num. 32.*

15 Quarta conclusio: Si tutor vel † curator, non gerat culpa minoris, quia is forte tutorem vulneravit, vel curatorem, consequetur decimam, *ut bene etiam probat & tenet Baec. d. cap. 11. num. 32.*

16 Quinta † conclusio, Tutor vel curator, non gerens per se, sed contutori, vel amico committens administrationem gerendam, qui recte eam gessit, decimam habere debet, quia tutor vel curator est, & cum per alium administraverit, administrasse videtur, & per omnia habendus est, ac si gereret, *l. cum tutores, ff. de administrat. tut. & ibi DD. text. etiam in l. ita autem §. gessisse, ff. de administr. tutor. & ibi Bartol. & Alber. & in terminis Baec. d. cap. 11. numero 35.*

17 Sexta conclusio, † quando à judice uni ex pluribus tutoribus mandatur administratio, tunc exteri nullam partem decimæ consequentur, quoniam censetur extranei, & ille solus à judice electus & obligatus, gerere & administrare potest. *l. tutores, ff. de administr. tutor. & ibi, notat Bart. & in l. fin. C. de auth. præstand. & in leg. quoties, §. fin. ff. de administr. tut. Bartol. per text. ibi, in l. 2. §. sed & quod de tutore, ff. judic. solut.* Ceteri autem tutores administrare non possunt, si uni cum causse cognitione sit commissa administratio, *notant Bart. Bald. Ang. & Paulus in l. quod scribit, §. sunt quidam, ff. de solut. Baec. d. cap. 11. num. 33. cum seqq.* ubi in terminis tenet etiam ex hoc hanc 6. conclusionem.

18 Idem erit † si plures sint tutores, & unus gerit, alius non: decima namque integra in hac specie pertinet ad gerentem, etiamsi illi non esset commissa administratio, quia non gerenti nulla pars decimæ debetur, *ut in prima conclusione, supra posita*: Quod procedit

19 In tantum, ut si † in testamento relinquantur centum, duobus tutoribus in eo datis, si unus velit gerere, & alter non, gerens consequetur solida centum jure accrescendi, non vero heres. Ita tribus ex sequutoribus datis in testamento per defunctum, quibus ratione laboris centum legavit: quorum unus noluit se intromittere, alii vero administraverunt, concluſum fuit in Capella Tholosana, *decis. 293. ex l. unic. & ubi autem, Cod. de caduc. tollen. ubi Stephan. Aufrer. in addit.* Idem probat in pluribus tutoribus, si eis fuerit legatum, si reddiderint rationem tutelæ, ut detur totum reddentibus rationem, & non alii. *secundum Bald. in leg. si plures, num. 17. Cod. de exhibit. mittt.* Idemque credit Aufrer, quando alter tutorum ut suspectus removetur, vel etiam unus ex sequutorum, *sequitur Baeca, dict. cap. 11. num. 37. idem Baec. cap. 13. num. 3.*

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum & reddituum minoris, non est danda tutori vel curatori male gerenti.*
2 *Salarium non debetur culpabiliter vel dolose administranti.*
3 *Tutores & curatores accedentes animo deprædandi minores, non possunt repetere expensas etiam utiles, nisi appareat pupillum fuisse locupletiorem.*
4 *Legatum solum tutori, omnis summa in qua debitor fuerit ex administratione, non comprehendit debitum ratione dolo, & in num. 9. neque etiam vel illis pro quibus testator agere poterat rei vendicatione, ut in num. 13. neque quod ex reliquatione debetur, ut in num. 14.*
5 *Dolus futurus remitti non potest.*
6 *Voluntas testatoris remittentis necessitatem reddendi rationis debet esse communem, sed hoc debet intelligi, ut in num. 10.*
7 *Rationes exigere vetatur, non impediuntur reliqua exigere, nisi dolo gesta nisi in casu de quo hic, intelligetamen, ut in num. 11.*
8 *Legari potest tutori damnum, quod ipse fecerit ex tutela, sed intellige, ut in num. 12.*
15 *Dolus futurus administrationis commissus in omittendo remitti potest.*
16 *Pater legitimus administrator amittit administrationem, si male gerat, aut dolum seu negligentiam committat, & sic perdit usumfructum sibi alias competentem ratione patriæ potestatis.*
17 *Salarium non datur pro inani tit. sed quia quis bene & utiliter gerit.*
18 *Tutor malus non est tutor, sed prædo.*
19 *Decima, an sit danda tutori vel curatori male partim administranti, & partem bene? & num. seq. resolvitur num. 23. distinguendo limitatur distinctio duobus modis, ut in num. 24. & 25.*
20 *Potest ex recedens per unum mensem antequam debeat, nihil habere debet de salario, sed contra. num. 28.*
21 *Administrator reipublicæ negligenter seu dolose administrans, privatur omni salario. sed intellige, ut in numero 27.*
22 *Famulus recedens à servitio domini sine eius culpa, ante tempus conventum amittit salarium, sed contrarium est verum, ut in num. 28. intellige & declara, ut in num 29.*
23 *Assessor, qui sua culpa in medio officii removetur, pro quo tempore debeat habere salarium.*
30 *Famulus recedens à servitio domini ejus culpa ante tempus conventum salarium eousque sequi debet.*
31 *Decima fructuum non privatur tutor vel curator, eo, quod minorem in domo sua non aluerit, dummodo ei alibi alimenta præstiterit, vel per eum non steterit, quo minus præstaret.*
32 *Decima non datur tutori negantis se esse tutorem, ac proinde alimenta non danti.*
33 *Decima non datur tutori vel curatori, damnato ratione doli vel negligentia minoris refarcire fructus, vel interesse, &c. ut hic.*
34 *Decima debetur tutori vel curatori, remoto ex causa inimicitiæ, vel paupertatis, si tamen pupillum, nec ejus res lasat, & sic de similibus.*

CAPUT XIV.

An tutori vel curatori male gerenti, sit danda decima?

TUTORI vel curatori male gerenti, † non esse dandam decimam fructuum, nec redditum bonorum minoris, vel ratio ipsa jure nixa dictasse videtur, ut ex pluribus ostendit, & probat glossator legis fori, de hac re loquentis, nempe Caspar Baeca, *in tract. de decim. tutor. cap. 13. num. 1. cum sequent.* Præcipua tamen hujus sententiæ fundamenta hæc sunt. Primo text. in *l. quid autem, 38. iuncta. l. præcedentibus, ff. de excusat. tutor.* ubi inquit, probari, quod si alicui relinquitur legatum, pro administratione tutelæ, si male eam administrat, non debet illud consequi, quod videtur probari, in illis verbis: sed contumacia punienda est ejus, qui quodammodo se excusavit. Allegat ad idem, *l. etiamsi partis ff. de leg. 1. qua est l. 11. in ordine*, ubi decidit ur, quod etiamsi partis bonorum se excusaverit tutor, totum, quod testamento datum est, ei auferetur. Bonus text. *in auth. licet, C. de epiſc. & clericis, ubi filii, qui facere jussi sunt, neglexerint, amittunt lucrum, quod eis contingebat.* Ex quibus juribus merito deduxit communis Doctorum sententia, † quod si latin non debetur, culpabiliter vel dolose administranti, *ut plures allegans, resolvit Baec. d. c. 13. num. 2.* 1

Sit si tutores vel curatores accesserint animo deprædandi minores, (quod colligitur, si † bona pupilli converterint in suam utilitatem, vel si denegent rationem reddere) non possunt repetere expensas, etiamsi fuerint utiles pupillo, nisi appareat pupillum factum fuisse locupletiorem, *ut notat Bald. & Paulus, num. 3. per text. ibi, in in si pupillo, § fed & si quis ff. de negot. gest. quos refert & sequitur Baeca, d. c. ap. 15. num. 4.*

Sic tutor, cui legatur omnis summa, in qua debitor fuerit ex administratione, non consequetur ea, quæ debuerit ratione doli, *text. in l. quidam decedens in princ. 6 ff. de administ. tut. tenet Salyc. in l. cum necessitatem, n. 1. Cod. de fidei commiss. plures referens Baeca, ubi supra, nu. 3. idem latius c. 2. num. 160.* ubi dicit communem, *diximus supra semel, in hoc tract.*

Dolus † enim futurus remitti non potest, *l. si unus. §. illud ff. de pact. ne detur materia delinquendi, l. conveniri, ff. de pact. dotal.*

Sed ut plenius hoc etiam declaremus, † & hanc assertionem solidiorem in proposito remaneat, explicabimus nonnullas difficultates, quas habet, & ideo adduco: Primo contra hanc communem resolutionem & generalitatem, text. *dict. l. cum necessitatem*, ubi dicitur, quod voluntas testatoris remittentis necessitatem tenendæ rationis debet esse immutata.

Secundo fortius adduco, † text. *in l. si quis rationes, in ff. de liber. legat.* ubi dicitur, quod si quis rationes exigere vetetur, non impeditur exigere, quæ quis ipse reliquavit, nequesi quid dolo fecerit, qui rationes gessit, quod si quis & hæc velit remittere (& nunc urget difficultas) ita debet legare: *damnas esse heres meus, quidquid ab eo exegerit ille vel ille ratione, id est restituere, vel alitionem ei remittere:* Ex quo text. Dyn *in d. l. cum necessitatem*, hoc censuit, quando testator primo tutori legaverit liberationem tutelæ, & subjungat, ut quidquid apparuerit tutorem debere ex illa administratione, eidem legat, aut quod etiam pupillum gravare poterit, ut tutori id restituat, quam opinionem probavit Raynerius de Forlivio *in dict. leg. si quis rationes, & ante Dyn.* Eandem opinionem tenuit, *in dict. l. cum necessitatem, num. 2. & sequuntur Angel. consil. 102. testatur Curt. Senior, consil. 66 num. 8. Alexand. consil. 54. num. 8. lib. 2. Carneus consil. 310. libr. 2.* atque ita id sæpe fieri ex usu affirmat Salycet. *ubi supra*, tametsi existimet, hoc in grave damnum pupilli contingere, & ideo, *ut prædiximus*, tenet priorem opinionem contra Dyn.

Tertio contra prædict. † communem resolutionem obstare videtur, *d. l. quidam decedens*, ibi *damnum vero quodcunq; ex tutela quis senserit, & legari & per fideicommissum ei relinqui potest.*

Nihilominus tamen his non † obstantibus prædict. communis resolutio vera est, & tenenda in judicando & consulendo; imo quod etiamsi legetur tutori vel curatori omnis summa, in qua debitor fuerit ex administratione futura, non consequatur ea, quæ debuerit ratione doli futuri, qui remitti minime potest, quam etiam sequitur atque communem & magis communem plurimos congerens testatur & affirmat Padilla *in d. l. cum necessitatem, num. 2. Cod. de fideicomm.* & ab ea non esse in judicando recedendum *secund. Decium cons. 192. num. 2.* & opinionem Dyni contrariam minime esse communem, ac potius abhorrere ab omni æquitate, & communiorem sequutus affirmat Alciat. *6. præsumtione, prima regula, num. 2.* & communem esse testatur Gualdens. *de arr. testand. tit. 7. cau. 2. num. 2. & Doctor Covarr. libr. 2. variar. resol. cap. 14. num. 3. qui eam sequitur & Gregor. Lopez. in l. 29. tit. 11. part. 5. gloss. 1.* eamque ante omnes videtur sensisse gloss. *in dict. l. si quis decedens in princip. verf. senserit*, quam dicit esse communiter approbatam Joan. Crotus, *in l. nemo potest, num. 16. ff. de legat. 1.* quem ad hoc refert & sequitur ac ceteros præcitatos Padill. *ubi supr. ad fin. num. 2.*

Modo † non obstant superius allegata in contrarium: & non quidem primum, hoc est, *d. l. cum necessitatem*, quia intelligitur in remissione tutelæ præteritæ: futuræ namque legari minime posse certius est, & gloss. *2. verf. ex hoc*, intelligit, tutori quondam vel curatori, vel cuilibet administratori.

Non obstat etiam, † *dict. l. si quis rationes, in verbis supra relatis*, quia intelligitur in dolo præterito, non vero in futuro, qui remitti minime potest. *ita Bart. in l. Aurel. § Cassio, num. 8. ff. de liber. leg. idem Bartol. in dict. leg. quidam decedens oppositione 2.* Ex hunc intellectum, ad illam l. testatur esse communiter approbatum eum sequutus Alexand. *cons. 62. num. 7. volum. 4. & Segur. in l. si ex legati causa. num. 31. ff. de verb. oblig. & ex eis Padilla, ubi supra, dict. num. 2.*

Non etiam obest tertium, † nempe, *dict. l. si quis decedens in verbis supra expensis*, quia ea ad diminutionem patrimonii, quam propter tutelæ occupationem quis patiatur, referenda sunt. Illam enim potest testator legato compensare vel fideicommisso, *ita Salyc. in dict. l. cum necessitatem*, cujus intellectus placet Padillæ, *ubi supra, num. 4.*

Operabuntur ergo verba illa à testatore prolata in hac specie secundum Salycet. *ubi supra*, remissam videri scrupulosius rationum inquisitionem, non vero remissionem doli futuri: nec etiam remissionem ejus, quod apud tutorem vel curatorem aliumve administratorem fuerit ex rebus pupilli vel domini, ut resolvimus ubi supra.

Unde per prædict. verba † non censetur remittere testator res illas, pro quibus testator posset agere rei vendicatione. Ita limitat gloss. 3. text. illum *in dicta leg. cum nec essitatem*, allegans quædam jura: sed est text. cetoris præstantior pro hoc *in leg. Aurelius. §. Mævia. ff. de liber. leg. & ibi. notat gloss. verb. pupilla*, quæ juncta suo textui est singularis, *secundum Bald. in dict. leg. cum necessitatem, num. 2.* inde inferens, creditorem generaliter legantem suis debitoribus liberationem, non videri illis remittere actiones reales rerum, quas illi possident. Idem quoque ex eodem text. voluit idem Bald. etiamsi liberatio hujusmodi fiat inter fratres *in leg. patrum. 12. quæst. Cod. de collat. Jaf. in 1. sub prætextu. 2. num. 3. Cod. de transact. & in princ. Institut. de act. num. 102. & ibi Gomez plures allegans, num. 69. D. Covar. lib. 2. variar. resol. cap. 14. num. 1. & probat late Padilla in dict. leg. cum necessitatem, num. 7.* ubi limitat, quando hujusmodi liberatio fit patri, qui tutelam curavit filii gessisse: huic namque etiam actiones reales remissæ videbuntur, *per text. mirabilem secundum Bartol. ibi. in l. dominus. §. fervius. ff. de petitione leg.* & probatur *in d. Aur. §. Tit.* Idemque in matre dicendum erit, *ut infr. dicemus.*

Sic etiam † non censetur remissum, quod ex reliquatione debebitur, *ut in d. l. si quis rationes*, nisi hoc quoque de reliquatione remittatur, *ut in dict. leg. si quis rationes, in 2. part.*

Dolus tamen futurus administrationis commissus in omittendo, remitti potest, quoniam † hic longe levior est illo, qui in faciendo committitur, *juxta gloss. vulgarem, nisi mora, verf. ne facto, ff. solut. matrim. & in l. mora, verf. penul. ff. de usur. & in l. penul. ff. de duobus reis*, quorum opinio communis est, *ut ex aliis affirmat Padilla, ubi supr. num. 4.* qui ex hoc hanc observationem, de qua agimus, nunc uparim probat.

Remanet igitur firmissima conclusio atq; doctrina, quod tutori non possit remitti dolus futurus in administratione, neq; ei legari, quod ex dolosa administratione debere ipsum contigerit. Ergo tutori male vel dolose geremti, non est danda, nec debetur decima.

Quod

Quod etiam † probatur, quia ita etiam pater legitimus bonorem filii administrator amittit administrationem, si male gerat, aut dolum seu negligentiam committat, & sic perdit fructus sibi alias competentes, ratione patriæ potestatis, *ut in l. Imperator, & ibi notat. Alexand. num. 6. ff. ad Trebel. refert plurimos hoc tenentes Baec. de decim. tut. dict. cap. 15. num. 8. & diximus supra hoc eodem tractatu.*

Denique salarium † non datur pro inani titulo, sed quia quis bene & utiliter gerit, & bene satisfacit officio sibi injuncto. *secundum Joan. de Platea, per text. ibi in l. 1. num. 1. Cod. de ann. civil. libr. ex jure lex, de quibus ibi, per eum.*

Tandem accedat pro hac parte non infirma ratio, quoniam tutori & curatori datur decima propter laborem administrationis, ut caveatur *in l. fin.* de hac re agente: sed malus tutor laborat, ut perdat pupillum, & sic contradicit intentioni & fini legis, damnis decimam ob laborem administrationis, quam recte & fideliter exercere tenetur, prout juravit, quando sibi decreta fuit tutela & ejus administratio. Ergo præmio legis gaudere non debet, quia deficit ratio finalis ipsius atque animæ, ac proinde & dispositio ejus locum non debet habere, cum deficiant verba & ratio finalis legis.

Ultimo considero, † quod malus tutor non est tutor, sed prædo, *ut in leg. qui fundum. §. si tutor. ff. de fund. cap. pro emt. l. tutor. qui ad utilitatem. ff. de administr. tutor.* Ergo decimam habere non debet pro mala administratione, sed potius pœna dignus est.

Quod si aliud diceremus, tutores & curatores quotidie minores suos spoliarent, cum scirent, ita esse præmio decimæ afficiendos male administrantes, sicut bene gerentes. Et ita merito Paulus Castrens. *consil. 274. num. 2. in 2. part. cons.* tenet, quod tutori malo, non est dandū præmium fructuum à statuto propositum, quem refert & sequitur Baeca, *dict. cap. 15. num. 6* qui *2. num. 2. cum sequentibus, usque ad num. 17.* inclusive hanc partem & sententiam respectu decimæ late probat, & verissimam reputat, nempe ut malo tutori non sit danda decima.

Idque intelligendum est à die, quo male administravit, & prædo est, non exspectata postulatione, vel sententia, sicque pro omni tempore, quo male administravit, decimam habere non debet, *ut ibidem late probat, num. 21. cum seq.*

Quid ergo erit, si tutor vel curator male partim administravit, & partim rem bene gessit, *an debeat habere decimam & sic salarium saltem pro tempore, quo recte gessit, nec ne?*

Et quod nullius temporis decimam habere debeat, persuadere videntur sequentia. Primum, *l. etiam si partis, ff. de legat. 1.* ubi tutor excusans se ab administratione rerum existentium in aliqua provincia, licet administret res alterius provinciæ, amittit solidum legatum, sibi ob administrationem omnium rerum pupillarium relictum, nec aliquid consequitur ob partem rerum, quas bene administravit. Ergo idem dicendum videtur in nostra specie, cum valeat argumentum de re ad tempus, *leg. miles ita, §. & qua diximus, & ibi Bartol. & Doctores, ff. de testament. militis, late Everard. loco 39, &* † ex illa *leg. etiamsi partis*, inquit Bald. ibi, esse argumentum, quod si potestas recedat per unum mensem, antequam debeat, nihil habere debet de salario totius temporis, quem refert Aviles *in cap. 1. prator. in gloss. salario, num. 12. & Baec. d. cap. 15. num. 28.*

Secundum, *l. judices. Cod. an. & trib. lib. 10.* † ubi dicitur, quod administrator reipubl. negligenter seu dolose administrans, privatur omni salario, etiam temporis præteriti, quo recte administravit.

Tertium, aliæ † lex, nempe *8. tit. 4. lib. 4. fori, ibi, Es si el mancebo*, quæ disponit, quod famulus recedens à servitio domini sine ejus culpa, ante tempus conventum, amittit salarium, & insuper tantundem ei reddere tenetur, quam opinionem etiam jure communi attento, tenet Jacob de Nigris & eum referens dicit veriorem, æquiorem, prædictaque, l. fori probatam Joan. Oroſc. *in l. diem funclo, num. 14. ff. de offic. assess. & eam 3. per dict. l. fori Dida. Perez, in leg. 3. tit. 2. libr. 1. Ordinam. colum. 63. statim post princip. & D. Aceved. in l. 9. tit. 15. num. 14. libr. 4. Nova Collect. Reg.* ubi quod hoc maxime procedit attenta *l. 2. tit. 20. libr. 8. Nova Collect. Reg.* quæ præcipit, punirifamulos à domiais recedentes, absque eorum licentia, pœnæ, de quibus, ibi. Ergo ita etiam tutor vel curator, ad tempus male administrans, non debet habere decimam, & sic salarium etiam temporis, quo bene administravit.

Nihilominus † tamen in specie nostræ quæstionis contraria sententia verior & æquior est, atque tenenda in judicando & consulendo. Imo, quod tutor vel curator male partim administrans, & partim bene, debeat habere decimam fructuum & redditauum pro parte temporis, quo bene administravit, non vero pro illo tempore, quo male gessit ut in assessore, qui fuit culpa in medio officii removetur, ut pro tempore, quo non commisit culpam, debeat habere salarium, & pro tempore futuro, quo culpam commisit, teneatur ei, qui conduxit eum ad interesse, tenet Bortol. *in leg. Mævia ne plem. in principio numero 3. ff. de annuis legat. idem Bartol. in l. 1. §. Divus, numero 19. ad fin. ubi ff. vero, ff. de var. & extraordin. cognit. idem Bartol. in leg. diem functo, numero 3. ubi Doctores, ff. de officio assess.* & allegans alios Baeca, *dicto capite 15. numero 91.* ubi aliis juridicis fundamentis id confirmat, & tandem, *numero 33.* eam probat in terminis tutoris vel curatoris, qui solum in aliqua re, vel aliquo tempore notari possit negligens, vel culpa dignus, ut pro eo tempore, quo bene gessit, ei sit danda decima, ex Paul. Castrens. *dicto consilio 274. super isto dubio in principio lib. 2.* tenente, quod tutor debet habere fructus pro tempore, quo administravit, licet postmodum removeatur, dummodo non removeatur ex delicto suo.

Limitatur † tamen præcedens sententia, *secundum Baec. am ubi supra*, ut non procedat quando negligentia unius temporis, vel unius rei noceret alii tempori vel aliis rebus, tunc enim pro toto tempore amittet decimam, ut in salario officii ita individui, quod aliquo omisso, non relevat, quod est factum, *tenet Bartol. in dict. leg. 1. §. Divus, dict. num. 19. ibi, respondeo, quadam sunt officia:* quem sequitur *in d. l. diem functo Curt. Jun. num. 45. Sapia & Oroſc. num. 28. in fin. & nos quo], sequuti summa supra hoc cap.*

Limitat † secundo Baec. *ubi supra. num. 40.* in tutore, qui occidit pupillum, vel stupravit pupillam, *ut ibi late probat.*

Tertio limitatur, quando tutor prædandi animo rem pupilli furripuit, vel absondit, quia tunc profecto indignus videtur omni lucro.

Non obstant modo † adducta in contrarium: & non quidem primum, hoc est, *lex etiamsi partis, ff. de legat. 1.* quia respondemus, *ut supra hoc eodem cap.* Nec doctrina Bald. potestatis recedentis ab officio per unum mensem, antequam debeat, quod nihil habere debeat de salario totius temporis, quia non est vera, nec juri autoritati consona, & ita merito contrarium cavetur *in leg. 10. tit. 16. libr. 2. veter. Ordin. hodie, leg. 6. ibi, Salvo por el tiempo que fue sirviendo, y no lo sirvieren presente: tit. 5. libr. 3. Nova Collect. Reg.* nempe, quod non recipiat salarium, nisi pro rata temporis residentiæ: quam leg. ad hoc citat Aviles *ubi supra*, & est expressa † & præter amissionem salarii temporis absentiæ puniuntur pœna dupli pro singulis

gulis diebus ultra eius permissos, *ut in fine d. l. Regiæ*, cuius dispositio non corrigitur per pragmaticam novam de Madrid, anni 1555. hodie *leg. 7. eiusdem tit. 5 lib. 2. Novæ Collect. Reg.* ibi, *No les acuarn consalario alguno*, quia est intelligenda juxta. præcedentem, scil. temporis absentiæ, quia *ibid. l. 6.* non venit ad correctionem *dict. l. 6.* sed potius ad augendam pœnam ipsius, ut constat ex eadem l. 7. & præponebi: *Que luego nos le hayan sabar, a costa del salario del Corregidor*: Ergo lucratur salarium pro tempore residentiæ præterito.

27 Non obstat etiam † *l. judices 10. Cod. de ann. & trib. lib. 10.* quoniam loquitur in præfatis provinciæ negligentibus in profligendis ærariis Catari compendiis, hoc est, imponendis & exigendis. Unde nimirum, si in re tam gravi tangente ærarium Imperatoris negligentes omnibus emolumentis priventur, atque ea reddere compellantur: secus vero erit in tangentibus privatos, hoc est, pupillos, quorum administratio & defensio tutoribus & curatoribus competit.

28 Tertium quoque *dict. 5. tit. 4. lib. 2.* † fori non obest: quoniam l. illa non habet vim obligandi, nisi quatenus usu & consuetudine probatur esse recepta, prout est regulare in omnibus ll. fori, juxta communem nostrorum resolutionem, atque eam certissimam. Doctores autem tenentes, famulum recedentem a servitio domini absq; ejus culpa, ante tempus conventum, amittere salarium temporis præteriti, nobis non nocent, quia ut plurimum nituntur auctoritate *d. l. fori*, quæ nisi fuerit in usu, nullam vim habet, *ut per ea dximus*. Deinde ipso jure communi attento contrarium censeo verius & tenendum, nempe ut famulus in prædict. specie non amittat salarium ejus temporis, quo recte servivit & ita dicit æquitas, *ut cum Bald. & Jas. tenuit Bucc. dict. cap. 13. num. 31. in versic. famuli, &c.* Quam etiam opinionem plures alii Doctores tenent atq; probarunt relati per Joan Orosc. *ubi supra*, deinde *l. 2. tit. 20. libr. 6. nov. collect. Reg.* quam allegat Azev. *ubi supra*, nihil de salario amittendo dicit, sed tantum pœnas imponit famulis ante tempus conventum à servitio dominorum suorum recedentibus. Diversum autem est pœnarum impositio à salarii amissione: Quinimo cum ea lex nihil de hoc dicat, videtur potius contrarium sentire, scilicet, quod non ob hoc salarium amittant, quandoquidem aliis pœnis eos punivit, non vero salarii amissione, quia si hoc voluerit, id expressimeret. Cum ergo non dixerit, contrarium sensisse existimandum est, nulla enim erat difficultas id exprimendi, *juxta leg. nunc. §. ubi autem ad finem, Cod. de caduc. tollend. cum similibus*. Tandem non video cur sudore & salario temporis præteriti privari debeat famulus, ante tempus completum conventionis recedens a servitio domini sine ejus culpa, cum Evangelium dicat: *dignus est mercenarius mercede sua*, & jus ipsum profitetur, non esse quem locupletandum cum jactura aliena.

Quid igitur? debet esse in potestate famuli recedere impune ante tempus conventum à servitio domini? Absit: Non enim tale, quid dico aut sentio: sed tunc utendum superest remedio, *dict. leg. 2. tit. 20. lib. 6. novæ collect. Reg.* quod si eo remedio dominus uti nolit, sibi imputet,

29 Poterit præterea † dominus juste prætendere à famulo sic recedente ante tempus, & sine eius licentia, id quod ab eam causam sua interfuit, utpote si alium famulum talem loco recedentis acceperit, majori mercede constitutu, quam conveneret cum primo, quia repertri minoris non potuit, argumento doctrinæ Bart. *in l. Mævia neptem, in princip. num. 3. ff. de ann. leg. cum simil.* Et in hac specie poterit hoc interesse, non tamen confictum, nec procuratum, aut dolo vel lata culpa causatum à salario præteriti temporis deducere, reliquum vero famulo solvere tenetur. Ceterum si sua nihil interfuit vel interest, ut puta, quia illo famulo opus non habeat, vel alterum eadem mercede receperit vel recipere possit, non video quo jure aut qua securitate conscientiæ possit salarium & sudorem huius famuli recedentis † dominus sibi retinere data vero domini culpa in prædict. recessu procul dubio famulus salarium consequi debet, *secundum Mantalv. in dict. l. 1. an gloss. Sin fu culpa. Et Azevedo ubi supra num. 15.* 30

Non tamen † amissione decimæ erit tutor dignus vel curator, eo quod pupillum vel adultum in domo sua non aluerit, dummodo ei alibi alimenta præstiterit, vel per eum non steterit, quo minus præstaret, ut in simili lucro fructuum minoris notat & probat Paul. Castrens. *dict. consil. 374. super isto dubio, in fin. lib. 2. quam sequitur Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 4. verb. vesser, numer. 4. & Bacc. dict. cap. 13. num. 31.* ubi ex hoc idem in terminis nostræ l. fori in decima fructuum loquentis idem probat. 31

Quod † si tutor negaverit se tutorem & ex consequenti non deri alimenta pupillo, decimam habere non debet, *secundum Paul. Castr. ubi supr. & Bacc. num 36.* 32

Tutor † autem vel curator qui ratione doli vel negligentiæ damnatur, minori refarcire fructus vel interesse, hoc est, reddit us ad rationem quatuordecim millium pro singulis milliaribus vel plus eo, quod forte pecunia pupilli vel adulti in usus proprios convertit vel otiosam habuit, non debet decimam habere vel deducere sibi de prædictis redditibus vel fructibus, in quibus condemnatur minori, ne ex delicto & culpa sua commodum in hoc consequatur & reportet, & quia male gerenti decima danda non est, *ut probavimus*: tum etiam ex text. *in leg. quid autem, ff. de excusat. tutor.* ubi tutor male administrans amittit præmium sibi relictum pro administratione, etiamsi pupillus interesse cessationis receperit, quoniam contumacia ejus, qui non gessit, punienda est, & ex *l. si plures 2. in fin. ff. de administr. tut. ibi cum enim propria cujusq; contumacia puniatur, qua fronte poterit hoc desiderare?* nempe, ut pupillus tutori ratione doli vel culpæ damnato aliquam summam pupillo solvere solidum, cedat actionem contra contutorem: ergo minus poterit tutor male gerens petere decimam à pupillo: Accedat etiam quod ratio d. l. fori, dantis decimam tutori vel curatori, est pro labore ipsius in administratione impenso; condemnatio autem fit pro negligentia. Ergo ex fructibus vel redditibus, quos solvit ex negligentia non deducet præmium, quod datur propter diligentiam & laborem. Tandem ipsa ratio hoc idem dictat: decima namque non datur tutori vel curatori, eo quod lucrum cessans aut damnum emergens solvat pupillo, sed quia tutelam administravit, quod patet, quia de jure civili tutor refarcire tenetur pupillo damnum obveniens vel lucrum cessans eius culpa dolove, *ut supra non semel hoc libro diximus*, & tamen nullum salarium eidem debebatur nec dabatur. Ergo diversa hæc sunt, & quamvis hi fructus vel redditus ratione malæ administrationis & cessationis succedam in locum eorum, quos res pupillaris reddidisset, si recte à tutore vel curatore officium gereretur, nihilominus deficit labor & industria tutoris & curatoris circa hos fructus vel redditus, sic deficit ratio, *dict. leg. fori*, decimam præbentis hujusmodi administratori ratione laboris. Nec solvere hos fructus vel redditus ratione suæ malæ administrationis & negligentiæ atque cessationis, est pœna, sed restitutio debiti. Unde merito, quod ob dolum prædict. vel cessationem punitur in amissione decimæ, præter fructuum & reddituum restitutionem, ratione lasionis à se causatæ in minoris bonis, quod recte censuit, & ex prædictis probavit Bacc. *d. cap. 13. num. 39. cum seqq. usq; ad num. 48. exclusive.*

Neque

34 Neque † quæcunque remotio tutoris ipsum removebit à petitione & deductione decimæ, fedilla tantum, quæ ex dolo vel culpa ipsius sit, vel fieri possit. Unde tutor inimicus vel pauper, licet removeri possit, tamen si pupillum neque ejus res læsit, non amittet decimam, & sic de similibus, ut prudenter & cum judicio observat Bacc. *d. c. 13. n. 46.* Beneigitur se habuit hic auctor in his, quæ in hac c. 13. principaliter docuit.

SUMMARIUM.

1 Decima an danda sit curatori fœminæ luxuriosæ viventi?

CAPUT XV.

An tutori fœminæ luxuriosè viventi danda sit decima?

1 QVærit decimo † quarto loco hic Bacca, *an tutori fœminæ luxuriosæ danda sit decima?* Melius diceret curatori? Sed & in utroque profecto manus est quæstio, quia nusquam vidimus, fœminæ luxuriosæ tutorem vel curatorem dari, sed prodigæ tantum, sicut viro prodigo: quamvis raro mulier prodiga inveniatur: est enim avarissimum genus mulierum. Ideoque non multum moraborin hujus quæstionis explicatione: siquidem in praxi inutilis esse videtur, quia nunquam aut raro accidere potest. Dico nunquam, quia ex eo solum, quod mulier luxuriam sui corporis exerceat, curatorem ei dari nunquam vidimus, tametsi communis opinio fundata *in l. & mulieri 15. ff. de curat. furios. juxta ibi glossa*, aliud velit, sed plures graves auctores ei contradicunt, ut latè refert & probat agens de intellectu *dict. leg. & mulieri, Bacc. de decim. tit. cap. 14.* & voluit etiam Rebuff. *in primo tomo in constitutiones regni Franciæ in tit. de sententi. provision. artic. 3. gloss. 4. num. 10. & 11. fol. 285.* Raro autem ideo dixi, quia licet mulieri prodigæ curator dari debeat, & interdiei bonorum suorum administratio, sicut & viro: rarissime tamen mulierem prodigam invenies. Quod si aliqua sit, eique curator detur, is decimam deducere & habere poterit, ut in terminis nostræ quæstionis probat & tenet Bacc. *d. c. 14.* Et cum his me expedio ab hac quæstione infructuosa.

SUMMARIA.

1 Decimam solidam, an quilibet plurium tutorum administrantium nulla facta decisione tutelæ possit deducere, vel una tantum pro omnibus tutoribus dividenda inter eos deducenda sit? & numeris sequentibus resolvitur & probatur num. 4. cum seqq. quod una tantum decima pro omnibus deducenda sit, declaratur num. 9. cum seqq.

2 Officium tutoris sive administratoris est in solidum apud quemlibet eorum.

3 Pronomen, Quien quiera, *latine, quicunq; vel quilibet, distribuit actum universi, in solidum; & quomodo hoc intelligatur, agitur num. 8.*

5 Præmium constitutum a Rege primo intranti Castrum, pluribus simul intrantibus, cui debeatur?

6 Salarium constitutum pro officio, quod unus solebat obtinere, dividitur inter plures ad id electos, qualiter.

7 Executio & administratio non potest esse apud unumquemq; in solidum.

11 Tutor gerens per contutorem debet habere decimam, non ex eo videtur cessare sed gerere, nihilominus tamen gerenti plus solvendum est, quam non administranti, ut in num. 12.

13 Tutor unius vel curator, ex pluribus simul constitutis omnia suo nomine gerens, altero nolente gerere solidam decimam consequetur.

14 Tutores plures vel curatores administrationi tutelæ vel curæ inter se dividentes, quisq; eam solum partem fructuum & reddituum decimabit, quæ sibi in divisione contigerit, nisi aliud in divisione conventum fuerit.

15 Tutor vel curator, cui soli judex causa cognita administrationem commiserit, ille solum decimam percipiet.

16 Tutor Hispalensis, hoc est, rerum ibi existentium conveniens & exigens ibi debitorem reddituum Segoviensium, ubi erat alius tutor decimabit prædictum redditum.

17 Tutor vel curator Hispalensis, cui cura gregis demandata sit, si bovi fugiant in regionem Segoviensem, ibique pariant, decimabit partus earum.

CAPUT XVI.

An plures tutores unius, vel plurium pupillorum pluves decimas deducere possint?

1 ALiam utiliorem subjungit hoc † loco quæstionem eidem auctor Bacc. *d. cap. 13. an quilibet plurium tutorum administrantium nulla facta divisione tutelæ possit deducere solidam decimam, vel una tantum pro omnibus tutoribus dividenda, inter eos sit deducenda?*

Et videtur primo, † quod quilibet tutorum vel curatorum simul administrantium suam solidam integramque decimam fructuum & reddituum bonorum minoris sibi deducat, quia officium tutoris sive administratoris est in solidum, apud quemlibet ex tutoribus vel curatoribus, & unusquisque est insolidum tutor vel curator, *leg. final. Cod. de author. præstand. ubi Doctores, & docent alios plures, quos refert Bacca, dict. cap. 13. num. 2.* Ergo unusquisque ex eis percipere potest & debet suam decimam pro labore, cum quilibet eorum administret: Accedit præterea, quod omnes tenentur regulariter in solidum de periculo tutelæ, *leg. plures, la 2. leg. Divi. Trez tutores, ff. de administratione tutorum, Doctores in leg. 1. Cod. de transact. præcipue Padilla num. 8.* ubi limitationes refert. 1

Secundo pro † hac parte faciunt verba nostræ leg. sofi ibi: *Quienquiera que los tuviere, tome para si el diezmo.* Pronomen enim illud, *Quien quiera*, quod æquipollet verbo latino, *quicunq;* vel *quilibet* distribuit actum omnique in solidum, *ut in l. si pluribus, ubi Bartol. & Imol. ff. de leg. 2. l. hoc autte, ff. de hered. instit. & ibi Doctores, & si propter de rescript. in 6.* Est communis, *ut ex aliis refert ac. affirmat Bacc. dict. cap. 13. num 3.* Eandem opinionem tenet Paul. Castrens. *consil. 239. & sequitur alios allegans Octavian. Vestell. de præpotit. Adverb. & conjunct. significat. 2. de divisione quicunq; & quilibet, ante num. 1. versic. & dunatur a pag. 92.* 2

Nihilominus tamen † contraria sententia in præmissa specie verior est & tenenda, imo quod una tantum decima deducenda sit pro omnibus tutoribus & curatoribus administrantibus inter ipsos dividenda. 4

Primo, quia dum plures administrant, minus quilque laborat, ut patet, & decima datur à lege fori pro labore, *ut ex ea patet*, ergo cum tam labor, quam pecunia divisionem recipiant, *ut in l. Seio amico 10. in fin. ff. de annuis legat.* consequitur, quod decima sit dividenda inter plures tutores & curatores simul administrantes.

Secundo, ex doctrina Bartol. *in l. hoc articulo, num. 9. ff. de hered. instit.* ubi quod si stante statuto, ut quicunq; acceperit vexillum Florentinorum, habeat centum, & duo acceperunt, nec appareat quis primo, illa centum sunt inter eos distribuenda, & sic debebunt illi duo habere totum simul, non vero quilibet in solidum.

Tertio † comprobatur eadem sententia ex doctrina Bald. *in prima constitutione, ff. inter. §. ut si, num. 9.* ubi in illa quæstione, quam proponit in hunc modum: *Rex obsedit Castrum, & fecit proclamari, quod qui primo intraverit Castrum, habeat certum præmium, modo plures intrant simul, quæritur quid juris?* 5

Distinguit, quod aut forma dantis est, quod detur unitantum, & tunc si plures simul proveniunt, tunc nullus habebit, quia de uno lex loquitur non de pluribus, aut legislator vel lex loquitur indefinite, tunc aut est præmium indivisibile, ut quod faciet eum comitem, vel donabit sibi vexillum, vel dabit filiam in uxorem, & tunc nullus habebit: aut est præmium divisibile, (& hic est noster casus) & tunc sibi partes facient per concursum, quia par meritum par exigit præmium, & ideo, quod debetur cuilibet pro parte. Ergo ita & eodem modo dicendum est in nostra quæstione, ut decima debita tutori vel curatori pro labore administrationis detur cuilibet tutorum vel curatorum pro parte, & sic quod omnes hi, partes sibi faciant per concursum.

6 Quarto ex † alia doctrina Bartol. & Bald. *in leg. binos, Cod. de advocat. diversi. judicorum*, ubi dicunt, quod si ad officium, quod unus solebat obire, eligantur plures, tantum debent habere salarium, quantum habebat unus, & quod illud inter se debent æqualiter dividere. Ex quibus & aliis hanc secundam sententiam principalem in terminis tenet & probat Baec. *dict. cap. 15. num. 5. cum sequentibus.*

7 Non obstat primum † fundamentum contrarium, nempe quod officium tutoris sit apud unum, quemque in solidum plurium tutorum, &c.

Quoniam exequutio & administratio non potest esse apud unumquemque in solidum. *ut volunt Bald. in leg. si plures, num. 17. versic. item si sic. Cod. de cond. insert.* & decima detur ratione administrationis. Non enim sufficit tutorem esse, ut quis consequatur decimam, sed requiritur ut administret. Ergo cum decima detur ratione administrationis totius tutelæ, qui non omnia administrat per se vel per alium nomine suo administrantem, non debet habere solidam decimam. Ita respondet Baec. *ubi supra num. 10.*

8 Non etiam † obstat secundum, nempe, quod dictio distributiva, *quicunq; vel quilibet* distribuit actum unicuique in solidum: quoniã id procedit, si actum primi verbi distribuit etiam in solidum, secus alias, quia tunc non distribuit etiam actum in secundi verbi cuilibet in solidũ, *ut ex Bart. Imol. & Angel. in dict. leg. hoc articulo Paulo, Alexand. Ias. & Zas. in l. qui filiabus, §. t. ff. de legat. 1.* tradit Baec. *ubi supr. n. 8. & 9.* Sed pronomen. *Quisquam*, er, d. l. fori, actum primum, propter quem decimam defert, scilicet laborem distribuit in solidum, quoad obligationem, non tamen quoad exequutionem. Ergo nec decima cuique in solidum danda est, sed omnibus gerentibus una sola decima, in qua per partes concurrent.

9 Sed supradicta nostra principalis † sententia vera est, & procedit quoties prædict. duo vel plures tutores vel curatores simul gesserunt & administraverunt pro indiviso, æqualiter laborantes: tunc namque æqualiter inter eos decima dividenda erit. Ceterum si unus eorum plus notabiliter & diligentius administravit nomine suo proprio, quam alter, qui segnior erat & non ita diligens, sicut socius, tunc & in ter eos dividenda sit decima, non tamen id fieri debere æqualiter censeo sed proportionabiliter ratione laboris utriusque, arbitrio boni viri, cum tam labor quam pecunia divisionem recipiant. *ut in dict. l. Scio amico, in fin. ff. de annuis legat.* Id quod est etiam ex mente leg. fori, decimam tribuentis tutoribus pro labore.

10 Sublimitatur hæc præcedens † limitatio ut non procedat, quando in præmissa specie plus administrans, amplioremque laborem impendens, id nomine contutoris & pro eo faceret, volens eum sua sponte in aliquo relevare, quia tunc æqualiter erit dividenda decima.

11 Tutor † namque gerens per contutorem, debet habere decimam: non enim videtur cessare sed gerere per contutorem, *ut in l. tres tutores: & ibi notat Albert. ff. de admin. str. tut. l. ita autem, §. gessisse, & ibi Bartul. & Alb. facit dict. l. tres tutores, §. non solum*, ubi probatur, quod gerens per contutorem cui commisit administrationem, videtur administrare, *l. si procuratorem, §. si tutores, ff. mandat. ita post alios notat Baec. d. c. 15. num. 12.*

Nihilominus † tamen in hac specie, scilicet, quando 12
tutor ex commissione contutoris administrat, equum & justum est, ut gerenti plus solvatur quam non administranti ratione laboris: quia potest dicere, *ego portavi pondus totius diei & æstus, & tu nihil laboraſti, da mihi mercedem justam.* Ideoq; in hoc casu religione judicantis opus est, ut nemini fiat injuria, nisi constiterit, quod hic administrans ex commissione alterius contutoris, id fecerit absq; animo aliquid plus ratione laboris ex decima auferendi quam contutor.

Quod † si unus ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnia suo nomine gessit solidam decimam consequetur, nec pars decimæ pro parte non gerentis remanere debet apud pupillum, nec per eum retineri poterit: cum tutor ille administrans solidum laborem sustinuerit atque sustineat, ut fuit decisum in pluribus exsequutoribus in testamento per defunctum datis, quibus ratione laboris centum legavit *in Capella Tholosan. 295. incip. item dari, & ibi notat Stephanus Auffer.* Idem in pluribus tutoribus probat, dicens hoc procedere, etiamsi alter ex tutoribus remotus fuerit, & utrumq; sequitur Baec. *d. c. 15. num. 11.* 13

Si tamen plures tutores vel curatores inter se administrationem tutelæ vel curæ diviserint, quisque eam solum partem fructuum & redituum decimabit, quæ sibi in divisione contigerit, & quoad ceteros fructus in hoc reputatur extraneus, *ut probat Baeca ubi supra, num. 14. & 15.* Quod verum ipse intelligo, nisi aliud in prædict. divisione convenerit: tunc namque talis conventio ut lex erit servanda, *ut in l. 1. §. si convenias ff. de depositi. cum similibus.* 14

Si vero judex causã cognita † committeret administrationem uni ex pluribus tutoribus vel curatoribus ille solus percipiet decimam, quoniam ipse solus administrare potest, & ceteri censeatur extranei, *ut probat cum aliis Baec. d. c. 15. n. 13.* 15

Denique ibi † *num. 16.* concludit, quod si tutor cui 16
commissa est administratio rerum Hispalensium, convenit debitorem Hispali, ab eoque exigat redditus, qui debitor erat respectu bonorum apud Segovianenses rum, ubi alius erat tutor, ipsemet tutor Hispalensis prædict. redditus à se exactos decimabit, quoniam res ad ejus curam spectat. & ipse Hispali potest debitorem convenire. *leg. tutores, §. heres ff. de administr. tut. & num. 17.* inquit, quod si bayes ex bello fugiant in Segoviensem regionem, certe Hispalensis † tutor vel curator, si ei cura gregis demandata sit, partus decimabit, *secundum Alb. Bald. & Paul. Castrens. in l. huiusmodi, §. legatum. ff. de legat. 1. & Baer. decis. 13. num. 54. column. fin.* loquentes in animalibus unius parochiæ propter guerram fugientibus ad aliam, & ibi parientibus ut debeatur & sit solvenda decima illi parochiæ, à qua fugerunt. Quod profecto satis concinne est in proposito. 17

SUMMARIA.

1 *Decima an detur curatori bonorum absentis, &c. & numeris sequentibus, numero 6. pars negativa probatur.*
2 *Curatoris bonorum è captivi officium.*
3 *Bonis absentis proximior ejus consanguineus curator dari debet cum fidejussoribus & reliquis solemnius, sicut bonis captivi.*
4 *Index ex officio etiã minime petente potest providere curatorem bonis absentis, idque potest petere, quilibet ex communibus absentis debet tamen esse index competens, qui eius bonis curatorem providere possit, ut in num. 3.*
5 *Curator bonis absentis datus, non potest solvere debita de quibus non constat, nec dare in solutum ea ea curatur datus hereditatis iacentis, nec potest dari curator bonis absentis ad ea vendenda ad instantiam creditorum, nisi absente illo per veram contumaciam.*
7 *Differentia maxima est inter curatorem bonorum seu ventris, & curatorem pupilli, prodigi & furiosi. ut lic.*
8 *Curator bonorum neque alienare movere, neque adversus quemquam agere potest, nisi in rebus tempore pertinis.*
9 *Curatores bonorum dantur solum ad custodiam.*
10 *Due tutele simul cum cura bonorum, non excusant ab onere quarte.*
11 *Curator bonorum æquiparatur procuratori.*
12 *L. 4. tit. 29. part. 2. intellectus.*
13 *Salarium solvendum est curatori bonorum, ventris, & similibus in re ita posita: quod si non soluta sit locare operas suas, dabitur ei salarium moderatum pro famulo, ut n. 15.*
14 *Fructus restituendi sunt deductis impensis & laboris in eos colligendis impensis.*
16 *Tutor datus filio posthumo administrans ante nativitatem posthumi, non debet habere pro illo tempore, sed pro tempore, quo bene & utiliter administravit post eius nativitatem durante eius vita.*
17 *Curator bonorum etiam nomeris, non tamen datus eius persona decimam habere non debet.*

CAPUT XVII.

An curatori bonorum danda sit decima.

1 PLuribus in iure casibus datur curator bonis, nempe captivi, absentis, vel defuncti, eiusque qui bonis cessit, ventri & aliis casibus, *ut in suis locis traditur.*

Modo quæro, † *an huic curatori detur decima fructuum adque reddituum prædit. bonorum sicut per nostrã leg. fori datur tutori & curatori minoris?* Et esse illi quoq; dandam plurimum persuadent sequentia. Primo, quoniam curator est, *ut in toto tit. ff. de curat. bon. dand.* Et disposita in curatore adolescentium extenduntur ad curatorem bonorum, *l. qui neque ff. de reb. eorum.* Labor etiam, ob quem datur decima tutori vel curatori minorum, concurrit in curatore bonorum: Tenetur enim hic facere inventarium, *glo. in l. si vacantia, verb. monumentorum, C. de bon. vacant. libr. 10. allegat alios & Regiat. Baec. de decim. tut. c. 9. ap. 16. n. 4.* ubi *num. 7.* quod tenetur iurare ad similitudinem tutoris, se omnia recte & diligenter administraturum, *ut in authent. quod nunc generale, Cod. de cur. furios. cum aliis ibi a Baec allegatis, & num. 8.* quod tenetur satisdare sicut tutores, *l. 3. C. de ea. & postlimin, rever. l. bonorum, ff. de cur. furios.* & curator ventris eandem curam præstat, quam curator adolescentis, & ad eius similitudinem administrat. *l. 1. §. item si periculum, ff. de vent. in possess. mitt.* Ergo cum in his curatoribus sit & concurrat ratio *l. fori*, idem ius in utriusque est statuendum, *d. illud, cum simil. ff. adl. Aquil.*

2 Secundo † principaliter, hæc eadem pars persuaderi potest ex decis. Regia *4 tit. 29. par. 2.* ubi loquens de curatoribus bonorum captivorum, inquit. *Que tomen los bienes è los guarden de manera que no se pierdan, ni se menoscaben, y que los reciban por escrito, cuente todo mobrando quantas son las cosas que reciben, è quales, y porque puedan dar cuenta, è rec adquando gelo demandaren que fizieron de ellas, è que deven aderetar los heredamientos que fueren rayz. ò labrando los è almandolos, por que ayan ende de por sus duennas: el o al que fuere mueble, estroſi pensendolo, en rescado, en tal manera que se aprovechê de ello los cuytados*

que ya ẽen captiverio y que los que de otra guisa los dexarẽ perder, sulas alinnã do deven pechar otro tanto suyo, quanto fuesse aquello que por su culpa perdio, y si lo que dende devassen, no dessen cuenta derecha deven pechar doblado el menoscabo, en de mas auer pena segun fuesse el fecho por furto por fuerça, o por enganno.

Quam igitur aliam obligationem & curam administrandi bona hæc & reddendi rationem eorum, hanc esse censes, nisi tutorum & curatorũ? Aut quis alius labor aut periculum nisi ipsorum? Ergo eadem ineres & præmium curatori bonorum dandum est, quod insinuat lex illa partitæ in illis verbis, *O tomando mas para si del lo que deviesse devento pechar doblado. &c.* Nam d. l. fori de cimam præbens tutoribus & curatoribus, antiquior est legibus septem partitarum; in quibus nec in alia iuris parte reperies, quantum curatori bonorum captivi dari debeat. Ergo & ad decimam fructuum d. l. fori referenda videntur prædicta verba legis partitæ.

Idemque est in bonis cuiuslibet absentis. Eis namq; curator dari debet proximior eius consanguineus, cum fidejussoribus & reliquis solemniis, sicut bonis captivi, *ut tenet gloss. fi. a. d. fin. & ibi bene Bald. in leg. cum cognatos, C. de captivis & postliminio, rever. & in l. ab hostibus, verb. si de eis, quam vis. ff. ex quibus caus. maio.* Et quamvis hæc ultima glo. loquatur de bonis absentis, qui est ultra mare, ad gratia exempli poluit, Idem namque est, si absens esset in partibus remotis extra provinciam, ita quod venire de proximo non speratur, nam & bonis talis absentis potest dari curator, *ut ex Bald. & aliis tenet Greg. Lopez in leg. 12. gloss. prem. titul. secundo, partita. 3.* ubi quod si speratur de proximo venire, exspectandus esset, *idem Greg. Lopez in leg. 14. in gl. Abonda. tit. 14. par. 3.* ubi dicit, quod de consuetudine est, quod quando nesciatur de vita alicuius iamdiu absentis, dantur eius bona propinquioribus cum fidejussoribus, & debent tales propinquiores ea recipere, ut curatores bonorum. Insuper quod bonis absentis detur curator, cum quo possit litigari, tenet Bar. *in l. muto. §. fin. & ibi ima additio ff. de tut. & in l. si pupillus, §. fin. n. 2. ff. de tut. & rat. dist. glo. in cap. ceterum, vers. ab utraq; parte, de iudicam. calum. Baer. decis. 88.* ubi quod propinquioribus danda est hæc cura. *& Practicus Monterros. in 2. tract. fol. 24. cum seq.* Ex quibus non consentio *Alex. cons. 121. num. 3. vol. 6.* quatenus tenet, quod constituendus est curator ille bonis absentis, qui videbitur iudicantis arbitrio, cum debeat potius constitui propinquior absentis, ut vidimus.

Potest; † iudex ex officio bonis absentis providere curatorem, etiam nemine petente, idq; potest petere quilibet ex coniunctis absentis, *secund. Decium, cons. 575. n. 3. & 4.* inquit, quod fœmina non potest esse curatrix, quod etiam probat Alex. *ubi supr. n. 5. & 6.* limitat illud de fœmina in matre absentis, & *num. 9.* satis etiam putat, quod ubi existarent creditores absentis, de quorum præiudicio ageretur, esse curatorem constituendum ex consensu maioris partis eorum, & ubi maior pars creditorum non conveniret in uno, deberet constitui curator arbitrio iudicis, & debet esse iudex competens absentis, qui eius bonis possit curatorem providere, *ut tradit Rol. a Vall. cons. 48. n. 17. lib. 1.* ubi *n. seqq. & precedentib.* alia in materia & solemnitate † curatoris bonis absentis constituendi congerit, additque præcipue quod non possit solvere debita, de quibus non constat, nec dare in solutum, etiam curator datus hereditatis iacenti, & quod hoc casu competit heredi contra possessorem ea data in solutum petitio hereditatis, nec potest dari etiam curator bonis absentis ad ea vendenda ad petitionem creditorum, nisi absente illo per veram contumaciam, cuius sunt bona, & hoc debet probari. alias cassaretur processus. *ut inquit Baldus in rubrica, Cod. de successorio, edicto.*

6 Nihilominus tamen † in quæstione principali veritas procul dubio est in contrarium. Imo quod curatori bonorum non detur decima fructuum & reddituum bonorum: nulla namque lege id cavetur, & erubescimus, cum sine lege loquimur, *leg. illam, cum similib. C. de collat.* quia lex fori millies citata loquitur in tutoribus & curatoribus minorum. Unde cum deficiant verba legis, non habet locum dispositio in aliis, *leg. 4. §. toties. ff. de damn. infect.* Est enim magna differentia inter curatorem bonorum seu ventris † & inter curatorem pupilli, prodigi, & furiosi; quoniam primis sola custodia & rerū, quæ deteriores factæ sunt, venditio committitur, secundis vero plena rerum administratio, *tex. expressus in leg. bonorum. ff. de administrat. tuto.* cuius text. optima decisio & distinctio sola sufficere potest ad probandam veritatem huius nostræ sententiæ.

8 Hinc fit, † ut curator bonorum neque actiones movere, neque adversus quenquam agere possit, nisi in rebus tempore perituris, *l. creditor, ubi notant Bart. & Alberic. ff. de bonis auctor. iudic. possid. & alios allegans Barc. de decim. tut. cap. 16. n. 13.* Idem est in curatore ventris, *ni fallor in l. §. item si pertiæ, ff. de vent. in poss. mitt.* Imo neque creditoribus curator eorum solvere potest, nisi in defectum pecuniæ non solutæ, magna aliqua imminet pœna, *l. §. quis instituatur. §. penult. ff. de hered. instit. l. 1. ff. de curat. bon. dand.* Et in curatore ventris idem probat *l. curator ventris. ff. de ventr. in poss. mitt.* Dantur namque hi curatores, solum ad custodiam, *ut in d. leg. inter bonorum, & tenet glo. in d. l. 1. ff. de cur. bon. dand. & Odof. ed. in tr. de curat. bon. dan. §. cum autem, n. 8.*

9 Et ideo tantum † tenetur curator bonorum de dolo & lata culpa, *l. prætor ait. §. ait prætor. ff. de bon. auct. iud. possid. notant Bar. Dyn. & Alb. & sequitur Barc. de decim. tut. cap. 16. n. 22.*

10 Secundo eadem sententia † & differentia probatur ex eo, quod licet alias tres tutelæ excusent ab onere quartę, *l. tres onera. ff. de excus. tut. §. tria. Instit. eod. tit.* duæ tamē tutelæ vel curæ simul cum alia cura bonorum, non excusant ab onere quartæ tutelæ vel curæ, *l. 1. C. qui oner. tutel. se excusant.*

11 Tertio, † quia curator bonorum æquiparatur procuratori, *l. imperator. ff. de cur. bon. dan.* sed procurator decimam habere non debet, quia id nulla lege cavetur. Ergo nec curator bonorum.

Neque obstant adducta in contrarium: & non quidem primum, quia longa differentia est inter curatorē bonorum seu ventris, & tutorem & curatorem minorum, in pluribus quæ differunt: ex quibus aperte censendum erit, illis non dandam esse decimam, his vero iustissime, *ut late deducit & probat Baeca, dict. cap. 16. nu. 13. cum pluribus sequentibus, ubi nu. 26.* duobus modis respondet verbis, *d. l. 4. tit. 29. part. 2.* supra in contrarium relatis: nempe, ut intelligantur de recuperatione expensarum † factarum à curatore bonorum, scilicet quia 12
non debeat plus accipere, quam sibi debeatur, vel quod licet loquatur de salario, non ideo intelligendum sit de decima, cum sit salarium profussissimum soli tutori vel curatori dandum, sed de alio taxando à iudice propter laborem, quod generale est in aliis in re aliena laborantibus. *ut in l. idemque, §. idem Labeo. ff. mandat.* nunquam enim legi aut vidi in aliqua ex legibus septem partitarum mentionem fieri decimæ fructuum aut redditum tutoribus & curatoribus minorum dandæ ex *dict. l.* fori, quamvis sit antiquior ille forus legibus septem partitarum. Ideoque non videntur verba illa legis quartæ referenda ad decimam, præsertim cum sint incerta, generalia & indeterminata, nempe, *Tomando mas parte de lo que le deviesse*: quæ vere de eo, quod sibi iure deberi constiterit, intelligenda sunt: Iure autem fori sibi decima non debetur, sed tantum tutoribus & curatoribus minorum, ut in ea nuncupatim cavetur: Ergo de decima intelligi minime possunt, sed tantum de expensis utilibus & necessariis in bonis captivi factis, & præterea de iusta mercede & salario curatoris pro labore, & cura & modo administrationis à iudice taxando.

Quo fit, † ut quamvis curatori bonorum vel ventris 13
aut similibus, decima fructuum minime debeatur, ut probavimus, nihilominus aliud salarium iuxta naturam rei & qualitatem personæ, laboris & facultates bonorum ei erit dandum arbitrio iudicis, quia dignus est mercenarius mercede sua, & ne alius, cuius sunt bona & creditores eius locupletentur cum iactura aliena, & sic cum damno & amissione laboris impensi in bonis ipsis conservandis & administrandis & sic pro utilitate eorum. Unde merito quod ex ipsis deducendum & solvendum sit huiusmodi salarium & impensæ utiles & necessariæ de quibus nullus dubitat nec dubitare potest. Ergo nec de iusta mercede & salario curatoris bonorum, cum eius opera ita necessaria sit, pro conservatione & augmento eorum, sicut alia quælibet impensa utilis & necessaria.

Cum enim † res aliquas restituenda est eum fructibus, 14
non solum, cum eisdem computantur & deducuntur de illis sumtus in ipsis fructibus colligendis impensi, *l. fructus. ff. solut. matrim. leg. si patre vel domino. §. fructus. ff. de pet. hered.* & sumtus in eadem re facti, *iuxta tradita in leg. sumtus. & in l. in fundo. ff. de res vendic. & in l. si in area. ff. de condic. indeb. gl. in cap. 1. de usur. & in cap. grave. de restit. spoliat. cap. 1. de in integrum restitut. min. l. 40. & 42. tit. 27. part. 3. & l. 4. in verfic. Este que era tenedor, situ. 14. part. 6.*

Sed etiam præter has impensas fit æstimatio laboris in fructibus colligendis & in ipsius rei cura & administratione impensi cum eisdem fructibus, iuxta debitam & meritam mercedem omnino compensanda, ut probatur, *supra ad nostram, de reb. eccles. non alien. secundum Abb. & communem, ubi: Innocent. & Abb. in cap. conquestus, de usur. Roman. singul. 336. & probat late D. Covarr. libr. prim. variar. resolut. cap. 3. num. 3.* Merito ergo, quod huic curatori bonorum vel ventris detur & solvenda sit debita merces, hoc est, æstimatio laboris in ipsorum bonorum cura & administratione impensi, iudicis arbitrio taxanda iuxta naturam rei, sicut datur laboranti in re aliena, *ut in dict. l. idemque, §. idem Labeo, ff. mandat.* ut in terminis etiam unico verbo tenuit Baec. *dict. capitul. 16. num. 26. & 26.* cuius opinio verissima & procul dubio tenenda efficitur, ex supra adductis vltra eum.

Quod † si curator hic bonorum vel ventris, sit homo 15
magnæ auctoritatis, & non solitus operas suas locare: tunc ultra impensas utiles & necessarias in bonis factas, erit ei dandum moderatum salarium pro famulo, cui earum rerum curam & solicitudinem commiserit. si forsan hoc ita fieri contigerit, nempe, ut opera famuli vel alterius hominis ad id conducti usus fuerit.

Superioribus addendum est, † quod si filio posthumo detur tutor, & hic administret ante nativitatem posthumi, non debet habere decimam pro illo tempore, nisi post natum posthumum vivum; Tamen eius vita durante, si utiliter & bene administret, tunc namque pro toto tempore decimam habebit, quia iudicio tutelæ tenetur de eo quoque, quod antea gessit, *ut in leg. si nemo, §. testamento. ff. de testament. tutor.* Ergo & pro eo tempore decimam consequetur, nisi postea non administret, *ut bene pluribus iuribus probat Barc. d. cap. 16. n. 27. cum plurib. seqq.* 16

Tandem † superiora de curatoribus bonorum, quod 17
non debent habere decimam fructuum & reddituum bono-

bonorum, procedit etiam si sit datus curator bonorum minoris 25. annis, non vero personæ. Adhuc enim pro administratione & cura prædict. bonorum decimam non consequetur, *ut late probat Barc. d. c. 16. nu. 44. cum seqq. nos. adfin. cap.* salarium tamen ac mercedem iustam sui laboris arbitrio iudicis affignandam iuxta naturam rei consequetur, sicut in ceteris curatoribus bonorum supra probavimus.

SUMMARIA.

1 *Curator certa res inventarium conficere non tenetur, nec iurare utilia facere & inutilia prætermittere, quamvis debeat cavere & definitionem promittere.*
2 *Decima non est præstanda tutori vel curatori certæ rei vel actui, puta ad adeundam hereditatem.*
3 *Curator ad litem decimam non deducit.*

CAPUT XVIII.

An decima danda sit tutori vel curatori certæ rei vel curatori ad litem?

1 CVm curator certæ rei † inventarium conficere nō teneatur, *secundum Specular. in titu. de instrumen. edit. n. 44. Bart. in l. tutor, qui repertorium. num. 4. ff. de administr. tut. & allegat alios Baeza de decim. tut. c. 17. n. 9. & decimus supr. hoc tract.* nec etiam tenetur iurare utilia facere & inutilia prætermittere, *secund. Flor. Grat. consil. 158. n. 3. lib. 2.* quamvis debeat cavere & defensionem promittere, Alexan. *consil. 165. n. 2. & 3. lib. 5.*

Hinc est, † quod cum lex nostra fori usu recepta, quæ 2
habet, quod tutor vel curator minoris pro labore accipiat sibi decimam fructuum bonorum minoris, hoc locum non habeat in tutore vel curatore ad unam rem vel actum, puta ad adeundam hereditatem & similia. Respexit namque lex fori laborem tutelarem, qui universalis est, & ideo extendi non debet ad laborem & curam unius rei, quam opinionem tenet Baec. *d. c. 17. n. 1. cum seq.*

Vbi *num. 11.* eam declarat, ut non procedat, ubi tutor vel curator non esset datus uni rei, sed rebus sitis in una civitate vel regione, quia hic procul dubio fructus earū decimabit, verus namq; tutor est, idem probat, quoties tutores dividunt inter se administrationem: nam quisq; suæ partis decimam deducet, *ut supr. probavimus hac 3. part. c. 16. num. 14.*

Curator autem ad litem † procul dubio decimam nō 3
deducet, quia non habet potestatē administrandi bona pupilli seu adolescentis, sed tantum agendi & defendendi in iudicio personam & res sui minoris tanquam eius procurator, tamen præsentibus quam in futuris litibus, siad omnes datus sit generaliter, vel in re, in qua specialiter provisus fuerit. Non igitur cetera graviora, quæ tutori vel curatori incumbunt, agere potest. Vnde cum non subeat laborem administrationis, nec si tutor aut curator personæ, nec bonorum minoris extra iudicium, & tutor & curator utrumq; habeant, nempe, & administrationem personæ & bonorum extra iudicium, in quo plures labores & pericula comprehenduntur; & obligationem agendi & defendendi in iudicio personam & bona minoris, *ut late constat ex dictis & resolutis in præcessu huius operis*, & curator ad litem solum laboret in iudicio tanquam procurator in lite vel litibus ad quas datus est, & lex nostra fori nuncupatim loquatur in tutoribus & curatoribus, ut pro suo labore decimam fructū bonorum minorum sibi deducant, sicque deficiunt verba & mens atque ratio finalis eiusd. legis: merito, ut sine dubio diversum sit dicendum in curatore ad litem vel lites, & sic, quod hic decimam non deducat etiam fructuum earum rerum, quæ forsan sua opera & industria in iudicio evicerit suo minori. Labor namq; hic iudicialis tantum est ad litem, pro quo salarium alias præstari solitum pro simili officio vel sportulæ consuetæ præstari, iustum & æquum est, non vero decimam fructuum. Et ita in praxi quotidie observari videmus & fieri debet & tenet Baec. *d. cap. 17. n. 12. cum seqq.*

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum an debeatur tutori vel curatori administrantis post tempus tutelæ vel curæ finitum, & numeris seqq. distinguitur, ut in d. n. 1. Salarium tamen condignum ei præstandum est ut in n. 7.*
2 *Tutor, qui post finitam tutelam administrat tanquam tutor, crimen falsi committit.*
3 *Tutor vel curator non restituens bona statim finita tutela vel cura, constituitur in mora ipso iure absque interpellatione, & à die mora non sunt lucrandi fructus ut in num. 4.*
5 *Tutor post pupillarem ætatem administrans, sive scienter vel ignoranter id faciat, non obligatur de periculo administrationis illius temporis.*
6 *Liberatio relicta tutori à reddenda ratione non operatur, quoad administ. ram finita tutela.*
8 *Fructus dicuntur & intelliguntur deductis impensis factis in eis colligendis etiam à male fidei possessore etiam deductis mercede laborum eis colligendis impensa, ut in num. 9.*
10 *Salarium dari debet etiam laboranti in re aliena.*
11 *Tutor vel curator finita tutela vel cura, non minus obnoxius est ad administrandum connexa pristinæ administrationi, sicut tutela vel cura durante, & periculum ad eum pertinet.*

CAPUT XIX.

An tutori vel curatori administranti post tempus tutelæ vel curæ finitum, debeatur eximde decima?

1 ELegans † profecto & quotidiana quæstio est, *an tutori vel curatori post tempus tutelæ vel curæ finitum, administranti debeatur eximde decima fructuum pro tempore reliquæ administrationis, sicut tutela vel cura durante eidem bene gerenti debetur?*

In qua Baec. *de decim. tut. c. 18. à principio*, cum nonnullis numeris sequentibus bene in hunc modum distinguit; nempe, ut si administratio, in qua tutor vel curator post tutelam vel curam finitam perseverat, est administratio rei non connexæ pristinæ administrationi, sed potius separatæ, & tunc à die, quo tutela vel cura finita fuit, decimam non consequetur: si tamen post pubertatem administret, res pristinæ administrationi connexas, decima est ei danda. Idem est dicendum in tutore post finitam tutelam connexa administrante.

Primum membrum huius distinctionis, id est, quando non connexa administravit, post finitam tutelam vel curam, eo probat, quoniam non est tutor vel curatori sed protutor, *l. 1. §. cum eo. ff. de eo, qui pro tut.* Protutori autem non datur decima, *ut late probavimus supr. hac 3. part. capit. 7. num. 1. cum sequentibus.* Deinde † tutor, qui 2
post finitam tutelam administrat tanquam tutor, crimē falsi committit. *leg. 1. §. tutore. ff. ad leg. Corn. de falsis. Anania in c. fi. de crim. falsi.* Ergo puniendus est, non vero præmio afficiendus.

Accedat etiam † quod tutor vel curator non restituens 3
bona statim finita tutela vel cura, constituitur in mora ipso iure absque interpellatione, *leg. cum minorum, C. in quib. cauſſ. in integrum restitu. non est necessar. Paul. de Castr. in leg. si postea quam. ff. rem pupill. salv. for. Imol. consil. 35. Socin. consil. 92. num. 17. lib. 4. Gloss. & Dd. communiter in clem. quia contingit, de relig. domib. esse Baec. d. c. 18. num. 3.*

Adie autem † moræ non debet lucrari fructus, *l. cum* 4
vos, & ibi, Bart. & Alex. & Ias. ff. de leg. 3.

Tandem † quia tutor post pupillarem ætatem admi- 5
nistrans, sive scienter sive ignoranter id faciat, non obligatur de periculo administrationis illius temporis, *l. tutor, qui post finem tutel. ff. de admin. tut. & ibi Doct.* & ideo liberatio † relicta tutori à reddēda ratione non operatur, 6
quoad

administrata finita tutela, *Petr. Ancharan. consi. a primum, n. 2. Segarra in l. si ex legatis causa, ff. de verb. oblig. quæstione tertio, turca prædicta, ff. de verb. oblig.* 2 *quæstione Baec. d.c. 18. n. 1.*

Nihilominus tamen huic tutori † vel curatori recte administranti, licet pro tempore, quo ita administraverit finita tutela vel cura, danda non sit decima, solvenda erit ei iusta merces, vel salarium condignum sui laboris, si huiusmodi sit, qui alias solitus fit suas operas locare, vel si alicuius usus fuerit in suis rebus, ut administrationi bonorum minoris intenderet, vel si forte aliquod damnum in suis ob id passus fuit, vel aliquod certum lucrum desinit acquirere, quod iuste & licite lucratus fuisset, si alienis rebus administrandis operam non dedisset. Ex hoc præter expensas utiles & necessarias, quas proculdebio deducet, ciq; refundendæ erunt.

7 Quod † primo probatur ex adductis per insignem D. Covar. *lib. 1, variar. relect. cap. 3. nu. 3.* ubi quod quemadmodum fructus dicuntur & intelliguntur deductis impensis, factis in eis colligendis, etiam à malæ fidei possessore, *leg. si non a domino*, alias si à patre vel à domino, *§. fructus ff. de pet. hered. vel ff. in l. 1. C. de fruct. & lit. impen. glo. in cap. gravate, de restit. spoliat. notatur in l. dominum, C. de rei vendic. Bart. & alii in l. fructus, ff. solut. matr. Roman. fugul. 334.* ita & fructus percepti etiam à malæ fidei possessore, † intelliguntur deducta merce de laboris in eis colligendis impensis, *ut notant Bald. & Salyc. in l. si quis sciens, C. de rei vendicat. & Tiraqu. libr. 1. de retract. §. 15. glos. 1. ad finem.*

8

9

Secundo † quod etiam laborum in re aliena dari debet salarium, *Isidorus, lib. 9. c. idem Labeo ff. mandat. sibi, nisi salarium fuerit datum.*

10

Secundum autem membrum prædictæ distinctionis, nempe, quod tutor vel curator administrans post tutelam vel curam finitam, annexam pristinæ administrationi decimam deducat, & sibi danda sit, probatur, quoniam hæc in specie non minus obnoxius est ad administrandum, quam † durante tutela vel cura, & periculum ad eum pertinet, *ut late pluribus comprobat Baec. d.c. 18. n. 8. cum seqq. & nos late disseruimus, supr. alio in loco in hac parte huius operis.*

11

SUMMARIA.

1 *Decimam fructuum & reddituum minoris, an deducere possit tutor vel curator, qui tempore suscepta tutelæ vel curæ promisit integre restituere pupillo vel adulto omnem rem suam vel bona sua cum omnibus suis fructibus? & num. seqq. per totum cap. nu. 1. & fundatur pars negativa, sed n. 6. cum seqq. affirmativa probatur, cum limitatione, de qua n. 13.*

2 *Testator, an sicut potest expresse prohibere falcidiam, possit quoq; Trebellianicam prohibere?*

3 *Testator usus verbis universalibus vel æquipollentibus, an censeatur tacite detrahi tionem Trebellianicæ prohibuisse?*

4 *Remissio & renuntiatio nunquam facta præsumitur, quinimo semper est facienda interpretatio, ut evitetur remissionis præsumtio: & potius præsumitur error etiam in facto proprio, quam iuris propri renuntiatio, ut in n. 8.*

5 *Remissio est donatio.*

6 *Donatio nunquam præsumitur sed potius quem fatuum quam donare, & potius error quam donatio etiam in facto proprio & stultitia, quam donatio.*

7 *Iussu restituere fructus integros, potest deducere expensas factas in eis colligendis.*

8 *Decimæ fructuum expressa renuntiatio facta à tutore vel curatore, non habente alias unde se alat, non valet.*

9 *Decimam an petere possit tutor vel curator, qui finita tutela vel cura, omnia bona restituit minori, nulla sibi dedicta decima?*

10 *Heres, qui totam hereditatem restituit non deducta quarta, an postea eam petere possit?*

11 *Maritus, qui totam dotem restituit nulla facta deductione impensarum necessariarum, potest eas repetere quasi solvens indebitum.*

12 *Solutum indebite præsumitur per errorem solutum, ut proinde repetitionis locus est, etiamsi sit error in facto proprio.*

13 *Tutor, cui competit ius retinendi reliqua, si ea solvat pupillo, finita tutela nihilominus potest ea petere & retinere.*

CAPUT XX.

An tutor vel curator promittens integre restituere suo minori omnem rem cum omnibus fructibus deducat decimam?

1 ULla profecto † in proposito elegans quæstio est, *an tutor vel curator, qui tempore suscepte tutelæ vel curæ, promisit integre restituere pupillo vel adulto omnem rem suam, vel bona sua, cum omnibus suis fructibus, possit nihilominus pacta decimam fructuum & reddituum sibi deducere ratione laboris & administrationis, quam sibi lex fori sæpe citata defert?* Cuius quæstionis decisio ab illa dependere videtur, an præsupposito, quod sicut testator potest expresse prohibere detractionem falcidiæ, † *ut in authent. sed cum testator, & in corpore, unde sumitur, C. ad leg. Falcid.* ita & detractionem Trebellianicæ, *ut tenuit glo. in §. sed quia stipulationes, in verbo. licet Instit. de fideicommiss. hereditat. late D. Covar. in cap. Raynaldus, §. 3. p. 6. de testam. Padilla in l. post mortem, n. 28. C. de fideicommiss. & nos in repet. d. nemo potest, n. 322. cum sequentib. ff. de legat. 1. D. Mol. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 17. num. 11.* est quæ communis & magis communis sententia, *secundum Iulium Clar. §. testamentum, quæstione 62. in princ.* ubi plurimos auctores hoc tenentes citat dicens, quod ex quo adiunctor illustres Doctores, attestantes de communi opinione, fatuus & temerarius esset iudex, qui in practica auderet illam in dubium revocare.

2

3 *Nunquid † fiat testator usus sit verbis universalibus vel æquipollentib., censeatur tacite Trebellianicam detrahi prohibuisse?* Puta si dixerit, *volo ut heres meus restituat totum, vel integram meam hereditatem, vel sine aliqua diminutione, vel omnia bona mea, vel pleno iure & bona fide?*

In qua quæstione duas opiniones contrarias communes Doctorum reperies apud ipsos, unam affirmativam, alteram vero negativam: ut ad longam adducit novissime Mantic. *de conjectl. ult. vol. lib. 7. tit. 12. n. 13. cum plur. b. sequentibus*, ubi negativam probat, & D. Mol. *ubi supr. dict. lib. 1. cap. 17. n. 15. ubi n. 16.* magistraliter resolvit conjecturam prohibendi detractionem falcidiæ vel Trebellianicæ eliciendam esse ex verbis, ex quibus verisimiliter nihil aliud, quam prædictæ detractionis prohibitio induci possit, ut si dicat testator, *quod fideicommiss. integre atq; sine aliqua diminutione solvatur*, non autem sufficit, quod testator dicat, solvantur omnia legata seu fideicommissa, seu pleno iure, vel alia similia, quæ ad aliud referri possunt ex Paulo de Castr. & aliis, quos ibi refert, & tandem dicit, à iudicibus mature pensandum esse, ne volentis testantis voluntatem conjecturari adversus eam prohibitionem inducant, quam doctrinam relatis prædictis duabus communibus opinionibus contrariis, nos quoque sequuti sumus, ubi supra, *n. 321.* & aliios plures allegans sequitur Mantic. *ubi supr. num. 10. & 11.* & ubi in *n. 12.* quod in conflictu opinionum illa potius est eligenda, per quam tollitur Trebellianica, *secundum Corn. & Ruin. quos ibi citat adversus Soc. Jun. in cad. q.* de tacita prohibitione Trebellianicæ, de qua agimus, eaidem duas communes sententias contrarias refert Iulius Clarus, *ubi supr. dict. §. testamentum, quæstione 62. versic. sed nunquid*: & inquit, quod licet opinio negativa æquior

quior videatur, nihilominus tamen ipse semper sequutus est opinionem affirmativam, tanquam veriorem & magis communem, nempe, ut per prædicta verba universalia vel æquipollentia, censeatur prohibita detractio Trebellianicæ, quia in ultimis voluntatibus, in quibus mens & voluntas testatoris maxime dominatur, sufficit quomodocunque de ipsa mente testatoris apparere: & tandem, inquit, quod ab hac opinione in practica ne recedas, nisi tamen ex aliquibus conjecturis colligi possit, testatorem aliter sensisse: hoc enim casu tenenda esset contraria opinio, quæ ut dixit, æquior est, & quod in his casibus bonum est habere iudicem favorabilem, quia in huiusmodi opinionum controversia multum potest iudicis religio in perserutanda mente defuncti, cui semper in iudicando adhærere debemus. Eadem præd. duas communes opiniones contrarias refert sequutus affirmativam uti veriorem, & magis communem Michael Grassus *de successs. §. Trebellianica quæstione octava, per totam.*

4

In summa in hoc conflictu opinionum receptior sequenda & tenenda est illa, quam præduximus ex Paulo Castrens. *in auth. sed cum testator. num. 2. & conf. 28. n. 10. lib. 2. & conf. 77. n. 6. eadem lib. & alii quamplures Doctores ex supra citatis & ex Molina, ubi supra, dict. num. 16.* & ex nobis. *ubi supra*, nempe conjecturam prohibendi detractionem Falcidiæ vel Trebellianicæ eiusdem esse ex verbis, ex quibus verisimiliter nihil aliud, quam prædictæ detractionis prohibitio induci possit, ut si dicat testator, *quod fideicommissum integre, & sine aliqua diminutione solvatur*, tunc namque prohibita detractio censebitur: non autem sufficiet, quod testator dicat: *solvantur omnia legata seu fideicommissa, seu pleno iure*, vel alia similia, quæ ad aliud referri possunt. Et hanc sententiam, etiam in effectu probavit & communem, & frequentiori calculo receptam ex Gabriele & Mantic. profitetur Grassus, *ubi supra. num. 7.* ubi quod hæc conclusio, in parte negativa intelligitur, ut procedat, quando dictum sit simpliciter, bona restituat debere pleno iure, secus si testator velit pleno iure restitui, & omnia quidem bona: quam distinctionem dicit communem Gratus, *consilio 103. num. 12. volumin. secundo*, quem refert & sequitur Anton. Gabriel. *libr. 3. communi. opinionum, in tit. de Trebellian. conclusione 4. num. 2. sequitur etiam Mantic. dict. titul. 12. num. 18. ad finem*, tenet ac facile amplectitur Grassus, *ubi supra, dict. numer. 7. ad finem.*

5

6 Quibus resolutis † ex eisdem inferri videtur ad decisionem nostræ peculiaris quæstionis de tutore & curatore, qui tempore suscepti officii promisit restituere bona minoris cum omnibus suis fructibus. Nam iuxta supradictam magis receptam sententiam in simili præmissa specie de Trebellianica, videtur idem dicendum in nostra hac quæstione, nempe, ut ex verbis prædictis universalibus tutor vel curator decimam fructuum deducere non possit, quam sibi lex fori alias deferebat, præcipue interveniente iuramento, quod magis astringit sic promittentem, & cum potuerit legem à pertis dicere, nempe adiiciendo, deducta decima, mihi à lege fori, & consuetudine delata atque debita, contra ipsum est interpretatio facienda, *argument. leg. veteribus, ff. de pact. & leg. quidquid astringenda, ff. de verborum obligation, cum similibus.*

7 Secundo eadem † sententia corroboratur ex altera, quæ in similibus prope terminis habet. Quod si ex statuto deferatur marito lucrum tertiæ partis dotis, maritus amittit eam partem dotis, si promiserit totam dotem soluto matrimonio restituere. *Bald. per text. ibi, in l. final. n. 3. Cod. ad l. Falcid. & sequuntur plures à nobis relati in d. l. nemo potest, n. 319.* Estque communis, ut plures referens affirmat Baec. *de decim. tit. cap. 18. num. 14.* Ergo ita & eodem modo tutor vel curator amittet prædictam decimam fructuum, si promiserit omnes fructus restituere.

Nihilominus tamen in specie † nostræ quæstionis principalis contraria sententia est tenenda, nempe, ut nisi tutor vel curator sciens aut prudens, ex mente promiserit rem restituere cum omnibus fructibus, ut ipse decimam eorum non deduceret, idque aliter constiterit, quam ex generali & universali verborum prolatione, decima fructuum atque reddituum bonorum minoris non sit privandus. Hocque ex seqq.

Primo, ex magis communi & veriori resolutione inter duas præfatas communes opiniones Doctorum cõtrarias in materia prohibitionis Trebellianicæ, quam supra probavimus. Ratio namque ultimi membri præfatæ resolutionis, & distinctionis in nostra specie tutoris vel curatoris, promittentis restituere minori bona sua cum omnibus fructibus, satis concludit in ipsius favore, ne visus sit decimæ suæ fructuum parti renuntiaret; siquidem verba illa universalia promissionis restituendi minori bona sua, cum omnibus fructibus ad aliud quidem recte referri possunt, quam ad remissionem dictæ suæ decimæ, nempe ut intelligatur promissio facta de omnibus fructibus pertinentibus ad pupillum vel adultum. Quo sensu prædict. verba congruunt & prudentem habent intellectum absque eo, quod ad donationem, quæ in dubio nunquam præsumitur, nec velle quis ius suum iactare, *ut in l. cum de indebito, cum materia, ff. de probat.*

Ex superiorum ratio præmaxime procedit in nostra specie, in qua non agitur de coniecturanda mente & voluntate defuncti, qui bona sua heredi reliquit, cum prædicto onere universali, sed de auferendo sudore & labore tutoris & curatoris, & sic de tollendo sibi salario à lege concesso pro sui labore & administratione.

Et quamis iuri pro se introducto possit quilibet renuntiare, *ut in l. si quis in conferebend. C. de episcop. & cleric. & in l. penult. C. de pact. cum similib.*

Attamen remissio & † renuntiatio, nunquam facta præsumitur: quinimo semper est facienda interpretatio, ut evitetur remissionis præsumtio, *ut latissime probat Tiraquellus in præfatione. leg. si unquam, num. 128. Cod. de revoc. donat. Decius in l. post quam lites, nu. 16. C. de pact. & consilio 352. num. 3. Cravet. consilio 251. colum. penultim. versic. Rursus ecclesiæ & consi. 257. num. 4. & consi. 242. n. 6. & consilio 290. colum. 3. versic. 4. non præsumitur, Paris. consilio 40. num. 50. volum. 3. Natta consilio 78. in fin. Cephal. consi. 23. num. 46. & 48. & Ruin. consi. 127. n. 10. vol. 3.* ubi quod potius præsumitur error, † etiam in facto proprio, quam iuris propri renuntiatio, *probat late Mase. de probat. 3. tom. conclus. 1173. n. 3. cum seq. & latius concl. 1275. num. 1. cum seqq.*

8

Tertio, † quia remissio est donatio, *l. Modestinus, ff. de donat. late Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione largitus, n. 143. C. de revoc. donat.*

9

At donatio nunquam præsumitur, † sed potius quem fatuum, quam donare, *leg. cum de indebito, ff. de probationibus*, congerit plurima in proposito, *Mascard. de probationibus prim. tom. conclusion. 554. per totum*, ubi *nu. 3.* plures allegans, quod potius præsumitur error, quam donatio, *& num. sexto*, quod procedat etiam in facto proprio. *& num. septimo*, quod potius præsumitur stultitia, quam donatio, *& num. 12.* quod procedit regula etiam contra ecclesiam. Nam tunc etiam non præsumitur donatio, *secundum Alciatum, resolution. 31. in fin.* Ergo nec contra minorem, *& num. 19.* ampliat, ut procedat in quolibet administratore. Nam si quid dederit ei, cuius bona administrat, præsumitur dedisse animo administrandi, non vero donandi. Ergo administrator, qui promisit rem cum omnibus fructibus resti-

10

restituere reddereque minori, intelligitur de fructibus ipsi minori pertinentibus, & sic de administratis à matre vel curatore, non vero de eis fructibus, quæ ad ipsum administratorem spectant ratione sui laboris & administrationis. Non enim est incompatibile reddere rationem administrationis omnium fructuum & redditus, eosque restituere cum reputatione, vel retentione decimæ partis eorum pro suo labore. Siquidē donationis eius partis evitanda est præsumptio, & quia primo in rationis redditione oneratur tutor vel curator, omnibus fructibus & redditibus minoris, postea vero in exoneratione & reputatione oneris deducitur decima, sicut ceteræ impensæ deduci debēt proculdubio, licet omnes fructus integros restituere promiserit, quia fructus non dicuntur, nisi deductis impensis & sumtibus, in eis colligendis factis, item etiam iusta mercede laboris administratoris, *ut iam probavimus*. Sed decima fructuum defertur tutori vel administratori pro salario laboris ipsius, & pro eius alimentis, *ut in l. fin.* Ergo ipsa deducenda est, sicut ceteræ impensæ, hocq; manifestius fit, si fingere eumus, non decimam fructuum, sed aliquam pecuniæ quantitatem à lege fuisse assignatam tutori vel curatori pro labore administrationis. Nonne si hoc ita esset, ex pretio & valore fructuum atque reddituum deducenda esset quantitas salarii prædicta, etiamsi tutor vel curator promisset restituere suo minori omnes fructus rerum suarum, tantoque minus ex fructibus & redditibus haberet, quanto opus esset ad solvendum dict. salarium pecuniarium? Ita ergo idem erit dicendum, in nostra specie, cum idem sit decima fructuum, quod valor ipsius, quia tutor vel curator, omnes fructus administrare, & vendere, & ex valore omnium proculdubio sibi deducere debet decimam, item & redditum annuorum, quos in pecunia numerata exegerit, quod non est contrarium promissioni omnium fructuum, sed potius necessarium pro administratione, & fructibus colligendis, ac ceteræ similes impensæ.

11 Quamvis † enim quis iubeatur restituere fructus integros, nihilominus potest deducere expensas factas in eis colligendis, ut cum aliis probat Tiraq. *de utroque retractu. §. 15. n. 8.* Et quamvis *num. 9.* referet alios in his terminis contrarium tenentes, quod prædixit *dict. num. 8.* longe verius est, idque etiam sequitur Baec. *dict. cap. 18. num. 20.*

Quibus sit, ut merito sit verior, æquior, & tenenda sententia prædict. negativa, quam defendimus, & eam probat Baec. *de decim. tut. c. 18. n. 16. cum seqq.*

Non obstat primum fundamentum contrarium, quoniam iam est dilutum ex primo nostræ sententiæ. Non obstat & secundum ex doctrina Bald. per text. ibi *in l. fin. ad l. Falcid. cum sequac.* quia præterquam, quod alii tenent contrarium, quos refert Baec. *d. c. 18. num. 21.* Attamen dato, quod doctrina Baldi sit vera, tenenda & cōmunis, *prout supra docuimus*, nihilominus in nostra specie, de qua agimus, alia ratio viget pro tutore & curatore, ut decimam deducere possit, nempe, quia ipsa datur pro labore administrationis, & ut habeat, unde vivere possit, & ne damnum patiatur ex administratione tutelæ, vel curæ. Quare non videtur voluisse carere subsidio vitæ, sed ea verba, *promitto restituere rem cum omnibus fructibus, vel cum integro fructibus*, prolata fuisse de his fructibus, qui sunt pupilli, imo ex more tabellionum censeri apposita, ut efficacius & plenioribus verbis, cautum & consultum sit pupillo pro suis fructibus, sibi restituendis potius, quam ut de suo donare videatur tutor vel curator, vel iuri suo renuntiare. At tertia pars dotis marito competens ex vi statuti, lucrum potius est, quam damni compensatio. Unde nimirum, si per promissionem ipsius de integra dote restituenda amittatur, quia illa tertia pars non erat acquisita viro, quando ipse promisit totam dotem restituere, sed erat acquirenda titulo lucrativo: decima vero fructuum tutori vel curatori à lege fori delata titulo oneroso, ratione laboris & administrationis. Unde diversa ratio est lucri acquirendi, vel damni contrahendi.

Quæ nostra † sententia procul dubio procedit in tutoribus & curatoribus egentibus in prædicta decima fructuum, & redditum pro suis alimentis: Tunc namque etiam specialem decimæ renuntiationem credimus non valituram, si alias unde se alerent, non haberent, quia renuntiari aut transigi super alimentis futuris, non potest, nisi causa cognita, & cum decreto prætoris, *ut in l. cum hi, per totum, ff. de transactionibus.* Sed & procedit etiam nostra sententia, licet tutor vel curator aliunde haberet, ex quo se alere posset, ex præcedentibus rationibus & fundamentis supra pro ea adductis. 12

Limitanda tamen est, si constiterit de voluntate contraria tutoris vel curatoris, nempe, voluisse obligari ad restitutionem omnium fructuum & redditum minori suo faciendam absque deductione decimæ, alias sibi debitæ: quia gratis & sine decima suscipere voluit onus tutelæ vel curæ, & sic quando constat donare decimam voluisse, cum tamen alias haberet, unde se alere posset. Necesse est igitur hoc probare, vel scienter destinatoq; animi consilio, illa verba apposita fuisse, *secundum Baecam d. c. 18. n. 21. ad fin.* Quod probo. 13

Ex quibus † deducitur, idem esse dicendum ac resolvendum, si tutor vel curator finita tutela vel cura, omnia bona restituit adulto vel maiori, nulla sibi decima deducta, ut liquidem constet, scienter omnes fructus restituisse, non posse postea decimam petere, aliis secus: Id quod etiam probatur argumento optimi text. *in leg. heres cum deberet, ff. ad Trebellian.* ubi ad literam probatur. 14

Quod si heres † cum deberet quartam retinere, totam hereditatem restituit, similis est eis, qui retentiones, quas habent, omittunt, sed nihilominus posse eum rerum hereditariarum portionem repetere, vel nancisci, nisi sciens restituit: Tex. etiam in *l. error, C. ad leg. Falcid.* facit regula iuris, quæ habet, *quod cum per errorem datur, repetitio est, eiusdem consulto datis donatio est*: † sic etiam si vir restituat totam dotem nulla facta deductione impensarum necessariarum, potest eas repetere, quasi solvens indebitum, *leg. quod dicitur, ff. de impens. in rebus dotalibus fact. & tenent Bald. Novell. & Campeg. quos refert & sequitur Baec. d. c. 18. n. 21.* 15

Eo namq; ipso † quod probatur aliquid indebite solutum, præsumitur per errorem solutum, ac proinde repetitioni locus est, etiamsi fuerit error in facto proprio. *iuxta gloss. in l. cum de indebite, vers. ignorantia, ad fi. ff. de probat.* cuius gloss. opinio communiter est recepta *secundum Alex. and. cons. 284. n. 4. lib. 5. & eum to Baec. ubi sup. in vers. sec. gloss.* Eandem gloss. cum supradict. illatione dicit etiam communiter approbatam Greg. Lop. *in l. 28. in gloss. Portorero, ff. 14. partit. 5.* & videtur probari *in leg. 29. eiusdem tit. ibi, Mas si, &c.* † Vide in terminis inquit Alexand. ubi supra, quod si tutori competat ius retinendi reliqua, & finita tutela ea tradat pupillo, nihilominus potest ea petere & retinere. Et quod licet tutor promittat reddere integram rationem, non ideo minus potest deducere lucrum sibi competens. Ergo à fortiori idem dicendum est in nostro casu, respectu decimæ, qa agit tutor de damno evitando, hoc est, de recuperanda decima sibi à lege fori delata ratione laboris, quod etiam deducitur ex Alex. *ubi sup. n. 4.* Minor autem hoc casu agit de lucro captando, & se locupletando cum iactura aliena, contra regulam iuris, nisi in præmissa specie tutor vel curator sciens, & prudens omnes fructus & redditus minori restitueret, nulla decimæ deductione facta per prædicta, alias secus: quare prædicta deductione decimæ 16 17 18

cimæ in specie nostræ quæstionis principalis, de qua in hoc cap. merito probavit & tenuit *Baec. d. cap. 18. nu. 10. in vers. quod si tutor & num 11. & 12.*

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum & reddituum, an danda sit coadjutori Regis vel ducis minoris 25. ann. item & coadjutori Episcopi? resolvitur negative per totum caput.*

2 *Salarium coadjutori Principis, vel ducis minoris 25. an. vel Episcopi præstandum est iuxta rei qualitatem, per totum huius numerum secundum.*

CAPUT XXI.

An coadjutori Regis vel ducis minoris 25. ann. item & an coadjutori Episcopi danda sit decima?

1 HANC quæstionem, adductis hinc inde aliquibus fundamentis, pro & contra absolvit Baeca *de decim. tut. cap. 19. num. 14.* distinguens hoc modo: si quidem decima æquivaleat expensis coadjutoris, ipse decimam habeat: si vero eas excedat, tunc iterum distinguit: aut enim coadjutor datur propter animi morbum, qui impediat omnem rationis usum & negotiorum administrationem: & tunc coadjutori detur decima; tuoniam vere curator est, cum plena & libera administrandi potestate, *ut notat Innoc. in cap. grandi, de supplend. negl. prælat. & ibi, Corsetus in repet. colum. final.* Si tamen coadjutor daretur Episcopo, vel Duci, propter morbum corporis, non clidentem iudicii vim nec rationis usum, & tunc coadjutori decima non præstabitur, quoniam strictam limitatamque habet potestatem, *secundum Oldrad. consil. 44. col. 2.*

Ego vero potius credo atque verius esse censeo, indistincte tenendum coadjutori prædicto minime esse dandam decimam fructuum & redditum Principis, Ducis & Episcopi, cui datus est, sive el datus fuerit ob morbum animi vel corporis, sive expensæ sint magnæ, vel parvæ: Non enim habemus legem ullam præcipientem huiusmodi coadjutori dari decimam: At lex fori loquitur tantum in tutoribus & curatoribus orphanorum, non vero in coadjutoribus Principum, Ducum, Comitum, Marchionum nec Episcoporum: Ad eos igitur non est extendenda, quia est correctoria, *argumento, l. si vero, §. de viro, cum simil. ff. solut. matr.* & erubescimus, cum sine lege loquimur. *l. illam, cum similib. C. de collat.* Denique, nec ius commune nec consuetudo habet, quod huiusmodi coadjutoribus detur decima fructuum: sed tantum iure disponitur, quod coadjutori detur salarium, *ut in capit. 1. §. præsenti, de cleric. ægrot. libr. 6.* ubi cavetur, ut coadjutores episcopi de proventibus prælatorum, in quorum assumuntur auxilium, † sumtus recipiant moderatos, *& notant Innocent. Imol. Dominicus, & Corset. in dict. cap. grandi, & Abb. in cap. de relatoribus, de cleric. ægrotan. quos retulerat idem Baeca, ubi supra, numero 10.*

2 Cum igitur hoc ita sit iure cautum, nec habeamus legem aliquam seu Pontificiam decisionem, aut consuetudinem Regni, quod coadjutori Principis, Ducis, &c. vel Episcopi detur decima signanter pro salario, quæro, *quis iudex ex proprio capite poterit eidem decimam fructuum & redditeum præstare, quantamcumq; curam sive laborem se coadjutor impendat in administratione rerum sibi encumbentis? sive morbus sit animi, sive corporis?* Omitto loqui de curatore prodigi, furiosi, & similium personarum: huic namque decimam fructuum dari merito iure probavimus, *supra hac tertia parte, cap. 10. per totum.*

Loquor enim in coadjutore, qui meritoitx voeatur, quia coadjuvat titularem impeditum, in quo supponimus ipsum tutelarem aliquid agere posse, quamvis morbum aliquem animi, vel corporis patiatur: alias namque, si vere prodigus vel omnino furiosus aut mente captus sit, qui nihil penitus agere valeat, non est ei dandus coadjutor, sed curator: cui vero curatori decima danda videtur, *ut probavimus, ubi supra*, nisi adhuc in hac specie curatoris Principis, Ducis, & similium magnatum & Episcopi, contrarium maluerimus, *ut verum probatur iuxta à nobis tradita, supra hac tertia parte, c. 11. Utrum tutori vel curatori Regis vel Ducis, sit danda decima?* In curatore autem aliorum inferiorum, furiosi, prodigi & similium personarum in concussa maneant, quæ supra tradidimus *suo capite practicato*: Ceterum si datus vere coadjutor sit, non vero curator, non video cur ei decima sit danda ex superadictis.

Sed tantum salarium moderatum, iuxta qualitatem personæ, officii seu dignitatis, curæ & laboris, ac facultatis redditum, arbitrio boni viri auctoritate practica competenti assignandum, præter expensas utiles & necessarias in rem ipsam factas: Id quod in coadjutore Episcopi, nec non & in gubernatoribus Episcopatus & Archiepiscopatus, ex causa datis, nominatione & præsentatione Regis nostri, & confirmatione Apostolica constitutis, usu observatum, & approbatum esse, non semel nostris temporibus vidimus. Rex enim noster eis constituit atque assignat salarium eisdem præstandum, omnibus supra dictis recte observatis atque perpensis; prænotificata dignitate ac multiplici cura atque labore officii: Idemque observandum iure erit, quoties Duci, Comiti, vel Marchioni ex causa dandus esset coadjutor vel gubernator iuæ ditionis: tunc enim idem dominus Rex noster, eiusque nomine supremum consilium Regale prævia eius consultatione assignabit, & constituet iustum salarium.

SUMMARIA.

1 *Decima pars fructuum, tutori vel curatori, præstanda pro labore administrationis, intelligitur una de decem partibus fructuum, novem reliqua remanentibus minori, ut in decima frugum parochiali ecclesiæ debita decimum existat iure canonico, & ita se habet consuetudo in dubio huius Regni, ut in nu. 7.*

2 *Res in dubio secundum Bartol. intelligitur dividi in duodecim partes, & ex hac cautela datur, ut in libello & sententia dicatur, duas partes de tribus totius rei, alias intelligitur in dubio de duodecim partibus, nisi aliud appareat: sed hoc procedit in dispositione ultimæ voluntatis: secus in aliis dispositionibus, ut in decimis ecclesiasticis, ut num. 3. & communis usus loquendi habet, ut faciendo mentionem de quarta vel quinta parte, intelligatur de parte totius, ut in num. 4. Præterea doctrina Bart. intelligitur, quando simpliciter fit mentio partium, ut in nu. 5. item quando debetur pars rei per verba numeralia, puta duæ partes, tres partes, quatuor partes: secus si debeatur pars per nomina quotativa puta dua tertia, vel duæ quartæ & similia, ut in num. 6.*

3 *Tutor vel curator, non potest accipere pro labore administrationis plus quam decimam fructuum de rebus minoru, etiamsi ab ipso ei plus fuerit promissum, ut administrationem suscipiat; præter quam in tribus casibus hic positis.*

CAPUT XXII.

Qualiter computetur decima fructuum, & an aliquid ultra eam tutor vel curator possit accipere?

QUÆSTIO hæc † satis clara est & talis, ut de ea controversi non possit. Cum enim lex nostra fori dicat, *Tenemo parasi el diezmo de los frutos per razon de su trabajo*, quis potuerit dubitare de quota parte sit intelligenda, cum

da, cum apertè dicat, *Et decimo*, hoc est unam de decem partibus fructuum, novem reliquis remanentibus minori, ut in decima frugum parochiali Ecclesiæ debita decidit *cap. cum homines, de decim.* ubi Abb. *num. 2.* notat, quod decima pars fructuum debetur Ecclesiæ, habito respectu ad totum & quod non habet hoc casu locum divisio legalis, ut totum dividatur in duodecim partes, sed debetur decima totius.

2 Licet † enim Bartol. *in l. inter dum, §. pater famil. num. 1. cum sequentibus, ff. de hered. instit.* notet, quod res in dubio intelligitur dividi in duodecim partes, & per hoc inquit, *si cautus in libello & sententia, si unum petat duas partes, dicas de tribus totius rei, quia si peteres simpliciter duas partes, in dubio intelligitur duas partes, scilicet de duodecim, ut ibi*, nisi aliud appareret, non solum in hereditate, sed in divisione cujuslibet fundi, *ut in l. quotiesc. §. si duo & in lege cum quæstion. Cod. de legat. & Bartolum sequuntur in proprio loco Paul. & Imol.* & videtur esse communis opinio *secundum Bart. de decima tuturum cap. 21. num. 2.*

3 Attamen † hæc doctrina potest salvari in dispositione ultimæ voluntatis, quia cum hereditas dividatur à jure in duodecim partes, *ut in dict. §. hereditas, Instit. de hered. instit.* ita in dubio videtur testator sensisse: sed secus erit in aliis dispositionibus, *ut putat Abb. per text. ibi in dict. capit. cum hominet*, conjuncta juris dispositione, quæ reservavit Ecclesiæ ministris simpliciter decimam partem frugum, & intelligitur reservasse decimam totius non autem decimam ex duodecim partibus. Et † ita habet hodie communis usus loquendi, ut faciendo mentionem de quarta vel quinta parte, intelligatur de parte totius.

4 5 Melius † autem evitabitur prædicta doctrina Bartol. observando, ipsam non convenire verbis dictæ l. fori, loquentis de decima fructuum, qua in specie procul dubio intelligitur, de decima totius, *ut in dicto capit. cum homines*: Sed doctrina Bartol. loquitur, quando simpliciter fit mentio partium: tunc nam quæ nimirum, quod fiat divisio totius in duodecim partes, cum hæc sit divisio legalis, & in materia legali standum sit divisioni legali, & ita procedere potest opinio Bartol. & sequacium, præterquam in casibus, in quibus à lege aliter fit divisio, ut in decima fructuum quæ à l. fori defertur tutoribus & curatoribus pro labore administrationis.

6 Quinimo † ex eodem Bartol. *ubi supra, juncto numero tertio*, constat & deduci potest hæc differentia, nempe, ut ejus doctrina suprà relata procedat, quando debetur pars rei, per verba numeralia, puta duæ partes, tres partes, quatuor partes: † tunc enim intelligitur de re divisa in duodecim partes, ut constat ex eodem Bartol. *numero 1.* Si enim peteres simpliciter duas partes, in dubio intelligitur duas partes, scilicet, de duodecim: secus si debeatur pars per nomina quotativa, puta duas tertias, vel duas quartas vel similia puta decima, quia tunc rei in decem, non in duodecim partes computatio facienda est, *ut patet ex ipso Bartol. ibi, numero 3.* dum dicit, quod si diceres, *peto duas tertias*, vel *duas quartas*, illud est indubitabile, quem sequitur alios allegans Bacam, *dicto capitulo 21. numero 4.* qui à *numero 3.* cum duobus sequentibus, hanc partem in terminis l. fori tenet.

7 Accedit † consuetudo indubia hujus Regni, quæ procul dubio ita semper interpretata & observata est usum dict. *l. fori*, nempe, ut novem partes ex decem fructuum & reddituum bonorum minoris eis remaneant, tutori vero vel curatori decima applicatur.

8 Non † tamen tutor vel curator aliquid amplius quam illam decimam fructuum & reddituum accipere potest, nec ei dari debet de bonis pupilli vel adulti, etiamsi supra decimam ei pupillus aliquid amplius promiserit, ut administrationem suscipiat vel adimpleret, *ut bene probat Baca, dicto capitulo 21. numero 6. cum sequentibus, ubi numero 2.* id limitat primo, si ei aliquid liberaliter offeratur, ab his, qui pupillum sanguine contingunt, vel ab aliis, *ut in leg. tutor. §. qua à tutoribus, & in leg. Nesennius, cum 2. sequentibus, ff. de administratione tutorum.* Secundo limitat idem auctor *numero 10.* ut tutor supra decimam accipere possit, si ex rescripto Principis ex magna & justa causa pupillo utili id concedatur. Tertio limitatur ratione expensarum utiliter & necessario factarum in rebus minorum, quas ultra decimam tutor vel curator reputare vel exigere potest, *ut suprà, non semel alias c. c. asserimus.*

SUMMARIA.

1 *Fructus aut naturales aut industriales dicuntur, & qui sunt illi, & hi? & num. 3. & 4.*

2 *Judicis arbitrio relinquitur, quando magis industria hominis, quam ipsa natura, & è converso fructus proveniant.*

4 *Fructus industriales dantur, quos suos facit possessor pro cultura & cura.*

5 *Fructuum civilium tertium genus datur secundum aliquos, nempe cursura, domuum pensiones, navium vectura, atq; hu similia, sed non est vera hæc denominatio, sed potius connumerantur his fructus inter industriales, ut hic, & in num. 6.*

7 *Frumentum inter fructus industriales connumeratur.*

8 *Vinum inter fructus industriales connumerari debet ob novam formam, quam ei homo sua industria tribuit, & num. 12.*

9 *Farina non est fructus prædii ob formam à frumento diversam, quare qui frumentum dare promisit, farinam solvere non potest.*

10 *Uvæ fructus artificiales dici possunt, quoad plantationem vitium & ipsarum amputationem atque terræ culturam.*

11 *Oleum inter fructus industriales collocari solet.*

13 *Lana & lac inter fructus artificiales connumerantur.*

14 *Decima fructuum tutoris & curatori præstanda est de omnibus fructibus, tam naturalibus, quam industrialibus, inter quos connumerantur pensiones domorum, redditus, vectura navium, & cetera similia, quæ nonnulli auctores fructus civiles appellant.*

15 *Pensiones non veniunt appellatione fructuum secundum nonnullos auctores; verius tamen est contrarium, ut in num. 17.*

16 *Fructus, quos nonnulli appellant civiles, proprie non dicuntur fructus, sed obventiones, veniunt tamen generaliter appellatione fructuum, ut in num. 17.*

18 *Lex correlaria ex ratione in ipsa expressa, extenditur ubi eadem ratio militat, nisi ratio esset impulsiva, vel si lex correlaria loqueretur taxative, ut in num. 19.*

20 *Redditum appellatione annua præstationes comprehenduntur.*

21 *Decimam pedagiorum, vectigalium & portoriorum tutor vel curator habere & percipere debet.*

CAPUT XXIII.

Decima fructuum an de omnibus intelligatur?

PRo uberiori intelligentia hujus quæstionis prius scire oportet, *quot sunt in jure fructuum nomina?* In quo ita resolvendum est.

1 Fructus † aut naturales aut industriales dicuntur. Naturales appellantur illi, in quibus producendis ac percipiendis magis operatur ipsa natura, quam hominis industria, veluti pratorum herba, glandes, castaneæ, pomi:

poma: Industriales vero dicuntur, qui proveniunt ac percipiuntur ex industria potius hominum, quam ex ipsa natura, ut legetes *l. fructum, ff. de usur. gloss. & DD. in lege, diversi ff. de rei vend.* item pensiones domorum sunt industriales, *Bald. in l. si tradito. colum. ult. C. de act. emt.*

2 *Arct. consil. 159. colum. 2. num. 3.* arbitrio ergo † judicis relinquitur, quando magis industria hominis, quam ipsa natura & è converso, fructus proveniant, *Cyn. in l. certum, num. 2. C. de rei vend. Bart. in d. l. ex diverso, Abb. in 6. gravi, de restit. spoliat. & ubi Bero. num. 9. versic. nonnulli, Socin. Senior. consil. 251. colu. pennis. versic. super est postremo lib. 2. Arct. in. ubi supra.* Et hanc distinctionem fructuum veriorem esse opinantur (licet quidam aliis distinctionibus utantur) D. Covar. *lib. 1. Var. resol. c. 3. num. 6. Statim in princ. & Iacob. Menoch. bene eam probans lib. 2. de arbit. jud. Cent. 5. casu 210. per totum.*

3 Similè videtur, quod in hac re tradit Carol. Molin. *in consuet. Paris. 1. part. §. 1. gloss. 1. num. 35.* dicens, quod naturales fructus sunt, qui immediate producuntur à re seu materia rei corporalis, sive mobilis sive immobilis, ut pecudum partus & fruges: & hi fructus, si non requirant notabilem hominis industriam, dicuntur simpliciter *naturales*: si requirant magnam industriam vel impensam, dicuntur *industriales*: & quod sint nomina magistralia, non à lege, sed à doctoribus imposita causa facilioris doctrinæ.

Unde † falsa omnino est opinio Joan. Corrasii, *lib. 5. Miscell. jur. capit. 9.* censentis, commentitiam esse hanc fructuum industrialium denominationem, nec sumi hujus rei argumentum posse à dict. *l. fructus*, & adjungit ipse alias plures rationes pro sua opinione, quibus mire & per ordinem satisfecit Menoch. *ubi supra, a num. 6 cum sequent.* ubi ipsum satis non miratur, quod eam opinionem tenuerit.

4 Qua † explosa, *num. 17. ad fin.* resolvit, dicendum esse, cum ceteris juris interpretibus, dari fructus hujus nominis industriales, quos suos facit possessor pro cultura & cura, *ut in l. fructi. ff. de usur. & in l. in bona fide, ff. de acquir. rer. dom.* Estque in jure recepta & communis sententia contra Corrasium, & utramque hanc fructuum speciem eleganter his carminibus significavit Virgilius libr. 2. Georgic.

Principio arboribus varia est natura creandis.
Namq; alia nullis hominum cogentibus, ipsa
Sponte sua veniunt:
Pars autem, posito surgunt de semine, ut alta
Castanea.

5 Similiter † vera non est aliorum opinio, excogitantium tertium genus fructuum, nempe, civilium, ut sunt usuræ, domuum pensiones, navium vecturæ atque his similia, quos sequutus fuit semel Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. quæst. 40 num. 377.* & prius Carol. Molin. *ubi supr. dict. num. 33.* ubi hos fructus civiles & fictos appellat, quia civiliter producuntur immediate à jure, seu obligatione inducta, sive ex lege sive ex hominis provisione, *text. in l. si navis, in principio, ubi non natura provenit, sed jure percipitur. ff. de rei vend.* inquitq; quod Bartol. *in l. fin. in fin. ff. de jur. fisc.* & Bald. *in l. si tradito. in fin. C. de act. emt.* qui primus simpliciter eos fructus industriales, & secundus industriales, & industriosissimos appellant, impropriè loquuntur, & quod rectius & clarius nuncupassent eos fructus civiles, *& num. 35.* late agit, quando isti fructus civiles producuntur.

Sed nihilominus vere commentitia est hæc denominatio fructuum civilium, cum nullo jure probetur, ut mutata sua prima sententia affirmavit & docuit, secundo idem Menoch. *dict. casu 210. num. 29.* allegans pro se Arium Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vend. 2. part. cap. 4. nu. 32.* Connumerantur † enim hi fructus inter industriales, *ut supra probavimus*, & præterea ita tenent Corral. *lib. 5. Miscell. jur. cap. 9. in fin.* & Joan. Copus, *in tract. de fructib. lib. 1. tit. 1. cap. 3. nu. 2.* & ante eos idem probarunt Bartol. & Bald. *jam supra citati*, quos refert & sequitur Menoch. *d. casu 210. num. 29.* qui *num. 30.* addit, idem esse dicendum in mero, quod ex mercatura & arte numularia provenit, *ut in specie notavit Vacarius Roman. lib. 2. declar. jur. cap. 75* licet enim jure percipiantur, *ut in dict. leg. si navis in principio*, non tamen ullo jure civiles appellantur.

Sic etiam † frumentum inter fructus industriales enumeratur, *ut in dict. l. fructus & vinum, & in l. hujus 77. ff. de rei vend.* dum uvas terræ fructum à vino distinguit: & sensit Bartol. *in leg. diversi. ff. de rei vendic. & consil. 225. quæstio talis est, num. 2. lib. 1. Bald. in l. ancilla, num. 14. C. de furt. Campeg. in tractat. de dot. quæst. 7. num. 2. Arcturius. dict. consil. 139. num. 2.* quos refert & sequitur Menoch. *d. casu 210. num. 21.* licet enim uvæ fructus naturales ratione plantæ dici possint: vinum tamen ob novam formam, quam ei homo † sua industria tribuit, inter fructus industriales connumerari debet, ut novæ quidem formæ vini est à materia ipsa uvarum diversa, *text. in §. cum ex aliena, Instit. de rerum divis.* Quamvis enim uva sit vinum potentia, cum tamen actu non sit, dicendum est ab actu esse denominandum, *secundum Bacon. dicto capitulo 75.* & sequitur Menoch. *ubi supra, numero 23.* hoc confirmans ex doctrina Baldi, *in leg. 1. numero 6. C. de fruct. & lit. expens.* ubi ex suprà dictis constet, farinam non esse † fructum prædii ob formam à frumento diversam. Quare qui frumentum dare promisit, farinam solvere non potest.

10 Quinimo † & ipsæmet uvæ fructus artificiales dici possunt quoad plantationem vitium & ipsarum amputationem atque terræ culturam, quæ omnia operas hominum requirunt & sunt necessaria ad ipsas uvas producendas: alias enim eas vites non germinarent, sed arbusta, sicut nec frumentum terra produceret absque cultura ipsius terræ: Neque his obstat distinctio uvarum à vino de qua *in dicta l. si unus*, quia procedit quoad perceptionem fructuum, non vero quoad differentiam naturalium & industrialium fructuum, ut patet ex verbis dict. l. ibi *percepti nomen fructus accipere debemus, non si percepti collecti, sed etiam capti jam percipi, ut terra continere se fructus desierint*, veluti, si olivæ, uva lectæ, nondum autem vinum, oleum aliaque factum est: statim enim ipse accepisse fructum existimandus est: nihilominus tamen fructus uvarum industriam humanam requirit, licet fatendum sit, amplorem industriam requirere fructum vini, utputa priorem uvarum, & insuper aliam vini faciendi, sicut contingit in olivis & oleo ex eis facto, nisi fructum uvarum & olivarum judex magis provenire natura ipsa, quam hominis industria æstimaverit atque arbitretur, ex regula suprà in principio hujus capitis posita. Sed non bene Baca, *de decima tutorum, cap. 22. sub num. 20.* inquit, uvas inter naturales fructus connumerari, *juxta gloss. in cap. contra jus de restitut. spoliat. quam gloss.* neque textis ita ineptientem, ego invenio, allegat etiam Cyn. *in l. certum, C. de rei vend.* qui *num. 2.* potius probat contrarium dicens, quod in legetibus & vineis maior versetur industria, quam in pomis. Et ideo nos vocamus legetes fructus industriales & uvas, *ut in l. si eius fundi. ff. de rei vendic.* quia in his exigitur multa industria: ut colere terram, seminare, sarculare, mundare, ligare, herbam fucidere & huiusmodi, quæ sunt artis facere.

11 Oleum † autem inter fructus industriales collocari solet, *ut in dicta l. unic. & eum Bartol. dict. consil. 225. & in l. maritus in fine princ. ff. ad l. Falc. & Baldum. ancilla. nu. 14. & Campeg. dict. quæst. 7. num. 2. & Arct. dict. consil. 139. num. 2. Arius Pinell. in l. 2. in 2. part. cap. 4. num. 32. C. de rescindend. vend. versic. specifice, terra. Menoch. dict.*

12 *casu 210. num. 25.* Idemque probandum est † procul dubio in vino, cum ex dict. *l. si esse*, tum etiam ex identitate rationis.

13 Lana † autem & lac inter artificiales fructus connumerantur, *glos. in l. si quis à non domino vers. cura, Iustit. de rerum divis. §. art. in dict. l. ex diverso, num. 3. Vacanius Romanus dict. cap. 75. Pinell. ubi supra, & Menoch. num. 26.* Nam etsi hominis facto non nascantur, attamen non sine magna ejus cura nascantur: Nam nisi homo ipse oves custodiret & depasceret, certe, nec lanam nec lac illæ producerent.

His sic (& quamvis non breviter, utiliter tamen & ad spectionem quæstionis necessario præmissis) cum lex
14 nostra † *fori* dicat generaliter & indistincte, *2 tome para si el diezmo de los frutos*, generaliter est intelligenda de omnibus fructuum generibus, nempe, naturalibus & industrialibus, de quibus supra, inter quos connumerantur, ut præmisimus, pensiones domorum, redditus, vecturæ navis & cetera similia, quæ alii auctores fructus civiles nuncuparunt, nos vero industriales, *juxta ea vulgaria, leg. de pretio, cum similibus ff. de Publiciana in rem actio. leg. non distinguentium ff. de arbitr.*

Secundo ex eadem leg. fori ibi, *Mantengales de los frutos, y tome para si el diezmo.* Ex quibus verbis constat manifeste, quod decima deducitur ex eisdem fructibus, quibus minor alii debet, sed pupillus vel adultus, aliter ex omnibus hujusmodi fructibus, nempe, naturalibus & artificialibus, prout sunt frumentum, vinum, oleum, lana, lac, pensiones domorum & aliis reditus, ex eisdem
15 igitur tutor vel curator, decimam deducet.

Tertio, † quia etiam sic secundum nonnullos auctores appellatione fructuum non veniant pensiones, utputa Bald. *in l. traditio, colum. fin. C. de act. emt. Alexand. consil. 81. num. 8. lib. 1. & in leg. devotio, num. 32. ff. solut. matrim. & ibi Ias. num. 9.* ubi quod in constitutionibus, quæ sunt restringendæ, appellatione fructuum non venit
16 pensio: attamen verius est, quod † licet fructus (quos nonnulli appellant civiles, ut vidimus) proprie non dicantur fructus rei sed potius obventiones, quia non ex ipso corpore sed ex alia causa proveniunt, ut inquit Jurisconsultus *in l. usus a pecunia, ff. de verb. signific. & late*
17 *Alexand. in leg. divortio, in principio, vers. puto tamen, ff. solut. matrim.* tamen generaliter † veniunt appellatione fructuum simpliciter, *ut in dict. leg. si navis, C. de rei vendic. & in l. lecti corpus, §. 1. ff. si fer. vit. vendic. & fructus rei, ff. de regul. jur.* & fructibus naturalibus æquiparantur, *l. prædiorum & l. usura vicem. ff. de usur. l. si quis bona, §. si Antisius de pignor. & Lapus Iulianus, §. 1. ff. de leg. 1. l. stella in fin. ff. si cert. petat. l. si urbana, ff. de condict. indeb. l. Commun. C. de rei vendic. at. l. usufructu legato, §. 1. ff. de usufruct. leg. ex quibus juribus, ita docet Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. num. 33. ibi & licet fructus, quamvis differant, in modo producendo, ut ibi per eum & num. 38. sequitur Baec. dict. capitul. 22. num. 7. & Petrus Barbos. in leg. divortio, §. si vir, num. 31. ad finem ff. solut. matrimonio.*

Quod præcipue procedit in terminis, de quibus agimus, quia militat eadem ratio in pensionibus & redditibus exigendis & in fructibus naturalibus colligendis imo forte maior, utpote industriam majorem hominum requirentibus. Cum igitur decima detur pro labore administrationis & ita laboret tutor & curator in recolligendis & exigendis, atque administrandis his fructibus industrialibus, merito, ut de utrisque decimam habere debeat, *argumento leg. illud cum simil. ff. ad leg. Aquil.*

18 Neque obstat, † quod nostra lex fori sit correctoria juris communis: quia nihilominus, ubi militat eadem ratio expressa, in lege extensio locum habet, *ita ex gloss. in Clementin. prim. de elect. vers. eligatur, ibi, contrarium esse videtur de mente constituentis per rationem hic expressam*, quæ communis est, *ut per Dd. in authent. quæ actiones ubi Ias. num. 22. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in l. cæterum, §. sed & si quis, num. 19. & 20. ff. de legat. 1.* testatur communem infinitos referens Menchac. *de success. creat. §. 22. num. 52 colum. 3. & 4 illius num. & Anton. Gomez 1. tom. Var. resol. cap. 5. num. 11. agit late de hac Tiraquell. de causs. cess. 1. part. num. 113. & latissime Doctor Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. num. 10.* ubi dicit communem cum numeris seqq. *sequitur Baec. plures allegans de decim. tut. cap. 23. num. 9.* præterim cum ratio expressa in nostra l. Regia fori, dandi decimam tutori vel curatori, fructuum bonorum minoris, non sit impulsiva sed finalis pro labore, ut patet.

Si esset † namque impulsiva, vel si lex correctoria lo- 19
queretur taxative, extensio locum non haberet, etiam ex ratione expressa, in lege ipsa, ut cum aliis resolvimus *libro 2. practic. quæstionum 170. sub n. 1. vers. ite. non obstat.* Imo hic non agimus de extensione, sed de virtuali comprehensione in verbis ejusdem *l. unica a nobis tradita libro 3. practic. quæstion. 17. num. 75. cum pluribus sequentibus.*

Considero etiam decisionem nostræ l. fori favorabilem dici posse: siquidem agit de solvenda mercede & labore tutori & curatori orphanorum. Et quamvis de jure communi ea salarium non deberetur, *ut diximus supra hac tertia parte, cap. 1.* nihilominus secundum naturam est, ut nemo locupletetur cum jactura alicna, *ut iisuribus vulgaribus*, & in Evangelio cavetur, dignum esse mercenarium mercede sua: Nimirum ergo si lex nostra *fori* tribuens decimam fructuum tutori vel curatori pro labore, intelligatur etiam de pensionibus & redditibus, præmaxime cum hæc sint etiam fructus, & appellatione fructuum comprehendantur, & veniant.

Quibus fit, ut hæc extensio dici non valeat, sed potius virtualis comprehensio *sub vers. fructus pro labore*: Quare merito Paul. Castrens. *consil. 374. super istis dubiis, num. 1. libr. 2.* nostram hanc sententiam principalem in terminis probavit dicens, quod cum ex consuetudine cujusdam provinciæ, *de qua ibi per eum*, tutor lucretur fructus bonorum pupilli, certe lucrabitur reditus impræstitorum pupilli.

Quoniam appellatione † reddituum comprehen- 20
duntur dictæ annuæ præstationes, *ut in authentica de non alien. §. hoc autem, iuncta leg. 7. ff. de usufruct. & quod habetur in l. si usque ff. de verbor. significa. Innocent. in capit. pastoralis de donat. super verb. redditus.* Et in terminis nostræ l. fori, hanc sententiam ex supra dictis probavit & tenet Baeca, *dicto capit. 22. numero 3. cum sequentibus*, eltque verissima & procul dubio tenenda in judicando & consulendo.

Idem probante, † ibi Baeca, *numero vigesimo tertio, cum sequentibus*, in pedagiis, vectigalibus & portoriis, 25
ut ea quoque decimare tutor possit ex eisdem rationibus, *& numero vigesimo octavo*, in salariis pupilli item tenet, cui assentior.

SUMMARIA.

1 *Decima mulctarum, condemnationum, an tutor vel curator habere debeat? & per totum caput: resolvitur affirmative, num. 5. cum seqq.*

2 *Insultus esse non dicitur, quod non renascitur, ut marmor vel lapis, hoc declaratur, num. 11.*

3 *Commissi utilitas non quæritur usufructuario, sed pertinet ad proprietarium.*

4 *Bona confiscata non spectant ad firmarium, & sic ad conducentem commoditatis aliquid, fructuum, sed contrarium, num. 12.*

5 *Mulcta & confiscationes sunt fructus jurisdictionis.*

6 *Mulcta & confiscationes bonorum, etiam immobilium dotalium pertinent ad eum, cujus sunt fructus dotis, pro oneribus matrimonii, & num. 9.*

7 *Mulcta & confiscationes pertinent ad eum, cui usus fructus jurisdictionis competit etiam bonorum immobilium, ut in num. 9.*

8 *Laudemia & alia, quæ solvuntur propter renovationem emphyteusis, pertinent ad fructuarium.*

9 *Decima mulctarum & confiscationum pro delicto commisso tempore primi tutoris vel curatoris, licet tamen sententia condemnatoria tempore alterius, vel eo finito ad quem spectet: & num. seq. resolvitur num. 32.*

10 *Pœna ex alio pro delicto commisso, anno primi conductoris, non tamen in eo sententia lata condemnationis, sed postea alio anno alterius conductoris, ad quem eorum competat, & numeris seqq. communis sententia est, quod ad primum, ut in num. 16. contraria est verior ut in num. 17. & seqq. declaratur & limitatur nn. 24. 25. & 26. & 29.*

11 *Delinquens statim efficitur servus pœnæ & incipit se obligare ad eam.*

12 *Initium exspectandum est in delictis, ut intelligatur, ad quem pertinet punitio, declaratur tamen numero 21.*

13 *Pœna non censetur debita, nisi à tempore condemnationis, & num. 20.*

14 *Bona delinquentis ante condemnationem non censentur hypothecata fisco, neq; jus aliquod considerabile habere videtur in eis, & num. 28.*

15 *Sententia, quod respectu pœna censeatur declaratoria, procedit in pœnis ipso jure impositis, secus aliis.*

16 *Mulctæ & condemnationes jurisdictionis uxoris factæ pro soluto matrimonio, pro delicto commisso eo durante sunt in solidum uxoris declaratur, num. 31.*

17 *Pœnæ fiscales ex jurisdictione majoratus obvenientes, eo anno, quo decessit ultimus majoratus possessor, ad quem pertinent? remissive.*

CAPUT XXIV.

An tutor vel curator decimam mulctarum & condemnationum habere debeat?

1 PUpillus vel adultus, † cui est datus tutor vel curator, habet unum Castrum vel plura, quibus est jurisdictio annexa, ex qua mulctæ & confiscationes bonorum proveniunt durante tutela vel cura, quæritur, *an eorum decimam habeat tutor vel curator tanquam fructuum jurisdictionis bonorum minoris, an vero hæc insolidum ipsi minori competant?* Elegans profecto quæstio est, & quæ sæpe in praxi contingere potest.

In qua in primis videtur, nullum jus competere tutoribus & curatoribus, in his mulctis, pœnis & confiscationibus, sive rerum mobilium sive immobilium. Primo, ex regula tex. *in l. de vortio. §. si vir ff. solut. matr.* quæ habet, quod illud quod renascitur, ut marmor vel lapis,
2 non dicitur † esse in fructu: sed mulctæ & confiscationes videntur esse hujusmodi: Ergo earum decimam non habebit tutor vel curator.

Secundo † pro hac parte negativa facit doctrina Oldradi, *consil. 240. num. 1.* ubi quod si emphyteuta incidat in commissum, utilitas commissi non quæritur usufructuario, sed pertinet ad proprietarium, idem est in feudo: quem sequuntur relati per Tiraquel. *libr. 1. retract. in fine. num. 100.* & alios allegans Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynut. ver. cæterabona, num. 35. in fin. de testament.* & Carol. Molineus dicens hanc esse veritatem in consuetud. Paris. *tit. 1. §. 1. gloss. 1. num. 38. & Petrus Barbos. in d. l. divortio, §. si vir, num. 42. ad fin.* Ergo ita & mulcta & confiscationes obvenientes ratione jurisdictionis, pertinere debent ad proprietarium, non vero ad usufructuarium universalem vel particularem.

Tertio, † quia bona confiscata non spectant ad firma- 4
rium, & sic ad conductorem commoditatis atque fructuum, *ut notat Oldrad. consil. 148. Iidem est Alberic. in rubric. de usufruct. columna secunda, vers. et eam quæritur Angel. in leg. si quis id, quod, ff. de jurisdiction. omnium iudic.*

His tamen † non obstantibus, contraria sententia ve- 5
rior est procul dubio & tenenda in judicando & consulendo. imo quod tutor & curator decimam sibi jure vendicent omnium mulctarum & confiscationum bonorum mobilium ex jurisdictione minorum provenientium, sicut & cæterorum fructuum atq; reddituum ipsorum ex sequentibus.

Primo: Quia mulctæ † & confiscationes sunt fructus 6
jurisdictionis, *cap. nunc. quæ sint regalia, in usib. feud. Chassan. consil. 61. num. 3. late Tiraquell. libr. 2. retract. §. 5. glo. 4. nu. 18. Molin. ubi supra, num. 31.* dicens esse sine controversia, *Barbosa etiam ubi supra, num. 41. vers. melius regitur.* Ergo eas decimabit tutor vel curator, juxta *dict. leg. fori.*

Hinc est † & secundo, quod si in dotem tradatur Ca- 7
strum, habens jurisdictionem annexam, mulctæ & confiscationes bonorum pertinent ad eum, cujus sunt fructus dotis pro oneribus matrimonii, *ita tenet Bald. in d. l. divortio, §. si vir, ad fin. ff. solut. matrim. Bartol. in l. final. num. 1. & 2. ff. eodem tit.* Est recepta sententia secundum Alexand. *num. 10. Ias. num. 3. in d. §. si vir.* eamque sequitur alios allegans Guilielm. Benedict. *in repet. d. cap. Raynutius, verbo, cætera bona, num. 36. Palat. Rub. in repetitione rubricæ de donat. inter vir. & uxor. §. 62. num. 11. Tiraquell. qui plures conferit de retract. convention. §. 5. glos. 4. num. 18. & Doctor Molin. de Hispan. primogen. libro 1. cap. 23. num. 22. & Barbos. in dicto §. si vir. num. 41.* licet eam receptam appellat, estque communis opinio, *ut plurimos citans affirmat Baec. de decim. tutor. cap. 22. num. 13.*

Qua † ratione etiam prædictæ mulctæ & confisatio- 8
nes pertinebunt ad eum, cui usus fructus jurisdictionis competit. *Bartol. in dict. leg. nu. 2. ff. solut. matrim. & ibi Paul. Castrens. in fin. Carol. Molin. ubi supra, numer. 31. & Menoch. consil. 66. num. 5. lib. 1. Doctor Molin. & Barbos. ubi supra, multique alii:* Ergo ad tutorem & curatorem pertinebit decima mulctarum & confisationum, cum respectu sui decimæ sit usufructuarius pro suo labore, & prædicti sint fructus jurisdictionis minoris, estque magis communis opinio supra modo dicta, *ut ex Carol. Molin. & Guilielm. Bened. affirmat Baec. d. cap. 22. num. 13.*

Et † procedunt superiora eadem ratione, nedum in 9
confiscatione bonorum mobilium, de quibus supra loquuti sumus: sed etiam & immobilium. Nam cum considerentur tanquam fructus jurisdictionis, in dotem datæ, indistincte maritus & usufructuarius prædicta debet facere sua irrevocabiliter, *ita Bartol. in dict. l. fin. num. 1. & ibi Paul. Castrens. num. 2. & Alexand. num. etiam 2.* qui asserit receptum, *& Campeg. de dote, 2. parte, quæst. 34. Chassan. consil. 61. num. 8. & 14. & alios referens Carol. Molin. ubi supra, d. numero. 31.* ubi eam sequitur & dicit receptiorem. Eandem etiam sequitur plures allegans & communem profitetur, Doct. Molin. *d. lib. 1. cap. 25. num. 21. & Barbos. in dict. §. si vir. num. 42.* ubi quod non est recedendum ab hac magis recepta opinione, & Baec. *d. c. 22. n. 19.* alios allegant & dicens quod hæc videtur magis communis opinio.

Nec audiendi sunt tenentes contrariam in hoc ultimo sententiam, scilicet, quod imo saltem immobilia confiscata restituenda sunt uxori soluto matrimonio

Vel proprietario finito usufructu, *prout sentit Bald. in dict. l. fin ff. solut. matr.* ea ratione, quia immobilia cohærent territorio, atque ideo non videtur restituta integra dos, si immobilia cohærentia territorio & consequentes jurisdictioni, ei non restituerentur, quod est adversus regulam, *l. fin. C. solut. matrim* nec non & Angel. *in dict. l. fin. ff. solut. matrim* & tenuit prius Alber. post Jacob. de Raven *in l. usufructu, legat. nu. 2. de usufruct. & in l. si vero, nu. 1. ff. solut. matr. & Annania. in cap. 2. ult. notab. ne prælat. vices suas*, & fallo afferit receptum Tiraquel. *lib. 1. retract. in fine, num. 100.*

Non enim est vera hæc sententia, præterquam quod est contra magis communem & receptiorem opinionem, *ut constat ex superioribus an inferioribus*: quia subjectú usufructus sive dotis est ipsa jurisdictio, cujus substantia semper salva & integra permanet, eique restituitur, quantumcunque proprietas bonorum immobilium confiscatorum marito, vel usufructuario acquiratur: Neque enim immobilia ita cohærent territorio, ut habens jurisdictionem illorum, videatur etiam eorundem habere dominium, sed tantum sunt sub ejus protectione, *juxta notata in l. 1. §. per hanc. ff. de ex. vendo at.* & ob id, quamvis pradicta non restituatur, potest in aliquo videtur diminuta ipsa substantia jurisdictionis in dotem data, *ut advertit Paul. Castrensis in dict. l. fin. num. 2. & ibi Alexand. num. 2. ff. solut. matrim. & optime Carol. Molin. ubi supra. dict. num. 51. & Decius, dict. cap. 23. num. 20. Doctor Molin. dict. num. 64. & Barbos. ubi supra. dict. num. 42.* Idem ergo dicendum est respectu similium fructuum in aliis usufructuariis, & in tutore & curatore, quoad suam decimam, *ut in terminis usufructuarii cum Oldrado tenet Carol. Molin. ubi supra dicto num. 51.* & in tutore probat Baeca. *dict. cap. 22. num. 13. cum sequentibus.*

10 Tertio principaliter eadem sententia in tutore & curatore corroboratur, ex altera recepta & communi sententia, quæ habet, quod laudemia & alia, quæ solvuntur propter renovationem emphyteusis, pertinent ad fructuarium, quia considerantur tanquam obventiones rerum. Ita tenet Oldrad. *consil. 24. & alii relati, per Tiraquell. lib. 1. retract. in fine, num. 107.* Est communis *secundum Socin. Jun. consil. 70. num. 31. libr. 3.* & cum eo Julius Clar. §. *emphyteusis, quæst. 23. ad fin. sequitur Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 22. num. 12. Menoch consil. 66. nu. 36. libr. 1. Alexand. in dict. leg. divortio, §. si vir, num. 8. ad fin. ff. solut. matrim. & ibi Barbos. sub num. 47.* Cum enim fructus sit utilitas rei vel propter rem proveniens, merito quod hoc emolumentum propter ipsam rem proveniens ad usufructuarium pertinere debeat, & ita attestatur vidisse servari Julius Clarus, *ubi supra*, & est procul dubio tenendum, tametsi Doctor Peralta *in leg. Titia, cum testamento, §. Titia cum nuberet, num. 9. ff. de legat. 2.* contrarium teneat. Si igitur hoc ita verum est, cum communi: idem merito probandum venit in tutore & curatore respectu suæ decimæ, quoad mulctas, bona confiscata & laudemia ob jurisdictionem & rem minoris provenientia: & potiori ratione in possessore maioratus, ut ad ipsum prædicta pertineant, quia est verus dominus, *secundum Doctor. Molin. dict. capitul. 22. numero 12. & dicto capitulo 25. numero 22. cum sequentibus.*

Quarto eadem nostra principalis sententia efficaciter probatur ex ratione expressa in nostra l. Regia fori, nempe, pro labore administrationis: sed hic labor ita impenditur in administranda jurisdictione, sicut & in ceteris bonis minoris. Ergo idem jusin utroque est statuendum, *vulgata leg. illud cum similibus, ff. ad leg. Aquiliam.*

Quinto & ultimo atque peremptorie ex verbis ejusdem, *l. fori*, ibi *Mantengalos de los fructos, y tome para si el diezmo de los fructos*: Itaque ex fructibus bonorum minoris, quibus ipse minor alendus est, ipsemet tutor & curator debet sibi sumere decimam, sed minor sibi debet ex prædictis mulctis & confiscationibus, ut patet. Ergo & earundem decimam habere debet ejus tutor & curator.

Ex superioribus igitur satis superque probata & confirmata remanet nostra prafata sententia in quæstione principali huius capitis, ita ut temerarium, atque contra notoriam justitiam esset, aliud, quam nos sentire, consulere aut pronuntiare, cum habeamus pro nostra sententia tot rationes inevitabiles, atque communes doctrinas nostrorum professorum in similibus terminis & quæstionibus, & nulla possit congrua ratio differentiæ assignari inter supradictos casus & nostrum præsentem.

Superest tamen ut satisfaciamus fundamentis contrariis supra jactis.

Et ad primum quidem de regula, text. *dict. l. divortio, §. sivir. ff. solut. matrimon.* quæ habet, quod ea, quæ non renascuntur, non sunt in usu: respondeo, quod quamvis verum, secus proprie atque stricte loquendo lapides, seu cetera metalla, quæ non renascuntur, in fructu non esse, tamen † loco fructuum, obventionum atque commoditatum habentur: ideoque is, qui fructibus frui debet, commoditatibus etiam, atque proventibus reiteretur, quamvis proprie loquendo fructus non sint, *ut bene tacte que probat Doctor Molin. dict. lib. 1. cap. 23. num. 9. versic. non obstat.*

Secundo respondeo, quod cum mulctæ & pœnæ suapte natura sæpius imponantur: æquiparandæ sunt iis fructibus, qui renascuntur & consequenter debent ad maritum, & ad usufructuarium, vel tutorem & curatorem respectu suæ decimæ pertinere: nec enim necessarium est, quod iidem fructus renascantur in specie, sed satis est, colligi alios eiusdem generis. Ita respondent plerique ex præcitatis auctoribus *præcipue Doctor Molin. dict. lib. 1. de Hispania primogenit. cap. 25. num. 24. & Barbos. ubi supra. num. 41. ad finem*, vel imo *secundum Bacc. d. cap. 22. num. 16.* renascuntur, & quotidiani sunt, ut experientia docet, & ita merito omnes Doctores *ind. §. si vir, & ceteri supra allegati*, quamvis negent, marito fructus rei, quæ non renascitur, non tamen ei negant, sed potius concedunt fructus jurisdictionis, hoc est, mulctas & confiscationes.

Secundum, quod pœna commissi non spectet ad usufructuarium, sed ad proprietarium: Non etiam obest, quia inter hunc casum & prædict. de mulctis & confiscationibus pertinentibus ad maritum & usufructuarium manifesta est ratio differentiæ, *secund. Barbos. ubi supr. num. 34.* Commissum namque emphyteutæ non potest considerari tanquam fructus, sed potius tanquam augmentum per se subsistens. & à feudo separatum, quod ad fructuarium non pertinet *l. item fundus 10. §. huic vicinus, ff. de usufruct.* præmaxime, quia dominium utile emphyteutæ, quod separatum est à proprietate, si amittatur, consolidari debet cum ipsa proprietate *l. 4. ff. de jur. dot. & in specie Tiraquell. libr. 1. retract. in fin. num. 111.* tametsi contrarium videatur probare Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius, vers. cetera bona, num. 53. ad fin. de testamentis*, & sic necessario pertinet ad proprietarium. Mulctæ autem & confiscationes considerantur, tanquam fructus jurisdictionis, & ideo ad fructuarium pertinent, neq; proprietarius jurisdictionis, quoad mulctas & confiscationes potest prætendere aliquam consolidationē cum proprietate, cum ipse non tanquam proprietarius bonorum confiscandorum, sed tanquam judex procedat.

Tertium autem non obest, nempe, quod confiscata non pertinent ad firmarium: quoniam hoc falsum est, 12

ut per Alexand. in l. si quis, id quod, columna final. vers. in quantum autem dicit Aretin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Aretin. in §. pœnale, column. 4. in fine. Instit. de act. & ibi Iacobinus, num 17. & late Socin. consil. 48. num. 12. lib. 4. & Bero. decisio 110. num. 6. Barbat. in cap. relatum 2. n. 6. de testament. quos ad hoc refert & sequitur Baeca dicto cap. 22. num. 17.

13 Quibus resolutis, † illa quæstio superioribus contigua est, ac proinde necessario hic decidenda. *Quid si durante tutela vel cura unius, commissum fuit delictum & tempore alterius tutoris aut curatoris, ante perfecto, tutela vel cura finita, fuit sententia condemnatoria lata, ad quem pertinebunt mulctæ & confiscationes sententiæ. an ad pupillum vel adultum in solidum, an vero decima earum primo tutori vel curatori, an secundo?*

14 Hæc † quæstio pendet à decisione alterius, quæ est huiusmodi: *Unus emit fructus iurisdictionis fiscalis, pro uno anno, & alius emit pro sequenti: & primo anno commissum fuit delictum, secundo vero anno facta fuit condemnatio, ad quem spectabit ex actio illius pœna?* Et in hac quæstione Petrus & Cyn. *in l. fi. ff. de iurisdictio. omn. iudic.* resolvunt spectare ad conductorem primi anni ex regula tex. *in l. quecunque actiones. ff. de actio. & obligat. & in l. final. ff. arbor. furt. cæs. & in l. si fundum. ff. de aqua quot. & æstiv. cum simil.* quæ habet, quod actio, quæ alicui incipit cōpetere, semper remanet penes eum, cui à principio acquisita fuit. Sed sic est, quod à tempore delicti commissi orta est obligatio † ad pœnam *l. fin. C. de sentent. pass.* ubi 15 quis ex delicto efficitur servus pœnæ, *l. Imperatores. ff. de iur. fisc.* ubi ex delicto quis se pœnæ subdit, *glos. in l. 1. §. bestias, ver. onerari. ff. de postul.* Nam ubi primum quis delinquit, incipit obligari fisco, *ut post Ricar. tradit Alberic. in l. 1. 2. 3. column. final. versicul. secunda similis. C. de legib. & in l. post contractum, columna prima. ff. de donat.* & sententia, quæ postea fertur, potius declarat, quam aliquid novi inducit, & ideo retrahitur ad tempus delicti, *l. heredes palam, §. si quid post, iuncta gl. loquente iudice ff. de testament. tradit Baeca, dicto cap. 28. sub nu. decimo sexto, ad finem.*

16 Secundo, † quia condemnatio necessariam habet consequentiam ad tempus commissi delicti, ergo ipsius initium inspiciendum est, *l. quod ait lex, §. 1. ff. de minoribus*, ubi Bartol. scribit, quod in delictis initium spectandum est, ut intelligamus, ad quem pertineat punitio, *capit. fi. de sententia ex commun. l. 1. ff. de pœn.* & Abb. *in dict. capit. fin.* notat ad pœnam imponendam inspiciendum esse tempus delicti, *refert & sequitur Baeca. ubi supra.* Et hoc est præcipuum fundamentum huius opinionis, *secundum Socin. consil. 100. column. 2. ad finem, lib. 1. Tiraquell. lib. 2. retract. §. 3. glos. 4. n. 20. Roland. a Valle, conf. 77. n. 9. lib. 4.*

Quibus fundamentis, hanc sententiam in supra dict. secunda incidenti quæstione probavit Bald. *in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudi. & latius Bero. plura adducens decisio. 1. nu. 20. cum sequentibus*, & communem esse profitetur plures referens Tiraqu. *dict. lib. 2. retract. glos. 4. numero decimo nono*, quem & alios plures citat Doctor Molin. *libro tertio, de Hispan. primogen. cap. 11. num. 19.* & secundum eam consuluit Roman. *consil. 103. num. 2. libr. 1.* & probat latissime Roland. à Valle *dict. consil. 77. à num. 5. per totum, lib. 4.* est quæ communis, & recepta sententia, *ut ex aliis profitetur Doctor Barbos. in l. divortio 8. §. si vir, sub num. 43. & num. 44. & plures allegans Baeca, dict. cap. 28. num. 17.*

Vnde iuxta hanc sententiam prædict. pœnæ, mulctæ & confiscationes iurisdictionis minoris pro delicto cōmisso durante matrimonio, sententia tamen lata, eo soluto, pertinebunt quidem ad maritum, non vero ad uxorem vel eius heredes.

Similiter etiam, & idem respectu tutoris & curatoris, 17 in nostra principali quæstione videtur dicendum, ut pertineat decima prædictorum ad tutorem vel curatorem, cuius tempore fuit admissum delictum, non vero ad eum, qui tempore condemnationis erat tutor vel curator, nec ad ipsum minorem aut maiorem, si tunc temporis erat iam finita tutela vel cura.

Nihilominus † tamen in quæstione illa incidenti Petri, Cyni, & sequacium, in qua communis opinio habet, ad primum, non vero ad secundum spectare prædictas condemnationes, earumque exactionem: verior & tenenda sententia est contraria, imo quod prædictæ pœnæ pertinent ad eum, cuius tempore facta fuit condemnatio per sententiam, & consequenter in terminis iurisdictionis in dotem datæ, non ad maritum, sed ad uxorem, cuius tempore facta fuit condemnatio. Primo quia confiscatio, ante factam condemnationem magis assimilatur fructibus seminatis & pendentibus, quam fructibus perceptis, ergo habet locum decisio *leg. de fundo 65. ff. de usufruct.*

Secundo † quoniam pœna non censetur debita, nisi à 18 tempore condemnationis, *l. si quæ pœna 142. ff. de verbo. signific.* & ideo non transit in heredes delinquentis, si ipse moriatur ante condemnationem, *lex iudicatum, ff. de accusatio. l. si pœna 20 ff. de pœnis.*

Neque † ante condemnationem bona delinquentis censentur hypothecata fisco, neque in illis fiscus aliquod 19 ius considerabile videtur habere, *Bart. in l. post contractum, num. 16. post Alberic. ubi num. 2. ad fin. & Paul. de Monterpico, n. 13. & 17. ff. de donatio. Bald. in l. final. numero nono, Ced. de fruct. & lit. expens. Alexand. in l. rescriptum, a num. 8. ff. de pœn. Azolus in capit. 15. prat. num. 56. quos refert & sequitur Barbosa, ubi supra, num. 45.* ubi quod hoc modo debet intelligi, *Imperatores, ff. de iur. fisc.* ut scilicet, delinquens videatur se pœnæ subdidisse, postquam ad eam fuerit condemnatus, *ut est de mente Alciati, in dict. l. post contractum, num. 2.* Ergo si attento tempore delicti commissi, adhuc nihil videtur debitum fisco, sed tantum incipit deberi à tempore condemnationis, consequitur, pœnam pertinere ad eum, cuius tempore facta fuit condemnatio.

Neque † obstat, si dicatur, quod licet pœna, à tempore 20 delicti non videatur debita fisco iure obligationis antè condemnationem. Bartol. *in l. auferitur, §. fiscus in fine. ff. de iur. fisc.* officio tamen iudicis videtur debita, & sic largo modo debita dici potest. *secund. eundem Bartol. in l. fin. in fin. ff. de iniur.* Vnde ratione istius debiti saltem largo modo deberet pœna pertinere ad eum, cuius tempore facta fuit delictum commissum, *ut in specie arguunt Lancel. Dec. in princ. dict. l. divortio, col. penultim. post medium & Roland. à Valle, dict. consil. 77. num. nono. in fin. lib. 4. & Annibal. in dict. l. post contractum, num. 313.* Nam respondeti potest doctrinam Bartol. *in dict. l. fi. in fine. ff. de iniuriis*, debere intelligi, postquam iudex interposuerit officium suum, condemnando delinquentem: ex tunc enim, & iure obligationis, & officio iudicis mercenario, debet videri debita, *ut late probat Barbos. ubi supra, n. 46.*

Et ita merito hanc secundam opinionem principalem, quam nunc fundamus, tenuit Bald. sibi contrarius *in l. fin. nu. 9. C. de fruct. & lit. expens. Imol. in d. l. divortio, §. si vir in fine, & ibi Franciscus de Arez col. ult. & volunt Carol. Molin in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 1. n. 13. Guid. Pap. decis. 535. num. 2. Bertran. consil. 214. num. 1. lib. 2.* Et hanc dicit esse mentem veritatem Carol. Molin. *in addit. ad Alexan. consil. 7. lit. 3. lit. B.* & hanc probat aliis allegans D. Molin *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 11. num. 20. Azolus, cap. 15. prat. num. 36.* & hanc opinionem esse in puncto iuris substantialiorem, inquit Alexand. *in d. §. si vir in fundo, num. 11.* & eam sequitur plures allegans, dicens veriorem videri stricto iure, *Baeca, de decim. iur. dict. capit.*

28. num. 19. & ita servari asserit Guid. Pap. *prædict. decisio. 335. n. 2.* & eam sequitur & probat latissime, Petrus Barbos. *ubi supr. n. 24. cum sequen.*

21 Neque † obstat regula *d. l. 3. §. scio. cum sim. ff. de min.* quia ut illa procedat, oportet, quod finis ita habeat necessariam consequentiam ad principium, ut posito principio sequatur finis, *sta Menoch. de arbit. iudic. quæstion. 39. num. 12 Barb. ubi supra, num. 46. ad fin.* Quod in nostra specie applicatis non potest. Non enim posito principio id est, delicto necessario sequitur finis, id est, sententia condemnatoria. Potuit namque vel potest esse absolutoria, item neque ex delicto necessario videtur pendere, sed magis à potestate & arbitrio iudicis, *l. qui explicandi, C. de accusat. sta Guido Pap. ubi supra, & Barbos. n. 47. in princip.* Secundo respondet idem hic auctor ibidem, quod regula dict. §. *scio*, loquitur, quando actus est perfectus, ita ut actus consequutivus videatur pertinere ad exlequutionem actus perfecti: Sed si attento initio, actus non sic omnino perfectus, tunc inspicitur finis perfectionem inducens, non autem principium, *l. cum Syllaniano. C. de his, quibus ut indign. & Everard. loco 100. Menoch. de recuper. possess. remedio, 15. num. 126.* sed in delictis respectu pœnæ, ea non videtur habere suam perfectionem ante condemnationem, *l. post contractum 15. ff. de donat. l. ex iudiciorum, 20. ff. de accus.* & ideo, quoad illam tempus condemnationis spectandum est, *ut bene probat Barbos. dict. num. 47.* ubi excludit replicam,
22 quæ habet, quod sententia † respectu pœnæ censetur declaratoria, *d. l. §. 1. versicul. nam siquidem. ff. ad Turpil.* & quod ideo tanquam declaratoria semper debet retrotrahi. *l. heredes palam, §. 1. ff. de testament. ut post Andr. Sicul. arguit Tiraquell. libro secundo, retract. §. 5. gl. 4. numero vigesimo, in fin. & Roland. à Valle. dict. consil. 77. n. 8. ad fin. lib. 4.*

Respondetur namque hanc conclusionem non esse veram simpliciter & generaliter, sed tantum in pœnis ipso iure incursis; in quibus sententia declaratoria delicti retrotrahitur, *ut in cap. cum secundum leges. & ibi glo. ver. ipso iure, de hæret. in 6.* secus in pœnis, quæ requirunt sententiam condemnatoriam hominis, id est iudicis, *ut late probat Barbos. ubi supr.*

23 Vnde merito † & hinc est, ut secunda nostra prætata principalis sententia, nempe, ut pœnæ & confiscationes pertineant ad secundum emtorem vel conductorem, qui erat tempore sententiæ, non vero ad primum existentem, tempore delicti commissi declaranda sit, ut procedat in delictis, pro quibus pœna non est impolita, nec incurritur ipsoiure: secus in casibus, in quibus pœna ipso iure commissa est? Cum enim condemnatio non ad pœnæ acquisitionem, sed solum ad exlequutionem & declarationem necessaria sit, consequitur, ut primo non secundo debeatur, cum tempore primi fisco acquisita fuerit, *ut resolvit in specie Iacob. Rebuff. in l. 3. numer. secundo, Cod. de suscept. & arcad. lib. 10. quam sequitur Bertrand. dict. consil. 214. in fin. Tiraquell. dict. §. 5. numer. 21. Dolt. Molin. lib. 3. de Hispan. primogen. capit. 11. num. 21. & Barbos. ubi supra, num. 54.* ubi in versicul. *quibus*, addit, quod ut prædict. conclusio procedat, non est opus litem esse contestatam super delicto durante tempore locationis primi conductoris, quia sola delicti commissio, facit hoc casu illi pœnam deberi. *Bartol. in dict. l. ex iudiciorum. num. 2. de accusatio. Affict. in capit. 1. §. porro, num. 32. in quibus causs. find amit.* Quinimo si delinquens moriatur ante in choatam accusationem, si tamen
24 tale delictum sit, ut contra mortuum † procedi possit, *iuxta §. interdum. Instit. de heredi. qua ab intest. def.* pœna amissionis bonorum adhuc pertinebit ad conductorem cuius tempore delictum fuit commissum: quia militat eadem ratio, de qua supra, & colligitur ex dict. *l. exudiciorum. & tenet Menoch. consil. 99. un. 163. & num. 172. lib. 1.* quem refert & sequitur Barbos. *ubi supra, num. 54. ad fin.*

Secundo † declaratur eadem secunda sententia, quam defendimus, ut procedat, nisi condemnatio tempore 25
primi facta fuerit, exlequutio vero tempore secundi: tunc namque pœna fiscalis primo, non autem secundo adiicienda erit, si ex caussa onerosa ad eum fructus iurisdictionis pertineant, secus autem si ex caussa lucrativa, *sta Alexand. in dict. l. divortio, §. si vir in fundo, num. 11. versicul. sed quid si est facta. ff. solut. matrs. post Bald. in princi. eiusdem l. colum. fin. Tiraquell. de retractu conventon. §. 1. gloss. 4. num. 24. Jas. in Lmore, num. 23. ff. de iurisd. omn. iudic. Boer. decis. 5. num. 24. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. nu. 163. & alibi sæpe scrib.* Sed hæc distinctio vera non videtur Doctor. Molin. *dict. libro 3. capit. 11. num. 22.* Iure namque non probatur, imo reiicienda est ex lequenti limitatione, & sic tenendum indistincte quod in specie huius secundæ declarationis & limitationis, pœna fiscalis pertinet ad primum, cuius tempore facta fuit condemnatio, non ad secundum, cuius tempore fuerit facta exlequutio, sive ex caussa onerosa sive lucrativa ad eum iurisdictionis fructus pertineant. *ut voluit Dect. Molin. ubi supr. & etiam Barbos. ubi supra, n. 50.*

Imo † plus dixit Bald. *in l. fin. num. 11. C. de fruct & lit.* 26
expens. quodsi tempore primi caussa diffinitive conclusa fuerat, sibi pœna fiscalis adiicienda sit, quamvis caussa ipsa tempore secundi terminetur, qua si iam videatur caussa decisa, quando adeo proxima est decisioni, quod singulariter dicit esse notandum & advertendum *sequitur Doctor. Molin. ubi supra, numer. 23.* quamvis de eius dicti veritate dubitari posse asserat: pro Baldo tamen facit altera doctrina † Angel. quam refert Barbo. 27
ubi supra, num. 52. versicul. pro quibus facit, quæ habet, quod lite contestata bona delinquentis censentur tacite hypothecata fisco, & sic ab eo tempore incipit obligatio, *sta Angel. in l. rescriptum. num. 2. ff. de pact. & in l. si quis, post hac. column. fin. C. de bon. proscriptorum.* Sed nihilominus contra sententiam prædict. Bald. tenendi est. Nam cum pœna non videatur debita ante condemnationem, *ut supra probavimus*, & facta conclusione processus, adhuc incertum sit, qualis sit ferenda sententia, impossibile est delinquentem haberi pro condemnato, unde adhuc locum habet regula *dict. l. ex iudiciorum. ff. de accus.*

Nec obstat † altera doctrina Ang. modo relata, quia 28
illa est falsa & contra mentem omnium, *ut resolvunt Alexand. in dict. rescriptum. num. 8. & Ioann. Annibal. in dict. l. post contractum, num. 306. ff. de donat.* Quare propter solam litis contestationem bona delinquentis, non censentur hypothecata, *secundum Alexand. ubi supra, num. 9. & Annibal. in dict. l. post contractum, nu. 307.* & utrumque probat & tenet Barbos. *in dict. §. si vir in fundo, num. 53.*

Tertio † declaratur nostra prætata sententia prin- 16
cipalis, quam adversus communem probavimus, ut non procedat, quando condemnatio tempore primi conductoris iam facta fuisset, & caussa in gradu appellationis penderet. Nam quamvis sententia postea confirmetur, pœna tamen primo, cuius tempore condemnatio facta fuit, non tamen secundo, cuius tempore fuit confirmata, adiicienda erit, *ut in specie tenet & probat Boer. dict. decis. 5. n. 20. cum sequentibus. & Carol. Mol. in addit. ad Alexand. consil. 7. litera B. lib. 3.* quod hodie l. Regia lata in comitiis apud Pintiam habitis ann. 1548. *capitul. 86.* ita decisum est, nempe, quod pars pœnæ fiscalis, quæ iudici applicanda est, pertineat ei, qui in prima instantia sententiam condemnatoriam protulit, quamvis sententia ipsa in secunda instantia confirmetur, per quam l. & supra dictos Doctores, ita interminis

minis tenet D. Molin. *ubi supra, nu. 24. & Baeta, de decim. tit. 6. a. 21. nn. 20.* & ante eos idem iure communi & Regio probavit Aviles *cap. 15. prat. in glo. 1. homes y vilos, n. 35. & 37.* & iure communi, latissime Barbos. *ubi supra, num. 52.*

Tenenda igitur est (ut ad superiora redeamus) in 2. quæstione, supra mota secunda sententia supradicta, quam fundamus adversus communem priorem, cum prædictis tribus declarationibus & limitationibus, reiectis duabus concordiis, quas nonnulli Doctores volebant inter eas assignare, prout eas iure reiicit Barbos. *ubi supr. n. 48. & 49.*

30 Ex † quibus omnibus idem probandum venit in pœnis, mulctis & confiscationibus ex iurisdictione uxoris provenientibus, quia etsi delictum commissum fuerit durante matrimonio, si tamen sententia condemnatoria lata fuerit soluto matrimonio, erunt in solidum uxoris, quasi fructus natus in anno incipiente post solutum matrimonium, præterquam in tribus casibus, in quibus supra limitavimus nostram sententiam.

31 Si tamen † sententia lata esset eodem anno, quo incepit accusatio, & solutum est postea matrimonium, prædict. pœna erit dividenda inter coniuges, *ut probat Barbos. ubi sup. n. 49. ad finem.*

32 Nunc † veniamus ad decisionem nostræ quæstionis principalis, quam primo loco movimus in principio huius capit. cuius decisio iam clara & absque dubio remanet ex præcedentibus, nempe, quod tutor & curator, non decimet prædictas mulctas, condemnationes & confiscationes ob delictum commissum suo tempore provenientes, nisi sententia condemnatoria lata fuerit etiam suo tempore, præterquam in tribus casibus, in quibus supra limitavimus prædict. nostram secundam sententiam, *in quæstione secunda loco supra posita*, & in terminis nostris tutoris & curatoris probat Baeta, *de decim. tit. cap. 28. num. 18. cum sequentibus*, quod præcipue probatur ex nostra l. fori, ibi: *Mantengalos de los fructos como parasi el diez mo.* Ex quo liquet, quod eos fructus decimat tutor vel curator, quibus pupillus alendus est, & qui eadunt tempore tutoris vel curatoris. Pupillus autem tunc non alitur ex fructibus nondum sententia debitis, imo nec iure debentur, nisi lata sententia, *ut patet ex supradictis*, neque percipiuntur illo tempore, ergo eos non decimabit tutor vel curator.

33 Quia † autem dicendum sit de pœnis fiscalibus ex iurisdictione maioratus obvenientibus eo anno, quo decessit ultimus maioratus possessor, agit D. Molin. *lib. 3. de Hispan. primog. c. 11. nn. 23.* & Pelaez *de maiorat. 4. part. q. 24. nu. 4.* & Barbos. *in d. l. divortio. §. si vir in fundo, nu. 53. ff. solut. matr.* quorum dicta nunc non differo, quia non sunt præsentis speculationis, & quia plus debito caput hoc oneravimus.

SUMMARIA.

1 *Decimam an tutor vel curator habere debeat ex lapidicinis, auri fodinis & similibus? nn. sequent. per totum caput & quid in aliis bonis? n. 19.*

2 *Lapides lapidicinæ in qua lapis renascitur, ad maritum pertinent durante matrimonio tanquam fructus fundi: secus si in ea lapis non renascitur, ut in n. 3. etsi ex lapidicina inventione in fundo dotali ut utilior reddatur, ut in n. 4. sed contra n. 8.*

3 *Ea quæ non renascuntur in fructu non sunt.*

4 *Tutor cui iure Gallico datur fructus, aufert solum fructum, qui renascuntur.*

5 *Tutor & curator decimat lapides ex lapidicina provenientes etiam qui non renascuntur, dummodo alius fundus utilior & fructuosior reddatur.*

7 *L. item si fundo, in princ. ff. de usufruct. & l. arbores 66. §. 1. ff. eodem tit. intellectus.*

8 *Lapides excisi a fundo dotali etiamsi non renascantur, si tamen ex eorum incisione fundus fructuosior ac utilior efficitur, ad maritum pertinent, aliàs secus, ut in num. 9.*

10 *L. si ex lapidicinis 33. ff. de iure dot. intellectus.*

11 *Lapides & cetera metalla, quæ non renascuntur, quamvis propriæ & sterilis loquendo non sint in fructu, habentur tamen loco fructuum, obventionum atque commoditatum, ideoque ii, qui fructibus frui debet, commoditatibus atque proventibus ea frui etur.*

12 *L. 27. tit. 11. part. 4. intellectus.*

13 *Usus lapidicinæ, & ceterarum fodinarum licet in eo fundus non renascantur, potest locari.*

14 *Lapidicinarum commodum ex vena aperta in fundo dotali ante matrimonium, ad maritum pertinet.*

15 *Res tradita ad fruendum, quæ ad certum usum & emolumentum erat iam destinata, censetur ad eum usum tradita, qua semper frui solita est.*

16 *Tutor vel curator deducit decimam ex lapidibus excisis a lapidicina iam aperta ante tutelam vel curam.*

17 *Tutor vel curator, non deducet decimam lapidum ex lapidicina ab eo aperta, quando vena aperta non cessisset in commodum fundi.*

18 *Maritus non habebit commoditatem lapidum excisorum ex fundo dotali, quando vena aperta sua tempore facta non cessisset in utilitatem fundi, sed ad uxorem pertinebit.*

20 *Lapis excisus ex fundo maioratus, quamvis non renascatur, pertinet ad maioratus possessorem, præterquam si ex eo fundi deterioratio magna contingat, ut in num. 21.*

22 *Lapis excisus ex fundo maioratus, qui renasci solet, pro culubio ad possessorem maioratus pertinet.*

23 *Lapis excisus ex fundo maioratus ex vena non denuo in vita maioratus possessoris inventa, sed antiqua indistincte pertinet ad eum.*

24 *Maioratus possessor tenetur maioratui resarcire damnum caussatum fundo ex lapidicina nova incisione, vel ex alio usu antiquo, quam prædecessores ea uti consueverunt.*

CAPUT XXV.

An tutor vel curator decimam habere debeat ex lapidicinis, auri fodinis & similibus?

1 QVæstio † hæc ea distinctione decidenda videtur, nempe, quod aut lapidicina talis est, ut in ea lapis renascatur, quales in Gallia sunt & in Asia, & tunc quia est in fructu *ut in l. divortio, l. §. si vir in fundo vers. mistalis sit & c. ff. solut. matrim.* decimam earum tutor vel curator habere debeat ex nostra l. *fori*, quæ tutori defert decimam fructuum bonorum minoris: aut lapis non renascitur, prout in Hispania, & tunc non sit in fructu, *ut in d. §. si vir in fundo, in princip.* decimam eius tutor vel curator habere non debet, sed si creux fodinæ vel argenti fodinæ vel auri vel cuiusuis alterius materiæ, vel arenæ sint, cum utique in fructu habeantur, *in d. § si vir in fundo, in fine*, utique decimam eius fructus tutor vel curator deducet.

Sed ut vera resolutio in hac quæstione sumatur, oportet membratim agere de prædicta distinctione.

In primis namque: quando lapidicina talis est, ut in ea lapis renascatur, planum est, eius fructum decimandum per tutorem vel curatorem, *iuxta nostram legem fori*, quia in fructu sunt.

2 Et † ideo ad maritum pertinent durante matrimonio tanquam fructus *ut in dict. §. si vir in fundo*, & hic est eius communis intellectus *secund. Jas. ibidem, num. 7. & Barbos. num. 9. ad fin.* ubi referunt alios Dd. cum sequentes id, quod probat etiam *l. si. ff. de fund. dotal. & l. 27. tit. 11. par. 4.* ibi *Otrosi si fuere fila muger dieste a marido en dote alguna heredad, en que fuesse fallado pedrera, despues que ouo la muger dado: ca si la pedrera fuesse de natura que non creesti-

creſciesse, despues que tu fallesse de ella, que deve ser de la muger, a vuo del marido. Adas ſi la pedrera fuesse de tal natura que creſciesse, aſſi como aviene en algunos logares: de tal como eſta, de ve ser el fruito de ella del maride, mientras durare el matrimonio.

Quod procedit, etiamſi fundus ſit ſterilis & nullam aliam ferat utilitatem, quam lapides cæſos. Adhuc enim lapides cæſi pertinebunt ad maritum, *ut tenet Alexan. in l. ſi fundus, num. 3. ff. ſolut. matrim. & Campeg. de dote, ſecunda parte, queſtione 31.* quorum opinionem, ut verio-rem defendit Barbo. *ubi ſupra, num. 10.* adverſus Imol. & Aretin. *colum. 2. in dict. l. ſi fundus*, & Gregor. Lop. *in l. 27. glo. fin.*

Quoad ſecundum, quando lapidicina talis eſt, ut in ea lapis non renaſcatur, tunc videtur quidem verum eſſe, quod habet hoc ſecundum membrum diſtinctionis, nempe, ut decimam ex ea tutor vel curator non deducat, *ex d. §. ſi vir in fundo, in princ.*

3 Ex quo tex. notant omnes communiter DD. ibidem quod ea, quæ non renaſcuntur, in fructu non ſunt, ut patet in lapidicina, in qua lapis non renaſcitur, & eum extollit ad hoc gloſſ. *in l. ſi ex lapidicinis 33. ff. de iur. dot.* & Caſſaneus *conſ. 40. n. 5. Boer. deciſ. 19. n. 5. & deciſ. 51. nn. 2. & deciſ. 224 n. 4. & Baec. plures refrens. de decim. tut. c. 23. n. 10. & 17. Sarmi. lib. 3. ſelect. interpret. cap. 10. n. 4. refert alios & probat Barbo. in d. §. ſi vir in fundo, ſub. n. 35. ubi ult. ex illo tex. & Molin. Theolog. de inſtit. tract. 2. diſputatio 54. ad fin. pag. 362.* & probatur *in d. l. 27. tit. 11. p. 4. in verbis prim. ſupr. relato.*

Imo † ſecundum Dd. communiter *in d. §. ſi vir in fun-*
4 *do*, procedit hoc, etiamſi lapidicinæ inventione in fun-do dotali is utilior reddatur, *teſte D. Molin. de Hiſpan. prim. lib. 1. c. 23. n. 1. in verſ. ſed intellectus iſte.*

5 Etiⁿ † terminis noſtræ quæſt. loquendo in tutore, cui iure Gallico dantur fructus, quod is auferat ſolum fructus, qui renaſcuntur, tenet Caſſaneus *in conſuet. Burg. rubr. 6. §. 4. in verb. & faill. la diſta femme, n. 2. verſ. creda quod veniant*, quem refert & ſequitur in terminis decimæ noſtræ Ioſori, Baec *d. c. 23. n. 15. cum ſequen.*

6 Nihilominus † tamen mihi in terminis noſtræ Ioſori contraria opinio verior videtur. Imo quod tutor & curator decimet lapides ex lapidicina provenientes, etiam qui non renaſcuntur, dummodo alias fundus utilior vel fructuoſior reddatur. Quod primo probo ex tex. *in leg. item ſi fundus. 10. in princip. ff. de uſufruct.* ubi cavetur, quod legato uſufructu fundi quicquid in fundo naſcitur vel inde percipi poteſt, ipſius fructuarii eſt, ut tamen boni viri arbitratu fruatur, & ſi lapidicinas habeat, & la-pides cædere velit, vel cretæ fodinas vel arenas, omnibus his uti poteſt: Ergo & tutor vel curator decimabit lapi-des cæſos & cetera, cum hæc ad uſufructuarium pertine-ant *ut in illo textu, & in l. arbores 66. §. 1. ff. eodem titul. de uſufructu.*

Quorum iurium † generalitas & indiſtinctio exclu-dere videtur duas reſponſiones, quas ei aſſignat Barbo. *in dict. §. ſi vir in fundo, num. 4.* Prima eſt, ut intelligatur, quando illud quod percipitur, renaſcitur & ſic eſt id fructu, *iuxta d. §. ſi vir in fundo*, & quod alias minime pe-tineret ad uſufructuarium ſecunda, ut intelligatur de la-pidicinis & venis metallorum, iam apertis tempore u-ſufructus legati. Nam tunc pertinet ad uſufructuarium ex ratione *l. ſi fundus, in princip. nona. ff. ſolut. matrim. & approbat Cuiacium, lib. 15. obſervat. cap. 21.* Sed quoad lapi-dicinas poſtea apertas vel metalla, ſtandum ſit diſtin-ctioni text. *in dict. §. ſi vir in fundo*, & quod ita in effectu tenet Gofredus, *conſil. 3. num. 21.* ſed profecto lit. dict. *l. item ſi fundus*, has ſubauditiones non patitur, & contra-rium tenet & probat Ioan. Gärſ. *de expenſis, ca. 22. n. 47. in verſ. cal. in uſufructuario*, nempe, ut non ſolum rena-ſcentes fodinas iure fructus obtineat, quod ſine dubi-tatione eſt, ſed etiam & metalla, & arenas, aurum & ar-gentum & reliqua commoda, licet non renaſcantur, *ut in dicta l. item ſi fundi, & in l. uſufructu legato, & l. uſufru-ctu relicto, ff. de uſufruct.* ubi non ſolum fructus renaſcen-tes ad fructuarium pertinent, verum commoditates & quicquid ex fundo fructuario percipi poteſt, ita tamen, ut boni viri arbitratu fruatur, id eſt, ut meliorem faciat fundum.

Neque etiam obſtat tertia evaſio, quam ad dictam *l. item ſi fundi, aſſignat Baeca, capitul. 25. num. 21.* dicens a-liud eſſe, deberi mihi fructus, aliud eſſe uſufructuarium, quia uſufructuarius plenius ius habet, quam is, ad quem fructus pertinent: Hic enim tantum ea petit, quæ fructus ſunt, ille vero etiam, his, quæ fructus non ſunt, utitur & fruitur, dummodo id faciat boni viri arbitrio, quatenus exigit neceſſitas *l. ex Sylva, l. item ſi fundi, ff. de uſufruct.*

Hæc enim differentia verbalis potius eſt quam rea-lis, præterquam quod confunditur ex fundamento ſta-tim ſequenti: ex quo etiam ceſſat aſſertio Petri Barbof. *in dict. §. ſi vir in fundo, n. 4. poſt medium*, dum repre hendit Baecam, *ubi ſupra*, quatenus cenſuit, quod ſi uſufructus legatus ſit, pertineant ad uſufructuarium com-moditates etiam in fructu non conſiſtentes: ſiquidem, ut ſtatim dicemus ex æquitate ſaltem, *ut idem Barbof. poſt Paul. & alios fatetur*, ad maritum, & ſic ad fructuari-um pertinent, licet aliud ſit attento iuris rigore.

Secundo, † & præcipue ex text. *in dict. §. ſi vir in fun-*
8 *do*, dum in eo probatur, quod etiamſi lapides ex lapidi-cina non renaſcantur, ſi tamen eorum inciſione fundus fructuoſior ac utilior efficiatur, veluti ſi propter lapides in eo exiſtentes antea inutilis erat colique aut ſeminari non poterat, lapidibus autem exciſis factus fuerit ad colendum utilis vel aliàs: lapis inexciſus ad maritum per-tinet ſecundum intellectum Pauli de Caſtro, *ibidem, nu-mero primo*, & Fulgoſ. intelligentium eum textum non ſolum, quando maritus reddit fundum dotalem utilio-rem ex inventione lapidis ab eo facta, qui exciſus renaſci ſolet, ſed etiam, quando renaſci non ſolet, ſed ex alia cauſſa fundus utilior redditur, quem intellectum pro-bant & defendunt, ibi Aretin. *columna tertia*, Vincent. *numero quarto, Raynut. in principio, in dict. §. ſi vir in fundo, ſuper verb. fructuoſiorem fecerit, Paul. in dict. l. §. fundus. n. fin. ff. eodem titul. & ibi Zaſ. nu. 5. idem Zaſ lib. 2. ſingul. intellect. cap. 4. D. a Molin. de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 23. nu. 8. in verſic. ſed intellectus iſte & num. 9. & Ioan. Garſ. de expenſ. & melior. capit. 22. nu. 43. & Barbof. ubi ſupra, num. 2. qui num. 4. ad fin.* ex mente Pauli & ſequa-cium inquit, hoc ex æquitate inductum eſſe, ut mari-more exciſum ſit mariti acſi in fructu eſſet, quia ſuis ex-penſis maritus aperiendo præd. lapidicinam fundum reddidit fructuoſiorem ex ratione *l. ſi, cap. de alluvion.* & reſpondet optime ad dict. *l. ſi. ff. de fund. dotal.* quæ pro communi citari ſolet.

Ergo idem dicendum eſt in tutore & curatore, & qui ſua induſtria, labore fundum minoris reddidit fructuo-ſiorem cædendo lapides, lapidicina ab eo inventa in u-tilitatem minoris, ut decimet eos, ſiquidem deduci de-bent ante omnia expenſæ à pretio lapidum, ex quo re-manet ſatisfactum fundamento contrariæ partis ſupra adducto, hoc modo, ut non procedat, quando ex no-va lapidicina inventa per maritum fructuoſior efficitur, tunc namque ad maritum pertinet commodum lapidicinæ, licet in ea lapis non renaſcatur, *ut in dict. §. ſi vir in fundo.*

Neque † contra hoc principale ſecundum fundamē-
9 tum ex dict. *§. ſi vir in fundo*, obſtat *l. ſi ex lapidicinis 33. ff. de iur. dot.* ubi probatur, lapides cæſos, qui in fructu non ſunt, indiſtincte ad mulierem pertinere: Cuius tex. communis intellectus eſt, ut procedat in lapidibus, qui

qui non renaſcuntur. Cum enim in effectu non ſit, fru-ctus indiſtincte ad mulierem pertinebit, *ut ibi tradit Ia-cobin. & Alexand. in d. §. ſi vir in fundo. num. 1. ad fin. Ar-etin. col. 9. poſt med. Baeca d. cap. 25. num. 16.* eſt commu-nis ſecundum Barbof. *in d. §. ſi vir in fundo, ſub nu. 10. ubi communis intellectus, &c.* Ergo contra text. *in d. §. ſi vir in fundo.*

10 Non † inquam obſtat *d. l. ſi ex lapidicinis*, quia primo reſpondet Paulus de Caſtro *in dict. l. ſi fundus. ff. ſolut. ma-trimon.* quod procedit in lapidibus iam cæſis tempore traditi fundi: nam quamvis lapidicina iam aperta ve-niat in dote, *d. l. ſi fundus 9. in prin.* non ſic lapides iam cæſi nomine uxoris, quia eiuſdem rem anent, quem intel-lectum ſequitur Zaſ. *ibi num. 10. & lib. 2. ſingul. intellect. cap. 4. numer. 5.* ſed quia huic intellectus divinat quoad terminos *d. §. ex lapidicinis*, & non convenit verbis il-lius textus, qui vim facit in eo, quod lapides non erant in fructu, cum tamen etiamſi eſſent in fructu, non veni-rent, *iuxta rationem Pauli*, ut punctuavit Barboſa *ubi ſupra*, qui dicit, divinare etiam intellectum. Alexan-der *in dicta l. ſi fundus, num. 3. in fin.* ideo tranſeamus ad aliam ſolutionem & intellectum veriorem text. *in d. l. ſi ex lapidicinis.* ne obſit textui *in dicto §. ſi vir in fundo*, nempe.

Quod textus *in d. l. ſi ex lapidicinis*, proceda-t & loqua-tur in lapidibus cæſis ex lapidicina, quam maritus non invenit neque aperuit propriis expenſis, quia de hoc nihil exprimitur in litera *d. l. ſi ex lapidicinis*, & ideo me-rito præſupponitur, eos lapides ad uxorem pertinere: Si igitur impenſis maritilapidicina eſſet aperta, recor-dendum eſt ad diſtinctionem, *d. §. ſi vir in fundo, ita laſ. ibidem, num. 2. ad medium, & Zapia lib. 2. ſingul. intellect. cap. 4. num. 4. in fin.* Et veriſſimum eſſe conſtat ex ſu-pradictis ſecundum Barboſam *in d. §. ſi vir in fundo, n. 11.* & cum per hanc intellectum iura iuribus concordent-ur, renendus quidem videtur, præmaxime ſi conſideremus, quod ibi vir non fecit fructuoſiorem fundum, nec lapides ibi renaſcebantur, cum de hoc mentio ibi non fiat. Ergo merito, quod ad mulierem, cuius erat fundus, pertineant, non vero ad maritum.

Alium & quartum intellectum novum illius textus aſſignat Barbof. *ubi ſupra, num. 11.* nempe quod ideo la-pides cæſi pertinent ad uxorem in caſu illius textus, quia maritus illos vendidit voluntate uxoris: ex eo namque quod requiſivit eius voluntatem, tacite videtur fateri, eos eſſe dotales, (hoc eſt, voluiſſe eſſe tales) quia non exi-gitur voluntas uxoris, niſi in alienandis rebus dotalibus, *text. in prin. in fin. ſit. quibus alien. lic. cum ſimilib.* Cum igi-tur inter dotales reputentur, merito ut pecunia ex illo-rum venditione habita etiam dotalis cenſeatur, *l. rei quæ cum ſimilib. ff. de iur. dot.*

Ex ſupradictis igitur iam clare patet intellectus *d. l. ſi ex lapidicinis*, ut nobis non obſit in ſupradicto ſe-cundo fundamento noſtræ ſententiæ principalis circa tutorem & curatorem, quin decimet lapides cæſos ex lapidicina minoris noviter inciſa ab ipſo tutore & cu-ratore.

11 Tertio † & fortiſſime eadem noſtra ſententia con-firmatur. Nam quamvis verum ſit, proprie & ſtricte loquendo, lapides & cetera metalla, quæ non renaſcun-tur, in fructu non eſſe, *ut ſupra vidimus*: habentur ta-men nihilominus loco fructuum, obventionum atque commoditatum, ideoque eis, qui fructibus frui debet, commoditatibus etiam atque proventibus rei fruetur, ut probat textus *in l. uſufructu legato, ff. de uſufructu legat. & practicat al. etiamſi fundi*, quod adnotarunt Paulus de Caſtro *in d. §. ſi vir in fundo, num. 3. & ibi Duarenus in princ. quos refert & ſequitur Doctor Moly. li. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 32. num. 9. verſic. nec obſtat*, ubi inquit, hoc apertius probari in illo textu, dum decidit, impenſam non eſſe marito præſtandam ex eo, quod lapis non re-naſcitur: Ergo illo caſu maritus lapidibus exciſis frui debet. Alias enim text. non diceret, quod non eſt im-penſa ſibi præſtanda

Accedat pro clariori & elucidiori intelligentia huius materiæ, quæ late diximus *in noſtro tractat. de Gabellis, in quæſtione illa, An ex venditione vel locatione uſus lapidi-cinæ debeatur gabella nec ne?* Vbi etiam reſpondimus *d. l. 27. tit. 11. part. 4.* quæ † videbatur contraria ſupradictis 12
quia ipſa non loquitur in caſu, quo maritus fundum do-talem, in quo lapidicina inventa eſt, aliàs fructuoſiorem fecit, *prout loquitur text. in dict. l. divortio, § ſi vir in fun-do, quem intellectum ſequitur etiam Io. Garſ. de expenſ. & melior. d. c. 22. n. 43. ad fin.*

Quarto † hæc eadem noſtra ſententia comprobatur 13
ex traditis, à nobis late *in d. tract. de Gabel. in d. 9. in verſ. ſecundus caſus*, ubi latè ſure probavimus, quod uſus lapi-dicinæ & ceterarum fodinarum, licet fructus in eis non renaſcantur, poteſt locari, videlicet tos eximendi, extra-hendi, evellendi; lapides, &c. in tot annos: tunc enim dictum ius principaliter venit in contractu, & commo-ditates atque uſus lapidis & ſimil. qui eximitur, in conſe-quentiam: Ergo loco fructuum habentur & ad conduc-torem pertinent, ac proinde etiam tutori & curatori decima eius uſus & commoditatis pertinere debet.

Loquuti ſumus in lapidicina fundi dotalis vel mi-noris noviter exciſa per maritum vel tutorem aut cura-torem, in qua lapis non renaſcitur, hæc quippe in ſpecie poteſt quidem dubium eſſe aliquod, circa noſtram ſen-tentiam principalem, quamvis nihilominus eam pro-bamus contra Baecam quatuor præciſe fundamentis, ut vidimus.

Ceterum † ſi lapides vena aperta iam erat in fundo, 14
qui in dorem marito fuit traditus, ex eaque lapis cædi-tur, lapidicinarum commodum ad maritum pertinere conſtat, quia palam ſit, eo animo deciſe mulierem fun-dum, ut ille fructus ad maritum pertineat, niſi contra-riam voluntatem in dote danda declaraverit mulier, *textu expreſſus in leg. ſi fundus, an principio 9. an ordine. ff. ſolut matrim.* iuxta intellectum gloſſ. ver. *cædatur*, dicen-tis, *cæditur initio, cum datur*, & ſic non refert an renaſca-tur ibi, vel non; ſed ſi unus poſtea inciperet incidere, tunc diſtinguitur, an renaſcatur vel non, *ut in d. l. divort. §. ſi vir. ff. eodem titul. ſecund. Az. n. Bartol. n. 2. Paul. n. 4. & Alex. num. 3.* qui intellectus communiter approba-tur, *ſecundum laſ. in d. §. ſi fundus in princip. n. 7. & Dott. Molyn. de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 23. in fi.* addut entem pro eo l. 27. tit. 11. partit. 4. ibi, *En que fueſſe hallanda pedrera deſpues que ſe la ovieſſe dado.* & ſec undum Mol. Theolo. *de inſtit. & iur. tractat. 2 diſputatione 56. colu. ult. in princ. pag. 362.* ubi idem intelligit ut quacunque alia vena aper-ta in fundo dotali.

Etenim † quando res aliqua, quæ ad certum uſum & 15
emolumentum erat iam deſtinata, fruenda traditur, ceſ-ſatur ad illum uſum tradita, quo ſemper frui ſolita eſt, & conſonat apte *l. item ſi fundi, ff. de uſufruct.* eundem in-tellectum ad dict. *leg. ſi fundus ſequitur & probat. Barboſ. in dicta lege divortio, § ſi vir in fundo, ſub numero nono*, di-cens eam legem procedere, quando tempore traditio-nis fundi dotalis lapidicina erat iam aperta: Nam vide-tur traditus eo modo, quo eo utebatur uxor: & hac ratione lapides cæſi erunt mariti, non tanquam fructus, ſed ex quadam tacita uxoris conceſſione, ut ibi, inquit explicare Godofredum & Paul. *numer. final.* & Rimi-nald. *in principio, numer. 229. fin. it. quibus alien licet vel non:* Sed laborant hi poſtremi auctores, dum dicunt non tanquam fructus: cum ille text. dicat contrarium ibi, *ut iſte fructus*, &c. Ergo tanquam fructus ad ma-ritum pertinet in caſu illius text. quia eo animo datus fuit fundus viro à muliere, & ſic ex quadam tacita con-

conceſſione uxoris, ut recte iidem auctores profitentur.

16 Quibus proculdubio † ſit in noſtra quæſtione principali de tutore & curatore, ut ſi pupillus vel adultus habeat fundum, in quo lapidicinæ iam apertæ ſint, ex eaque lapides excidantur, quamvis non renaſcantur, decimam eorum deducet tutor vel curator, qui tempore tutelæ vel curæ excidentur, cum iſte iam fructus lapidicinæ appellati poſſit ac ſit, *ut in diſt. l. ſi fundus*, concurrente legis fori diſpoſitione, quæ permittit tutori vel curatori ſibi detrahere pro labore decimam fructuum bonorum minoris.

Ad fundamentum contrariæ partis iam reſpondimus: Auctoritas Chaſſanei & Baecæ eam tenentium corruit, etiam ex ſupradictis, præmaxime, quia Chaſſaneus loquitur, per verbum *credo*, re ſic non diſcuſſa: Baeca vero fundamenta noſtræ ſententiæ non adduxit, nec eorum meminit, quæ ſi forte ſibi opponerentur, eam opinionem non probaſſet, ſed noſtram.

17 Vno tamen caſu † proculdubio limitanda eſſet præfata noſtra ſententia principalis, nempe, quando venæ apertio non ceſſiſſet in commodum fundi, quia inde effectus non fuiſſet fructuoſior & melior.

18 Quia † cum hæ lapides non ſint mariti, ſed ad uxorem pertineant & cedant in dotis augmentum, *ut in diſt. §. ſi vir in fundo, & ibi communiter Doctores, & conveniunt omnes ſecundum Molin. Theolog. ubi ſupra, pag. 362. verſicul. tota diffi cultas.* Nec decimam eorum habebit tutor aut curator, quia non ſunt in fructu nec cedunt commodo viri: Et hæc quoad ſecundum membrum præfatæ diſtinctionis, de qua in principio huius capit.

19 Ventamus † nunc ad tertium, nempe, in creti vel argenti fodinis, auri, vel cuiuſuis alterius materiæ, aut arenæ: & in iisdem ſervandum fore exiſtimo, quæ in lapidicinis diximus in ſecundo membro præfatæ diſtinctionis, ex diſſertis à nobis late circa intellectum, *diſt. §. ſi vir in fundo, in dicto noſtro tractatu, de Gabellis in præfata quæſtione*, quæ hic memoriæ iterum recolenda erunt.

20 Quoad † maioratus poſſeſſorem, quamvis lapis, qui ſemel excius, non renaſcitur, in fructu fundi non ſit, proculdubio maioratus poſſeſſori pertinebit, cum is non ſolum fructibus eiuſdem uti debeat, ſed etiam poſſit ex rebus maioratus omnia emolumenta percipere, quæ quilibet dominus ex rebus propriis, citra rei maximam deterioration em capere ſolet: Ergo à fortiori ex re maioratus poterit ea commoda percipere, ex quibus res ipſa nedum deterior non redditur, ſed etiam utilior ac fructuoſior efficietur, ut verum ac iurdicum videtur Doctori Molinæ *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 23. nu. 9. verſic. quid autem ſit: & Moline Theologo de inſtit. & iur. ſecunda tractatu, diſputatione 54. colum. 360.* Ioann. Garſiæ *de expenſ. & melior. capit. 22. num. 47. verſicul. tertiam*, & Barboſæ *in diſt. l. divortio, §. ſi vir in fundo n. 9 ff. ſolut. matr.*

21 Quod † ſi ex venæ lapideæ, quæ renaſci non ſolet, inventione, fundus maioratus deterior redditur, lapides, qui ex ea cæſi ſunt, ad maioratus poſſeſſorem non pertinebunt, ſi fundi deterioratio magna ſit, ſecus autem ſi ſit modica, quia hæc in eo, qui verus dominus eſt, conſideranda non erit, ut optime in feudatario conſiderat Iolius Clarus *lib. quarto ſententiarum, §. feudum, queſtione 56.* & in utroque ſequitur Doctor Molina, *ubi ſupra, dicto numero decimo, verſic. ſecunda concluſio, & Molina Theologus, ibi dixit notabile.*

22 Si vero † vena marmorea eius qualitatis ac naturæ ſit, ut renaſci ſolet, ea cenſetur in fructu eſſe, atque ex ea proculdubio debet maioratus poſſeſſor omnia emolumenta ex lapidum inciſione provenientia percipere *ut in dicta l. divortio, §. ſi vir in fundo, ff. ſolut. matri. & in l. final. ff. de fundo dotal. & ubique per ſcribentes communiter*, qui indifferenter in hac ſpecie huiuſmodi opinionem ſequuntur, *ſecundum Doctor. Molin. ubi ſupra verſicul. tertia concluſio, dicitur in l. 27. titulo 11. partita quarta, tenet etiam Ioann. Garſ. dicto num. 47. ibi, alter caſus eſt.*

Quod ſi † vena lapidea non denuo in vita maioratus poſſeſſoris inveniatur, ſed antiqua ſit, ex qua tempore maioratus inſtitutoris & præcedentium, lapides cædi ſolebant, & ad hunc effectum eius lapidicinæ uſus ordinatus erat, poterit ex ea maioratus poſſeſſor indifferenter, iuxta uſum conſuetum lapides excidere, ſive lapides ipſi renaſci ſoleant, ſive non: Quoniam quando res, quæ ad certum uſum deſtinata erat, fruendæ traditur, cenſetur ad illum uſum tradita, quo ſemper frui ſolita eſt; quod probat text. qui ſic communiter intelligitur *in dicta l. ſi fundus, in principio. ff. ſolut. matrim. ut ſupra probavimus; & tenet Doctor Molin. ubi ſupra, dicto num. 10. verſic. quarta concluſio, & Ioan. Garſ. dict. n. 47. verſic. alia tamen verior.*

Si tamen † vel denovo venam aperiat, indeque detrimentum notabile quoad alios fructus in poſterum recipiendos fundo obveniat, quod ex ipſamet vena ſucceſſoribus in maioratu, in poſterum non reſarciatur, vel vena ante inſtitutionem maioratus aperta aliter utatur, quam præcedentes poſſeſſores illius fundi eruti conſueverunt, indeque ſimiliter detrimentum obveniat fundo quoad fructus, qui ex eo erant percipiendi, tenebitur profecto bonis vinculo primogenituræ alligatis reſarcire damnum, quod intulit, ſervareque indemnes poſſeſſores in futurum in eodem maioratu, *ut recte latequeprobat Molina Theologus, ubi ſupra, eadem col. 360. cum ſequentibus.*

SUMMARIA.

1 *Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non exſtat memoria, ut iam dominum non habeat: ſic enim ſit eius, qui invenerit, quod non alterius ſit.*

2 *Theſaurus ut proprie dicatur, duo copulative requiruntur, primum quod non exſtet memoria temporis in quo theſaurus fuit reconditus, ſecundum quod ignoretur, quis ſit illius dominus.*

3 *Theſaurus non cenſebitur, neque inventori concedetur pecunia inventa, ea forma excuſa, ut ex illa conſtet recentis eſſe memoriæ.*

4 *Theſaurus non cenſebitur, & ſi non exſtet memoria abſconſionis, ſi tamen ex inſtrumento ſimul incluſo conſtet de eo, qui abſcondit, & ideo non acquiretur emtori, ſed potius heredibus abſcondentis tradetur, nullaque eis opponi poterit præſcriptio: eis vero non apparentibus ſiſcus tanquam bona vacantia occupabit.*

5 *Pecunia inventa ſemper præſumitur eſſe alicuius certi hominis, antequam conſtet de requiſitis neceſſariis ad conſtituendum theſaurum.*

6 *Theſauri inventori incumbit onus probandi, non exſtare memoriam temporis, quo ſuit abſcondita pecunia: quo probato, dicenti illam pecuniam eſſe ſuam vel abſconditam à maioribus ſuis, incumbit onus probandi.*

7 *Decimam theſauri inventi in fundo minoris, an percipiet tutor vel curator? & nu. ſequent. eligitur pars negativa, n. 13. cum ſequen.*

8 *Theſaurus in re emphyteutica inventus pertinet omnino emphyteutæ.*

9 *Proprietarius inveniens theſaurum in re emphyteutica, habebit dimidium theſauri ratione inventionis, & alia dimidia ratione fundi ad emphyteutam pertinet, idem dicendum eſt, in extraneo inveniente theſaurum in fundo emphyteutico, quia theſaurum dividet cum emphyteuta, ut in n. 10.*

11 *Maioratus poſſeſſor habebit dimidiam partem theſauri, quæ iure dominio fundi competit.*

12 *Uſufructuarius, an habeat theſaurum ſaltem durante tempore uſusfructus? & nu. 13. ratio differentiæ inter uſumfructuarium & emphyteutam ponitur, n. 17.*

14 *Theſaurus non eſt fructus fundi naturalis aut civilis.*

15 *Maritus, quamdiu durat matrimonium, habere debet mediam partem theſauri in fundo dotali inventi, ea vero ſoluto uxori reſtituenda eſt: ſi vero ipſe ibi inveniat theſaurum, dimidiam eius habebit ratione inventionis, ut in num. 19.*

16 *Uxor conſtante matrimonio rerum dotalium domina eſt, toleratur ſi dominium apud duos diverſis reſpectibus.*

18 *Uſufructuarius inveniens theſaurum in fundo, in quo habet uſumfructum, ratione inventionis dimidiam quoq; partem theſauri habebit.*

20 *Tutor vel curator inventens theſaurum in fundo ſui minoris, integrè ſibi dimidiam eius percipiet ratione inventionis.*

CAPVT XXVI.

An tutor vel curator decimet theſaurum inventum in fundo ſui minoris?

1 PRo † intelligentia huius quæſtionis præ oculis habenda eſt definitio theſauri poſita à JCto, *in l. nunquam, 31. §. theſaurus, ff. de acq. rer. dom.* nempe quod theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non exſtat memoria, ut iam dominum non habeat: ſic enim fit eius, qui invenerit, quod non alterius ſit.

2 Ex † quibus deducitur, quod, ut proprie theſaurus dicatur, duo copulative requiruntur: primo, quod non exſtet memoria temporis, in quo theſaurus fuit reconditus, ſecundo, quod ignoretur quis ſit illius dominus, *ita notat Angel. in l. a tutore, poſt princ. ff. de rei vendic. l. 45. tit. 28. part. 3. & ibi Greg. Lopez, gloſſ. 1. Burſ. conſil. 209. num. 1. Barboſ. in l. divortio, §. ſi fundum, ſub num. 21. paulo ante fin. ff. ſol. matrim.*

3 Inde † primo inferens, quod ſi pecunia inventa ea forma ſit excuſa, ut ex illa conſtet, recentis eſſe memoriæ, non cenſebitur theſaurus, neq; inventori concedetur, *l. a tutore, 67. ff. de rei vendic. l. theſaurus. ff. ad exhib. & ibi gloſſ. l. 3. ſi uxor. §. cum ita. ff. de aur. & arg. leg. tradit And. Sicul. conſ. 59. n. 1. lib. 4. Alciat. lib. 7 parerg. iur. c. 1. Forcat. dialog. 36. nu. 4. Ioan. Garſ. de expenſ. & melior. c. 22. n. 56. verſ. poſtremo.*

4 Secundo † infert ex ſupradictis, quod ſi non exſtet memoria abſconſionis theſauri, & tunc ex ſyngraba vel inſtrumento ſimul incluſo, conſtet de eo, qui abſcondit, non cenſebitur theſaurus, & conſequenter non acquireturetur emtori, ſed potius heredibus abſcondentis tradetur, nullaq; eis opponi poterit præſcriptio: his vero non apparentibus, ſiſcus tanquam bona vacantia occupabit, *l. 1. & pen. C. de bon. vac. libr. 10.* Unde † pecunia inventa 5 ſemper præſumitur eſſe alicuius certi hominis; antequã conſtet de requiſitis neceſſariis ad conſtituendum theſaurum, *Bald. in l. poſt princ. ff. de rer. diviſ.*

Inventori † igitur incumbit onus probandi, non exſtare memoriam temporis, quo fuit abſcondita pecunia, 6 quo probato, dicenti illam pecuniam eſſe ſuam vel abſconditam à majoribus ſuis, incumbet onus probandi, *ita cum aliis probat Barboſ. ubi ſupra, num. 26.*

His † ſic breviter præcognitis, quærimus modo an 7 tutor vel curator decimet theſaurum inventum in fundo ſui minoris? Et videtur decimam eius partem habiturum: ſiquidem in fructu vel ſaltem commoditate fundi eſſe videtur, quod ex ſequentibus inſinuari poteſt.

Primo; † quia theſaurus in re emphyteutica ſeu feu- 8 dali inventus, pertinet omnino emphyteutæ, *iuxta gloſſ. ordinariam, in §. theſauros, verbo ſuo, Inſt. de rer. diviſ. quã ibi ſequuntur Faber nu. 2. Ang. col. 2. & communiter ſcribentes, Ioan. de Platea in d. l. unic. col. 2. C. de theſaur. lib. 10. Guilelm. Benedict. in cap. Raynutius, de teſtam. verſ. cetera bona, nu. 34. de teſtam. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 37. gl. 10. n. 41.* eſt communis ſecundum Alvar. Vaez. *de jure emphyt. quæſt. 15. n. 1. & ſecundum D. Molin. qui dicit, refert eam ſequutus, lib. 1. de Hiſpan. primog. c. 23. n. 7. Petr. Barboſa in d. §. fundum alios allegantem, num. 27.* ubi n. 30. eam appellat magis communem, & inquit eſſe tenendam, prout nos quoq; affirmamus, tametſi contrariam opinionem in hac ſpecie, nempe dividendum eſſe theſaurum inter proprietarium & emphyteutam ſeu feudatarium, quaſi inventum in fundo alieno, teneat Specul. *in tit. de emphyt. n. 158. verſ. 192.* & ibi Joan. And. *Syveſt. in ſum. verbo, inventum, nu. 12. in fin. Navar. in manual. c. 17. n. 173.* afferens hanc eſſe communem opinionem, & Parz. *ubi ſupra*, & Ioan. Garſ. *de expenſ. & melior. c. 22. n. 52.* & Molin. *Theolog. de juſt. & jur. 2 tract. diſput. 59. col. 369. cum ſeq.* cuius fundamentis reſpondet Barboſa *ubi ſup. d. n. 30.* inferens † ex communi opinione priori & 9 tenenda, quod ſi proprietarius inveniat theſaurum in fundo emphyteutico, ipſe quidem ratione inventionis habebit dimidium theſauri, & alia dimidia, quæ ratione fundi acquirenda eſt, pertinebit ad emphyteutam: & quod pari ratione, ſi extraneus inveniat theſaurum † in 10 fundo emphyteutico, eum divident cum emphyteuta, & non cum proprietario ſecund. Ang. *in §. theſauros, nu. 2. Inſtit. de rer. diviſ. Sylveſt. in ſum. verbo, inventum, nu. 12. in fin. Valaſc. de emphyt. quæſt. 13. nu. 10.*

Cum igitur hoc ita ſe habeat, idem videtur dicendum in uſufructuario, ut ad eum quoque pertineat theſaurus inventus in fundo vel domo, cuius uſumfructum habeat: Ergo tutor vel curator, qui lege noſtra Regia fori decimam fructuum habere debet, decimabit quoque theſaurum.

Secundo, † quia ita etiam maioratus poſſeſſori pro- 11 cul dubio deferenda eſt dimidia pars theſauri, quæ jure domino fundi competit, *ut in d. l. unic. C. de theſaur. lib. 10. l. ſi is qui, §. communis ſervius. ff. de acquir. rer. dom.* cum maioratus poſſeſſor verus ac plenus dominus ſit, dominiumq; utile ac directum habeat, *ut late oſtendit & declarat D. Molin. d. lib. 1. cap. 19.* Et in terminis theſauri, quod dimidia eius pars, quæ jure domino fundi competit, majoratus poſſeſſori libere deferenda ſit; probat procul dubio, quicquid ſit in emphyteuta ſeu vaſallo, D. Molin. *d. c. 23. n. 3. cum ſeq. ſequitur Joan. Garſ. d. c. 22. n. 50. & Barboſ. in d. §. fundum, n. 30. el 2.* Ergo ita videtur dicendum, quod uſus theſauri ad uſufructuarium quoq; pertineat ſaltem durante tempore uſusfructus, quia licet is nullum dominium habeat, ſed tantum jus utendi & fruendi ſalva rerum ſubſtantia, arbitrio boni viri: nihilominus tamen cum ſit commoditas fundi & donum Dei, *ut in d. l. unic. Cod. de theſaur. lib. 10.* quamvis JCtus appellet illum donum fortunæ, *in l. ſi quis, 63. §. 1. ff. de acq. rer. dom.* cedit ei, cui Deus donum huiuſmodi conceſſit, & cuius tempore potius, quam alio, theſaurum invenire voluit: Et in terminis, quod theſaurus in fundo inventus, pertineat ad uſufructuarium fundi, tenet Guilielm. Benedict. *in d. c. Raynutius, verſ. cetera bona, n. 30.* dum dicit, quod fructuarius habet uſum theſauri, dum durat uſusfructus: & eo finito illum domino tenebitur reſtituere, & ſubſcribit Rebuff. *in l. bonorum, col. 3. ff. de verbor. ſign.* Ergo tutor vel curator durante tempore tutelæ vel curæ habebit decimam uſus theſauri, quamvis ea finita illum minori reſtituere teneatur.

His † tamen minime refragantibus, contraria ſen- 12 tentia in noſtra ſpecie eſt procul dubio tenenda, imo quod theſaurus in fundo, in quo quis uſufructum habet, inventus, minime pertineat ad uſumfructuarium, neq; etiam quoad uſum, ac proinde decimam eius uſus tutor vel curator percipere minime debeat, *ex diſt. l. ſi is*

qui, ad modum, hoc est, in §. si communis servus, ff. de acquir. rer. domin.

13 Non † enim thesaurus ullo modo est fructus fundi naturalis aut civilis, *text. in l. si vortio, § si fundum in fin. ff. fil. matr.*, nec est etiam pars vel portio aliqualis fundi, sed res prorsus separata, nihil cum fundo habens commune, *l. 9. §. Neratius, ff. de acquir. possess. & ibi gloss. verbo, copisse, & communiter scribentes D. Molin. d. cap. 22. n. 4.* & sic usufructus, qui habetur in fundo, non potest extendi ad thesaurum in eo inventum. Igitur fructuarius, nec dominum, nec usumfructum habebit in thesauro, sed in eius media parte, sed statim libere & pleno jure cedit soli proprietario, *per d. §. si servus communis.* Et ita merito his rationibus contra Cruillelin. Benedict. *ubi supr.* hanc opinionem in terminis probat Carol. Molin. *in consuet. Paris, tit. 1. §. 1. gl. 1. n. 45. & §. 37. ad fin. n. 43.* & tenet gloss. & Bald. atque communiter Dd. *in d. §. fundum, teste Dec. Molin.* qui eandem opinionem probat, *d. lib. 1. de Hispan. primog. c. 19. 23. num. 2. ubi in idem citat Baer. decis. 311. n. 2. & decis. 204. n. 9. & tenuit Alb. in rubr. ad fin. C. de usufruct. Andr. de Iser. in c. 1. n. 93. qua sine regal. Angel. in sum. verb. inventus. n. 12. Burs. at consil. 209. n. 9. & alii, quos citat Rate. de decim. tut. c. 24. n. 5. & sequitur Barbos. in d. §.* 14 *si fundum. n. 25.* Istq; verissimus & receptus sententia, juxta quam tutor & curator, cum sit fructuarius decimæ, non habebit partem thesauri inventi in fundo sui minoris, nec eius usus: quia thesaurus non est in fructu nec commoditate fundi, sed donum Dei, ut dicebamus, & semel erutus non renascitur, & quæ non renascuntur, non censentur fructus, neq; ad fructuarium pertinent, neq; ex his, quæ non renascuntur decima, est danda tutori aut curatori, *ut late probavimus supra a. c. praced. & in terminis thesauri probat Baec. d. c. 24. n. 5. cum seq.*

15 Neque † obstat, quod maritus quamdiu durat matrimonium, habere debet medium partem thesauri in fundo dotali inventi, eoq; soluto uxori restituenda erit, *ut in d. §. si fundum, & ibi gl. Bart. Bald. & communiter scribentes*, quia maritus de jure dominus est fundi dotalis, licet ad tempus & revocabiliter, & sic pro tempore sui dominii suum effici et dominium illius thesauri, & finitur finito dominio fundi, *ut habetur in d. §. si fundum. & ibi gloss. verb. an alieno. Bart. num. 1. & communiter scribentes, Carol. Molin. ubi supra, & D. Molin. d. c. 25. n. 2. & plures alleganj Barbos. in d. §. si fundum, n. 25.* ubi *n. 24.* alia ratione id comprobat, longe aliud in usufructuario contingit, ut satis deductum est supra.

16 Præterea † quamvis maritus largo modo constante matrimonio, dominus rei dotalis dicatur, *ut in l. in rebus cum similib. C. de jure dot.* uxor tamen etiam constante matrimonio rerum dotalium domius est, toleratur q; dominii apud duos diversis respectibus, *ut inquit Bald. in l. in rebus, n. 6. in fin. C. de jur. dot. & Corras in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 33. ff. de acq. poss.* quos refert & sequitur D. Molin. *ubi sup. n. 6.* addens plures scribentes, quos ibi refert censuisse, quod dominium rerum dotalium magis dicatur uxoris, quam viri: Idq; clarius procedere in thesauro in fundo dotali invento: non enim dicitur inventus in fundo mariti, sed uxoris, ut non obscure probat text. *in d. §. si fundum, ibi, quasi in alieno inventi*, & declarat optime gl. ibi, *verb. alieno.* Non igitur mirum est, si thesaurus in fundo dotali inventus ad maritum perpetuo non pertineat, sed ad tempus, nempe constantis matrimonii: eo vero soluto, mulieri, hoc est, uxori restituatur: ad usufructuarium vero nullo modo, nec pro ullo tempore pertineat.

Ex eisdem supra adductis deducitur à fortiori, non obstare, quod supra pro prima opinione adduximus, de possessore majoratus. Is enim durante eius vita verus & proprius dominus est. Merito ergo, ut ad ipsum pertineat thesaurus in fundo majoratus inventus absque ullo onere restitutionis sequentibus faciendæ, quia vivente eo, alteri dominium utile nec directum pertinet.

Similiter etiam eiusdem rationibus non obstat, quod de emphyteuta & vasallo rei feudalis diximus, quoniam is etiam dominium utile habet, quod sufficit ad acquisitionem thesauri absq; onere restitutionis: Ratio namq; differentiæ inter fructuarium & emphyteutam est, quia 17 usufructuario ea tantum utilitas proveniens ex fundo conceditur, quæ in fructu consistit. Cum ergo thesaurus in fructu non sit, merito ut dimidia fundi cedat proprietario: Ceterum ad emphyteutam omnis utilitas ex fundo, quocunq; modo proveniens, pertinet, & ideo competit etiam prædicta medietas, quæ ratione utilis dominii fundi conceditur, *ut latius comprobat Barbos. in d. §. si fundum, sub num. 28. versic. ex his.*

Quibus constitutis jam clare patet, ad fructuarium minime pertinere dimidiam partem thesauri inventi in fundo, cuius proprietas ad alterum pertinet. Et hoc de dimidia parte thesauri fundo eiusq; domino debita.

Ceterum † si fructuarius inveniat thesaurum in fundo, 18 cuius usumfructum habet, tanquam inventor suam dimidiam habere debet, cum & si inveniret eum in fundo omnino alieno, idem esset recipiendum, *ita declarat Rebuff. in d. bonorum, col. 3. post princ. ff. de verbor. signif. & Ioan. Garsias de expens. & melior. c. 22. num. 51. quos refert & sequitur Barbos. ubi supra, n. 25. ubi intelligendo sane, &c.* Idem dicendum est in marito. Nam † si is inveniat the- 19 saurum in fundo dotali, efficitur dominus illius thesauri pro dimidia parte, ac si eum inveniset in fundo prorsus alieno, *juxta gloss. 2. in l. unic. C. de thesaur. lib. 10. sequitur Barbos. in d. §. si fundo, num. 23. quod si maritus.*

Ad rem igitur, tutor vel curator dimidiam partem thesauri in fundo sui minoris inventi, eidemq; debitam ratione dominii minime decimabit: quia in fructu non consistit: & in terminis probat late Baeca *d. cap. 24. nn. 5. cum seq.*

Si † tamen ipse tutor vel curator inventor sit thesau- 20 ri in fundo sui minoris, illam dimidiam ratione inventionis debitam, etiam in fundo alieno integre sibi percipiet, non vero ratione laboris in tutela vel cura impensi, nec virtute *d. l. seri*, decimam fructuum minoris eius administratoribus deferentis, sed tanquam extraneus quicunque alius inventor per omnia suprædicta: & cum his remanet expedita nostra quæstio principalis. Cetera ad materiam thesauri inventi pertinentia, quoad alia, late explicant Joan. Gars. & Barbos. *ubi supra.*

SUMMARIA.

1 Decimam lignorum cæsorum an habere & percipere debeat tutor vel curator? & num. seqq. per totum caput resolvitur, num. 20.

2 Sylva cædua qua sit.

3 L. sylva cædua, 30. ff. de verbor. significe. declaratio & intellectus.

4 Sylva, quæ non habetur, ut cædatur, non dicitur sylva cædua, quantumcunq; sit cædatur, renasci possit, ut est fierent glandes.

5 Sylva cædua, quæ tamen cæsa non renascitur, non dicitur cædua.

6 Usufructuarius & major atus possessor possunt arbitrio boni viri cædere pinetum destinatum ad cædendum.

7 Sylvæ germinales, vel gremiales, vel cremiales sunt in fructu, sicut sylva cædua: ideoq; pertinent ad maritum usufructuarium & emphyteutam, ut in num. 8.

9 Usufructuarius cædere potest sylvam cæduam eatenus, ut, sicut bonus paterfamilias ea uti solebat: Sylvam tamen non cæduam cædere non potest, nisi in vinea usum, dum tamen deteriorem fundum non faciat, ut in num. 10.

11 Ma-

11 Maritus constante matrimonio pro sylva consuetudine cædere potest arbores sylvæ uxoris cæduas: non vero arbores fruliferas.

12 Conductor sylvæ privati potest sylvam cæduam suo tempore cædere.

13 L. sylva, 11. ff. de usufruct. intellectus.

14 Majoratus possessor in dubio simile potest sylvam cæduam cædere, dummodo id faciat, ut pater familias faciebat.

15 Majoratus possessor, usufructuarius, & maritus sylvam non cæduam, cædere non possunt, ut hic limitatur & declaratur plurib. modis, ut in num. 16. 17. 18. & 19.

21 Usufructuarius arboribus vento evulsis frui non potest, nisi pro suo usu aut reparatione domus sylva ubi nascuntur.

22 Usufructuarius & majoratus possessor, quamodo venati & occidere possit feras usuarias.

23 Decimam venationum earumque redditum juris venandi vendita vel locata, tutor vel curator habere debet.

24 Fructuum appellatione venit palea.

25 Usufructuarius potest piscari pisces stagni eosq; occidere, dummodo alii in locum eorum subrogentur.

26 Pisces, qui in stagno sunt, dicuntur pars fundi, sibi positi sint, ut multiplicentur & crescant: secus si ibi sint repositi causa custodiæ.

27 Majoratus possessor potest piscari pisces stagni alios subrogando.

28 Subrogatio corporum facit, ut semper eadem res dicatur.

29 Decimam piscium & reddituum eorum habere debet tutor vel curator & columbarium, num. 28.

30 Decimam utilitatis protocollorum, an tutor vel curator deducat? & num. seq.

31 Protocolla utilitas, quæ non renascitur, non dicitur esse in fructu, & ideo non pertinet ad uxorem usufructuariam, sed tantum usufructus pecunia.

34 Protocolla & registra Notarii non comprehenduntur bodie in fructibus bonorum Notarii, nec venda possunt per eius heredes.

35 Protocollorum utilitatis medietas non pertinet ad uxorem Notarii defuncti.

36 L. 24. tit. 27. lib. 4. Nov. Collect. Reg. declaratio, & num. 37.

CAPUT XXVII.

An tutor vel curator decimet ligna arborum sylvarum & nemorum cæsa? & alia de quibus hic.

1 MIsor habet sylvam vel nemora arboribus densa, quæ extrahuntur vel succiduntur, quæritur, *an tutor vel curator ipsius decimam eorum lignorum tanquam fructuum habere debeat?*

In hac quæstione Baeca *de decim. tut. cap. 21. num. 19.* tenet, quod si arbores excisæ eius naturæ sint, ut non renascantur, tutor eas decimare non possit, quoniam in fructu non sunt, neque ad eum pertinent, ad quem fructus pertinent, *l. divortio, §. si fundum, ff. sol. matr. & quod ibi notant omnes Dd.*

2 Ergo † pro clariori intelligentia & decisione huius quæstionis in primis cum Jurisconsulto *in l. sylva cædua, 30. ff. de verbor. significat.* præsuppono, quod sylva cædua est (ut quidam putant) quæ in hoc habetur, ut cæderetur: Servius eam esse, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur, ex cuius legis intellectu & explicatione, & eorum, quæ infra adducemus, liquebit decisio nostræ quæstionis.

3 Ad † explicationem igitur illius text. observandum est, quod licet in eo primis facie videantur assignari duæ diversæ definitiones vel descriptiones sylvæ cæduæ, *ut intellexit Connan. lib. 4. com. c. 1. n. 5. & volunt D. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 22. n. 1.* ubi exponit sylvam cæduam, id est, eam, quæ in hoc habetur, ut cædatur, seu quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus nascitur: verius tamen est utramque definitionem esse conjungendam, quasi JCtus velit, sylvam cæduam dici, quæ in hoc habetur, ut cædatur, & quæ excisa ex stirpibus & radicibus renascatur, ut est de mente Alciati & Brechei, *in d. l. Sylva num. 3.* Unde ad hoc, ut sylva cædua proprie dicatur, duo copulative requiruntur, scilicet quod in hoc habeatur, ut cædatur, id est, cuius utilitas in eo consistit, quod cædatur: item quod excisa ex radicibus vel stirpibus renascatur, quod etiam sequitur Alexand. *consil. 118. n. 3. lib. 5.* & volunt Rebuff. *in d. l. sylva cædua, in princ. in vers. est autem sylva*, ubi quod sylva vocatur cædua, quæ frequenter cæditur, sive materiæ causa cædatur, sive lignorum, & quod ipsius sylvæ cæduæ quædam excisa ab eo stipite repullulat, ut oliva, quercus, & aliæ arbores frequentius, altera vero ex stirpibus, ut arundo, inde arundines cæduæ vocantur, *in l. qui fundum, §. fin. ff. de contrab. emt.* & arundinetum locus arundinibus consitus, *l. item, § fin. de usufruct. sequitur Pet. Barbos. in l. divortio, §. si fundum, sub n. 1. & 2. ff. sol. matr.* satisq; est, quod renascatur etiam post longum tempus & spacium, *secund. Alex. ubi supr. n. 7. sequitur Paris. cons. 111. n. 32. lib. 1. Menoch. cons. 12. n. 15. lib. 1. & Joannin. ubi supra*, id deducens ex mente JCti. *in d. l. sylva*, & probat Curt. Sen. *cons. 71. super controvers. n. 28. colum. penult.* Et hæc est communis sententia, licet alii contrarium probent, & cum eis Arias Pinel. *in l. 1. in 2. part. nu. 59. ad fin. C. de bon. matern.* nempe ut ad hoc, ut sylva cædua dicatur, requiratur, quod cæsa brevi renasci possit, *ut affirmat Barbos. ubi supr. n. 2.* quam communem defendit Joan. Gars, *de expens. & melior. c. 11. n. 55.*

Aliam explicationem *ad d. l. sylva*, adducit Barbos. *ubi supra, d. n. 2. versic.* quæ explicatio, quod JCtus ibi tetigit duos modos, quibus sylva cædi solet: nam aut cæduntur arbores usque ad radices, aut soli rami salvo trunco, ut colligitur *ex l. si servum, § si olivam, in fin. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. §. 1. ff. de arb. cæd.* si vero sylva primo modo cæditur, dicitur renasci ex radice; si secundo, dicetur renasci ex stirpibus, id est, ex ipsis truncis.

Ex † quibus primo infertur, quod si sylva non habe- 4
tur ad hoc, ut cædatur, non dicetur sylva cædua quantumcunq; si cædatur, renasci possit, ut sylva ferens glandes, quæ non dicetur cædua, quia ad hoc non habetur, ut cædatur, sed ad pastum porcorum, ut colligitur *ex d. l. sylva cædua, §. fin.* & tenet Rebuf. *ibi paulo post princ. vers. sylva alia est, glandaria, & Barbos. ubi supra, ad fin. d. n. 2.* ubi solvit difficultatem, quæ in hoc videbatur esse, *ex l. cum manifestissima. §. 1. ff. de contrahen. emt.* ubi sylva ferebat glandes, & tamen dicitur cædua, nempe ut semper attendi debeat id, ad quod principaliter sylva destinatur, & secundum hoc dicetur sylva cædua vel non cædua ex mente Alciati, *in d. l. sylva, n. 3. & ibi Brechæus ad fin.*

Secundo, † ex superioribus infertur, quod licet sylva 5
habeatur ad hoc, ut cædatur, si tamen cæsa ex eadem radice non renascitur, vel etiam ex trunco *juxta l. 3. §. 2. ff. arb. furtim cæsis*, non dicetur cædua, quia deficit secundum requisitum, ut de pineto tradit Anton Gamma *decis. 104. nu. 2.* quicquid contrarium pro constanti habeat Pelaez. *de major at. 4. part. quæst. 39. n. 5.* sed adversus eum prædictam secundam illationem sequitur Barbos. *ubi supra, num. 2 & 10.*

Nihilominus † tamen Anton. Gamma *ubi supr.* tenet, 6
quod si pinetum sit destinatum ad cædendum, fructuarius possit pinetum cædere, dummodo id faciat boni viri arbitrio, quod etiã in majoratus possessore probavit Pelaez. *ubi sup.* quod verius & tenendum esse censeo adversus Barbos. *ubi sup.* qui tandem *n. 10.* fatetur, quod ne prædicti usus fructus pineti remaneat inutilis, illud admitti potest, ut hoc casu induatur decisio *text. in l. item si fundi, 10. §. fin. ff. de usur.* vel saltem ad consuetudinem regionis recurrendum sit, *argument. l. excepto, C. de locat.*

quæ consuetudo affirmativa notoria & manifesta est in eo judicio: quinimo adhuc ea cessante veriorem esse censeo opinionem Gammæ & Pelæz: quia pinetum ad hoc solum destinatum est, ut cædatur ad fabricandas domus, & alia, & in eo semper alii pini nascuntur, tametsi non ex stirpibus, nec radicibus, sed ex semine, quod decidit in terram, nascuntur & producuntur, ut experientia docet quotidie, & ita alios pinos natura substituit, quod sufficit in propolito.

7 Aliæ † sunt sylvæ germinales, quæ alias vocantur etiam greminales & cremiales, quarum idem sensus est, & hæ sunt in fructu, sicut sylvæ cæduæ *juxta text. in l. divortio, §. si fundum, & ibi gl. verb. germinales, & Dd. communiter, teste ibi Barbos. an prine. & num. 11. quæ sequitur & latius declarat.*

8 His † sic præhabitis dicendum est, sylvam cæduam vel germinalem esse in fructu, ac proinde ad maritum pertinere, eademq; ratione ad fructuarium vel emphyteutam: *ita tenet* Aretin. *an d. §. si fundum, post princ. & Alex. consil. 118. num. 3. lib. 5. Paulus de Monte Pec. in l. Titia cum testamento, §. fin. num. 115. ff. de legat. 2. Bort. dec. 51. num. 9. D. Molin. ubi supra, num. 2. & Barbos. in d. §. si fundum, num. 3.*

6 Unde † fructuarius sylvam cæduam potest cædere eaq; uti, sicut bonus paterfamilias uti solebat, & in triennio vel quinquennio pro consuetudine domini & non ante:

10 sylvam † autem non cæduam cædere non potest, nisi in vineæ usum, dum tamen deteriorem fundum non faciat. *ut tenet Rebuff. in d. sylva cædua, in vers. utilitatis.*

11 Ubi † *in vers. seq.* loquitur in marito, quod constante matrimonio pro sylvæ consuetudine cædere possit arbores sylvæ cæduæ uxoris: arbores vero fructiferas minime:

12 & † quod conductor privari potest sylvam cæduam suo tempore cædere, quia recolligere potest fructus & hoc est in fructu, *ut pulchre consulunt Alex. ubi supra*, quia alias esset conductor sine fructu, quod esse non debet.

13 Neq; † superioribus circa fructuarium resolutis obstat *l. ex sylva, 11. ff. de usufruct.* ubi text. tantum permittit fructuario, ut ex sylva cædua cædat ramos & pedamenta, non autem ei concedit totam cædere, quia illi tex. potest plur ibus modis respondeti, *ut patet ex late adductis circa eius interpret. per Barbos. ubi supr. n. 3. cum plurib. seqq.* ubi ponit veram illius text. interpretationem, secundum ipsum ampliantur superiora, *ut per Rebuf. ubi sup. fol. 241.*

14 Possessor † autem maioratus indistincte potest sylvam cæduam cædere, dum tamen id faciat, quod diligens paterfamilias in re propria fecisset, *l. ea igitur, ff. de pig. act.* neq; adeo ut usufructuario usus eius restringendus erit: sed ut vero domino concedendus, cum ipse maioratus posse ssor verus dominus sit, dummodo dolus malus seu dissipatio absit, *ut probat D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 22. num. 3. cum seq & Pelaez. de maior. 4. part. quæst. 39. num. 5. & Barbos. ubi supra, num. 7.* ubi idem in emphyteuta & in marito probat, qui habent dominium: usufructuarius vero non.

15 Limitatur † hæc ultima assertio de majoratus possessore, emphyteuta, & marito, ut non procedat in sylva non cædua, ex qua arbores grandes fructiferas cædere non possunt, quia id neq; fructuario, neq; vasallo, neq; emphyteutæ, neq; ei, qui ad longum tempus conduxit, nec huic commissario, nec etiam marito in rebus dotalibus permissum est, *l. sed si grandes, 12. de usufr. l. æquissimum §. si usufructuarius, ubi per Alb. n. 1. ff. de usufr. & in d. de vortio, §. si fundum, & l. 27. tit. 11. part. 4. Cap. de serv. rust. prad. tit. de montib. n. 13. Tiraq. de retract. convent. §. 3. gl. 1. n. 25. Iul. Clar. §. fundum, q. 47. & §. emphyteusis, q. 26. Rebuf. ubi sup. fol. 241. vers. cum seqq. D. Mol. d. c. 22. n. 5. & Pelaez, ubi sup.* & hic intellectus *ad d. l. sed si grandes.* est magis communiter receptus *secund. Barbos. in d. l. divortio. §. si fundum, n. 8.* tametsi ei non placeat, sed alius quemibi refert.

Nisi † arbores huiusmodi soleant excidi ad usum li- 16
gnandi, vel ædificandi, vel quemcunq; alium usum, vel si maioratus possessor arbores fructiferas excidendo alias in earum locum sufficiat, seu sylva ex incisione earum fructuosior reddatur, vel eius qualitatis sylva sit, quod nisi arbores cæderentur, usus fructus inutilis redderetur, quia tunc maioratus possessor juxta consuetudinem eas cædere poterit, *ut cum Iaf. and. §. si fundum, n. 4. & Tiraq. ubi supr. gloss. 1. n. 24. cum seqq. resolvit D. Molin. ubi supr. n. 5.* & constat etiam ex Rebuff. *ubi supra, in vers. 8.* ubi hoc intelligit, quando arbores illæ suffictæ essent æquivalentes avulsis: Alias enim posset quisque sic omnes evellere & alias plantare, quæ in centum annos postea paris non essent futuræ valoris cum aliis, quod esset absurdum, quia nempe sic fructifera sylva posset destrui, & si quis in locum vetustissimæ jam morientis aliam sufficere vellet, eidem permitteretur.

Limitatur † secundo, quod arbores grandes cædi pos- 17
sint, quando nullus ex illis fructus percipi possit, vel usus, nisi incidendo, ut est fagus, fraxinus, vel alia similis arbor, nullum afferens fructum, *secundum Bald. & Curt. quos refert.*

Non † tamen posset fructuarius excidere arbores et- 18
iam fructiferas, quæ tamen ambulationes opacas & amœnas reddunt, *secundum Capol. de servit. urb. prædior. cap. 31. ad fin. ex d. l. æquissimum, §. fructuarius, ff. de usufr.* quod etiam voluit Alciat. *in d. l. sylva cædua, num. 3. & 6.* sic intelligens *d. l. sed si grandes*, tametsi hic intellectus ad illam legem non placeat Barbosæ *ubi supra, num. 8.* Vera tamen in se conclusio hæc videtur tenenda.

Sic † etiam Angel. *in d. l. ex sylva, ff. de usufruct.* resolvit, 19
quod si arbores sint grandes, ita ut in altitudine excedat sylvam, non possint incidi, nisi quoad ramos, *sequitur Paul. de Monte Pec. an dict. leg. Titia cum testamento, §. fin. num. 115. ff. de legat. 2.* sentiens platanos & alias arbores grandas, non posse incidi per fructuarium, *& Bald. consil. 298. vulgare est, num. 2. lib. 2. quos refert Barbos. ubi supra, num. 8.*

Descendendo † igitur ad decisionem nostræ quæ- 20
stionis principalis, *de qua in princip. hujus cap. de tut. & cur.* an debeat habere decimam lignorum cæsorum? respondendum est ex supradictis: quod in quibus casibus juxta ea datur in hoc usus fructus sylvæ cæduæ, pertinentis ad minorem, sive ex bonis liberis, vel maioratus, vel ratione emphyteusis in illis tutor vel curator decimam eorum habiturus sit ex nostra lege *fori* sæpius allegata.

Si vero sylva cædua non sit, vel etiam in quibus casibus ad fructuarium ille usus vel commoditas non pertinet, neque ad tutorem vel curatorem decima eius pertinebit: quia tutori vel curatori tantum permittitur sibi accipere pro suo labore decimam fructuum bonorum minoris, *juxta d. l. fin.* Ergo si prædicta in fructu non consistunt, ea decimare non poterit.

Unde † cum fructuarius arboribus vento evulsis frui 21
non possit, nisi pro usu suo, aut reparatione domus sylvæ, ex qua evulsæ sunt. Cetera namque ad verum dominum pertinent, *l. arboribus, ubi scribentes, ff. de usufruct. Moderni in d. l. divortio, §. fi fundum, ff. fol. matr. præcipue Barbos. num. 12. & 13. Capol. de servit. rusticorum prædior. tit. de montibus, num. 9. D. Molin. d. lib. de Hispan. primogen. cap. 22. num. 8.* tutor vel curator minoris non decimabit prædictas arbores vento evulsas: Sed quamvis, quod prædiximus, in fructuario statutum sit, contrarium in maioratus possessore dicendum erit, cum ipse verus dominus sit, non autem usufructuarius, nisi tota majoratus substantia in arboribus, quæ vento evulsæ sunt, consistat, nec aliæ facile substitui possint, nec fundus ad aliud utilis sit, *secundum D. Molin. ubi supra, dict. num. 6. ad fin.*

Sed

22 Sed † cum fructuarius venari possit atq; occidere fe- 31
ras vivarii, in quo ipse capi solent, dummodo post eius mortem idem ferarum numerus maneat, qui tempore cœpti usus fructus, *l. usus fructuarium venari, 60. §. sin vivarium, ff. de usufruct. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. c. 22. n. 2.* ubi idem ceulet in eo, qui cum pacto redimendi emit, qui interim dominus est, *ut consult Cagn. in l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. 13. & 14. quæst. & Tiraq. de retract. convent. §. 4. gl. 1. n. 22.* Enim maioratus possessor, quamvis in ipso non esse sic usum restringendum censeat Molin. ut præcise, eúdem numerum ferarum tempore mortis relinquere debeat, qui tempore successionis inventur, imo potius arbitratur, tanquam verum dominum, juxta usum consuetum, venari posse feraſque occidere, dummodo dolus malus absit.

23 Hinc † est, quod tutor vel curator decimam obven- 32
tionum & redditnum, qui ex commoditate juris venandi, venditi vel locati redigentur, juxta prædicta deducet, cum hæc in fructibus consistant atq; ad usufructuarium eo jure spectent: Deducet igitur decimam ex avibus, feris solius capi in vivariis pupilli. Nam appellatione fructus veniunt, & verè solitæ capi, *ut inquit Bart. in l. cum plures, ff. locat. & l. item si fundi, §. aut si quorum, ff. de usufr. l. usufructuarium venari, ff. de usufructu. Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 17. verb. & supra, num. 9. quos refert & sequitur Barc. de decim. tit. 2. q. 11. n. 17.* ubi † etiam quod appella-
24 tione fructuum venit piscis, *ut per Specul. & Bald. in loco de quibus ibi per eum.*

25 Idem † est dicendum in piscibus stagni, nempe ut usufructuarius possit piscari & pisces occidere, dummodo alii in locum mortuorum substituantur, *ut tenet Capol. de servit. rustic. prædior. cap. 42. num. 6. ex text. in d. §. si in vivariis.*

26 Quia † dicuntur pars fundi, resq; immobilis pisces, qui 33
in stagno sunt, ut multiplicentur & crescant, quamvis pisces causa custodiæ in stagno repositi, pars fundi esse non censeatur, sed quid ab ipso fundo ac fructibus ejusdem separatum, *l. lineæ & libra, alias in cap. fundo & libra, ff. de act. emt.* per quem text. hanc distinctionem in pisce it possunt Guido Papæ *decis. 91. num. 3.* quam pluribus comprobat [illegible] *in consuet. Paris. tit. 1. gl. 7. num. 116.* & est vera & sequenda *secund. D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. c. 22. n. 10.*

27 Ubi † idem in majoratus possessore probat cum am- 34
pliatione, *de qua in præcedentibus*, per subrogationem namq; corporum fructus stagni perpetui efficiuntur, *l. cum debere, ff. de servit. urb. prad.* Et † licet spatio temporis singula corpora mutentur, mediante tamen sub; ogatione semper eadem res dicitur, *ac qui, l. propanebatur, ff. de judic.* Ex terminis, quod tutor vel curator decimam deducat ex piscibus & omni pecu [illegible] quamigero, ad pupillum jure redditus pertinente, uti pertinent ad Metymnæ Sidoniæ ducem, *tenet Barca de d. c. 24. num. 17.*

29 Tutor igitur vel curator minoris habens prædict. 35
stagnum cum piscibus, decimabit obventionem & redditus eius fructus minori obventienti, *per supradicta.*

Similiter hoc idem statuendum erit eadem ratione in colombario, *juxta tradita per Capol. de servit. urb. prad. c. 77. n. 2. & D. Molin. ad declarandum, ubi supra, n. 11.*

30 Illud † tamen difficilius est, *an si pupillus esset filius alicujus tabellionis, & ex protocollis multa exemplaria describerentur in magnam utilitatem pupilli, possint tutor vel curator adulti ex hujusmodi utilitate decimam dedu-*
cere? In qua quæstione plura pro & contra adducunt, Baeca *de decim. tit. 2. §. 11. num. 12. cum seqq. & Barbos. in d. l. divortio 6. §. si vero, n. 36. cum seqq. ff. fol. matr.* qui tandem in specie nostra in partem negativam inclinant, & eam expresse probat Barbos. *ubi sup. n. 37.* qui *n. 38.* respondet fundamentis contrariis, & nos quoque eandem sententiam negativam sequimur, cujus id est præcipuum fundamentum, quod cum ex protocollo unius tantū exemplum deduci possit, nec concedatur aliud deduci, nisi ex magna causa, *l. si quis ex argentariis, §. fin. in pr. ff. de edend.*

Utilitas † proveniens ex protocollo, quæ non renasci- 36
tur, non dicetur esse in fructu, & consequenter non pertinebit ad uxorem usufructuariam, *secundum Bart. in d. l. si vir in fundo, n. 3. & in l. quidam, §. nihil, n. 9. ff. de edend. & consil. 50. in fin.* & quamvis Paul. Castrens. *in d. §. si vir,* & Rom. ibi dissentiant, aliiq; præterea contrarium teneantissimi Bart. tamen ubi supra magis communis opinio esse videtur, secundum Baec. *de decim. tit. 2. §. 25. n. 23.* est; hoc receptum, *ut cum Soc. cons. 100. n. 4. lib. 2. & alius asserit & sequitur Barbos. ubi supra. n. 30. ad fin.*

Nihilominus tamen in hac specie Batt. tenenda videtur concordia Bald. & aliorum, quos citat Barbos. *ubi supra, n. 37.* dicens esse receptam, quamvis ipse eam non probet, nempe quod utilitas protocollorum non pertineat ad uxorem usufructuariam relictam à marito tanquam fructus. Et ita procedit opinio Bartoli negativa: sed nihilominus uxor prædicta habitura sit usumfructum in pecunia redacta ex exemplatione protocollorum, tanquam in pecunia hereditaria.

In † tutore & curatore minoris hæc concordia veri- 37
ficari poterit, quando pecunia prædicta redacta ex exemplatione protocollorum conversa & collocata fuisset in rem fructiferam, puta emptionem prædiorum, vel in redditus annuos, prout tutor & curator id facere tenentur: tunc namque decimam eorum, sicut ceterorum fructuum & redditnum minoris deducet tutor vel curator, alias secus.

Limitat † partem negativam de decima protocollo- 38
rum Baec. *d. c. 25. num. 28.* quando officium tabellionatus ad patrem pertinens, & omnia protocolla pertinerent quoq; ad pupillum, & per substitutum tutorem in solidum gerat officium tabellionatus, & in eius domo omnia fiunt & administrantur, quæ in domo tabellionis: tunc namq; tutor hic vel curator decimabit proventus officii, quoniam in redditu officii esse videtur, quod exinde percipitur, & quidem fi cafus ita contingit (prout potest ex privilegio Regis vel alterius Domini temporalis hoc jus habentis) vera mihi & tenenda videtur hæc sententia. Cæterum est de raro contingentibus.

Hodie in his Regnis a tempore l. 24. tit. 25. lib. 4. nov. collect. Reg. qua cavetur, *quod ea scripturæ & processus regis-*
trados de los escrivanos muertos, o privados, o dexados que renuncaren el
officio de escrivanos se entreguen al escrivano, que sucediere en el officio, quæstio prædicta de decima protocollorum vacat, & nunc est necessaria, nisi in specie limitationis modo adductæ: Regibus † igitur jam non comprehen- 39
duntur in fructibus bonorum Notarii defuncti, nec vendi possunt per heredes, sicut antea, *secundum Avendanum resp. 38. ver. hic sic. quem refert & sequitur D. Azevedo in d. l. 24. n. 2.* ubi etiam, † quod ideo mediteras e- 40
orum, quæ ex protocollis percipietur, non pertinet ad uxorem defuncti *secundum Baec. d. c. 25. n. 25.* qui tamen non loquitur in ea specie, sed in qua eum supra citavimus, nihilominus tamen ibidem statuit ipse ea esse vera, ex qua etiam nostra observatio comprobatur, nempe ut neque tutor vel curator pupilli filii tabellionis defuncti decimabit ea, quæ ex protocollis ipsius percipientur, quia ipsa non pertinent ad heredes, & sic ad pupillum, sed ad successorem in officio *d. l. Regia*, nisi in casu limitationis ibi præfatæ Baecæ, quando ex privilegio conceditur pupillo officium tabellionatus paternum, serviendum per ejus tutorem vel curatorem: Eandem illationem sequitur & probat late idem Azevedo *in l. 5. & 4. num. 28. tit. 9. lib. 5. nov. collect. Reg.* ubi eam hoc modo declarat, ut licet in hac specie uxori non acquiratur mediteras protocollorum, quia non sunt fructus, acquiretur tamen mediteras illius lucri ex protocollis provenientis in futurum,

interim, quod successori non traduntur. Nam licet uxor relicta usufructuaria per maritum tabellionem non acquirat, nec sui sit suam quoad proprietatem pecuniam illam, quæ ex exemplationibus protocollorum percipitur, bene tamen poterit frui pecunia, tanquam usufructuaria, non vero tanquam proprietaria, *ut concludit Guilielm. Benedict. in repet. cap. Raynutius, verbi. extra bona, num. 27. de testament.* & ita servari in forensi judicio testatur Rebuff. *in l. bonorum. 49. pag. 363. in prima. ff. de verbor. signif.* Idem ergo in hac specie erit dicendum in tutore vel curatore respectu decimæ fruitionis dictæ pecuniæ, nisi adhuc dicamus, contrarium esse observandum in eis, quia tenetur pecunias otiosas minoris convertere in emtionem prædiorum, vel alias ad interesse licitum collocare, *ut alio capitale diximus.* Unde decimam fructuum ex his redditibus provenientium decimabunt, non vero habebunt fruitionem decimæ partis pecuniæ redactæ ex exemplatione protocollorum, quia alias esset in damnum minori cessatio collocationis illius partis in emtionem prædiorum, quam omnino tenentur facere, *ut prædiximus.*

36 Sed † quia *de d. l. 24.* mentionem fecimus, observandum erit, eam declarari *per l. 31. tit. 20. lib. 2. nov. collect. Reg.* ut non procedat in locis, ubi consuetudo est, quod mortuo tabellione, (aut eo renuntiante, cum idem sit quoad hoc, quod registra aut protocolla tabellionis mortui aut renuntiantis) æstimentur per duos alios tabelliones, & sic æstimata successori, vel alii ea volenti tradantur ex æstimatione: tunc namque meditas dictæ æstimationis, non solum quoad usum fructum, sed etiam quoad proprietatem erit uxoris, tanquam bona quæsita constante matrimonio, *ex d. l. 31. ut late probat Azevedo in d. l. 3. & 4. num. 20.* ubi etiam, quod in tali pecunia cadit decima arrharum. Et prædicta opinio *ex d. l. 31.* observatur in praxi, & quotidie ita fit, teste Joan. Garc. *in tract. de contig. ac quæst. num. 69.* qui addit circa intellectum *d. l. 24.* quod an protocollum libere tradendum sit successori in
37 casu *d. l. 24.* adhuc † ex facto agitatum vidit & varie judicatum, sed quia tunc pendet, ad omittit: Ego vero credo, quod libere tradendum sit, nisi consuetudo sit in contrarium, *ut in d. l. 31.*

SUMMARIA.

1 *Decimam an deducat tutor vel curator ex donis annuis aliisque muneribus, quæ vasalli offerunt suis dominis temporalibus minoribus viginti quinque annorum, & ipse totum cap. discretus, num. 10.*

2 *Usufructuarius non solum accipit annuam mercedem, sed etiam quod super eam erogatur, & sic non solum fructus ordinarios, sed etiam extraordinarios.*

3 *Conductor fructuum & omnium emolumentorum & jurium prioratus debet habere spolia sive successiones decedentium ad priorem alias pertinentia.*

4 *Collector Cameræ Apostolicæ eiusque generalis conductor omnium fructuum & emolumentorum atque jurium Episcopatus, & Archiepiscopatus vacantis habere debet successiones parochorum decedentium, quæ in hoc Episcopatu Civitatensi vocantur lucrosa, nisi aliud consuetudine fuerit obtentum atq; introductum.*

6 *Conductor fructuum Archidiaconatus, non debet habere solvta præstari Archidiacono in ingressu suo & jucundo adventu, & ratio differentiæ inter hunc casum & positum supra, numero 3. ponitur primo, numero 9.*

7 *Fructuum appellatione non venit, nisi illud, quod renascitur, & subinde redit saltem aptitudine & in genere suo.*

8 *In generalibus concessione non venit illud, quod specialiter destinatum est, & reservatum personæ.*

CAPUT XXVIII.

An tutor vel curator decimet dona annua, hoc est, Los presentes de cada anno, & res, quæ vasalli extra ordinem offerunt pupillo domino suo in significationem lætitiæ prosperi adventus?

PUpillo † domino temporali alicuius oppidi vel oppidorum mittuntur quotannis à vasallis suis dona seu munera certa vel incerta: Tempore præterea prosperi adventus eius offeruntur ei aliquæ res in signum lætitiæ, quæritur, *an hæc decimabit tutor vel curator ipsum dominus minorem?* Et decimaturum videtur, quia decimat non solum fructus naturales, sed etiam pensiones domorum & redditus, quos quidam vocant civiles, *ut resolvimus supra. in hac 3. part. cap. 25.* Sed hæc sunt huiusmodi, cum videantur fructus vel saltem obventiones jurisdictionis, quas etiam decimat tutor vel curator, *ut supra diximus hac 3 part. d. cap. 25 n. 24. cum seq.* Ergo & hus proventus decimabit. 1

Secundo ex text. *in l. divortio, §. quod in anno, ff. solut. matrim. ubi, item si locator agri talis sit, ut super annuam mercedem aliquid amplius præstaret,* &c. Ex quo textu notant Doctores, quod ille, ad quem fructus pertinent, non solum accipit annuam mercedem, sed etiam quod super eam erogatur, & non solum lucratur fructus ordinarios, sed etiam extraordinarios, qui solvuntur à conductore, in suæ quinquennii, ultra pensionem ordinariam, *ita Bacc. de decim. tit. 2. 25. n. 3. & Barbos. in d. § quod in anno, num. 6.* 2

Tertio, quia si aliquis conduxit fructus, & omnia emolumenta, & jura prioratus, ad eum spectant & pertinent spolia, seu successiones curatorum, sive parochorum omnium ecclesiarum subjectarum, dicto prioratui, tempore locationis morientium, quæ quidem spolia sive successiones pertinent ad priorem ratione dicti prioratus per obitum dictorum parochorum, quoniam veniunt appellatione fructuum, large sumpto vocabulo, vel saltem apellatione redditum, & obventionum, cum his terminis generalibus omnium & quorumcunque, *ita Bertr. cons. 202. non videtur, lib. 3. quem refert & sequitur Carol. Molin. in consult. Parl. tit. 1. §. 37. gl. 10. nu. 47. ad fin. Baez. de decim. tit. 2. 25. n. 4. & Barb. in dict. §. quod in anno. sub. n. 6. ad fin.* 3

Hinc deducitur, ut ad collectorem Cameræ Apostolicæ eiusq; generalem conductorem omnium fructuum & emolumentorum, atque jurium Episcopatus, seu archiepiscopatus vacantis, spectent & pertineant prædicti successiones curatorum ecclesiarum d. dignitatis, quæ in hoc Episcopatu Civitatensi vocantur *lucrosa*, hoc est, melior res mobilis, aut se movens, quæ reperitur in bonis beneficiorum curati decedentis, quam elegerit episcopos: hoc namque jus sede episcopali vacante ad Cameram Apostolicam pertinebit, nisi aliud consuetudine fuerit obtentum atq; introductum: Ergo tutor, vel curator, ad quem decima fructuum generaliter pertinet, non solum deducet decimam ex his, quæ proprie fructus sunt, verum etiam ex his, quæ sunt redditus, *ut probavimus sup. d. c. 25. huius tertia parte.* 4

Sed pro contraria parte, in nostra hac principali quæstione, facit text. *in l. si Seio amico, §. Medico, ff. de annuis legat.* ubi inquit, text. *Medico Sempronio ea, quæ vivus præstabam, dari volo,* ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. 5

Hinc dixit Oldrad. *cons. 129. incip. in quæstione,* &c. quod ad eum qui conduxit fructus archidiaconatus, non spectat illud, quod solitum est præstari archidiacono, in ingressu suo & jucundo adventu. Non enim hoc cadit in locatione fructuum. Idem transcribendo tenuit Alb. *in rub. C. de abbat. amt.* & Oldradũ referunt & sequuntur 6

sequuntur Bald. Paul. de Castr. Imol. Alex. *nu. 9.* Aret. & Ital. *n. 8. in d. § quod in anno,* Petrus Anch. *in repet. c. si propter tua debita. n. 3. q. princ. de rescript. in 6.* Gutmu. *in glo. pragmat. de agnat. vers. si mulieribus, in fin.* Beer. *decis. 19. n. 6. decis. 133. n. 4. & alios refrenes Baez. d. c. 25. num. 8. & 11.* Et hæc decisio Oldradi, & sequacium vera est in se non quidem suis rationibus, quia non concludunt, sed potius recte expensæ probant contrarium, *ut ostendit Cur. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 37. gl. 4. n. 3.* Sed quia appellatione 7
fructuum non venit, nisi illud quod renascitur, & subinde redit saltem aptitudine & in genere suo, *ut in d. l. divortio, §. quod in anno, & §. non solum, & §. fin. dum, ex insequenti, sed non illud,* quod non renascitur, nec iterum oritur, & non venit nisi semel, *ut in d. divortio, § si vir in fundo, & ibi per Dd.* Sed istud de quo agit Oldrad. nunquam præstatur, nisi semel in vita. Igitur non transit in locationem generalem fructuum, vel redditeum annuorum: Deniq; quia in generali concessione non venit illud, quod specialiter destinatum est & reservatum per- 8
sonæ, † *argum. l. obligatione generali, ff. de pign. & in generali, de reg. iur. in 6.* & sic non transit illud, quod semel pro iucundo adventu debitum personæ præstatur & velut ad eius honorem reservatum, ut in terminis ita defendens & declarans opinionem Oldradi tenet Carol. Molin. *d. gl. 4. n. 3.* dicens esse veram in se, semperq; sibi placuisse, & eam sequitur prædict. ratione Barbo. *in d. §. quod in anno, n. 6. & 7. & Bacc. d. c. 25. ubi supr.* Neq; hæc sententia Oldradi est contraria primæ supra adductæ, ex Bertrando & sequacibus: Nam etsi Bertrand. prima facie videatur reprobare Oldradum, *ubi sup.* recte tamen inspiciendo, non est ita, quia loquitur in diverso casu, & ita Bertrandus ibi non respondet ad rationes Oldrad. ex eo, quod eius dictum non sit verum, sed ex eo, quod non concludunt in casu, in quo consulit Bertrandus, & sic uterq; recte concludit in suo casu, *secund. Carol. Mol. dict. § 37. gl. 10. n. 47. ad finem.*

9 At diversitas † utriusq; casus in eo consistit meo iudicio, quod in prima specie Bertrandi spolia, sive successiones curatorum decedentium, sint renerabiles, & plures succedere possunt tempore prioratus durante, quam vis extraordinarie, & per intervalla, ideoque merito, ut veniant appellatione fructuum largo sumpto vocabulo, vel saltem apellatione redditum, & obventionum, cum his terminis generalibus omnium & quorumcunque, *ita Bertr. cons. 202. non videtur, lib. 3. quem refert & sequitur Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 37. gl. 10. nu. 47. ad fin. Baez. de decim. tit. 2. 25. n. 4. & Barb. in dict. §. quod in anno. sub. n. 6. ad fin.* Item veniunt appellatione reddituum, & obventionum, ac proinde ad conductorem prioratus pertinet, in secunda vero specie, hoc est, in casu Oldradi illud, quod minoris est præstari archidiacono, pro eius iucundo adventu, & ingressu semel tantum in vita præstatur, videturq; esse personale, quoniam datur in honorem ipsius archidiaconi. Ergo appellatione fructuum non venit, quia non renascitur, nec appellatione redditum, vel obventionum, quia semel tantum in vita præstantur ipsimet archidiacono, & non alii. Ergo ad conductorem archidiaconatus non pertinet. 10

Quid igitur dicendum est in quæstione principali præmissa de tutore & curatore, *an decimare possit prædicta?*

Et quidem ex supradictis decidenda venit hæc quæstio in hunc modum, ut si quidem minori aliqua à vasallis annuatim, & per intervalla, ordinarie vel extraordinarie præstentur, eaq; vasalli præstare iure, vel consuetudine obligati sunt, & sic ex necessitate ea præstant. tutor vel curator eorum decimam habere debet, & deducet, quoniam non est liberalitas vasallorum, sed potius obligatio præcisa, & sic redditus ad pupillum pertinens dici potest, & sive sit annuus, sive per temporis intervallum debitus, eadem versatur æquitas, quæ in annuis redditibus, eademq; viget legis mens, tunc namque cessant verba, & dispositio *d. §. Medico,* quia in necessitatibus nemo liberalis existit, *ut in regula iuris vulgari.*

Si tamen ea non sint necessario offerenda, sed tantum dantur in signum lætitiæ, & semel tantum, prout est illud, quod vasalli domino offerunt & præstant pro eius prospero adventu & similibus, non decimabuntur per tutorem vel curatorem, quia est quædam donatio, & liberalitas spontanea, quam non decimat tutor vel curator, quoniam est augmentum & non fructus, quia non renascitur ex natura sua, neque qui semel donat, tenetur iterum donare, quæ distinctio profecto vera est, atque tenenda, quia deducitur & probatur ex supradictis, & in terminis ita nostram quæstionẽ resolvit Bacca *dict. ca. 25. num. 7. cum sequentibus.*

SUMMARIA.

1 *Decimam juris præsentandi, & cõmodi inde provenientis minori ex jure patronatus ecclesiastico sibi competente, an tutor vel curator deducere possit? & per totum caput, dissignatur n. 9. usque n. 17.*

2 *Jus præsentandi sive eligendi, est fructus juris patronatus.*

3 *Jus præsentandi ad beneficia competit marito constante matrimonio, cui uni ex fit. ac bonorum, quibus jus patronatus annexum erat, in dotem data fuit.*

4 *Præsentatus ab uxore, qua in maior ætate successit, semper præfertur.*

5 *Jus patronatus durante matrimonio acquisitum, dividitur in bis & tertis inter virum & uxorem.*

6 *Jus præsentandi ad sacerdotia, competit usufructuario uni ex fit. ac bonorum, cui jus patronatus annexum est; & etiam possessori maioratus.*

7 *Tutor præsentat simul cum pupillo, & præsentatus ab eo, præfertur præsentato a pupillo, si pupillus infans sit.*

8 *Mulier in regnicolis, an quib. constitutum est, ut marito mortuo habeat dimidium fructuum rerum mariti, potest præsentare.*

10 *Jus patronatus nec præsentatio nõ venit, quotiescumque fit mentio fructuum ad alterius sustentationem.*

11 *Jus patronatus est individuum, & ideo non venit in divisione.*

12 *Tutor vel curator ratione suæ decimæ fructuum, non est proprie usufructuarius, sed reditor, nec ei dantur bona ut ea utatur & fruatur ut usufructuario partis, sed omnes fructus pertinent ad pupillum, qui decimam ei debet ut ex dictis.*

13 *Fructuum vel redditum appellatione non veniunt jura.*

14 *Jus præsentandi non transit in patronum.*

15 *Jus patronatus an transeat ex fideicommissariis?*

16 *Conductor fructuum, non consequitur collationes seu præsentationes beneficiorum.*

17 *Alimenta debentur patronis inopi ab Ecclesia.*

18 *Decimam alimentorum debitorum patrono inopi ab ecclesia, an percipere debeat tutor vel curator patroni minoris?*

19 *Alimenta ab ecclesia non sunt præstanda patrono inopi, quatenus deductis expensis necessariis pro fabrica ipsius nihil ex superet.*

CAPUT XXIX.

An tutor vel curator decimare possit ius præsentandi, & commodum proveniens pupillo vel adulto ex iure patronatus ecclesiastico sibi competente?

PUpillus † vel adultus habet ius præsentandi ad plura beneficia, sibique ob id annuus redditus præstatur, quæritur an illud vel huc decimabit tutor vel curator, nempe, *an ad decimam sacerdotium præsentare possit pro se, & decimam partem redditus annui sibi acquirere?* Et cum tutor vel curator non decimet fructus, qui non renascuntur, quoniam fructus non sunt, *ut supra non semel*

decimam, & multo minus iura pertinentia ad pupillum, nimirum, si eius præsentandi non decimet, cum ea ab alio non possit, quia honorem suppeditat potius, quam pecuniam, *vt Baeca de decim. tut. c. ap. 25. nu. 30.* ubi, quod neque poterit retrahere rem venditam ex eo, quod ad pupillum pertineat iure sanguinis ius retrahendi. Non enim decimat iura, quæ non suppeditant pecuniam nomine redditus, neque ea, quæ ad paranda alimenta apta non sunt.

Sed oportet sigillatim agere de quolibet ex supradictis casibus, nempe primo, *an tutor vel curator possit ad singula decem benefitia præsentare suo tutorum nomine & iure proprio idoneum aliquem clericum?* Secundo, *an decimare possint additus vel iurium annuum suo minori competens & proveniens ratione prædictis iuris patronatus & præsentationis?*

Quoad primum, plura sunt, quæ in utramque partem movere possunt. Pro affirmativa namque primo facit, quod tutor decimat fructus, *vt in no. præc. fori, hac de re agente.*

2 Ius autem † præsentandi sive eligendi est fructus iuris patronatus, *glo. fin. in cap. cum Bertholdus, de verb. indic. & ordinaria in cap. cum olim, ver. Capitale de mater. & obed.* ubi *Abbas num. 2.* & communiter scribentes id notant, præsertim Felin. *num. 2.* qui plura in idem adducit. Imo, *in princip.* & Abb. *nu. 3.* Imol. & scribentes *in consultationibus, de iure patron. idem Abb. in c. fin. nu. 3. de conces. præb. Rota nova de iur. patron. decis. 168. in cap. ex latere nu. 1. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 1. nu. 3. Cæsar Lambert. de iur. patron. libr. 2. part. 10. q. princ. art. 3. nu. 2. Baeca de decim. tut. c. 25. n. 16.*

3 Secundo, † quia ius præsentandi ad beneficia competit marito constante matrimonio, cui universitas bonorum, quibus ius patronatus annexum erat, in dotem data fuit, *vt consuit Rota nova de iur. patro. decis. 422. nu. 1. sequitur Rebuf. de Curt. de iur. patron. ver. ipse vel is. n. 60. cum sequent. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. glos. 1. nu. 3. Cæsar Lambert. 9. 3 3 longam disputationem, d. q. 10. princip. art. 2. per totum, sequitur alios allegans Baeca de decim. tut. c. 25. n. 18. & 19.* hoc verum intelligens, quando ius patronatus non competit iure personæ, sed adhærens est & annitum certo loco, castro, vel fundo. *ut in c. cum seculum, de iur. patro.* Et hæc opinio est æquior, *secundum Baec. de non melior. tit. dot. fol. cap. 26. col. 2. nu. 2.* & verior videtur D. molin. *de Hisp. primo. lib. 1. c. 24. n. 3.* quamvis contrariam sequatur Abb. *in d. c. fin. num. 8. de concess. præben. & Felin. in c. cum olim. nu. 2. de maioritat. & obed. & Jas. in l. divortio, §. si vir in fundo. n. 7. ff. solut. matr. Guillelm. Benedict. in rep. cap. Raynutius, de testam. verse. cetera bona, nu. 57. de testam. & alios relatos per Baez. d. cap. 25. nu. 30. vers. octavo.* sed eorum opinio non est tenenda, *secundum D. Molin. ubi supr. qui n. 32.* asserit, quod quamvis ab scribentibus controverti soleat, utrum, quando dantur in dotem ea bona, quibus ius patronatus annexum est, maritus vel etiam uxor præsentare possint, & an præferendus sit is, qui ab uxore præsentatus est illi, quem maritus præsentaverit, vel econverso? de quo late disputant Dd. *de quibus ibi per eum.*

4 In bonis tamen † matoratus alienari prohibitis semper præsentatus ab uxore, quæ in maiorato successit, præferendus erit, ut ibi bene probat & citat Palat. Rub. *in cap. per vestras, de don. inter vir. & uxor.* § 42. nu. 10. id in Regina proprietaria dicente, motum ex doct. Baldi *in cap. significavit, de rescript. n. 3.*

Tertio, † quia sicut iure Regio lucra quæsita constante matrimonio dividuntur, ita etiam ius patronatus constante matrimonio acquisitum dividitur inter eos, *vt tenet Pal. ex Rub. in rub. de don. inter vir. & uxor. § 81. n. 15. & Covar. lib. 3. variar. resol. cap. 19. quos refert & sequitur Baeca d. c. 25. n. 17.*

Quarto, † quia similiter etiam usufructuario universitatis bonorum, cui ius patronatus annexum est, competit ius præsentandi ad sacerdotia, *vt tenent Cæsar Lambert. de iure patron. lib. 1. 2 part. 10. quæst. princip. art. 3. nu. 8. Carol. Molin. dict. § 1. glos. 1. num. 3. quod sequi videtur Roch. de Curt. de iure patronat. ver. ipse velis, nu. 64. Cellsi plura referens consil. 23. n. 2. & alios allegans Baeca d. c. 25. num. 27.* quod verius videtur D. Molin. *lib. 1. de Hisp. primog. cap. 24. nu. 4.* quamvis plures scribentes a præcitatis relati, contrariam opinionem veriorem esse censeant, quod a fortiori locum habet in possessore maioratus, *ut probat. ibidem Molina num. 1. cum sequentibus.* Ergo idem dicendum est in tutore vel curatore respectu decimæ, in quo est usufructuarius per legem fori, quia valet argumentum de toto quoad partem, & econverso, *l. qua de toto, cum simil. ff. de ver. sign.*

Quinto, † quia tutor etiam stante iure communi, quo ei non datur nec debetur salarium, præsentat simul cum pupillo, & præsentatus ab eo, præfertur præsentato a pupillo, si pupillus infans sit. *ut late scribunt Ioan. Andreas & Dotlor in cap. ex eo, de elect. lib. 6. & in cap. 1. de iure patron. Anchar. consil. 355. Palat. Rub. in d. cap. per vestras, §. 42. fuse edit alia notabilia quæstio. num. 3. & alios allegans Baez. d. c. 25 n. 20.*

Sexto, † ex traditis per Matth. de Afflict. *in consuet. Siciliæ, in cap. licentiam, in secunda quæst. a nobis quem refert Baez. d. cap. 25. num. 21.* ubi tenet, quod cum in aliquibus regionibus constitutum sit, ut mulier mortuo marito habeat dimidium fructuum rerum mariti, talis mulier potest præsentare. Ergo & tutor vel curator ratione suæ decimæ respective.

Nihilominus † tamen in hoc primo articulo contrarium est tenendum cum Baeca *ubi supra, dict. cap. 25. nu. 30. & latius ca. 23. n. 23. cum sequentibus.* Imo, quod tutor vel curator non percipiat decimam iuris præsentandi ad Ecclesiam vel sacerdotium; licet enim præsentatio sit in fructu, non tamen fructus hic renascitur, nec aptus est ad alimenta tutoris sive curatoris. Vnde non de hoc fructu intelligenda est lex fori, quæ permittit tutori vel curatori decimam fructuum percipere, sed de illis fructibus, qui sunt apti ad alimenta, ut patet ex eius verbis ibi: *mantenga los de los frutos, y tome para si el diezmo*, & clarius in l. Gothorum fori iuzgo de hoc loquente ibi, *tome para si el diezmo, para que aya en que biva.* Cum enim sit mentio fructuum ad alicuius sustentationem, † non venit ius patronatus nec præsentatio, *vt ex Felin. & Guilielmo Benedict. probat Baec. d. cap. 25. nu. 25.* & refert (relinquens tamen cogitandum) Chassan. *in consuetu. Burgun. rub. 6. des enfans, & c. §. 4. in text. ibi, & fait le dicte femme, & c. n. 5. fol. 216. pag. 2.*

Secundo eadem opinio probatur, quia cum iure Regio tutori vel curatori non dentur omnes fructus pro suo labore & administratione, sed tantum decima eorum, ius præsentandi non potest ad eum transire.

Est † enim ius hoc indivisuum, *c. 1. de iur. patron. & ideo non venit in divisione, vt cum aliis docuit Chassan. in consuet. Burgund. rub. 6. §. 6. an verse sur lamoytr, n. 5. vers. quæro.*

Quinimo, † nec proprie tutor usufructuarius est decimæ partis, sed creditor, nec ei dantur bona, ut eis utatur & fruatur, sicut usufructuario partis rei, sed omnes fructus pertinent ad pupillum, qui decimam ei debet, ut creditori: sed ius patronatus non transit nisi cum universitate, *vt in c. ex literis, de iur. patron.* Ergo, &c.

Tertio, † quoniam appellatione fructuum vel redditum, non veniunt iura, *vt in c. grandi, de supplen. neglig. prælat. lib. 6. ubi notat Dominic. & Alexan. in l. divortio, §. si vir in fundo. ff. solut. matrim. Baez. d. c. 25. n. 29.*

Quarto, † quia ius præsentandi non transit in patrem, *vt cum Ferro, in consuetudin. Burdegal. tit. de iure per-*

sonar. §. 1. fol. 11. probat Baec. dict. cap. 25. num. trigesimo.

15 Quinto, † quia ius patronatus non transit in fideicommissarium, *vt tenet Bart. ad unicum. text. ibi in l. quia perinde, vers. restituta. ff. ad Trebellia. quem sequuntur ibi Paul. de Castr. in lectura Bolonien. & Alexan. nu. 4. & 5. in l. quamvis. §. nihil. ff. eodem tit. ad Trebell. & plures allegans Baec. dict. cap. 25. nu. 31. & sequuntur, & communem dicunt plures, quos ad hoc refert Doctor Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 20. nu. 5. cum sequentib.* ubi eius fundamenta refert. Sed quamvis hæc opinio contra fideicommissarium communis sit, verior tamen est contraria, imo quod in ipsum transeat ius patronatus ratione universæ hereditatis in eum devolutæ sive restitutæ, *vt latissime comprobat & ostendit Doctor Molin. ubi sup. nu. 6. cum sequentib.* non tamen ideo transibit in tutorem vel curatorem ratione decimæ fructuum sibi debitæ, quia in eo cessant rationes prædictæ veritis sententiæ, nempe, quod eidem non devolvatur universitas aliqua bonorum, sed tantum creditor sit decimæ partis fructuum minoris.

16 Sexto, † pro hac parte secunda & renenda, facit, quia conductor fructuum, quem Galli *firmarium* vocant, nō cōsequitur collationes seu præsentationes beneficiorū, *vt in c. ex literis, & ibi Abb. de iur. patron. & idem Abb. in disp. incip. Augerio, & alios plures, quos refert & sequitur Baec. de decim. tut. d. c. 23. n. 32.* Ergo multo minus tutor vel curator, cum tantum creditor sit decimæ partis fructuum. Et ita proculdubio est tenenda hæc secunda pars principalis: tametsi Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 6. §. 4. verb. & fuist la dicta femme, num. 4. verse, sed quæro in ista prædicta*, examinans in utramque partem similem quæstionem, relinquat cogitandum: ad fundamenta partis contrariæ respondet Baec. *d. c. 23. ad fin.*

17 Quoad secundum, † breviter resolvendum est, tutorem vel curatorem decimare posse reddituvel lucrum annuum suo minori competens & proveniens ratione iuris patronatus, & præsentationis iussu, & præcepto fundatoris, quoniam sunt veri & proprii fructus apti ad suppeditandum victum, *ut in terminis probat Baeca d. c. 25, num. 33.* qui, licet loquatur in commodo pecuniario, idem est in alio commodo & redditu apto ad victum, nempe frumenti, vel alterius speciei huiusmodi eadem ratione.

18 Maior dubitatio est, † *an idem sit dicendum in alimentis a iure debitis patrono inopi ab Ecclesia, iuxta text. in c. nobis 25. in fin. de iure patron. ibi, pro fundatione quoque Ecclesia honor profectionis fundatoris servatur, & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste succurratur*, sicut in sacris est canonibus institutum, *c. quicunque 16. quæst. 7.* Ex quibus iuribus ita tenet Goffredus *in summa de iure patron. post princip. 2. colu. & Hostien. in summa eiusdem titul. §. quid competat, colu. 2. verbic. sequitur emolumentum, sinod. Abb. & omnes in rubr. eodem titu. & in dict. cap. nobis, Paul. de Cendin. in tract. de iure patronat. 8. part. 1. quæst. 4. artic. & Roch. de Curt. in eodem tract. ver. & utile, in princ. & alios plures allegans Lambert. de iure patron. lib. 9. 3 3 4. princ. in 1. artic.* ubi in fine, quod hæc est omnium Doctorum communis sententia, dicit etiam communem Doct. Molin. *de Hispan. primogen. dict. lib. 1. d. c. 24. n. 11. sequitur Petr. Surd. in tract. de alimentis tit. 4. quæstio. 24. n. 14. fol. 169. & iterum tit. 9. quæst. 22. nu. 14. fol. 368. col. 2. & alios sapissime, l. 9. tit. 6. lib. 1. Nov. collect. Reg.* Et apud supra dictos est videndum, quomodo hoc intelligi debeat.

Cum igitur Ecclesia dives alere teneatur patrōnum egentem, hocque sit commodum pecuniarium singulis annis & mensibus præstandum, videtur, quod decimam eius percipere possit & debeat tutor vel curator sui minoris, hoc ius patronatus habentis cum prædicto emolumento.

Nihilominus tamen videtur hæc quæstio in proposito decidenda, ex illa, an decima tutori vel curatori danda sit, si fructus adhuc sint tenues, ut præter alimenta pupilli nihil ei supersit, de qua late egimus supra, *hac 3. par. c. 12. per totum.* ubi resolvimus, adhuc decimam dandam tutori vel curatori in prædicta specie, cum alias pupillus habeat, unde se alere possit, & tutor agat de damno evitando, & de compensando suo labore.

Sed adhuc in specie de qua agimus, nempe, de alimentis patrono egenti debitis ab Ecclesia, contrarium crederem esse dicendum, nempe, ut ea decimare non possit tutor vel curator: siquidem sunt necessaria pro sustentatione minoris, & ipse non habeat alias, unde se alat. Non igitur fame perire debet.

Sic etiam videmus, † quoniā Ecclesiæ patronatæ, deductis expensis necessariis pro fabrica ipsius, nihil superest, non tenetur ipsa alere patronum etiam egentem, nisi ex iis, quæ sibi supersunt, deductis supradictis expensis & alimentis, ut probat text. *in c. sita non. in fin. 25. quæst. 2.* & tenet gloss. *in d. c. quicunque vero ad inopiam. 16. q. 7. & late Cæsar Lambert. ubi supra, secundo artic. nu. 2. cum sequentib. nec non & alios allegans Petr. Surd. de alimentis. titul. 6. quæstio. 52. n. 1. cum sequentib. fol. 261.* Ergo ita etiam, nec minor patronus in prædicta specie tenebitur suum tutorem vel curatorem alere, aut ex suis alimentis necessariis partem aliquam ei præstare. Neque oberit, quod tutor vel curator agat, etiam in hac specie de compensando labore suo, & lic de damno evitando: quia cum aliunde sibi subveniri non possit, merito, quod cum onus tutelæ & curæ sit necessarium favore minoris, ne sint aliqui fructus eius, quorum decimam habere debeat, officium tutoris vel curatoris gratis subire & exercere teneatur potius, quam minori omnino egenti alimēta sibi necessaria, nec aliqua pars ipsorū auferatur, quia charitas bene ordinata incipit a seipsa, & ipse habet primum & potius ius ad prædicta alimenta, quam tutor vel curator, cum non sufficiant, nisi uni tantum: quod si alias haberet minor, unde se aleret, Ecclesia non teneretur eidem alimenta præstare, ut patet.

SUMMARIA.

1 *Decimam partuum ancillarum & augmentivel, an deducat tutor vel curator? & num. seqq. per totum caput, præcipue n. 8. cum seq.*
2 *Fructuum appellatione non veniunt partus ancillarum, sed bene appellatione redditunum.*
3 *Heres gravatus restituere fructus deductis redditibus, deducet partus ancillarum, secus si gravatus esset restituere deductis fructibus.*
4 *Partus ancillarum in lucrum editi durante matrimonio, dividuntur inter virum & uxorem, & n. 14.*
5 *Decima fructuum & redditunum minoris, debetur ab, fori tutoribus & curatoribus pro labore.*
7 *Partus ancilla in fructus non sunt.*
8 *Decimam non deducet tutor ex quibuslibet redditibus minoris, sed ex his, qui natura vel functione apti sunt ad alendum pupillum, ut hic.*
9 *Maritus non lucratur partus ancille dotalis, sed in solidum pertinet ad uxorem, ut in n. 10.*
11 *Augmentum rei non pertinet ad usufructuarium, nisi quoad usumfructum, præterquam si sit separatum a re, an qua habet usumfructum, quia tunc nec in augmento habet usumfructum.*
12 *Commissum rei emphyteuticæ, pertinet ad proprietarium, non vero ad usufructuarium.*
13 *Decimam agmentum non deducet tutor vel curator, nisi quoad fructus eius.*
15 *Tutor, qui iure Gallico fructus lucratur, non lucrabitur successione pupilli obvenientia.*

16 *Decimat tutor vel curator glandem, eiusq; redditum.*
17 *Decimat tutor vel curator fructus rei alienari prohibitæ.*
18 *Fructus primogeniti non sunt pars primogeniti, nec videntur alienari prohibiti, ideo communicantur inter virum & uxorem.*
19 *Decimam lucri & negotiationis cum pecunia minoris exercite, an percipiat tutor vel curator?*
20 *Decimam de donatis pupillo tutor non deducet.*
21 *Donatio non dividitur inter virum & uxorem, quamvis fructus eius sint communes.*
22 *Decimat tutor vel curator fructus rei donatæ minori.*
23 *Decimam non deducet curator ex operis & artificio sui adulti.*
24 *Decimam an deducet tutor vel curator ex annuis redditibus sui minoris, quando debitores eiusdem habebant aliquam exceptionem, qua se tueri poterant ad eos non solvendos, & tamen gratis, vel aliàs omiserunt eam opponere, ut minori condonarent?*

CAPUT XXX.

An tutor vel curator decimet partus ancillarum & augmentum rei?

1 QVod tutor † vel curator decimet partus ancillarum, illa præcipuè inter alia ratio persuadere potest.

2 Quod appellatione † reddituum veniunt partus ancillarum, licet non appellatione fructuum, *in Extra glo. in l. deducta, §. hereditatem, ff. ad Trebe. & in cap. grandi, verb. de reddit. bus, de suppleud. negligentia prælat. lab 6. gl. fin. in 6. generali, de elect. li. 6. & in l. frugem, ff. de verbor. signif. sequitur plures referens Baez, de decim. tut. cap. 23. num. 2.* ubi, quod plus comprehendit verbum, *reditus*, quam verbum, *fructus*: verbum enim redditus comprehendit omnes proventus promiscuè, *secundum Card. in clemen. 1. in princ. de excess. prælat.*

3 Vnde † heres gravatus restituere fructus deductis redditibus, deducit partus ancillarum, quos non deduceret, si rogaretur restituere deductis fructibus, *l. in ratione, la 2. ff. ad leg. falc. Imol. & Alex. in l. mulier, §. heres, & in l. deducta, §. hereditatem. ff. ad Trab.* sed tutor & curator non solum decimat fructus, sed etiam redditus pupilli sive adulti, *ut supra probavimus & resolvimus, c. per totum huius tertiæ part. & tenet etiam Baez. d. c. 23. n. 2. ad med.* Ergo decimare debet partus ancillarum.

4 Secundo † eadem opinio comprobari videtur ex aliis, quæ habet, quod partus ancillarum constante matrimonio in lucem editi, dividuntur inter virum & uxorem, ut fuit iudicatum in Regio prætorio Granatensi post longam controversiam, *teste Baez. d. cap. 23. num. 3. & iure probat ibi nu. 15. & Villalob. in arario communium opinionum, litera D. num. 236. D. Acved. in l. 3. & 4. num. 17. 18. & 19. tit. 9. lib. 5. nov. coll. Reg.* Ergo ità etiam videtur, quod dividantur cum tutore & curatore quoad suam decimam.

5 Tertio, † quia si decima fructuum & redditum minoris defertur à lege fori tutoribus vel curatoribus pro labore, maior labor impenditur in educandis servis pupilli, quam in eius redditibus exigendis, ut patet. Ergo à fortiori videtur, ut tutor vel curator deducat decimam partuum ancillarum, quam fructuum & redditum.

6 Nihilominus † tamen contrariam sententiam pluribus fundamentis probavit Baeca, *ubi supra, d. c. 23. num. 4. cum seqq.* Imo, quod tutor vel curator non decimet partus ancillarum: dicens, hoc sibi videri æquius, prudentius, & verbis & menti legis accommodatius & etiam verius.

7 Primo, quia partus † ancillæ in fructu non sunt, *l. in pecudum. ff. de usur. §. in pecudum, Justis. de rer. divis. l. usufructuarius, §. fi. ff. de usur. l. ancillarum. ff. de pet. hered. Pet. Barb. in l. divortio, §. non solum, sub n. 20. ff. solut. matrim. & D. Acved. ubi sup. num. 18.* est optima l. 23. tit. 21. par. 3. ubi ita habetur, *Otro si dezimos que si la sierva, de quien fuesse otorgado el usufructo a otro, oviesse fijo, o si fa, moguer nasciesse despues en poder del usufructuario, non deven ser dezimas del señor cuya la sierva, fueras ende si el señor gelo oviesse otorgado señaladamente que lo oviesse: e esto es por esta razon. Porque como quier que todos los fructos que nacen de las bestias e de los ganados, deven ser de aquellos à quien es otorgado el usufructo de ellos, Empero en el parto de la sierva no es anssi porque segun natura los fructos de todas las cosas, fueron dados, y otorgados para servitio del home. E porende aquel para cuya servitio fueron fallados los fructos de las otras cosas, no seria guisado, nin derecho, que el fuesse comado por usufructo de otri.* Est enim homo dignissima creatura, *l. iustissime, ff. de ædil. edict.*

8 Neque † obstat, quod appellatione redditus veniant partus ancillæ, & quod tutor deducit decimam, ex quibuslibet redditibus, ut in primo fundamento contrario, quia tutor non deducit decimam ex quibuslibet redditibus, sed ex his, qui natura vel functione apti sunt ad alendum pupillum, ut sunt redditus pecuniarum, tritici, vini, olei, cæterorumque fructuum naturalium vel industrialium, non autem ex pretio, quo forte venit ancillæ partus, qui non videtur in lucem editus, ut ex eius pretio pateretur victus, sed ut ministret, & serviendo operas præstet. Neque enim verisimile est, Legislatorem de his redditibus sensisse, sed de fructibus & redditibus, qui quotannis renascuntur ex fundis agrisque, non vero de partu ancillæ, *ut latius prosequitur & probat Baeca d. cap. 23. num. 9.*

9 Secundo, † & præcipue eadem sententia negativa verior efficitur ex eo, quod maritus iure communi non lucratur partus ancillæ dotalis, *l. C. soluto matrim. l. penul. §. manspia. ff. eod. tit. l. 20. tit. 11. part. 4.* ubi cavetur, partus ancillarum non esse mariti, nisi in se periculum damni & mortis recipiat, neque pecorum, licet lucretur fructus & omnes quosecunque redditus, *l. dotis fructus, ff. de iure dot. l. pro oneribus, C. eod. tit.* & tamen dantur pro oneribus matrimonii sustinendis, *ut in dicta l. pro oneribus*, quæ longe maiora sunt, quam onus tutoris & curatoris, ut patet, & tamen maritus non lucratur partus ancillarum. Ergo nec tutor vel curator eos decimare poterit. Nec etiam † partus ancillarum dividuntur cũ marito, sed in solidum pertinent ad uxorem, *l. unica, § sumque, vers. itaque, C. de rei uxor. act.* sive constante matrimonio nascantur, sive post divortium, *l. si marito. 32. §. si. ff. solut. matrim. Petrus Barbos. ubi sup.* Quod igitur in fructu non est, non pertinet ad maritum: sed potius dotem auget, *ut in dict. §. fina. & tenet Baeca d. c. 23. num. 10. quem sequitur Barbos. ubi sup. n. 21.* 10

Sed augmentum † rei non pertinet ad usufructuarium, nisi quoad usumfructum, præterquam si sit separatum à re, in quo habet usumfructum, quia tunc, nec in augmento habet usumfructum, *l. item si fundi, §. sed si insula. ff. de usufruct. Oldr. ad. consi. 229. ad fin. refert plures & sequitur Baez. de decim. tut. c. 42. n. 10.* 11

Et probat † *num. 12.* ex eo, quod si res emphyteutica durante in ea alicuius usufructu, incidat in commissum, commissum pertinet ad proprietarium, non ad usufructuarium, quoniam per commissum consolidatur dominium utile cum directo, directum autem non habet usufructuarius: Ergo ad eum non pertinet commissum. Prætera, commissum est res, quæ venit per modum seperatum: ergo ad fructuarium non pertinet, *sic Guido Pap. decis. 277. utrum proprietarius, n. 3. & alii plures, quos refert & sequitur Baez. d. n. 12.* 12

Et ideo † neque tutor vel curator decimabit augmẽtum, nisi quoad fructus eius, *ut late probat Baeca dicto cap.* 13

cap. 24. n. 10. cum seqq. Ergo non decimabit partus ancillarum, cum non sint in fructu, nec redditus decimabiles dici possint, sed potius augmentum.

14 Non obstat † secundum fundamentum supra in contrarium adductum, scilicet, quod partus ancillarum constante matrimonio nati, dividuntur inter virum & uxorem, iuxta leges huius Regni, quæ omnia lucra volunt inter eos communicari. Id namq; verum est, quoniam præfatæ leges Regiæ non solum fructus vel redditus, sed etiam ipsas met res omnes matrimonio constante lucratas, iubent communicari inter virum & uxorem, & non solum redditus, sed etiam omne augmentum & quæsitum constante matrimonio, ut patet ex ipsissimet legibus. Ergo merito, quod inter Regio partus ancillarum nati durante matrimonio, inter virum & uxorem communicentur & dividantur, quicquid alias esset iure communi stabilitum. At vero tutor non decimat, nisi tantum fructus & redditus, qui renascuntur, non vero augmentum, nec ipsas res quæritas durante tutela vel cura, nisi quatenus ad earum fructus. Ergo nihil obstat prædicta, secundum fundamentum contrariæ partis.

Tertium etiam non obest, quoniam etiam tutor & curator laborat in fundo & in administratione ceterarum rerum, & nihilominus ea non decimat, sed tantum fructus, atq; ideo decimabit redditus operarum servorum, non tamen ipsos servos.

Cum ergo tutor vel curator non decimet augmentum rei pupillaris, sed eius fructus, consequens est, ut partus ancillarum non decimet, sed eorum redditus.

Hinc est etiam † ut licet iure Gallico tutor lucretur 15
fructus, non tamen lucrabitur successiones pupillo obvenientes, quoniam solum lucratur fructus, qui renascuntur, successio autem non renascitur, *ita tenet Chassa. in consuet. Burgund. rub. 6. §. quarto, versic. & similia dicte femme, numero secundo, versicu. quid veniat*, quod & in nostra Hispania verissimum censeo, ut tutor vel curator non decimet successiones pupillo vel adulto obvenientes.

16 Decimabit † igitur tutor vel curator glandem, eiusque redditum, quia dicitur esse in fructu, & appellatione glandis omnis fructus continetur, *l. qui venenum, §. glandis appellatio, l. sylva cædua, §. glans cædua. ff. de verbor. signific. l. una, in fin. ff. de gland. leg. Baer. decis. 51. nu. 6.* estque verissimum, & in terminis tenet Baeca *dicto cap. 24. num. 14.*

17 Similiter † etiam decimabit fructus ex re alienari prohibita.

18 Fructus namque † primogenii non sunt pars primogenii, nec videntur prohibiti alienari, ideo communicantur inter virum & uxorem, *ut fers bit Palat. Rub. in repet. rubrica 2. ca. per vestras. de donat. inter virum & uxor. §. 62. unde lucra. num. 10. & Roderic. Suarez, quos refert & sequitur Baeca dict. cap. 24. nu. 15. & Acved. in l. 3. & 4. n. 27. tit. 9. li. 5. nova collect. Reg.* ubi hoc intelligit, dum tamen sint tales fructus, qui etiamsi non essent de primogenii, communicarentur. Vnde merito quoque, quod eos sibi decimet tutor vel curator, *secundum Baez. ubi supra.*

19 Decimam † quoque percipiet tutor vel curator, si cum pecunia pupilli vel adulti aliquam artem vel negotiationem exerceat, ut lucretur forsan maiores fructus, quam si pecuniam fœnori daret. Ex lucro namque illo decimam deducet, ut æquius esse, & magis conveniens rationi & menti legis affirmat Baeca *dicto cap. 24. num. 61.* in quo subsisto. Imo verius contrarium iudico, nisi vere fructus sint naturales vel industriales, aut redditus & pensiones domorum: hos namque decimabit, non vero aliud lucrum ex negotiatione pecunia minoris proveniens, cum hoc non sit in fructu, qui renascatur, & lex nostra fori, de qua agimus, tantum loquatur de fructibus, non vero de alio lucro, quod non renascitur præsertim, cum posset etiam damnum sequi ex prædicta negotiatione, prout his temporibus fere communiter contingere solet, & tamen tutor vel curator non teneretur refarcire minori damnum inde forsan proveniens, nisi in culpa sit eius. Accedat, quod tutor vel curator tenetur pecunias minoris in emtionem prædiorum, vel redditus secundum morem provinciæ usitatos convertere, *ut supra late alio capite resolvimus.* Horum igitur fructus & redditus decimabit, non vero aliud lucrum ex negotiatione cum pecunia minoris proveniens, quia hoc nulla lege cavetur. Sibi igitur imputet tutor vel curator, qui cum posset, & teneretur pecunias minoris convertere in emtionem prædiorum, vel in prædictos redditus usitatos convertere, in negotiationem, quamvis licitam eas impendit: siquidem lex fori hoc casu non loquitur, & exposuit se periculo amittendi capitale vel partem eius, vel saltem iuri suo deducendi decimam ex fructibus vel redditibus, si, quod prædictum est, fecisset, tacite visus fuerit, aliud faciens renuntiare. Idemque erit dicendum, etiam si non invenerit prædia vel redditus annuos in provincia usitatos, in quæ converteret pecunias sui minoris: adhuc namque eadem ratione, si in negotiationem aliquam eas converterit, luerum inde proveniens non decimabit, nisi vere sint fructus aut redditus, ut prædiximus.

De donatis † autem minori, tutor vel curator decimam non deducet, quoniam res donatæ non sunt fructus, sed augmentum, & de augmento decimam non percipit, *ut supra probavimus.* Denique, & quia ibi nullus est, nec fuit labor tutoris vel curatoris. Sic etiam donatio non dividitur inter virum & uxorem, quamvis fructus eius sint communes, *ut in l. 2. tit. 9. libro quinto, novæ collect. Reg. & ibi Doctor Acved. num. 25. aliàs allegans.* 20 21

Fructus † tamen rei donatæ minori decimabit tutor vel curator, *ita Baez. d. c. 24. n. 18.* 22

Denique † ex superioribus deducitur, quod curator non deducet decimam ex operis adolescentis, puta, si erat opifex vel artifex, cuius officii ratione plura lucrabatur. Cum enim hæc potius dicenda sint lucra & augmentum, vel si dici possunt fructus, non sint fructus rei adulti vel pupilli, de quibus loquitur lex fori, sed potius personales, de quibus ipsa non loquitur, eos non decimabit curator, ut his & aliis fundamentis in terminis probat Baeca *d. cap. 24. num. 19. cum seqq. ad fin. capitis*, dicens hoc esse verius. 23

Postremo † eadem ratione decidit Baez *in d. tractu de decim. tut. c. 28. nu. 13.* elegantem quæstionem illam, scilicet, quod si pupillus habet annuos aureos centum, debitores tamen possunt se tueri exceptione, quo minus solvant, commoti tamen misericordia, vel alio pupilli, non utuntur exceptione uno anno, & aureos centum integre solvunt, an tutor possit eos decimare? Et respondet non posse, quia non ex re sua, sed ex donatione & remissione debitoris, & quia potius est augmentum, quam redditus. Secundo idem probat ex l. *si heres. ff. ad l. Falcid.* in illis verbis *sed & si is, qui solvendo non erat, legaverit, & heres, cum creditoribus decideret, ne si idum solveret, & ob eam decisionem fundum sit, ut aliquid retineret, nihil legatario debetur: quia eam quantitatem non ex hereditate, sed ex decisione habet.* Ampliatque Baez. *ca. 28.* si eam præfatam optionem, sive minor ea consequatur ex misericordia vel liberalitate debitoris, sive ex stupore solventis, sive ex propria industria, *ut inquit notat communis Doctorum in l. tertia. ff. ad leg. Falcid.* Idemque sit esse dicendum, quando debitor solvit deceptus dolo minoris, tum quia fructus non sunt, tum, quia tutor non decimat fructus male acquisitos, sicut nec socius, *l. quod autem, ff. pro socio, discemus late infra cap. seq.* 24

In

In contrarium autem, imo quod in præmissa specie tutor vel curator decimet prædictos centum aureos, facit, quoniam, utcunque sit pupillus, consequitur integra centum tanquam sibi ex reddito debita, unde non est curandum de modo, *l. non unde, Cod. si certum petat.* nec de medietate, *ut in l. 3. ff. de lega. præstand.* cum lex ferri decimam fructuum tutori vel curatori permittens & concedens, generaliter loquatur de fructibus rerum minoris. Ergo hæc centum exacta, ut redditus & fructus sunt decimanda.

Quid tenendum? ego profecto, quoties debitores quacunque ratione moti exceptione aliqua sibi competente usi non sunt, sed integre solverunt absque remissione expressa, eaque certa & clara, verius esse credo & tenendum, quod tutor vel curator prædictos redditus integre sic exactos decimare possit: si vero exceptionem veram & certam opposuerunt vel voluerunt opponere, & postea eam remiserunt, moti misericordia vel alias vel per industriam minoris, vel obstuporem solventis, tunc sequor opinionem Baecæ, quia ea in specie militat eius fundamenta supra relata, non vero in priori: similiterque sequor eius opinionem, quando debitor soluit, deceptus dolo minoris ex ipsius rationibus. Quod si debitores in perpetuum remitterent ius suum, & integros redditus solverent, iam revera fructus rei pupilli essent, decimarique possent tanquam redditus, *ut idem Baec. fatetur ibidem n. 13. ad fin.* & bene.

SUMMARIA

1 *Decimare an possit tutor vel curator fructus vel reditus illicite acquisitos? & numeris seqq. per totum caput, præsertim n. 2.*
3 *Servus non acquirit domino illicite acquisita.*
4 *Acquisita a filio negotiante cum pecunia patris, quomodo sint dividenda?*
5 *L. 3. in prin. tit. 31. part. 6. & l. 7. tit. 4. de las lavores, lib. 3. fori intellectus,*
6 *Filius non communicat cum fratribus illicite acquisita cum pecunia patris.*
7 *Illicite acquisita durante matrimonio vel societate, non sunt communicanda nec dividenda inter virum & uxorem nec inter alios socios.*
8 *Maritus potest restituere illicite acquisita, antequam ad communionem ea adducat.*
9 *Tutor potest recusare solutionem rei illicite acquisitæ pupillo faciendam, cum teneatur ad eius restitutionem.*
10 *Res illicite acquisita non sunt dividendæ, quamvis aliæ lucra sint dividenda ex dispositione legis vel hominis.*
11 *Tutor qui aliquid usurarie acquisivit, tenetur illud restituere, etiamsi pupillus id possideat.*
12 *Proxeneta, quo mediatore res acquiritur, tenetur ad restitutionem usurarum.*
13 *In dubio semper bona præsumuntur licite acquisita.*

CAPUT XXXI.

An de illicitis fructibus vel redditibus tutori vel curatori decima debeatur?

1 Opportune † se nobis offert quæstio illa examinãda, *an tutor vel curator possit decimare fructus vel reditus illicite acquisitos, puta usurarios?*

Et prima quidem facie videtur posse ex generalitate *l. fori*, de hoc agentis: siquidem hi sunt fructus & reditus quotannis exigi & reddi soliti, ex quibus minor alitur: ergo tutor vel curator de decima quoque eorum alendus est.

Accedat etiam, quod eadem ratio hic militat, scilicet laboris, administrationis. Ita enim tutor vel curator in his exigendis & administrandis laborat, sicut in iustè acquisitis. Idem ergo ius statuendum est in utrisque, *argumento l. illud, cum simil. ff. ad legem Aqu.* Denique præfata *l. fori*, concedens decimam fructuum tutori vel curatori, non respexit ad modum acquisitionis bonorum pupilli, ut iuxta eam concederet eius tutori vel curatori decimam, si iuste quæsita forent vel eam denegaret, si illicite quæ rerentur: sed tantum consideravit fructus ipsos & redditus. Eorum namque, utcunque acquisitorum, decimam concessit administratoribus minorum, suorumque bonorum tandem tutor tenetur usuras exercere, *ut in toto titu. C. de usur. pupill. & l. ab Ivnius, & ibi Doctores. ff. de administ. tut.* ergo, etiamsi redditus sint usurarii, tutor poterit eos decimare.

Postremo facit, quia pupillus eiusque tutor vel curator, quoad acquisitionem fructuum & redditum bonorum ipsius minoris respective, eodem iure censendi sunt, minor pro novem partibus, tutor vero vel curator pro decima: siquidem ita per *l. fori*, inter eos dividuntur fructus & reditus per nomina numeralia, & partes quotativas, licet diverso iure eisdem quærantur. Minori namque ratione dominii, tutori vero vel curatori ratione laboris in administratione impensi: Sicut ergo pupillus habet suas novem partes fructuum & redditum illicite acquisitorum & penes se remanent cum onere restituendi, ita etiam videtur, quod decima eorum penes tutorẽ eius vel curatorem cum eodem onere remanere debeat, quia æquiparatorum æquiparata esse debet dispositio, & ne una & eadem res diverso iure censeatur, contra regulam iuris *l. eum, qui adeo. ff. de usucap. eum simil.*

His tamen non obstantibus, contraria sententia in specie nostræ quæstionis procul dubio tenenda est ut verior & savior, imo quod tutor vel curator non possit deducere decimam ex redditibus vel fructibus illicitis, quomodocunque illicite acquisiti sint. Primo. 2

Quia, † licet quicquid servus acquirit, domino acquirat, hoc tamen totum non habet in illicite acquisitis, *l. quod servus. ff. de acquir. possess.* 3

Secundo, † quia licet acquisita à filio negotiante cũ pecunia patris, sint communicanda inter patrem & filium, *iuxta glo. in l. eum oportet, in princ. ver. ex eius substantia, ibi, sed quid, C. de bonis, qua lib. ubi Bart. num. 3. & communiter Doctores, idem Bar. in l. 1. §. sed neque Castrens. ff. de collatio. bonor. idem Bart. in l. si tibi decem, §. si pullus, num. 5. ff. de pact. & in l. illud, C. de collatio. num. 2.* ubi quod hoc debet intelligi de lucro, quod fit ex pecunia patris deducto labore personæ, & quod communis usus in illi terra se habet, quod de eo, quod quis lucratur cum pecunia alterius, medietas attribuatur propter laborem personæ lucrantis, & altera medietas pecuniæ. Illud vero, quod filius acquirit, quod attribuitur personæ propter laborem, est adventitium: illud vero, quod attribuitur pecuniæ, sit profectitium. Et eum Bartol. in hoc videtur esse receptior opinio secundum Dec. *in dict. l. illud, numer. 12. & Menoch. de arbit. iudic. libro 2. centuri. 2. casu 126. num. quarto, ubi alios allegat & sequitur Anton. Gomez, in l. 29. Tauri, num. 24.* ubi ex hoc ad plurima infert quotidiana & utilia, & distinctionem Bartol. *ubi supra*, & glossæ opinionem veriorem & magis communem appellat Ayor. *de partit. 3. par. quæst. 2. n. 4.* 4

Sed ubi non est hæc consuetudo, lucrum huiusmodi est dividendum arbitrio iudicis, qui hoc considerabit, an filius plus vel minus medietate lucri habere debeat pro suo labore, *ut tenent plerique omnes in dicta leg. eum oportet, in princip.* ubi Corneus *colum. 2.* dicit communem, *& consilio 130. volum. 2. col. 2.* communem quoque profitetur Socin. *consilio 92. num. 15. volumin. 1. Curt. in l. frater à fratre, num. 72. ff. de condict. indeb. & Rip. in l. 18*

l. in quartam. num. 157. ff. ad leg. Falcid. sequitur Jas. in l. si tibi decem, §. si pullus, num. 7. ff. de pact. fit hanc receptionem appellat plures allegans Joan. Oros. *ibi num. 3.* ubi refert, opinionem glossæ esse communem, item & opinion. Bartol. *ubi supra*, & tandem Oros. *num. 4.* ponit hanc suprædictam concordiam, ut prius consuescudo, posset arbitrium judicis considereturque, ibique refert duas rationes, quare inter patrem & filium dividatur prædictum lucrum: & limitat duobus modis eandem sententiam, scilicet quod respectu operarii filii dicatur advenditium, sive dividendum secundum consuetudinem, sive arbitrio judicis. dicit communem plures referens Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 15. part. 6. in glos. Mercaderia*, ubi refert Socin. ubi supra distinguentem in hoc quinq; casus, quos sequitur. Dicit etiam communem D. Castellus *in l. 29. Taur. glos. 1.* sequitur alios referens Menoch. *ubi supra, num. 5.* dicens, *num. 6.* quod judex pecuniæ quantitatem & industriam considerabit, & si unam ab altera parum distare animadverterit, æqua lance lucrum dividat: si vero industris pecuniæ lucrum accedat æquum erit, ut tantundem deferat judex patri, quantum pecuniæ quantitas ratione temporis, & quasi aratis personarum lucrari potuit, & residuum filio adjudicet, *ut egregie respondet Ang. consil. 112. bona acquisita.* Et quod hæc ratio in casu contrario eadem ratione inenda est, credit quoq; Menochius *ubi supra num. 7.* pariter judicis esse arbitrium, cui adiudicandum illud sit, quod ex bona & inspecta fortuna obvenit contra Socin. *consil. 182. colum. 2. libr. 2.* existimantem, patri esse adjudicandum, cum patris nomine negotiatum esse præsumatur, quod minime verum esse opinatur Menochius, cum filius nomine potius proprio, ut sibi acquirat, quam patris negotia tractare videatur, *ut ibi probat & eandem Ayora ubi supra. num. 2. & 3.* Ita cum Bart. & glos. *ubi supra*, & magis communi rem hanc resolvit. *Que las ganancias que eviere hecho con dinero del padre, si es cierto que se hizieron con el dinero, sin la industria y trabajo del hijo, en tal caso se han de dividir entre los herederos, como peculio y bienes del padre, como si oviesse dado aquellos bienes a cambio, o a perdida y ganancia de compannia, o otro contrallo semejante. Pero si fuesse cierto que se ganaron con el trabajo e industria del hijo, y no con los dineros del padre, en tal caso serian las ganancias del hijo, y no de los herederos del padre: Pero que en caso de duda se ha de dezir que lo que dio el padre para los herederos, todas las ganancias se partiran, la mitad para el hijo, por la industria y trabajo de su persona, y la otra mitad para sus herederos del padre.*

5 Nec † suprædictis obstat l. 3. *in princ. tit. 15. part. 6.* ubi dicitur, *Todas las cosas que el hijo ganare en mercaderia con aver de su padre seyendo en su poder todas las deve adunar a particion con los otros bienes, que fueron de su padre, e partir las con los otros hermanos:* quæ lex revera videtur approbare opinionem glos. *dict. l. eum oportet, ut habetur etiam in leg. 7. tit. 4. De las labores, lib. 3 fori*, & corrigere suprædictam communem opinionem Doctorum, quę habet, quod quatenus lucrum attribuendum est pecuniæ, dicatur profectitium, & quæratur patri, quatenus vero industriæ & labori filii, adventitium, & quæratur filio quoad proprietatem, & non conservetur fratribus post mortem patris. Et ita voluit Castell. *in l. 29. Taur. in 1. glos.* & etiam videtur corrigere aliam communem sententiam, de qua supra, quæ habet, quod ubi non est consuetudo dividendi lucrum prædictum pro medietate, dividendum sit arbitrio judicis.

Non inquam obstant dictæ leges Regiæ suprædictis communibus sententiis & doctrinis, quoniam primo respondet Gregorius Lopez. *in dict. l. 3. in glos. Mercaderia, circa finem.* quod forte attenta æquitate restringenda sit ad quinq; casus, de quibus per Socin. *d. consil. 92. volum. 1. quos ibi refert & sequitur Greg. Lopez*, secundo respondet Anton. Gomez, *in dict. l. 29. Taur. num. 24.* quod dict. l. 3. non corrigit suprædictam communem sententiam, sed quod intelligatur, quando filius lucravit sine opera. Sed quia hæ solutiones divinant, accipere tertiam eis potiorem, scilicet, ut dictæ leges Regiæ intelligantur, quando filius ut institor, patris suo nomine negotiatur, alias servanda sunt communis, *ita in terminis respondet Joan. Oros. in dict. l. si tibi decem, §. si pullus, n. 6. ff. de pact. & ante eum Mont. al. in dict. l. 7. fori. in gloss. Con el aver del padre.* Quarta autem & planior erit, ut intelligantur dictæ leges Regiæ juxta prædictam distinctionem, de qua supra, quæ videtur æquissima, *ita Ayora, ubi supra, num. 3. fol. 123. colum. 3.*

Hæc tamen † omnia, licet ita se habeant (& nunc ad rem) non tamen procedant in illicite a filio acquisitis cum pecunia patris, quia hæc non communicabit filius cum fratribus, *ita tenet Bart. per textum ibi, in dict. l. quod servus, num. 2. & in dict. leg. illud, num. 2. C. de collat.* & est communis opinio, *secundum Joan. Oros. in dict. leg. si tibi decem, §. si pullus, num. 5. & refert plures Baeca dict. cap. 26. num. 3.* Ergo ita etiam tutor vel curator non decimabit illicite acquisita per usuras, vel alias ex pecunia minoris. 6

Tertio, † quia sic etiam illicite acquisita durante matrimonio vel societate, non sunt dividenda nec communicanda inter virum & uxorem, vel inter alios socios, *l. quid autem, ff. pro soc. l. 2. & 3. tit. 10. partis 5.* Ita docuit in marito & uxore Palat. Rub. *in rubrica de donat. inter virum & uxor. §. 65.* limitabis & Rodericum Suarez. *in tit. De las ganancias, 4. limit. 21. Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 2. ver. & acquest. num. 10. versic. 8. limita. quos refert & sequitur Baeca dict. cap. 26. num. 3. & ulter. eum Rebuff. in compendio alien. rerum eccles. num. 29. & Didac. Perez. in l. 2. tit. 4. libr. 5. Ordinam. pag. 162. versic. quæritur, Doctor Azeved. to leg. 2. num. 6. tit. 9. lib. 5. nova collect. Reg. & Joan. Garsia de conjugal. acquest. num. 71.* 7

Imo † maritus illicite acquisita potest restituere, antequam ad communionem ea adducat, *secundum Palat. Rub. ubi supra, & Baec. alios allegantem dict. cap. 26. nu. 8. nec non & Azevedo ubi supra, & Joann. Garsi. dict. num. 71.* Ergo ita etiam tutor sua non faciet nec pupilli illicite acquisita. 8

Imo † ante traditionem illorum pupillo faciendam poterit, si velit recusare solutionem illi faciendam rei illicite acquisitæ, cum teneatur ad eius restitutionem, *secundum Cynum, Alberic. & Salyc. in l. novissime, C. de administr. tut. quos ad hoc refert & sequitur Baec. dict. cap. 26. numero 7.* 9

Quarto, † & magis interminis hæc nostra principalis sententia probatur ex doctrina Pauli Castrens. *in l. 3. ff. ad leg. Falcid.* quæ habet, quod si lucra sunt dividenda inter aliquos ex dispositione legis vel hominis, resilicite acquisitæ non sunt dividendæ, quæ doctrina est communiter approbata, *teste Alexand. in dict. leg. 3. & consilio 77. libro 5. secundum Baecam ubi supra, numero 4.* 10

Accedat & quinto, quia tutor vel curator tantum decimat fructus rei pupillaris, pupilli autem non censetur, quod ab eo auferri possit, *leg. qui concubinam, §. si heres, ff. de legat. 3. glos. in l. non quocunq; §. 1. ff. de legat. 1. Late laf. in d. l. non quocunq; in princ.* 11

Sexto facit, † quia tutor, qui aliquid usurarie acquisivit, tenetur illud restituere, etiamsi pupillus id possideat, *gloss. in cap. final. 48. distinctione, & alios allegans Baeca dict. cap. 26. num. 6.* ubi † quod etiam proxeneta, quo mediatore res acquiritur, tenetur ad restitutionem usurarum, & utrumque ibi probat. Cum ergo tutor teneatur restituere reditus illicite acquisitos, non est admittendus, si eorum petat decimam, *argumento l.* 12

dolo fecit. ff. de regul. jur. & quia in pari causa carpitur dilatio potior est conditio possidentis, *l. 2. C. de cond. ob turp. caus. cum similibus*, quibus fundamentis hanc partem ut veriorem merito probavit Baeca *dict. cap. 26. num. 2. cum seqq.* ubi *num. 9.* respondet ad illud fundamentum contrarium, nempe, quod tutor debeat & teneatur usuras exercere, quod hoc hodie non procedit, sed tantum potest rem pupilli otiosam fœnori licite tradere, *secundum Bart. Imol. & Molin. quos ibi refert*, quod etiam nos late resolvimus, *supra 2. part. cap. 9.*

Cetera etiam fundamenta in contrarium adducta cessant, data illicita acquisitione fructuum, cum ipsa omni jure, præcipue canonico, & etiam civili non viori sit prohibita, nec lex fori, de qua agimus in hac tertia parte hujus tractatus, de prædict. illicita acquisitione fructuum aut reddituum censsse censenda est, sed de licite quæsitis, quia in dubio semper bona præsumuntur licite acquisita, † *argumento l. merito. ff. pro Soc. Baldus l. cum oportet, column. 2. Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 61. limitabis, num. 9. versic. in dubio tamen, & Baeca d. c. 26. ad fin. cap.*

13

SUMMARIA.

1 *Decimam fructuum vel reddituum ecclesiasticorum minoris, an deducat tutor vel curator? & num. seqq. per totum caput resolvitur negative.*

2 *Tutor datus à judice secular. non habet potestatem in bonis spiritualibus vel ecclesiasticis pupilli competentibus.*

3 *Statuta laicorum etiam generalia & pro utilitate ecclesiæ, non ligant clericos.*

4 *Pater tenetur reddere rationem filii de fructibus castrensibus vel quasi castrensibus, prout sunt prædenda filii tanquam extraneus, quia in eis non habet usumfructum, ideoq. tenetur eos præcipuos restituere ipsi filio.*

5 *Filiusfamilias clericus per susceptionem sacrorum ordinum non liberatur a patria potestate quoad temporalia, sed quoad spiritualia bene liberatur ab ea.*

6 *Tutor vel curator datus à judice ecclesiastico minoris clerico ad sua bona administranda salarium condignum habere debet, vel decimam per imitationem legis civilis, quia deficit in hac specie ius Canonicum.*

CAPUT XXXII.

An tutor vel curator decimam deducat fructuum, vel reddituum Ecclesiasticorum minoris?

1 MINOR habens † fructus vel redditus ecclesiasticos sacerdotii vel pensionis annuæ, quæ auctoritate Apostolica reservata sub tutela vel cura fuit, quæritur, *an sicut de fructibus & redditibus profanis tutor vel curator decimam habere debet, sic etiam & de fructibus & redditibus ecclesiasticis?* Hanc quæstionem examinat Baec. *de decim. tut. cap. 24. num. 1. cum sequentibus*, & tandem resolvit verius esse tutorem vel curatorem non posse decimare fructus beneficii ad pupillum vel adultum pertinentes, eo solum motus fundamento, quod tutor datus à judice seculari, non habet potestatem in bonis spiritualibus, vel ecclesiasticis pupillo competentibus, nec potest integrare personam minoris sui clerici, *ut docet Aarba in cap. si annuum decimum quartum, de judic. lib. 6. & ibi Dominic. & Francius*, addentes, quod tutor testamentarius, vel dativus non potest litigare pro beneficiis sui pupilli *Chassan in consuetud. Burgund. rubr. 8. §. 5. versic. & primo, numero 31. columna 2.* facit glossa *in dict. cap. si annuum, verb. eisdem*, quæ habet, quod licet in pluribus casibus sufficiat auctoritas patris, *ut in l. cum oportet, & in l. cum non solum, C. de bon. quæ lib.* illud verum est in bonis patrimonialibus, non in ecclesiasticis, in quibus neque auctoritas Imperatoris sufficeret, nec cuiusvis alterius iudicis profani, *ut in capit. bene 96. distinctione, & ut si clerici. de judic. l. ubi a quo. §. fi. cum l. seq. ff. ad Trebellia.* Cum autem tutor vel curator in bonis ecclesiasticis ad pupillum pertinentibus nullam habeat potestatem administrandi, deficit ratio legis fori, quæ pro labore concedit administratori decimam fructuum, deficiente autem ratione legis, deficit & ipsa lex, *text. in c. cum cessante, de appell. cum simil.* Tutori præterea, qui non potest administrare, quia deficit ei facultas legis, non est danda decima, *ut supr. resolvimus hac tertia parte, c. 8. num. 8. cum sequentib.* Ergo non debitur ei decima ex supradictis fructibus & redditibus ecclesiasticis.

2

Sed pro contraria parte facit generalitas *dict. legis fori*, quæ non distinguit. Ergo nec nos distinguere debemus, *l. de pretio. ff. de public. iuris. & ita d. non distinguemus, ff. de arb. cum simil.*

3

Urget præterea pro hac parte affirmativa ratio finalis eiusdem legis fori in ea expressa, nempe pro labore administrationis. Certum namque est, quod tutor vel curator ita laborat in administratione fructuum beneficii sui minoris, & in exactione reddituum ipsius vel pensionis annuæ, sicut in administratione & exactione bonorum & reddituum profanorum. Ergo cum sit in omnibus eadem ratio, eadem juris dispositio in verisq; servanda erit, *argumento l. illud, cum similib. ff. ad legem Aquil.*

Tertio expendo pro eadem opinione verba dictæ legis fori, ibi, *Reciban a ellos, y a todos sus bienes*, & ibi, *y de los seguralos con todos sus bienes a algun home bueno.* Ergo omnia bona comprehenduntur: deinde dum dicit, *Y quien quiera que los tenga, mantenga los de los frutos, y tome para si el diez mo de los frutos por razon de su trabaxo.* Iraq; de fructibus, quibus ali debet minor, & de redditibus beneficii vel pensionis annuæ, alendus est minor, sicut de profanis, vt patet: Ergo de omnibus his decimam habere debet tutor vel curator.

Quæro considero, quod decisio text. *in d. cap. si annuum, n. 14. de judic. lib. 6.* quæ habet, quod in spiritualibus non curatur patria potestas, ac proinde non est necessaria tutoris vel curatoris ad bona auctoritas, sed maior quatuordecim annis potest per se vel per procuratorem agere & defendere causam spiritualem, minor vero quatuordecim annorum per curatorem ad lites sibi constitutum per Episcopum vel per officialem ipsius, loquitur quoad actus iudiciales, non vero in administratione & exactione bonorum & reddituum extrajudiciali, quæ quidem temporalis est, non vero spiritualis.

4

Nihilominus † tamen omnibus rectè pensatis & tuminatis, prior opinio negativa verior videtur & tenenda, tum ex supradictis: tum etiam & fortius, quia clerici sunt de foro ecclesiæ, ideoque statutis laicorum non ligantur, *c. fin. de rebus eccles. non alien. ea. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* quamvis statutum sit generale & vtile ecclesiæ, ac propter fraudes vitandas, vt ibi contra Bartol. in specie notat Abb. *num. 1.* etiamsi sint in minoribus ordinibus constituti, *ut late tradit ibi Philip. Dec. n. 6. & Bald. in c. cum venissent, num. 6. de eo, qui mitt. in possess. cum sit res servq. quæ refert & sequitur Didac. Perez. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. colum. 1230. versic. fallit 5. & colu. sequen.* vbi, quod pater de fructibus † castrensibus vel quasi castrensibus teneatur reddere rationem filio tanquam extraneus, & quod pater in bonis ecclesiasticis nullam habet vsumfructum, & quod tenetur eos restituere præcipuos ipsi filio, vel valorem ipsorum, *secundo Abbatem & Card. quos refert & tenet Bar. in l. litis contestatæ tempore, § fin. n. 1. ff. de neg. gest.* dicens, quod si pater administravit bona prædenda filii, tenetur ei actione ne-

5

6

ne negotiorum gestorum reddere rationem administrationis, *ut in l. sacrosancta, C. de sacrosanct. eccles.* vbi dicitur, quod istæ prædendæ habentur loco peculii quasi castrensis, vel quasi: *sequitur Rodericus Suarez in quæst. major. ad fin. post repetitionem*, ubi ejus addit, citat. Barbat. *in rubr. de peculi. cleric.* & Bald. *in l. 3. §. si quis minor, in secunda lectura. ff. de minor.* dicentem non acquiri patri illo modo, quod filius consequiturex fructibus huæ prædendæ, quod etiam tenent alii Doctores, estque verissimum.

Duo igitur ex hoc fundamento prioris partis negativæ deducentur, quæ nimis eam confirmant & premunt. Primum, quod supra dict. *l. fori*, non ligat clericos in suis bonis, redditibus & fructibus ecclesiasticis & spiritualibus, nec eos potuit ligare, quia nimo nec de eis loquitur, nec fuit eius mens loqui, sed tantum de illis fructibus, super quibus habebat facultatem disponendi, nempe, de profanis, secundum quod pater non habet usumfructum bonorum spiritualium filii clerici: licet enim filius clericus per susceptionem sacrorum ordinum non eximatur à patria potestate, *ut in dict. l. sacrosancta. 22. C. de episcopis & cleric. & tenuit Covar. in cap. quia nos, n. 5. de testament.* & est communis opinio, ut contra nonnullas glossas † testatur Didac. Perez. *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. colum. 112.* & nos cum eo *in repet. §. filii, num. 6. Institut. de hered. qualit. & diff.* quod à fortiori procedit in filio simul constituto in minoribus ordinibus, Attamen hoc verum est & procedit, quoad temporalia, non vero quoad spiritualia. Horum namque respectu clericus non retinet patriam potestatem, hæc est communis opinio & intellectus secundum Jason. *colum. final. & Oroscium, nu. 11. in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. diximus, ubi supra, num. 1.*

Cum ergo paterfamilias non habeat usumfructum in bonis spiritualibus filii, hoc est, facerdotii vel pensionis annuæ ecclesiasticæ, *ut probavimus*, nec tutor aut curator auferre debet decimam eorum.

Non obstant modo fundamenta contraria, quia omnia cessant ex secundo fundamento nostræ sententiæ negativæ.

6 Posset autem † hæc nostra & tenenda sententia limitari in tutore vel curatore dato à judice ecclesiastico minori clerico, habenti sacerdotium vel pensionem annuam ecclesiasticam, administranda prædicta sua bona ecclesiastica redditusque & fructus ecclesiasticos recuperandos & exigendos, quod fieri potest & debet, si tutor vel curator eidem detur à judice ecclesiastico, non vero à seculari, *ut probavimus, supra in primo cap. huius operis de tutel.* Tunc namque tutor vel curator hic habebit potestatem legitimam administrandi prædicta bona spiritualia, eorumque fructus & redditus recuperandi, sicq; cessabit fundamentum Baecæ & nostrum, ac proinde justum salarium pro labore administrationis eidem tutori vel curatori à judice ecclesiastico cum constituente assignari debet, vel decima fructuum, imitando legem fori deficiente jure canonico, *argumento cap. 1. & 2. de novi operis nuntiat.* vel aliud æquum pro modo facultatum & laboris assignando. Cum e contrario deficiente jure civili, recurrendum sit in foro seculari ad jus canonicum, *ut late de utro, asit Didac. Perez. in quæst. 3. præmiad.* Non igitur ligabit in hac nostra specie, *dict. l. fori* clericos, nec eius dispositione utendum est, tanquam legis auctoritatem habente, quoad spiritualia, sed imitative permissione juris canonici, tanquam ipso in hac specie deficiente; vel saltem aliud condignum pro labore administrationis arbitrio judicantis assignandum erit.

SUMMARIA.

1 *Decimam an tutor vel curator deducat ex fructibus debitis minori, & alis copulative vel alternative in solidum & numeris sequentib. per totum caput, præcipue num. 4. 5. & 8.*

2 *Stipulatio vel promissio facta in favorem stipulantis, & tertii extranei copulative de decem, an valeat de jure communi & Regio, & in quo valeat? & num. 4. & quid quando alternative? num. 7.*

3 *Copula posita inter personas honoratas vel gravatas, semper dividit inter eas debitum pro rata.*

CAPUT XXXIII.

An tutor vel curator decimam deducat ex fructibus debitis minori, & alis copulative vel alternative in solidum?

1 QUOAD † primum, quando fructus vel redditus debentur copulative minori & alii in solidum, *Baec. de decim. tutor. cap. 27. num. 1. cum sequentibus* concludit, verius esse, tutorem non posse hos reditus decimare, quoniam si correus prius agat, fructus sibi acquirit, *ut inl. ex duobus. ff. de duobus reis.* Cum ergo ad correum pertineant, non vero ad pupillum, æquum est, ut tutor non deducat inde decimam, cum non sint pupilli, quia verba sunt intelligenda cum effectu. Præterea si in prædicta specie correus credendi, fructus sibi & pupillo debitos recipiat, non possunt dici fructus pupilli. Quamvis si tutori & pupillo deberentur aliqui fructus tanquam correis, & tutor nomine suo contestaretur litem, priusquam curator, qui ad illam rem peculiarem pupillo datus est, certe tutor fructus integros sibi habebit, nec illi fructus poterunt ei imputari, ut habeat pro decima fructuum ceterarum rerum, quas administrat; quoniam fructus, quos recepit, debentur ipsi in solidum, sicut pupillo, & melior est conditio ejus, qui prius litem contestatur, *l. ex duobus. ff. de duobus reis, hac Baeca, ubi supra.*

Ego vero decisionem huius quæstionis deducerem ab illa, *an stipulatio & promissio facta in favorem stipulantis & tertii extranei copulative de decem, valeat, & de jure communi & Regio, & in quo valeat?* Vt inde facile pervenire possimus ad cognitionem nostræ quæstionis, quare breviter in illa resolvendum est, quod prædicta stipulatio & † promissio intelligitur tantum facta in persona virtusque in solis decem; unde de jure communi valebit in persona stipulatoris pro medietate & sic in quinque. In persona vero tertii erit inutilis respectu alterius medietatis sibi contingentis, quia alteri per alterum non acquiritur stipulatio, *l. stipulatio ista, §. alteri; vers. cum quis ita. ff. de verb. oblig. & ibi gl. & communiter Dd. text. in l. unic. qui ita, in pr. & in l. si mihi & Titio, eod. tit. & ibi communiter Dd. bonus text. in l. 3. §. si quis ita, ff. de eo, qui cert. loc. text. in §. quod si quis, inst. de inut. stip. & ibi gl. Ioan. Faber & communiter Dd.* Copula † namque posita inter personas honoratas vel gravatas, semper dividit inter eas debitum pro rata & sic viriliter, *l. reos, §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. d. testamento. ff. de leg. 1. l. 1. C. si plur. una sententia fuerint condemnati.*

2

3

Iure † tamen Regio valet talis promissio in virtusque persona, *per l. 2. tit. 20. lib. 5 nova collect. Reg. Pars est enim, & æquibet poterit agere pro medietate. Ita in terminis virumque tenet Ant. Gom. 2. tom. variar. ca. 11. de qualitat. contract. n. 19. Gregor. Lopez. leg. 7. gl. 2. post med. tit. 11. part. 5. Matienz. in d. l. 2. glos. 3. nu. 7. & ibi Azeved. num. 36.* Idem esse censeo etiam de jure communi, quando duobus præsentibus copulative fieret promissio. Vnde iuxta hanc resolutionem in quæstione præmissa, de decima tutoris vel curatoris, procul dubio ille decimabit medietatem fructuum minori competentem: licet enim alter reus credendi, prius litem contestetur;

4

fietur, ut omnes fructus exigat & recipiat, nihilominus minori pertinet medietas ipsorum, quam recuperare debet eius tutor vel curator à debitore, vel à correo credendi, qui eos in solidum exigit. Recuperata igitur pro pupillo medietate eorum, eam iuste decimabit tutor vel curator ratione sui laboris & administrationis: Idemque dicendum est, si tutori & pupillo fructus, vel redditus simul debeantur, eosque in solidum exegerit tutor vel curator suo nomine. Cum enim medietatem eorum, teneatur suo pupillo vel adulto reddere, eos sibi decimabit. Dico, medietatem eorum minoris competentem.

Et hæc speculative recte & iure optimo procedere videntur, cessaque ex eis fundamenta controrsis fabricata per Baecam: Verum considerando nostram quæstionem iuxta actum practicum & ipsam met veritatem, ego ita eam definirem.

5 Nempe † ut fatetur veritati, ita ut siquidem revera iuxta actum inter partes fructus redditus quotannis debiti minori, & illi copulative in solidum vel pro parte, pertinent vel pertinere debeant in solidum, vel pro parte tertio; minori vero nihil, vel aliqua pars tantum, quamvis fuerit nominatus & adjectus obligationi, tunc solum decimabit tutor vel curator partem minori pertinentem, quam exegit tutor vel curator, vel nihil, si ad minorem revera nihil debebat pervenire, juxta actum & intentionem partium. fructus vero ad tertium pertinentes omnino decimabit. Si vero fructus vel redditus in solidum pertinent ad minorem, utique revera sint, & eos exegerit tutor vel curator, omnes eos decimabit. In dubio autem, quando nihil fuit actum à principio in prædicta stipulatione & promissione fructuum copulative facta minori & tertio circa divisionem eorum, tunc habebunt locum superiora, nempe, ut jure Regio, quilibet possit agere pro medietate fructuum, & tutor vel curator decimabit tantum medietatem fructuum ad minorem pertinentem, quam ipse tutor vel curator exegerit.

6 Quoad secundum, † quando promissio facta est Titio aut Seio alternative: & tunc jure communi attento, illi Seio nulla quæritur actio vel obligatio, sed totum & in solidum quæritur Titio, & ille Seius censetur esse adjectus solutioni, nudusque minister ad solutionem recipiendam: Itaque hic adjectus non poterit agere in judicio, novare, acceptum ferre, nec aliquid circa debitum facere, sed tantum solutionem recipere, *l. quoties stipulatus, ff. de solut. & in l. Seychum aut Pamphilum. §. quæsitum, & in §. adjecto actum, eadem tit. cum plurib. similib. & in l. 7. tit. 11. partit. 5.* Quod procedit, etiamsi talis adjectus sit pupillus. Potest namque recipere solutionem sine auctoritate tutoris. *text. in l. si stipulatus fuero mihi aut pupillo, ff. de solut.* & etiam si adjectus sit servus, *text. in l. si stipulatus fuero mihi aut Seycho, ff. de stip.* Et talis obligatio non quæritur domino, nec talis adjectus potest prohiberi recipere solutionem per principalem creditorem, sed imo etiam eo invito poterit debitor illi adjecto solvere. *l. vero procuratori, §. 1. ff. de solut. & ibi Bart. text. in l. illud, eodem tit. & in §. plane. Inst. de inutil. stipul. l. 3. tit. 14. partit. 5.* ubi aliquæ limitationes ponuntur, & *latius per Anton. Gom. & Alatum citatum.*

7 Hodie † tamen in his Regnis *ex dict. l. Pareciendo* ille tertius non erit adjectus, sed ei quæritur actio & obligatio pro medietate debiti. Quod intelligi debet, quod ille tertius esset nominatus & adjectus principaliter ipsi dispositioni & substantiæ obligationis, ut si quis promisit Titio aut Seio: secus vero, si sit nominatus & adjectus ex sequutioni actus, & soli solutioni, ut quia promisit Titio decem, quæ promisit solvere Tino aut Seio, quia tunc ei non quæritur jus vel actio pro aliqua parte, sed tantum erit simpliciter adjectus & nudus minister ad solutionem recipiendam, sicut de jure communi, & hoc casu habebunt locum, & procedent etiam hodie de jure Regio omnia supra dicta in materia adjecti, nec aliquid erit correctum, per *d. l. Regiam.* Hanc totam resolutionem in hac secunda præsenti quæstione tenet Anto. Gomez. *secundo tomo variarum resolut. capit. 11. de qualit. contract. un. 20. per totum, & Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 11. partit. 5. glo. 2. & Matienc. in dict. leg. 5. glossa 5. numero octavo, cum sequentibus, tit. de libr. 5. nov. collect. Reg. & ibi Azeved. numer. 37. & 38. vbi alios allegat.*

Ad rem igitur, † quando pupillus seu adultus, & alius alternative sunt correi credendi fructuum vel redditiuum annuorum, tunc tutor vel curator minoris decimabit tantum eos fructus vel redditus, qui revera ad minorem pertineant, juxta intentionem & actum contrahentium, & per ipsum tutorem vel curatorem exactis recuperati fuerint ipsi minori: *juxta nostram legem fori*: non vero eorum, qui ad alium tertium pertinuerint, licet eos exegerit tutor vel curator, cum non sint sui minoris: in dubio actum, quando nihil circa modum & partem acquisitionis fuerit actum, servandum erit, quod præteximus in primo casu principaliter, nempe, quod cum tertius adjectus principaliter ipsi dispositioni consequatur medietatem, vi jure Regio modo resolvimus, & minor aliam medietatem, tutor vel curator ipsius decimabit sibi medietatem tantum fructuum ad suum minorem pertinentem, non vero aliam medietatem tertii.

8

SUMMARIA.

1 *Onera imposita super fructibus, vel redditibus minoris, an deduci debeant, antequam tutor vel curator eos decimet, & numeru sequentibus per totum caput resolvitur affirmative, n. 3. & probatur ibi & numeris sequentib. ampliatur, n. 9.*

2 *Usufructuarius quota partis bonorum ex legato sibi relicto, non tenetur ad solutionem aeris alieni.*

4 *Bona & substantia defuncti dicuntur deducto ære alieno.*

5 *Legitima filiis debita jure naturali minuitur ære alieno.*

6 *Socius solum communicatur, quod superest deducto ære alieno, & omnibus oneribus.*

7 *Legatis fructibus fundi alicui, debet deduci prius pars fructuum, quæ colono præstanda est.*

9 *Hereditatem pauperiorem facit falcidiam quæ auget, non solum quod heres præstitit, sed etiam quod præstaturus est.*

Quantitas patrimonii æstimanda est, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa impenditur, numero 3.

10 *Decimam solis deducet tutor vel curator de viginti aureis, pro quibus pupillus gravatus fuit quotannis præstare alteri centum modios frumenti annui, quos ipse pupillus habet, & num. 11.*

12 *Decimare potest tutor fructus pupilli etiam alteri legatos, quatus legatum non valuit.*

13 *Decimare potest tutor fructus pupilli legatos alteri post aliquot annos, interim quod non præstantur.*

14 *Decima supplenda est tutori vel curatori ex aliis rebus minoris pro fructibus, quos ipse minor culpa sua contrivit vel perdidit.*

15 *Decimare an debeat tutor vel curator debitum remissum pupillo pro fructibus ab ex cum auctoritate sui tutoris vel curatoris eidem à creditore remissis?*

16 *Dominus directus fundi an debeat habere quintam partem pretii remissi à fundatario creditoris pro remissione alterius debiti sibi facta?*

17 *De-*

17 *Decimare an tutor vel curator possit fructus pupilli vel adulti, quos ipse remisit debitoribus cum auctoritate ipsius tutoris vel curatoris nomine, et tantum minoris præstita, & num. 19.*

18 *Alius nullus facultas à tutore nomine pupilli, sibi præsidiat quod minuendam decimam.*

19 *Confessio facta per procuratorem procuratorio nomine, non nocet ei cuinquam persona propriæ, si appareat, quod aliter se habeat veritas.*

20 *Decimare est tantum fructus potest tutor vel curator, qui ad minorem revera pertinent, non vero, quos ipse fatetur ad se pertinere.*

21 *Propter nostrum affirmare vel negare, oratio non redditur vera nec falsa.*

22 *Quarta pars dotis ex statuto pertinens ad maritum soluto matrimonio, intelligitur de dote vera, non vero de ea, de qua solum constat per confessionem.*

23 *Redditus annui impositi super bona immobilibus minoris, deducendi sunt, prius quam eius fructus decimentur à tutore vel curatore.*

24 *Æs alienum prius deducendum est, quotus computatio facienda est.*

25 *Gabella prædii vel fundi venditi annuo censu onerati, non debetur ex toto eius pretio, sed ex residuo, deducto prius capitali ipsius annui census.*

26 *Onus noviter impositum res pupillaris, an minuat decimam fructuum tutoris vel curatoris debitam, & numero 27.*

27 *Onus pensionis vel annui redditus super rebus & fructibus minoris jam constitutis prius deducendum est, quam decima, præterquam pro tempore priori ante constitutionem pensionis vel census.*

CAPUT XXXIV.

An onera imposita super fructibus vel redditibus minoris deduci debeant antequam tutor vel curator eos decimet?

1 MINOR † habens annuos redditus, gravatur à patre dare quotannis alteri partem eorum, quæritur. *an tutor vel curator decimam eorum omnium habere debeat, an vero ex reliquis deductis alteri relictis?*

Et quod omnes decimare possit, facit, quoniam decima datur propter laborem, *ut in l. fori*, de hoc loquentis. Tutor autem vel curator laborat in exactione & recuperatione omnium: Ergo ratione laboris debetur sibi omnium decima.

2 Secundo facit, † quia ille, ad quem pertinet usus fructus quotæ partis bonorum ex legato sibi relicto, non tenetur ad solutionem æris alieni, *ita Bart. per text. ibi in l. final. num. 3. ff. de usufruct. leg. & alios allegans Baeca de decim. tit. c. 27. num. 8.* Ergo, &c.

3 Sed nihilominus contraria sententia est verior † & procul dubio tenenda, imo quod tutor vel curator in præmissa specie tantum decimam deducat de residuis redditibus, deductis prius legatis vel fideicommissis annuis. Primo, per textum *in l. final. §. fin autem ex alienum, C. de bonis maternis, ubi, fin autem legata vel fideicommissa, sive annalia sive semel relicta imminent unus modi persolvi, si quidem tales redditus sunt, qui sufficiunt ad annalia legata, pater ex huiusmodi relictis hæc dependere compellatur.* Cum ergo annalia legata vel fideicommissa ex redditibus hereditatis deducenda sint, consequitur ex residuis tantum deducendam esse decimam, quia illi tantum remanent pupillo vel adulto, & legatarius vel fideicommissarius decimam non debet exire parte fructuum vel redditiuum sibi relicta.

4 Tertio, † quia bona & substantia defuncti dicuntur, deducto ære alieno, *l. subsignatum, §. bona, ff. de verborum significatione. l. fin. §. fin autem ex alienum, in princ. C. debentis, quæ lib. probat latius Baeca de non melior. ratione dot. fil. cap. 28. num. 1. 2. & 3.* Sic etiam legitima filiis debita jure naturæ, minuitur ære alieno, quod est prius deducendum. *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. testament. cum simil.* Ergo † à fortiori idem erit dicendum in decima tutoris vel curatoris, quæ adverlus juris communis regulam deducitur, atque ita fructus vel redditus ad deducendam dictam decimam dici non debent, nisi deductis primo oneribus eorum, & sic prædictis legatis vel fideicommissis annalibus. 5

Quarto, † quia inter socios id solum communicatur, quod supereſt, deducto ære alieno & omnibus oneribus, *ut in leg. Matius, ff. pro socio, idem probatur in l. non amplius, ff. de legatis 1.* ubi Baldus notat, quod si ex quacunque re vendita decima est solvenda statuto, certe si emo rem pluribus oneribus obnoxiam, decima solvenda est ex qualitate, quæ supereſt, deductis oneribus. Idem probant Paulus & Raphael, Flotian. & Jason, *in dicta leg. non amplius, & alios allegans Baeca, dicto cap. 27. num. 10.* & in materia gabellarum hoc idem probavimus in suo loco. 6

Quinto, † pro hac parte est optimus textus *in l. fundi Trebatiani, & ibi notat Bart. num. 4. ff. de usufruct. legat.* ubi, quod si cui legantur fructus fundi, debet intelligi deductis fructibus, qui superiunt soluta parte fructuum, quæ colono præstanda est. 7

Sexto facit, † *l. quod de bonis, §. ex donationibus, ff. ad leg. Falcidiam*, ubi, quod non solum, quod heres jam præstitit, sed etiam quod præstaturus est, facit hereditatem pauperiorem & auget falcidiam: sic etiam quantitas patrimonii, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa impenditur, æstimatur *l. quantitas patrimonii. ff. ad leg. falcid.* 8

Septimo, hæc sententia optime deducitur ex eadem *leg. fori*, quæ ipsam decimam fructuum tutori vel curatori minoris defert, ibi *Mantengales de los frutos, y tome para si el diezmo.* Ergo eos fructus tutor decimat, ex quibus pupillus alendus est, sed non est alendus ex his, quos gravatus est aliis præstare, quoniam sunt alieni non proprii: igitur, &c.

Hinc cessant fundamenta contraria, quia quamvis tutor laboret circa omnes fructus colligendos & exigendos, non tamen inde sequitur, quod de omnibus debeat habere decimam, cum non sint omnes pupilli.

Postremo facit, quia si aliud diceremus, minor solveret plus quam decimam tutori vel curatori fructuum eiusdem minoris, cum eam solvat ratione omnium in solidum, ex quo maxime lasus reperietur: & ita merito hanc partem vt veriorem probat & tenet Baeca *dict. capit. 27. n. 9. cum seqq.*

Idemque videtur dicendum, † etiamsi legatum non sit annuum, sed pro vna vice tantum, dum tamen de fructibus vel redditibus hereditas iubeatur solvi eisdem rationibus. 9

Ex quibus † primo infert Baec, *ubi sup. n. 16.* quod si pupillus habens annuatim centū modios frumenti, gravetur illos centū quotannis præstare pro viginti aureis, certe tutor solum decimabit illos viginti aureos, quoniā illos solum habet ex vera pupillus: quod etiā probat *ex l. si dignum, ff. ad leg. Falc. vbi*, quod si dignum decem fundū damnetur heres quinq; vendere, sine dubio quinq; erunt imputanda falcidiæ. Idemque erit, † si pupillus gravatus sit magnam fructuum partem quotannis Titio præstare, gravatur tamen ipse Titius pro fructibus illis dare pupillo eorum: hanc namque quantitatem, scilicet, centum decimabit tutor vel curator, *argumento tex. in l. non utitur, simili l. quia qui pretio. ff. ad legem falc. ubi, quia qui pretio fruitur, non minus habere intelli-* 10

gitur, quam qui principali re utitur, fruitur. Et sic licet quantitas non sit fructus, habetur tamen loco fructuum & idem quod de ipsis judicatur, quia subrogatum sapit naturam subrogati, *ut ex terminis probat Baeca a nil. cap. 27. num. 21 & num. 26.* Deducitur etiam ex supradictis, quod si pupillus gravatus sit annuatim magnam partem fructuum vel reddituum suorum præstare: attamen fructus ab eo exigi non possunt: quoniam creditores vel legatarii misericordia vel industria minoris illos ei remiserunt pro uno anno, tutor illos non decimabit, quoniam potius est donatio quædam: si tamen remitteret in perpetuum, jam proprie essent fructus pupilli, & decimarentur, *ut supra quæ, probavimus.* Quod si † fructus peti non possent a pupillo, quoniam legatum non valuit, tutor poterit eos decimare, *ex Imola dubium, cum l. sequent. ff. ad leg. falcidiam. & l. cum heres deductis. ff. ad Trebell. ibi non plus ex ea legata deducas, quæ pars non potest esse, ita Baeca ubi supra, num. 20.*

13 Tertio † idem auctor *num. 25* probat, quod si fructus, quos pupillus gravatus est præstare, non sint statim præstandi, sed post aliquos annos; interim dum non præstantur, poterit eos tutor decimare, quoniam sunt pupilli, quod optime probatur argumento text. *in leg. in quantitate. § antidem. ff. ad leg. Falcidiam, ubi fructuum minus erogatus ex bonis intelligendum est, quantum inter eos donec dies obvigeret, heres lucraturus est ex fructibus vel usuris.* Idem probatur *in l. cerca ff. ad leg. Falcidiam.* Ergo pupillus eos omnes fructus habet, quousque adveniat dies, ex qua gravatus est eos præstare.

14 Quarto † observandum est, quod si pupillus vel adultus ex industria fructus suos conterat & consumpat, tutori eius vel curatori supplenda est decima illorum ex aliis rebus minoris. Ipse namque dolo sui damnum sentire debet, nec non & aliorum fructuum ipsius non destructorum decimam habere debet. Quod enim culpa unius ex sociis perit, non periculo societatis, sed eius periculo perit, damnumque inde proventus sentire debet, *l. fratres, § per contrarium ff. pro socio, l. adeo, § penult. ff. eodem tit. cum simil.* Ex quibus ita in terminis tenet Baeca *d. cap. 29. num. 19.*

15 * Quinto advertendum † est secundum eundem auctorem ibidem, *numero 31. cum sequentibus*, quod si minor cum auctoritate tutoris & juramento, denique in casu valido remittat debitori fructus, quos sibi debet, & ipse debitor idemque creditor minoris invicem remittit ei statim creditum, tutor vel curator decimabit quantitatem remissam minori pro quantitate fructuum æquivalenti, & sic pro concurrente quantitate, non vero in plus: secus si ex intervallo fiat. Quod confirmat ex eleganti decisione Caroli Molin. *in consuetud. Parisien. titulo 1. § 23. quæstione 21. numero 59.* ubi quærens, † an domino directo feudi debeatur quinta pretii, si feudatarius donat creditori, qui ei remittit aureo simile, quos sibi debet, an dominus possit quintam pretii deducere, definit, quod potest, quoniam creditum, quod remittitur, videtur esse pecunia, quæ datur pro feudo, præterquam si creditor ex intervallo illius remissionem faciat.

Hoc tamen ex intervallo in terminis nostræ decimæ verum esse, ita absolute non videtur, quando minor absque tutore vel curatore valide alias remitteret fructus debitori suo: siquidem ex prædicta sua remissione nocere non potuit juri suo tutoris vel curatoris circa decimam sibi lege fori & consuetudine debitam illorum fructuum. Quamvis igitur in hac specie, quod ex intervallo creditor pupilli invicem ei remisit, tutor vel curator decimare non possit, supplenda tamen erit eidem decima fructuum remissorum ex aliis fructibus vel rebus minoris, siquidem eius factum nocere non potest tutori vel curatori non consentienti remissioni prædictæ fructuum à suo minore factæ.

17 Quinimo † etiamsi tutor vel curator nomine tantum pupilli vel adulti consentiat remissioni fructuum, ei auctoritatem præstans ratione officii, idem dicendum videtur.

18 Siquidem † nullus actus factus à tutore nomine pupilli sibi præjudicat quoad minuendam suam decimam, *argumento text. in l. cum quadam mulier, 26. C. de administr. tut.* ubi tutor vel curator juri suo non præjudicat interponendo auctoritatem nomine pupilli. *& ibi instant Bald. & omnes Doctores, & Baeca ubi supra, num. 35.* ex quo textu, & ex *l. adversus, § sicut ff. de inoffic. testament. & in l. inter officium ff. de rei vendic. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 108. num. 4.* probat, quod confessio facta per procuratorem, procuratorio nomine, non nocet ei tanquam personæ propriæ, si apparet, quod aliter se habeat veritas, † quam continetur in confessione procuratoris, & quod ita fuit votatum in illo senatu, quod res integra non nocet, secus quando res non est integra, quia tunc illa confessio nocet procuratori. Sed nihilominus in casu præmisso in versiculo *quinimo etiam*, &c. contrarium verius videtur: imo, quod tutor vel curator nomine tantum sui minoris consentiens remissioni fructuum à minore factæ ei auctoritatem præstans ratione officii, sibi quoque præjudicet, quoad suam decimam fructuum sic remissorum, nisi protestetur tutor vel curator, id fine præjudicio sui juris facere: siquidem ipse alias remissioni omnino consentire videtur, & casibus remissionem præstiterit: cum alias solus minor remittere non posset, absque tutoris vel curatoris auctoritate, qui minime eam præstare deberet, nisi tu causâ utili ipsi minori, & à jure permissa: si igitur aliud fecit, sibi imputet. Et hæc de remissione voluntaria, secus de omnino necessaria, ut propter sterilitatem, & similia, à jure debita, de qua hic non loquimur.

20 Sexto & ultimo † observandum erit in hac materia, eos tantum fructus decimari posse, qui ad minorem revera pertinent, non vero eos, quos ipse fatetur ad se pertinere, cum revera non pertineant.

21 Propter † nostrum namque affirmare vel negare non redditur oratio vera nec falsa, *l. assumito, ff. ad municip. ita Baeca d. a. 27. num. 36.* ubi hoc confirmat ex doctrina Bald. *cons. 333. lib. 4.* tenentis, quod si ex statuto quarta pars dotis pertinet ad maritum soluto matrimonio, intelligitur de dote vera, † non vero de dote, de qua solum per confessionem constat, *l. assidua, cum ibi notatis, C. qui potior. in pignor. hab.* Fateturtamen Baeca, prædictam observationem de decima solum dubiam & velle esse, quando minor factus maior litigat cum tutore agente vel excipiente, quia solum decimabit tutor fructus, qui revera ad eum pertinebant, non vero eos, de quibus per confessionem constat, cum revera ad eum non pertinerent. Sed cum erronea confessio revocari possit, regulariter etiam à maiori probato errore *l. error, C. de juris & fall. ignor. ubi Doctores, & in alio tex.* non video quomodo prædicta observatio dubietatem aliquam contineat.

23 Ex decisione † principalis quæstionis, de qua supra in fronte huius capituli infertur, idem esse dicendum in annua pensione, vel redditibus annuis impositis super bonis immobilibus minorum: hi namque ante omnia deducendi sunt ex fructibus & redditibus ipsorum bonorum immobilium ad deducendam prædictam decimam, tanquam æs alienum: Itaque ex reliquis tantum fructibus & redditibus solutis prius his, qui contra minores currunt, deducet tutor vel curator decimam, non vero ex omnibus, se si nulla ex eis solveretur pensio, vel alius redditus annuus. Tum ex supradictis.

Tum

24 Tum † etiam, quia quoties computatio facienda est, ex alienum prius est deducendum, & quod restat, appellatione bonorum venit, ita probat tex., *l. fundi Trebat. ff. de usufr. legat.* qui de redditibus loquitur, quem ad hoc notavit Baldus *in l. neque, in fi. C. de compensat. & in l. cohæredib. C. famil. ercisc. un.* ubi eos scribit, appellandos reditus, qui deductis oneribus superstant, quem refert & sequitur Baeca *de non meliorando rat. dot. fil. cap. 23. num. 1.* ubi *num. sequenti.* late probat, quod in facienda computatione deducenda sunt prius debita, quia bona dicuntur, quæ deducto ære alieno superstant, *ut supra probavimus.*

25 Deinde † eadem nostra illatio probatur ex his, quæ in simili resolvimus *in nostro tract. de gabe.* Nempe quod gabella prædii vel fundi venditi anno censu onerati, non debetur ex toto eius pretio, sed ex residuo, deducto prius capitali ipsius annui census, quia tanto minus valeret res, quanto alio debito est onerata, sed annuus census, vel pensio annua, super aliquo fundo constitutus constitutave, minuit fructus & redditus ipsius, utpote constitutus super iure percipiendi eius fructus & reditus, ut patet, & inde est, ut iuxta motum proprium Pii V. super hoc lati non possit annuus redditus redimibilis constitui, nisi super re immobili vel quæ pro tali habebatur de sui natura fructifera. Ergo merito, quod tutor vel curator non posset decimare omnes & singulos fructus bonorum minoris, nisi eos, qui supersunt, solutis prius oneribus hoc est, annua pensione vel annuis redditibus super ipsis fundis, fructibus & redditibus eorum antea impositis.

26 Hinc recte definivit Baeca *de decim. tut. cap. 29. num. 12.* quod si ratione rei pupillaris aliquid sit præstandum Principi, vel subeundum onus quodpiam, & nondum tutor acceperat decimam tempore, quo onus imponitur fructibus, & sine dubio hoc nocebit tutori: nam quod fructus minores fuerint, minor erit decima. & licet magni fructus colligantur, respiciendum, quanti maneant pupillo deductis oneribus: Si vero onus imponatur, postquam tutor suam decimam acceperit, onus impositum fructibus pupillaribus non minuit fructus, quos pro decima iam tutor acceperat, quobiam iam pupilli non sunt, sed tutoris. Ex quo bene confirmatur nostra præcedens illatio.

27 In † summa igitur onus pensionis vel annui census super fundis & fructibus atque redditibus minoris iam constituti prius deducendum, quam decima fructuum tutoris vel curatoris, & deinde prædicta decima, præterquam pro tempore priore antequam constituretur illa pensio vel annuus redditus, quia respectu illius temporis, in quo fructus illi & redditus minoris erant liberi, & absque onere vel non tam gravi, decima de omnibus fructibus & redditibus, quibus fruebatur minor, libere deducenda erit decima per tutorem vel curatorem.

SUMMARIA.

1 *Decimam an deducat tutor vel curator de annuis redditibus minoris ad eius vitam tantum sibi debitis? & numeris sequentibus usque ad finem capitis præsupp. n. 8. & 9.*

2 *Redditus annui vitalitii in dotem dati, an sint restituendi uxori eiusve heredibus soluto matrimonio, an vero viro fiant absque onere restitutionis, aut sint communes?*

3 *L. si fundus, 9. ff. soluto matrimonio intellectus.*

4 *Usus reddituum vitalitiorum durante matrimonio iure communis attento est maritis, sed iure nostro Regio est communis inter virum & uxorem.*

5 *Fructibus beneficii vel alius redditibus annuis ad certum quoddam tempus constitutis vel datis in dotem a clerico vel alio consanguineo mulieris pro sustinendis oneribus matrimonii & dote ipsius mulieris, ut sæpe fit, ipsi restituti debent mulieri vel eius heredibus soluto matrimonio.*

6 *Fructus, quos maritus percepit ex annuo reditu in dotem dato, soluto matrimonio sunt uxori restituendi.*

7 *Promissa centum annuatim solvenda ad sustentanda onera matrimonii non sunt conferenda: sicuti prædia data ad onera matrimonii sustinenda, non efficiunt fructus collationi subjectos.*

8 *Fructus prædii in dotem dati ad onera matrimonii sustinenda non conferuntur, d. n. 7.*

CAPUT † XXXV.

An tutor vel curator deducat decimam de annuis redditibus minoris ad vitam tantum sibi debitis?

1 Minor † habet annuos reditus sive census ad vitam. quæritur, *an eius tutor vel curator eos decimet?* Et pars affirmativa procul dubio vera esse videtur atque certa ex nostra lege *fori*, decimam ei coedentem fructuum minoris: siquidem supra resolvimus *cap. 25. huius 3. par.* non solum decimam fructuum naturalium & industrialium minoris tutorem vel curatorem auferre posse, sed etiam pensionum & reddituum, quos non nulli fructus civiles appellant. Accedit præterea, quod hi annui reditus singulis annis vitæ minoris renascentur. Ergo constituunt in fructu ac proinde eos decimabit tutor vel curator. Tertio, quia ex his annuis redditibus ad vitam alendus est minor, ut patet. Ergo ex eisdem decima auferenda est, *ut in d. l. fori.* Quarto, urget argumento identitatis rationis. Nam ita in his exigendis laborat tutor vel curator, sicut in ceteris iuribus annuis perpetuis vel redimibilibus, ut patet. Sed decima datur pro labore administrationis, *ut in d. l. fori.* Ergo omnium prædictorum reddituum decimam habere debet tutor vel curator.

2 Sed † nostra hæc quæstio alterius solemnioris decisionem requirere atque postulare videtur, nempe *an huiusmodi annui reditus ad vitam a muliere in matrimonium pro dote adducti fructibus & redditibus omnium annorum, quibus matrimonium constitit ac duravit, vere sint aut communes inter virum & uxorem, vel restituendi sint integri uxori, vel eius heredibus soluto matrimonio tanquam capitale ipsius?* Optima profecto quæstio atque sæpe in praxi contingens, quam pro utraque parte interminis examinat Doctor Francisc. Sarmiento *lib. 5. select. interpret. cap. 10. per tot.* Et tandem pro resolutione eius tria præmittit. Primo, quod nos quærimus de annuis redditibus temporalibus ad vitam, quia si essent perpetui, res nullam haberet dubitationem, cum sint veri fructus, salvaque sit hubilantia rei, etiamsi essent tales, qui redimi possent, *invita extat apog. Martini, & Calvesi, & motus proprios Pii V. de forma creandi census.* Secundo, quod nos agimus de ipsis redditibus annuis ad vitam exactis non de vitalitate, quam ipsi reddere possent nam quod ipsis maritus uti possit, nulla est difficultas nec dubitatio, dum tamen eos redditus restituat nostra, ac si pecunia data certa esset in dotem, *ut in l. ex lapidicinis, ff. de jure dot. cum simil.* Tertio, quod nos non quærimus, quando hi annui redditus ad vitam æstimati in dotem dantur, quia tunc non posset cadere quæstio, *ut in l. cum dotem, & in l. quoties, C. de jur. dot. & in l. æstimatis, ff. solut. matrimon.*

Agimus ergo, quando hi annui reditus vitales dantur vel adducuntur in dotem æstimati & quærimus, *an ipsimet redditus, qui decurrent & exigentur, durante matrimonio sint mariti vel communes, tanquam durante matrimonio acquisiti, an vero sint integre restituendi uxori eiusve heredibus soluto matrimonio tanquam dos alia.*

In qua quæstione resolvit Sarmiento, *ubi sup. n. 6.* se credere maritum soluto matrimonio debere restituere,

quod ex annuo censu exegit, qui scilicet non specialiter in dotem datus est iste census, sed omnia uxoris bona, in quibus est hic census: secus vero si specialiter datus esset, tunc namq; credit, restituere non debere ex tex. notabili secundum ipsum *in l. si fundus in dotem, 9. ff. sol. matrim.* ubi si fundus, in quo iam erat lapidicina, quæ non renascitur, in dotem specialiter detur, mariti sunt lapides, qui extrahuntur: secus si non detur specialiter, sed iure suo usufructus velit maritus lapides extrahere: Ergo ita in proposito videtur esse dicendum. Secundo quia hi annui redditus ad vitam similes usufructui sunt, *ut in l. si quis ita legavit, ff. de usufruct.* sed si usus fructus in dotem detur, marti fructus sunt, nec restituere eos tenetur, *l. cum fundo, ff. de iure dot. versic. divortio, & in l. usufructu, ff. sol. mat.* Ergo idem de annuis redditibus, cum eodem iure, quo usufructus censentur.

Quid tenendum in hac secunda quæstione? Ego profecto etsi censeam eam esse difficilem atque dubiam ingenioque mei vires excedentem, sed tamen ne illam, quæ hunc locum petere videtur, indecisam relinquam, indistincte credo in præmissa specie, virum eiusve heredes teneri uxori eiusque heredibus soluto matrimonio restituere, quod ex annuo censu ad vitam constituto vel legato, durante matrimonio exegerit, sive simpliciter omnia bona uxoris in dotem data sint, in quibus est hic annuus census vitalitius, sive specialiter in dotem is datus esset. Imo potiori iure in hac ultima specie hoc idem videtur dicendum, quam in priori, nempe quando omnia bona uxoris simpliciter in dotem dantur, nempe ut prædicti annui redditus exacti per maritum, sint restituendi eius uxori vel ipsius heredibus soluto matrimonio.

Primo, quia cum morte mulieris finiatur ille usus fructus, nihil de proprietate excogitandum est, quemadmodum de reliquis censibus perpetuis vel redimibilibus, in quibus remanet illæsa proprietas penes uxorem vel eius heredes: quia tunc illi fructus & annui redditus non sunt pars principalis dotis, sed tanquam si pecunia data esset in dotem, & in aliqua ex ea produceretur fructus esset constituta, tunc illi fructus ad maritum pertinent, & soluto matrimonio non tenetur eos restituere. Sed quoties non est data proprietas, sed annuus ille census, qui in vita uxoris finitur, cum sit pars principalis mulieris, quemadmodum & reliquæ res sunt restituendæ, si non fuerint æstimatæ in propria specie, vel fuerint æstimatæ in æstimatione ipsa: sic & illi annui redditus sunt per maritum restituendi, *ut in terminis tenet & probat D. Spino in suo spec. sestamentorum, glos. 25. num. 66.* quamvis dicat, quod hanc sententiam explicat eleganter Franciscus Sarmiento *ubi supra*, qui, ut videmus, distinguit eo modo, quo prædiximus.

Secundo, quia quando huiusmodi annui redditus ad vitam specialiter in dotem dantur, à fortioribus hoc idem videtur dicendum, quando expresse hoc agitur, ut in dotem dentur & recipiantur: Ergo si dos est soluto matrimonio, restitui debent annui redditus huiusmodi durante matrimonio exacti, quia nulla eorum proprietas seu radix remanet mulieri vel eius heredibus.

Tertio, quia si huiusmodi redditus, de quibus agimus, fierent mariti, consumeretur dos mulieris, & tamen maritus ita dote uti debet, ut rem non consumat: Ergo restituere eos tenetur, acsi quantitas illorum reddituum data esset à principio in dotem, vel si deberentur uxori mille, quorum centum singulis annis essent solvenda. Nemo namque diceret, maritum pecuniam istam dotalem ita facere suam, ut nunquam restituere eam teneatur, quasi fructus dotis sit, quod à nostra specie differre non videtur.

Quarto, quia fructus, qui consumunt substantiam rei, ad maritum non pertinent, *l. divortio, §. si vir in fundo, ff. soluto matrimonio.* sed hi annui redditus sunt huiusmodi, ut nulla sit substantia præter ipsos: Ergo non pertinet ad maritum, ita ut eos restituere non teneatur, soluto matrimonio.

* Quinto facit *l. uxori, 4. ff. de usufructu lega.* ubi in usufructu omnium bonorum veniunt fructus Calendarii & pariter usuræ pecuniarum debitarum, non tamen ipsa pecunia: Ergo maritus non potest hos fructus libere sine restituendi obligatione suos facere, quia non fructus pecuniæ, quæ salva esse possit, sed ipsa pecunia, & ut dicitur, capitale, est id, quod exigitur annis singulis: *& ita in l. l. uxori*, mulier fructuaria debitorum usuras suas facit, capitale vero, id est, ipsa debita proprietati debet reservare.

Sexto, bene facit tex. *in d. §. si vir in fundo*, ubi si in fundo dotali sit lapidicina, quæ non renascitur, sed possit aliquibus annis durare, maritus nõ facit suos lapides, quia licet lapidicina duret, non tamen id, quod in isto anno extrahitur, voquam renascetur: Ergo ita etiam in specie nostra isti annui redditus, licet forsan duraturi sint pluribus annis, id tamen quod isto anno reddunt, perpetuo consumitur, nec renascitur, & ex actionibus eorundẽ annorum tota substantia circumscribitur: non enim remanet radix aut proprietas, quæ uxori aut eius heredibus illæsa remaneat, quæ post uxoris mortem iterum restituatur, sicut manet in lapidicina, in qua lapides renascuntur, & in fundo aliave re fructifera.

His † sic constitutis ac ut credo urgenter demonstratis, non obest huic nostræ sententiæ *d. l. fundus, 9. ff. soluto matrimon.* adducta à Sarmiento pro sua: quoniam respondemus eam legem procedere, quando tempore traditi fundi dotalis lapidicina erat iam aperta, ut constat ex eadem *l. ibi, an quo lapis excidatur, & gloss. 1. in prin.* cuius intellectus in hoc est communiter approbatus, *secundum Ias. ibi num. 7.* Unde videtur traditus eo modo quo eo utebatur vxor & hac ratione lapides cæsi erunt mariti, non tanquam usus fructus, sed ex quadam tacita vxoris concessione, *ut ibi explicans Gofred. & Paul. nu. fin. & Rummald. in princ. num. 329. Joannes quibus alcen, licet vel non; quos refert & sequitur Petr. Barbos. in d. §. si vir, nu. 9.* Neque obstat, si replicet quis obiciens, idem videri esse dicendum in nostra specie redditum ex tacita quadam concessione vxoris, eorum siquidem tempore, quo prædicti annui redditus ad vitam vxoris constituti dantur in dotem, erant aperti & incepti exigi, sicut lapidicina erat iam cœpta excidi & aperta in casu *d. l. fundus.* Quoniam respondemus ibi remanere radicem sive proprietatem eiusdem lapidicinæ & dotis, hoc est, fundus ipse dotalis, in quo lapidicina erat. Vnde merito quod eum tempore constitutionis dotis & matrimonii ipsa esset iam aperta ad vsum, præsumatur idem vsus ab vxore concessus marito, remanente sibi proprietate fundi è radice lapidicinæ pro dote sua: At vero in specie nostra consumeretur omnino substantia dotis, si vir isse soluto matrimonio, non teneretur restituere redditus exactos, vel si posset exigere decursos constante matrimonio: Quare nullo modo videtur præsumenda ab initio concessio eorundem ab vxore facta, sed tantum eorum vsus, remanente sibi proprietate pro sua dote, ne indotata remaneat, præsertim quando specialiter in dotem vel pro augmento dotis dati sunt ab initio prædicti annui redditus ad vitam vxoris constituti, vel sibi iam legati: cum tamen iam clare cesset prædicta coniectura concessionis ex illa adiectione, quod dantur in dotem vel pro augmento dotis, & in claris non est locus coniecturis.

Non obest etiam & secundum fundamentum in contrarium adductum ex eodem Sarmiento, nempe quod annui redditus ad vitã similes sunt vsuifructui, *l. si quis ita legavit, ff. de usufruct.* Respondemus namque illam legem tantum probare, quod si quis legavit fructus annuos fundi Corneliani Caio Mævio, perinde accipi debet hic sermo, ac si usufructus fundi Corneliani legatus esset. Hoc tamen ad nostrum quæstionem non facit, nec contra nos probat, & ita censeo indistincte tenendum, *ut fundavimus in hac 2. part. princip.* Tametsi Ioannes Garsia Gallecus *in tract. de expens. & meliorat. cap. 23. nu. 1. ibi, quod obtinet*, teneat contrarium, & sic opinio Sarmiento, *ubi supra*, quem ibi refert, nempe, quod si annui redditus ad vitam in dotem dentur, percepti constante matrimonio ad virum pertineant, neque sint restituendi, ac si annui redditus perpetuo duraturi in dotem dati sint, sed solum soluto matrimonio creditur illud nis in posterum percipiendi illos redditus annuos, citatque Gregorium Lopez. *in l. 25. tit. 11. part. 4.* idem tenentem; mihi tamen horum sententia non placet, nec tenenda videtur ex supradictis.

4 Faceor † tamen, quod usus prædicti reddituum exactorum constante matrimonio erit iure communi mariti, hodie iure nostro Regio communis inter virum & uxorem, veluti si cum eis negotiatus lucrum fecerit vel alios redditus emerit vel acquisierit, pecunia tamen exacta ex eisdemmet redditibus restituenda erit uxori eiusque heredibus tanquam dos ipsius, imo expresse in dotem data, hoc est, quia redditus ipsi fuerunt dati in dotem.

5 Et † hæc nostra sententia ampliatur, ut procedat etiam in fructibus beneficii, vel aliis redditibus annuis ad certum quoddam tempus constitutis, vel datis in dotem à clerico, vel alio consanguineo mulieris, pro sustinendis oneribus matrimonii, & dote ipsius mulieris ut sæpe fieri contingit, tunc enim censentur constituti, quasi certa quantitas in plures annos solvenda, ut hæc omnino restituatur, *ut late probat idem Ioan. Garsi. ubi supra, n. 3.* Quod mihi ex eisdem supradictis rationibus veram videtur & tenendum.

6 Fructus † autem, quos maritus percepit ex annuo reddito, in dotem dati, post solutum matrimonium sunt heredi uxoris restituendi, *ut probat Ant. Gamma in decis. 1. ultima 71. in princ. inuller. n. 5.*

7 Sed † quod ad collationem attinet, promissa centum annua sim solvenda ad sustinenda onera matrimonii, nõ sunt conferenda, sicuti prædium datum ad onera matrimonii sustinenda non efficit fructus collationi subiectos, ut his iudicavit Senatus Lusitanus, *teste eodem Anton. Gamma decis. 140. n. 3.* Sic etiam pro alimentis datũ & consumptum in vita donantis non est conferendum, *ut probat idem Gamma decis. 86. n. 3.*

8 Ex † quibus deduci videtur decisio nostræ primæ quæstionis principalis in materia decimæ tutoris vel curatoris minoris, ut eam deducere minime possit ex annuis redditibus ad vitam minori competentibus: siquidem non vere & proprie hi fructus dici possunt, sed proprietas, quæ singulis annis consumitur, nullis alia remanente radice, seu proprietate eorum. Cum igitur lex nostra fori loquatur de fructibus, ut ex eis tutor vel curator alat minorem, & ex eis auferat atque sibi sumat decimam ratione sui laboris, consequi videtur, ut de his annuis redditibus minoris ad vitam sibi competentibus non loquatur: quia hi mere non fructus bonorum suorum sunt, sed tantum res aut pecunia in singulos annos vitæ minoris distributa atque solvenda, nulla remanente radice aut proprietate, ex qua iterum renascantur fructus post mortem minoris.

Nihilominus tamen etsi resolutionem præcedentem in his annuis redditibus vitalitiis in dotem datis, veram esse censeam, in specie tamen nostræ quæstionis principalis de decima tutoris vel curatoris ab eo auferenda de fructibus minoris, de qua quæstione *in princ. huius cap.* aliud videtur dicendum, ex rationibus ibi adductis, imo quod eam auferat tutor vel curator de prædictis annuis redditibus minori ad vitam competentibus, tum ex generalitate & verbis, *d. l. fri.* & identitate rationis ex expressis.

9 Et † quia lex loquens de redditibus locum habet etiam in redditibus ad vitam, *ut tradit Bacca de non meliorand. ratione dot. fil. cap. 6. num. 25.* Tum etiam, quia in specie *d. l. fri*, nihil præstare videtur, quod remaneat proprietas ex prædictis redditibus aut radix nec ne? sed tantum consideramus, an sint redditus vel fructus annui durante tutela vel cura, quos exigat sua solicitudine, labore & operatore tutor vel curator. Hoc enim solum attinere ad eum videtur, non vero quod remaneat minor dotatus proprietate: At in specie mulieris dotem marito constituentis hoc ipsum spectatur, scilicet, quod ipsa soluto matrimonio remaneat cum sua dote, ne consumtione mariti ipsa dos extinguatur, quod contingeret, si maritus soluto matrimonio prædictos redditos exactos vel decursos constante matrimonio restituere non teneretur, ac proinde diversum tenendum est in specie nostræ quæstionis principalis de decima tutoris vel curatoris de his annuis redditibus auferenda. Et in terminis ita breviter tenet Bacca *de decem. tutor. cap. 30. num. 18.* Quod verum esse ipse intelligerem, præcipue quando hi annui redditus essent relicti minori, vel minoribus in ultima voluntate pro suis alimentis ad vitam, vel ex contractu sibi deberentur. Ceterum si aliquis eius consanguineus beneficiatus, vel laicus, ex fructibus sui beneficii, vel alias ei præstaret quotannis certam pecuniæ vel panis quantitatem ad certum tempus, profecto, quia tunc videtur certa pecuniam singulos annos distributa, etiamsi eiliet ad alimenta elargita, non videtur decima ex ea præstatione deducenda: quia non sunt fructus nec redditus: quamvis hoc sine dubio non procedat, sicut nec supradicta omnia circa prædictam quæstionem principalem de decima tutoris vel curatoris indubia sunt: siquidem plura movere possunt in contrarium sententiam indistincte tenendam, scilicet quod tutor vel curator decimam non auferat ex prædictis annuis redditibus ad vitam minoribus debitis, ut patet ex resolutis in quæstione præcedente novo adducentis vel dantis in dotem annuos redditus, sive census ad vitam. Ideo quod prædiximus, non ita intrepide defendimus; ut contrariam sententiam damnemus: Non enim expeditum est, quæ sententia harum sit verior. Vtraque namque probabilis videtur. Sed ut nostrum iudicium insinuemus ad alteriut melius sentientis reducendum, interim opinionem prædictam affirmaturam, cum præmissa à nobis declaratione affignata probamus.

SUMMARIA.

1 *Decimam an deducat tutor vel curator de fructibus maturis tempore, quo tutela vel cura suscepit, & de vellitis ea sunt, antea tamen maturis, & num. seq. per totum cap. præcipue num. 13. & 23.*
2 *Maritus lucratur fructus suæ dotalis existentes tempore, quo fuit datus in dotem, etiam si paulo post matrimonium dissolvatur.*
3 *Fructus pendentes fructus non sunt, sed pars rei, & quomodo intelligatur. num. 16.*
5 *Fructus pendentes censentur eadem substantia cum re.*
6 *Legitima filio solvi potest non solum ex substantia patris, sed etiam in fructibus pendentibus.*
7 *Fructus pendentes magis censentur res immobiles.*
8 *Statutum loquens in fructibus, non habet locum in fructibus pendentibus.*

9 *Fructus immaturi tempore, quo finitur usus fructus, non pertinet ad heredem usufructuarii, sed ad proprietarium.*

10 *Heres non lucratur fructus maturos, sed augent hereditatis æstimationem fundi nomine, qui videtur illo tempore fuisse pretiosior, licet alias non teneatur fructus imputare in Falcid.*

11 *Heres gravatus restituere hereditatem lucratur fructus, non tamen maturos tempore adita hereditate.*

12 *Separatio quod est à solo in fructibus naturalibus, est cessio obligationis in civilibus.*

14 *Stipulatus reddenda non comprehendit fructus pendentes tempore contractûs obligationis.*

15 *Fructus pendentes ex eo, quod de proximo separandi sunt à fundo, considerantur ut res mobiles.*

17 *Promittens fundum simpliciter satisfacit, si eum tradat sine fructibus.*

20 *Legatum omnium bonorum mobilium comprehendit fructus rerum immobilium pendentes, ut qui brevi separantur fieri mobiles.*

21 *Sequestrum cadit super fructibus pendentibus, ac si essent separati à solo, quia brevi separantur separari, & ita censentur res mobiles.*

22 *L. saturatione, la. 2. in prine. ff. ad l. Falcid. intelligitur.*

24 *Decimam antutor vel curator deducat de fructibus pendentibus tempore, quo tutela vel cura finitur, vel pensionum & reddituum minoris, quorum dies cessat eo tempore, non tamen venit.*

CAPUT XXXVI.

An tutor vel curator deducat decimam de fructibus maturis tempore, quo tutela vel cura incipit, & an de fructibus collectis finita tutela vel cura, ante tamen maturis?

1 SVccedit trigesima sexta quæstio principalis, † *an tutor vel curator decimet fructus maturos tempore, quo tutela vel cura incipit vel finitur, posteà tamen collectos?* Quam dubiam reputans in utramque partem examinat Bæcca *de decim. tit. 28. nu. 1. cum seq.* & tandem adducto unico fundamento pro parte affirmativa, nempe *l. divortio, 8. in princ. ff. sol. matrim.* ubi inquit, probari, *quod si* † *mulier nubens det in dotem fundum fructibus plenum, marituś eos lucratur sicut ceteros fructus dotis, etiam si paulo post matrimonium dissolvatur.* Quod Paulus ibi iudicat memoria dignum, Raphael & Iason *colum. 5. post Alexan. num. 44.* contrariam magis probat pluribus fundamentis.

3 Primo, † quia fructus pendentes fructus non sunt, sed pars rei, *l. 9. §. fructus, & §. non solum, ff. quæ in fraud. credit. l. quæsitum. §. ea vero. ff. de fundo instruct. l. fructus, ff. de rei vendic. l. 5. §. ex hoc rescripto, ff. de ventr. inspic. Bæca ubi supra, n. 2. in princ.*

4 Hinc † est, quod fructus pendentes tempore venditionis etiam immaturi pertinent in solidum ad emtorem, *l. Iulianus. §. si fructibus, ff. de act. emt. Bart. nu. 10. & communiter Dd. in l. divortio, in princ. Dec. cons. 343. nu. 20. Tiraq. de retract. 21. 1. gl. 7. nu. 42. & alii relati per Ant. Thesaur. decis. Pedem. 55. n. 1. congerit plures Barbos. in d. l. divortio, in princ. n. 79.*

5 6 Quinimo † fructus pendentes censentur eadem substantia cum re, & † eis quibus solvi non potest in fructibus, sed in ipsa re potest solvi de fructibus maturis & pendentibus, sicut videmus in filio, cui legitima solvenda est ex substantia patris, non vero ex fructibus, *l. Seimus. 8. §. & ibi gloss. & communiter Dd. C. de inoffic. testam.* Et tamen de fructibus pendentibus potest fieri supplementum legitimæ, *ut cum aliis docet Bæca ubi supra, post Tiraq. ubi supra, n. 38.*

Imo † fructus pendentes magis censentur res immobiles. *Cabal. millen. q. 518. quem refert & sequitur Barbos. ubi supra,* inter immobilia computantur, & capiosè *Tiraq. ubi supra. n. 37.* Et latè *Henr. Gabr. cons. 91. nu. 5. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 3. n. 7.* 7

Et † statutum loquens in fructibus non habet locum in pendentibus, *Alberic. in 2. par. de statut. qu. 226. (a) vol. Molin. in consuet. Parisien. tit. d. §. 1. gloss. 1. num. 54. & Baeca ubi supra.* 8

Addens, † quod sic fructus maturi tempore, quo finitur usus fructus, non pertineant ad heredem usufructuarii, sed ad proprietarium, quoniam pars rei esse videntur, *l. si usufructuarius. ff. quib. modis usufr. amitt. & in l. in singulos. ff. de annuis legat. & l. defuncta. ff. de usufruct.* Quod an procedat in pensionibus fructuum, agit latè Barbos. *ubi supra, n. 12. cum seq.* 9

Secundum † fundamentum est, *ex l. saturatione, la 2. in prin. ff. ad l. Falcid.* vbi probatur, quod heres non lucratur fructus maturos, sed augent hereditatis æstimationem fundi nomine, qui videtur illo tempore fuisse pretiosior, licet alias secus esset, quia non tenetur fructus imputare in Falcidiam, *vt tnl. in lege Falcidia placuit, ff. ad leg. Falcid.* 10

Tertium, † quòd licet gravatus restituere hereditatem, interim lucretur fructus, *vt in l. in fideicommissaria. ff. ad Trebellianum,* tamen non habet locum in fructibus maturis tempore, quo heres adit hereditatem, eos enim restituere tenetur, quoniam fructus non sunt, sed pars rei, *vt ex aliis probat Baeca, vbi supra, nn. 4.* Et in fructibus pendentibus tempore restitutionis, quod debeant restitui cum bonis subiectis fideicommisso, quia pars bonorum intelligantur, *l. fructus pendentes. ff. de rei vendic. cum simil. tenet Ang. cons. 33. in 1. versic. fallit primo, & sentit Bald. in l. 1. num. 12. & 13. in fin. ff. de usufruct. leg.* & cum eis Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 10. n. 34.* alia adducit his inferiora pro hac opinione fundamenta, Bæca respondens, *num. 1. d. l. divortio,* supra pro prima parte adductæ, & tandem *num. 9.* inquit, quod hæc opinio negativa in favorem pupilli probabilis & æqua videtur, & *nu. 10.* idem censet de fructibus, quos appellant civiles, & similibus rebus, quorum dies venerat, nempe quo tutela incipit: nam fructus pendentes dicuntur, quousque obligatio cedat. 11

Quod † enim est separatio à solo in fructibus naturalibus, est cessio obligationis in civilibus, *secundum Mol. in consuet. Parr. tit. 1. §. 1. gl. 1. qu. 3. n. 31.* 12

Ego † vero etsi existimem, defendi posse hanc opinionem, probabiliorem tamen esse censeo contrariam, & sic priorem affirmativam. Imo quod tutor vel curator decimet fructus pendentes, primo ex litera *d. l. fori,* quæ indistincte & generaliter permittit tutori vel curatori minoris decimam fructuum: & quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de pub. in rem act. l. non distinguemus. ff. de arbit. cum similib.* 13

Secundo ex eadem *l. fori,* dum inquit, *De los guardar con todos sus bienes a algun ome bueno y regulos assi como es sobredicho, y quienquier que los tenga mantengalos de los fructos, y tome para si el diezmo de los fructos por razon de sustrabate, &c.* Ecce quomodo simul loquitur de bonis minorum & fructibus eorundem bonorum. Ergo sive pendentes sint tempore tutelæ decretæ, sive post ea iam decreta nascantur, decimam eorum deducet tutor vel curator, quia omnes fructus sunt bonorum pupilli. 14

Tertio, quia eadem *l. fori,* dicit, quod ex eisdem fructibus tutor vel curator alat pupillum, & sibi decimam sumat: Sed pupillus est alendus de prædictis fructibus pendentibus, postquam fuerint collecti & à solo separati, sicut de ceteris. Ergo & eorundem decimam auferet administrator hic. 15

Quarto, 16

Quarto, quia nulla vis consistere videtur in eo, quod sint pendentes tempore tutelæ decretæ vel quod possea nascantur, cum illos colligat tutor vel curator, & ita laboret in illis colligendis, conservandis & disponendis, sicut in his: Neque obstat, quod tutor vel curator, qui reperit fructus maturos tempore, quo tutela incipit, non laborat circa eos, quia iam res alieno labore & cura fructus produxit: Nam respondemus, quod licet non sit par labor in utrisque, nihilominus laborat tutor vel curator in eisdem colligendis, conservandis & disponendis, ut prædiximus, & nostra *d. fori,* in proposito non attenditur ad magnum vel parvum laborem administrationis: non enim metitur quantitatem vel qualitatem eius, sed tantum defert decimam pro labore. Vnde cum diversus labor circa administrationem rerum pupillarium & fructuũ earum collectionem versetur, quædam enim maiore laborem desiderant, aliæ vero minorem, & nihilominus par præmiũ defertur tutori vel curatori pro omnibus, consequitur, ut magnus vel parvus labor non attendatur in proposito, sed tantum, quod laboraverit administrator id, quod pro colligendis fructibus eisdemque disponendis oportuerit.

Neque obstant fundamenta suprà in contrarium adducta, quia ipsa generalia sunt & in diversis materiis loquentia: ea autem quæ pro nostra sententia adduximus spectalia sunt & deducta ex nostra *l. fori.* Vnde magis præcipua & urgentiora esse videntur.

Præterea adversus primum fundamentum contrarium quod habet, fructus pendentes partem rei esse, facit. Primo, *l. si filius familias, 78. §. cum fundum. ff. de verborum obligationibus* ubi probatur, † quod si stipulor ré dari, in hac stipulatione non veniunt fructus etiam pendentes tempore contractæ obligationis, ut adversus gloss. & Bartol. text. ille magis communiter intelligitur *reste Iaf. sbi, colum. final. & Barbos. in d. l. divortio, in princip. num. 80. & probat. Tiraquell. ubi supra, num. 43. ad fin.* 14

Secundo, † quia fructus pendentes ex eo, quod de proximo separandi sunt à fundo, considerantur tanquam res mobiles & non tanquam immobiles, *Bald. in l. fructus, n. 2. C. de act. emt. Machell patronus, 17. a num. 15. Tiraquell. ubi supra, nu. 44. in princ. & Barbos. d. num. 80.* Et licet habeantur pro collectis, eo quod brevi & quasi statim sint à fundo separandi, *argum. l. cetera. §. sed si paravit, cum ibi notatis. ff. de legat. 1. & in l. penult. ff. de milit. testam.* nihilominus in rei veritate non sunt collecti, colligendi tamen brevi sunt à tutore vel curatore, & fructus sunt, non vero alia res. 15

Sed pro vera resolutione huius controversiæ observandum est, iura quæ dicunt, fructus pendentes censeri partem rei, intelligenda esse, quatenus ad iuris interpretationem pertinent, secundum quam semper censentur includi in re principali. *Alexand. in l. centurio, num. 40. ff. de vulg. & pupill. substit. Iaf. in d. cum filia, nu. 175. ff. de legat. 1.* non autem secundum propriam rei significationem. 16

Nam † qui sundum simpliciter promittit, fuæ promissioni satisfacit, si eum tradat sine fructibus, *Carol. Mol. in l. unica, 202. C. de sentent. quæ pro eo quod interest &c. & late Barbos. ubi supra. d. n. 10.* 17

At † vero in casu prædicti §. *si fructibus,* ideo fructus pendentes tempore venditionis pertinent ad emtorem, quia propter eos res ipsa vendita videtur valere, *l. in lege. Falcid. 9. ff. ad Falcid. l. fi. §. fructus. ff. quæ in fraud. credit.* Pretium igitur pro re promissum videtur constitutum secundum prædictam æstimationem & sic etiam pro fructibus pendentibus. Et ita merito censentur comprehendi in venditione, & pertinent ad emtorem, *ut plurimos citans contra alios probat Barbos. ubi supra. n. 11.* 18

Hinc † est, quod licet fructus sati & percepti post perfectam venditionem, non pertineant in effectu ad emtorem, antequam venditor in mora constituatur, *vt in l. fructus, C. de act. emt.* fructus tamen pendentes tempore venditionis cum effectu videntur pertinere ad emtorem, quia censentur inclusi in ipsa venditione, & ideo si ante traditionem eos venditor percipiat, tenebitur eos restituere emtori, vel eorum æstimationem solvere, *vt probat cum Rain. Barbos. vbi supra, n. 21.* 19

Similiter † etiam videmus, quod testatore iubente omnia bona sua mobilia distribui, fructus immobilium pendentes in hoc legatum venire, vt qui brevi (hoc est) de proximo sperantur fieri mobiles, & ad hoc erant ordinati & destinati, secundum suam propriam naturam, & ideo perinde est, ac si tempore testamenti fuissent res mobiles. Ita iure probavit Paul. Castrens. *cons. 132. videtur decendum quod dictum fundamentum, col. 2 vers. praterea ego puto, lib. 1. quem sequitur Dec. cons. 472. testator legavit, col. 1. n. 3. in fin. & idem valuit Iaf. in l. si fideiussor, §. si satisfactum, col. 1. vers. 2. nota, ff. qui satisfd. cog. & Tiraq. vbi supra, d. n. 44.* 20

Vbi † etiam cum Bart. quod in fructibus pendentibus cadit sequestrum, ac si essent separati à solo, licet sint pars soli, quia brevi separantur separari, & ita censentur res mobiles. Et quam vis Ale. *cons. 182. nu. 2. lib. 9. & Carol. Rain. cons. 134. num. 13. vol. 1. & Cravet. cons. 377. n. 6. & cum eo Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 8.* improbent prædictam doctrinam & opinionem Pauli de Castro & sequacium, nihilominus opinionem præfatam in fructibus de proximo colligendis, in quibus loquitur ipse Paulus verjorem & tenendam credit eius opinionem novissime Simon de Prætis *de interpret. ultim. voluntat. lib. 4. dubitat. 7. nu. 61. pag. 304.* ubi eam late probat allegans alios auctores idem tenentes contra Alciat. *ubi supra, & num. præced. ad fin.* inquit omnes allentire *in l. cetera, §. sed si paraverit. ff. de legat. 1.* quoad mentem & dispositionem testatoris rem destinatam cedere legato, & mihi non displicet opinio Pauli, quæ procul dubio procederet, ubi simul de hoc concurreret coniecturata mens testatoris legantis res mobiles, nempe computantis fructus pendentes inter sua bona mobilia, vel quia res immobiles suas vinculatas, ut perpetuo essent in sua familia cum prohibitione alienationis, ut colligitur ex Tiraquel. *ubi supra, num. 46. ibi, at hic longe est diversa ratio. &c.* Et ita confului. Et hoc recte procedit, tametsi alias legato fundo fructus pendentes veniant, *ut cum aliis probat Tiraq. ubi supra, sub num. 42. ibi, & idem quoque.* 21

Non † obstat etiam & secundum *d. l. saturatione, la. 2. in prin. ff. ad leg. Falcid.* quia ibi, *ideo illud,* quoniam fundus fructibus maturis relictus videtur illo tempore pretiosior fuisse, & ideo prædicti fructus augent hereditatis æstimationem fundi nomine, sicut quando venditur fructibus pendentibus in casu d. §. *si fructibus.* At in specie nostræ quæstionis non agimus de æstimatione sui fundi minoris, in quo sunt fructus pendentes, sed decima auferenda de ipsis fructibus, postquam fuerint collecti à tutore vel curatore quod est valde diversum. 22

Ad tertium respondemus, nihil obesse in proposito, quia tempore mortis defuncti, qui fideicommissum reliquit, fructus non erant collecti nec à solo separati, sed pendentes in ipso fundo, & sic faciunt unum corpus cum fundo. Vnde non mirum, quod hereditatem ipsam augeant, & restituendi sint cum ceteris bonis defuncti, quæ tempore eius mortis reliquit, quia tempus illud attendendum est, quoad hoc.

At vero in nostra quæstione licet tempore, quo tutela incipit, fructus sint pendentes, postea tamen durante tutela tutor eos colligit, & separat à fundo, quod tam-

tempus potius considerari debet, quam inceptæ tutelæ, imò verba & mentem nostræ legis fori.

23 Et † ita videtur tenenda hæc nostra sententia, nisi eam quis grano salis æquitatis condire velit, nempe ut pro rata laboris tutor vel curator decimam de his fructibus pendentibus tempore, quo incepit tutela vel cura, lucretur, & sic deducto ex prædicta decima, quod pertinet alieno labori tribuendum arbitrio boni viri, prout in casu converso statim dicemus, quando tutela vel cura finitur pendentibus fructibus.

24 Sed † quid in fructibus pendentibus tempore, quo tutela vel cura finitur vel in pensionibus & redditibus minoris, quorum dies cessit eo tempore, non tamen venit, an eos decimet tutor vel curator? Late pro & contra articulum hunc controvertit Bæcad. *cap. 29. num. 11. cum sequentib.* & tandem potius sibi videri affirmat, tutorem tales reddit⁹ decimare non posse: quoniam licet dies cesserit, non tamen venit, neque fructus aut reddit⁹ sunt collecti: nihilominus ex supra dictis in priori casu inducenda videtur: & in hoc secundo æquitas *l. fin.* ut pro rata laboris tutor lucretur, quicquid contrarium existimet Bæca *ubi supr. secundum Petrum Barbos. in d.l. divortio, in princ. n. 14. in princ.*

SUMMARIA.

1 *Impensæ an deducantur ex fructibus, priusquam tutor vel curator deducat suam decimam? & numeris sequentibus per totum caput: resolvitur affirmative, num. 2. & 22.*

3 *Fructus verbum prolatum à lege semper intelligitur deductis impensis, sed hoc ex fictione & interpretatione iuris petitur, quam ex propria & evidi huius vocabuli significatione, & hoc procedit, etiamsi dicatur in lege, quod integri fructus restituantur, secus in dispositione hominis, ut in num. 4. procedit etiam in l. viva, hoc est in verbo fructus prolate à Principe, ut in n. 5.*

6 *Impensæ pertinentes ad perpetuam rei utilitatem non deducuntur ex fructibus.*

7 *Decima Ecclesiastica solvenda est non deductis impensis, sed speciale in his decimis secundum Legistas, sed secundum Canonistas nihil est speciale in hoc, sed quia decima hæc debetur per modum quotæ, non deducuntur impensæ, tamen est vera eorum opinio, sed Legistarum, & n. 17. & 18.*

9 *Colonus partiarius non potest impensas deducere ad solvendam partem fructuum domino fundi debitam.*

10 *Cap. tua nobis, de decim. vera ratio decidendi, & num. 18.*

11 *Colonus partiarius tenetur solvere decimam, & n. 19.*

12 *Impensæ deducuntur ex decimis personalibus, & numero 20.*

13 *Impensæ deducuntur ex fructibus solvendis Principi nomine tributi in recognitionem dominii, & nu. 21. ubi limitatur.*

14 *Gabella fructuum solvenda Principi favore publico, an debeat solvi non deductis impensis? & n. 22.*

15 *Fructus quoties debentur Ecclesiæ vel pia causa, an sint prius deducenda impensa, & n. 23.*

16 *Fructuum vigesima debita in Regno Portugalliæ tutoris minoris, intelligitur deductis impensis.*

CAPUT XXXVII.

An decima tutoris vel curatoris intelligatur deductis expensis circa fructus factis, necne?

1 QVæritur iuris oportunè in proposito, † *an priusquam tutor vel curator deducat decimam omnium fructuum sui minoris, de ipsis fructibus sint deducenda impensa circa ipsos facta, necne?*

Hanc quæstionem late in utramque partem examinat Bæca *de decim. tutor. cap. 29. per totum*, ubi tandem pluribus fundamentis hinc inde adductis, inquit *nu. 7.* quod opinio affirmativa de iuris rigore vera videtur, tamen quod contraria sententia & sic negativa suas habet etiam iuris rationes, quas ibi & numeris sequentibus commemorat, & *num. 11.* inquit, quod in summa prima opinio ex iuris rigore vera videtur, sed secunda & sic negativa videtur æquior. Dubius igitur & anxius videtur esse hic auctor in hac quæstione.

2 Ergo † vero affirmativam sententiam procul dubio probo: & sic quod prius deducendæ sint expensæ circa ipsos fructus factæ, quam decima tutoris vel curatoris, quam in terminis probaverunt & professi sunt adversus Bæcam Ioan. Garsias, *de expens. & melior. c. 1. n. 21. cum seqq.* & D. Barbos. *in l. fructus 7. nu. 21. ad fin. & nu. 22. in princ. ff. sol. matr.*

Et † hæc sententia illo potissimum probatur fundamento, quod quando verbum, *fructus*, profertur à lege, 3
semper intelligitur debitis, qui supersunt deductis expensis, *ut in d.l. fructus, & in l. 1. C. de fruct. & lit. expē. l. quod in fructus, 26 ff. de usur. Bart. in d.l. fructus, n. 6. Felin. in cap. ad nostram, el 2. de usuris. late Tiraq. lib. 1. retract. §. 13. glo. 1. in princ. Bæca d. c. 29. n. 3. Barbos. in l. fructus, sub num. 7.* ubi refert Imol. ibi, *nu. 1.* existimantem hoc procedere ex propria & civili huius vocabuli significatione, quod & tenet Menoch. *de recuper. amiss. possess. remed. 15. num. 374.* dicens, fructus propriè dici deductis impensis pro illis factis, *sequitur Octavian. decis. Pedemon. 23. n. 7. & Corras. in l. divortio, in princ. n. 11. ff. sol. matrim.* Verius tamen est, verbum *fructus* proprie & secundum veritatem significare omne illud, quod percipitur, etiam non deductis expensis, ut colligitur ex Varrone *lib. 4. de ling. Lat. col. 11.* dicente, fructus dici à ferendo, quia res, quæ producit fundus, dominus fert ad fruendum, *l. item si fundum, 10. in princ. & l. arborem, 66. ff. de usufruct. & comprobat. Hippolyt. Riminald. consil. 38. n. 8. lib. 1.* Tantum igitur ex fictione vel interpretatione iuris verbum *fructus*, refertur ad eos, qui supersunt deductis impensis, *iuxta glos. in d.l. fructus, verbo, impensa, Bald. num. 2. Aret. 2. & Socin. n. 5. dicentem receptum, & probant Innoc. & Abb in ca. pastoralis, n. 7. de decim. & Barbos. in d.l. fructus, nu. 7. ad fin.* quamvis adversus regulam huius fundamenti sint nonnullæ difficultates, illas rectè resolvit Barbos. *ubi supra, nu. 8. cum seqq.* Sed quia hæc materia utilis est, & quotidiana in praxi, & ex infra dicendis nostra principalis supradicta sententia affirmativa magis corroborata manebit, liceat mihi calamum aliquantulum differre.

Observandum † est igitur, quod prætata iuris regula, 4
quæ habet, quod verbum *fructus*, prolatum à lege semper intelligitur debitis, qui supersunt deductis impensis, etiamsi in lege dicatur, quod integri fructus restituantur: adhuc namque intelligetur de integris fructibus, scilic. deductis impensis, ut colligitur, *ex l. 1. C. de his quibus ut indign. suncta l. si à domino, 39 ff. de pet. hered. tenent. Bal & Sal. in l. C. de fruct. & lit. expens. col. 2. Alex. & Aret. nu. 7. & Jas. nu. 18. in d.l. fructus, ff. sol. matrimon. Corn. consil. 289. videtur col. ult. lib. 1. Aret. in d.l. divortio, col. 2. ff. sol. matrim. & Castellan. Cotta in memorab. verbo, fructus, in fin.* & nuncupatim hoc restringens ad dispositionem legis tenet Rom. *in d.l. fructus, n. 7.* Nam si in dispositione hominis de integris fructibus fiat mentio, intelligitur ea dispositio, non deductis expensis, *argum. l. si. C. ad leg. Falc. & probat Alex. cons. 133. an 4. lib. 3. & Car. Ruin. consil. 85. n. 8. lib. 1. quos refert & sequitur Barbos. in d.l. fructus, num. 13.* tametsi Alexan. *ibi, col. 2. ad med.* hanc declarationem improbet: ex quo cessat controversia Dd. quos refert Bæca *d. cap. 29. num.* dicens, se fateri, hoc de fructibus integris non ita expeditum esse. Sunt enim plures auctores, qui pro & contra tenent, cum revera controversum hoc non sit, si fiat distinctio inter dispositionem legis & hominis, *ut pradiximus, ut docet Barbos. in d.l. fructus, n. 13.*

Cum

Cum ergo lex nostra fori, decimam simpliciter fructuum tutori vel curatori deferat pro suo labore, consequitur manifeste deducendas esse prius expensas, cum etiamsi concederetur integram decimam fructuum, adhuc idem esset dicendum per supradicta. Quod si tutor vel curator tempore, quo suscepit tutelam vel curam, promittat restituere pupillo omnem rem cum omnibus fructibus, videtur, quod decimam deducere non valeat ex supradicta resolutione, nihilominus in hac specie tenendum est, quod in ea resolvimus *supra hac 3. part. cap. 20. per totum.*

5 Secundo † principaliter eadem regula, de qua supra, amplitur, ut procedat, etiamsi verbum, *fructus*, proferatur à lege viva, id est, si proferatur à Principe. Intelligitur enim etiam tunc ex identitate rationis deductis expensis, *juxta reg. d. l. fructus, secundum Jas. ibi. num. 16. sequitur Capic. decis. 20. num. 7. & Tiraqu. lib. 1. de retract. §. 13. glos. 1. num. 6. & eos referens Barbos. in d.l. fructus, nu. 14.* idem probans in rescriptis & impetrationibus *secundum Vincent. ibi, num. 7. & Covar. lib. 3. variar. resol. cap. 13. num. 1.*

6 Nunc † eadem regula limitanda est, primo ut procedat in impensa facta gratia ipsorū fructuum: Aliæ namq; impensæ pertinentes ad perpetuā rei utilitatem, quamvis debeantur ex fructibus, tamen non deducuntur, ut colligitur *ex d. l. divortio. fin. ff. sol. matrim. & tenet glos. verbo, impensa, in d.l. fructus, Paul. num. 3. & Vincent. 4. Paris. consil. 94. num. 25. lib. 2. Tiraquel. in tract. primogen. quæst. 74. num. 4. Menoch. consil. 64. num. 32. lib. 1. quos ad hoc refert & sequitur Barbos. in d.l. fructus, sub d. num. 14.* ubi late differit, an expensæ factæ ad custodiam & conservationem, videantur factæ gratia fructuum.

Ex quibus infertur ad decisionem illius quæstionis, si arbores fundi pupillaris & tabernæ aut domus corruant, ita ut oporteat eas reficere arboresque sufficere, an prius ex fructibus minoris deducenda sint necessaria ad refectionem, & postea deducenda sit decima ex residuis fructibus. Ex supra modo namq; resolutis constat, hanc impensam fructus ipsos non respicere, sed proprietatem: Ergo ipsa non est deducenda ex fructibus prius, quam decima.

Nihilominus tamen text. *in l. fundi Trebatiani, ff. de usufruct. legat.* contrarium probare manifeste videtur. Inquit namque, quod etiamsi usufructuarius ad refectionem non teneatur, ille tamen, cui fructus dantur, reficere tenetur rem, in qua habet jus percipiendi fructus.

Sed adhuc est tenendum, quod prædiximus, scilicet tutoris decimam minime minuendam, ex eo, quod bona sint reficienda *ex supradictis*, & præterea *ex l. usufruct. legato, in fin. ff. de usufruct.* ibi, *quoniam igitur omnis fructus res ad eum pertinet, reficere eum adæ per arbitrium cogi:* Ergo si non omnis fructus ad eum pertinet, reficere non teneretur: Ad tutorem autem vel curatorem solum pertinet decima: ergo eius ratione ad refectionem non tenetur. Et nominatim hoc probatur *in cap. pastoralis de decim.* Nec obstat text. *in dict. leg. fundi Trebatiani*, quia intelligi debet, quando omnes fructus ad aliquem pertinent, non vero quando pars eorum, ut modo dicebamus, & in terminis ita tenet Bæca *d. cap. 29. num. 16.*

7 Secundo, † regula supradicta de expensis deducendis de fructibus limitatur in decimis Ecclesiæ: in illis namq; verbum *fructus*, intelligit non deductis expensis, *text. in cap. tua nobis, & in cap. pastoralis de decim. expressa l. 13. ibi: Non facundo de ello, &c. tit. 29. part. 1.* Est q; speciale in his decimis, *secundum Bart. in d.l. fructus, num. 6. & cum eo transeunt communiter Legistæ, ut ibi asserunt Claud. post princ. & Vincent. n. 9. Bæz. de decim. tut. c. 29. n. 1. & 9. & refert Barbos. in d.l. fructus, n. 15. vers. limita 2.*

8 Canonistæ † vero contendunt, nihil speciale esse in his decimis: sed in hac materia ita esse distinguendum, ut si per legem fiat mentio fructuum, simpliciter locum habeat regula superior, nempe ut deducantur expensæ: si vero fiat mentio de quota parte fructuum, procedat dispositio *d. c. 2. tua nobis, & cap. pastoralis, de decim. ita post Host. tenet Abb. in d. cap. pastoralis, col. fi. Anath. de Affict. decis. Neapol. 232. num. 8. Capic. decis. 20. num. 12. Tiraqu. in trait. de primog. quæst. 74. num. 9. & alios referens Bæca d. cap. 29. n. 8. Corras. in d.l. fructus, n. 11.* Ergo iuxta hanc sententiam Canonistarum, cum decima fructuum tutori vel curatori debita sit quota pars fructuum, non sunt deducendæ expensæ de ipsis fructibus, antequam decima deducatur, quod est contra nostram sententiam, quā defendimus *in nostra quæst. prima* de qua *in tit. huius cap.* & in favorem contrariæ optimonis Bæcæ, quam improbavimus.

Sed hæc Canonistarum distinctio tuta non est, nec vera ex textu *in extravagan. 1. vers. in solvendo, de decim. inter communes*, ubi solvitur quota fructuum, hoc est, decima Papalis, & tamen deducuntur expensæ, *notavit glo. in clem. 1. verbo, taxationem, in fin. de decim. Domin. cons. 85. a num. 5. Aret. in d.l. fructus, col. 3. post prin. & ibi Barbos. nu. 16.* qui ex hoc prædictam distinctionem Canonistarum rectè atque confundit. Quare ipse, cum variant scriptores circa veram rationem, *d. c. tua nobis, ut patet ex tradit. per Soc. in d.l. fructus, Capic. decis. 20. num. 3. Tiraqu. lib. 1. de retract. §. 13. glos. 1. num. 14. Rebuff. de decim. quæst. 11. a num. 1. & Joan. Garsi. de expens. cap. 1. num. 17.* ad veram rationem præmittendum esse censet.

Quod † si fundus locetur colono partiario, ut is ter- 9
tiam partem fructuum domino fundi reddat & reliquos sibi retineat, non poterit is colonus impensas ex fructibus deducere, quia operas & impensam videtur ponere pro ea parte fructuum, quæ secundum conventionem apud eum remanere debet. Et hæc est communis sententia, ut plures allegans, affirmat eam probans ac defendens idem Bæca *ibi sub nu. 16. cum seq.* vbi reddit rationem diversitatis inter hunc casum & alterum societatis, in qua vnus ponit operam & alius pecuniam. Quare is, qui ponit operas, non teneatur sumtus ex suo facere, sed deduci debent ex corpore societatis, secus in colono partiario. Istamque tacite videtur se obligasse ad ponendas operas suo sumtu: & prædicta communis sententia de colono partiario approbatur expresse *in l. 19. ad fin. ibi, ea si aliquo, tit. 26. part. 1.*

Ex † hac igitur communi sententia infertur vera ra- 10
tio decidendi *ad d. ca. tua nobis*, in quit Barbos. *ubi supra, num. 19.* Nam Summus Pontifex ibi ita arguit: *Deus est Dominus orbis, qui concessit terras colendas hominibus reservata sibi certa parte fructuum.* Prout igitur quando temporalis dominus dat terram colendam alicui, reservata sibi certa parte fructuum, colonus non deducit impensas, quia recipiendo partem fructuum, tacite videtur se obligare ad operas & sumtus necessarios ad fructus percipiendos, *ut sup. dictum est*: Ergo idem recipiendum est in decima, quia in ea militat fortior ratio, *ut inquit advertere Sot lib. 9. de just. & jur. qu. 4. art. 2. col. 2. ad med.* nempe in decimis cernere contractum quoddā genus societatis inter Deum & hominem. Homo enim semina sua labores & sumtus ponit, exponitque se huic periculo confisus Deo. Cum igitur Deus sua benignitate cumulatam frugem referat, satis est, quod homo pro periculo & labore novem retineat & unum integrum Deo reddat, *sequitur Joan. Garsi. de expens. cap. 1. nu. 17.* Addit Barbos. clarius hoc dicere potuisse, quod in decima homo consideratur tanquam colonus partiarius, ac ob id deducere non potest impensas, benignusque cum eo actum videri, cum Deus sibi tantum decimam

reservaverit, & alii domini maiorem partem sibi soleant reservare. Item Deus auget fruges, quod alii domini minime præstare possunt. Ex quibus plura deduxit Barbos. *ubi supra, num. 19. cum seqq.*

Primo nihil essentiale continetur in decimis, sed satis eisdem terminis idem esse recipiendum in quibuscunque fructibus, *ut constat ex supra traditis*, quidquid existimet Joan. Garsi. *d. c. 1. n. 1. vers. 2.*

Secundo, non esse veram rationem Canonistarum supra relatam, & quod potius docere debuisset, quod ideo ex decimis non deducuntur impensæ, quia in eis homo respectu Dei censetur colonus partiarius.

21 Tertio, † colonum partiarium teneri solvere decimam ob rationem, de qua per Ant. Nat. *cons. 409. n. 7. lib. 2.* licet alias colonus partiarius ad onera realia vel juxta mixta non teneatur, *Octavian. decis. Pedemont. 83. à num. 7.*

22 Quarto, † deducit veram interpretationem *ad l. a pastoralis, de decim.* ubi ex decimis personalibus deducuntur impensæ, quia in eis cessat ratio supra assignata; non enim solvuntur ex fructibus, qui à terra percipiuntur, sed ex eo, quod acquiritur per industriam & laborem personalem.

23 Quinto, † colligit adnotationem ad tradita *per Dd.* quos ibi citat, dicentes, quod si Principi solvantur fructus nomine tributi in recognitionem dominii universalis, non deducuntur impensæ, *argum. text. in d. cap. tua nobis, de decim.* ubi decimæ æquiparantur tributis: Sed, inquit Barbos. hoc non esse verum, quia ratio supra assignata in decimis cessat in tributis, & probat cum aliis Bacca *d. cap. 29. num. 2.* & Tiraquell. *de retract. tit. 1. §. 13. num. 12.* contra alios, quos retulerat *num. 11.* nisi terra esset Principis & per colonum solveretur certa pars fructuum, tunc enim non deducerentur impensæ, *secundum Barbos. ubi supra.*

24 Sexto, † ex supradictis improbat Barbosa Baldi decisionem *in d. l. fructus, ad fin. ff. solut. matrimon.* tenentis, quod prout favore juris divini decimæ intelliguntur non deductis impensis, ita etiam & gabellæ fructuum, quæ solvuntur Principi, favore publico debent solvi, non deductis impensis juxta æquiparationem *l. fin. C. de sacrosanct. eccles.* quod & probat idem Bald. *in l. fin. domine. §. fin. ff. de petit. hered.* Paul. Castrens. *in d. l. fructus.* & ibi Ruin. *num. 8. ad fin.* & Claud. *num. 7.* Matth. de Afflict. *decis. 252. n. 7.* Tiraqu. *de primog. quæst. 74. num. 8.* Lotior. *de fructibus axiom. 3.* Avend. *lib. 2. de exsequend. mand. Reg. cap. 14. num. 15.* ad eundem Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 15. glos. 1. num. 21.*

Sed hanc traditionem, inquit Barbos. ex supra traditis confundi, quia non est verum, Ecclesiam & Rempublicam æquiparari per viam regulæ, sed tantum hanc æquiparationem invenitur facta in casu particulari, *d. l. fin.* ut adversus Bald. advertit Imola *in d. l. fructus, & Tiraquel. d. §. 15. glos. 1. num. 12.* quibus & aliis rationibus contra prædictam traditionem Baldi in gabellis tenet Barbos. *ubi supra, post Imol. & Cumanum. num. 3. in d. l. fructus, & ibi Jas. num. 17. & Zas. num. 9. Capic. decis. 20. n. 8.* ultra quos eandem sententiam videtur tenere idem Bald. sibi contrarius *in l. non amplius, per text. ff. de legat. 1.* dicens, quod si debeat solvi gabella ex legato, solum solvetur de eo, quod onere legati deducto superfuerit, quem ibi Dd. sequuntur, & plura in hanc rem adducit Segur. *in l. si ex legatis causa, col. 13. ff. de verbor. obligationib.* & ita in specie quæstionis gabellæ tenuit D. Castillo *in l. 70. Tauri, verbo, el alcavala, in addit.* dicens gabellam solvendam esse de pretio rei venditæ, quod restat deductis expensis in venditione, & hanc doctrinam notandam esse, à dictis legibus quaterni gabellarum dixit Mexia Pontius idem sequutus *in pragmaticis, conclus. 2. num. 94. Baptist. Villalob. in suo error. com. opin. 1. t. E. num. 43.*

Septimo, † ex supra dictis & resolutis corruere videtur, inquit Barbos. *in d. l. fructus, sub num. 21.* quod tenuit Socin. *ibidem n. 2.* dicens, quod vbicunq; debentur fructus Ecclesiæ vel piæ causæ, non debent deduci impensæ, *argu. d. cap. tua nobis, quem sequitur Afflict. decis. 252. num. 3. Capic. decis. num. 9. Rebuff. in tract. de decim. qu. 11. num. 6.* Nam secundum ipsum Barbos. extra casum *d. cap. tua nobis*, nitentem ratione, de qua supra, *fructus*, qui debentur Ecclesiæ vel piæ causæ intelliguntur deductis expensis, juxta regulam generalem, de qua supra, & quod ita in specie post alios resolvit Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 15. glos. 1. nu. 13. & Bacca dict. cap. 29. num. 1.* 25

Octavo & vltimo † ex prædictis colligit Barbos. *ubi supra, n. 21. ad fin.* explicationem *ad l. ordinamen. Lusitaniæ, lib. 1. titul. 65. §. 36.* dum tutori pro labore concedit vigesimam partem fructuum, qui percipiuntur ex bonis pupilli. Nam id intelligendum est deductis expensis, *ut etiam probat Ioan. Garsi. de expensis, c. 1. num. 20.* quidquid contrarium probet magis Bacca *dicto cap. 29. num. 10.* 26

Nunc vero sigillatim videamus breviter, an supra dicta & deducta à Barbosa sint vera & tenenda necne?

Et in primis, † quantum ad opinionem Legistarum dicentium speciale esse in decimis debitis Ecclesiæ, ut de ipsis non deducantur expensæ, quod improbat Barbosa: censeo recte sustinere posse opinionem prædictorum Legistarum, tum assignatione rationem specialitatis, quæ patet ex eo, quain pro vera tradit ipse Barbosa supra relatus, & infra etiam dicenda: & quia extra casum decimarum ex fructibus alias debitis Ecclesiæ vel piæ causæ deducuntur expensæ, vt cum veriori sententia probavit idem Barbosa *ubi supra*, cuius opinionem sequemur infra. Ergo speciale est in decimis Ecclesiæ debitis, vt de ipsis non deducantur impensæ. 27

Opinionem † vero Canonistarum, de qua supra, minime probo, quia est contraria supra dictæ opinioni veriori Legistarum, & quia nihil interest quoad expensas deducendas vel non deducendas, quod in lege fiat mentio simpliciter fructuum, vel quotæ partis, & ideo merito improbatur, præcipue cum sit textus *in extravagant. de decim. ut supra expendimus*, vbi quoque tenentes contrarium retulimus. 28

Quantum autem attinet ad veram rationem *d. capit. tua nobis, de decimis*, decidentis, non esse deducendas expensas ex decimis Ecclesiæ debitis, probo eam, quam supra retulimus ex Soto & aliis, estque expresse probata *l. 4. tit. 29. part. 1.* ibi; *Otra razon ay por que la non deven sacar (scilicet, la simiente) ca nuestro Senor Dios no deve ser de peor condicion que los omes en sus heredades: ca si algunno da à otrosi heredad por cierta cosa, o por cierta quantia que le den por ella, no deve en que la labra sacar las despensas, nin la simiente, nin otra cosa ninguna, ante que en senor tome at quello que ha de tomar, pues si los omes esto pueden fazer en sus heredades, mucho mas lo deven guardar a Dios que es Senor de la tierra.) de todas las cosas que son en ella.*

Tertium † de colono partiario, quod teneatur solvere decimam, probo ex eadem *l. pretia*, in verbis modo relatis, ibi, *Nin otra cosa ninguna.* 29

Quartum † quoque, quod ex decimis personalibus deducuntur impensæ, probo. 30

Quintum, † quod de fructibus, Principi solvendis nomine tributi, in recognitionem dominii universalis deducantur impensæ, nisi terra esset Principis & per colonum solveretur certa pars fructuum, admitto & sequor. 31

Circa † sextum, quod priusquam gabella solvatur, deducantur de pretio impensæ necessariæ, ad contractum ipsum, ex quo debetur gabella, celebrandum. 32

Pro

Pro resolutione huius articuli controversi observandam censeo distinctionem Bartoli communiter approbatam, *in l. sed si hoc, §. cuidam. ff. de condit. & demonst. testæ Lasarte de decim. vendit. cap. 16. n. 2.* quæ habet, quod si lege vel statuto caveatur, quod ex pretio, quod ad venditorem pervenerit, solvatur gabella sex denariorum pro libra, ea solvi debet deductis expensis, quæ in proxenetis aut subhastationibus aliove modo factæ erunt, quia pretium rei dicitur deductis expensis & labore, *ut ait gloss. fin. ad med. in l. per diversas, & vbi docet Bart. n. 6. C. mandat.* & juxta hunc casum procedit, quæ tradit Ant. Gomez. *1. tom. variar. resol. cap. 12. num. 25.* & omnia allegata per nostros Cohilpanos *ubi supra*; qui in applicatione huius distinctionis ad leges gabellarum huius Regni valde errarunt.

Si autem lex vel statutum ita disponat, ut ex pretio, quo res venierit, gabella solvatur, tunc absque ulla impensarum deductione ex toto pretio convento, & per contrahentes in venditione deducto, solvenda est: quia verum est, rem tanti venditam esse, & hic est casus *l. 1. tit. 17. lib. 9. nov. collect. Reg.* ibi, *De todo el precio por que vendieren*: Igitur ad huius Regalis decimæ computationem non sunt deducendæ prædictæ expensæ, juxta communem illam & veram Bart. distinctionem: sed integra decima solvenda est ex toto integro pretio venditionis, *ut recte tenet Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap 3. §. 7. num. 16.* Et hoc jure utimur secundum Lasar. *ubi supra*, licet id vix defendi posse dicat Joann. Otos. (cum legem illam Regiam non viderit, non enim sic loquebatur, *l. 2. quaterni gabellarum*) *in l. cum quadam puella, §. quoties, num. 4. ff. de jurisdict. omn. jud.* Et licet contrarium recte rem istam non considerantes tenere videantur ceteri Hispani supra citati, sed nostra hæc sententia verissima est & tenenda, & in praxi quotidie observari eam videmus, *ut diximus in nostro lib. de gabellis.* Ita sequitur Giron *de gabella, in pralud. num. 31. & iterum in 3. part. num. 41. & Azevedo in d. l. 1. num. 152. & 153. tit. 17. lib. 9.* 33

Septimum, † quod supra retulimus ex Barbos. nempe ut extra casum *dict. cap. tua nobis*, fructus qui debentur Ecclesiæ vel piæ causæ, intelligantur deductis impensis, mihi placet.

24 Octavum & ultimum, † quod impensæ deducantur ex fructibus minoris, antequam tutor vel curator eius deducat suam decimam, verum esse censeo & tenendum contra Baeccam *ubi supra.* & cum his sumus expediti à nostra quæstione principali.

SUMMARIA.

1 *Decimare an possit tutor vel curator semel atq; iterum fructus, si res minoris bis in anno fructificet, & num. sequentib. per totum cap. pars affirmativa probatur, num. 3.*

2 *Venditio simplex rosarum viridarii intelligitur de primis fructibus, non de secundis, quæ in eodem anno producit viridarium & quomodo intelligatur, num. 7.*

4 *Lex mandans maritum lucrari fructus dotis, intelligitur de primis & secundis fructibus, si res bis anno fructificet.*

5 *L. bovei, §. hoc sermone, cum similibus. ff. de verb. significa. non habet locum in verbis legis, & præterea non procedit, quando est eadem ratio in secundo actu, quæ in primo, ut in num. 6.*

8 *Decimare potest tutor vel curator fructus rei castrensis, vel quasi, pupilli vel adulti sui.*

9 *Decimam potest petere tutor vel curator etiam transacto triennio, non enim comprehendit eum lex Regia, præscriptionem salarii famuli triennio inducens.*

CAPUT XXXVIII.

An tutor vel curator deducat semel atq; iterum decimam si res minoris bis in anno fructificet?

REs † minoris si bis in anno fructificat, quæritur, *an tutor vel curator eos duplices fructus decimare possit, hoc est, bis in anno?* 1

Et videtur quidem prima facie pro minore judicandum ex regula vulgari, quæ habet, *quod verba simpliciter prolata intelliguntur pro prima vice. l. bovei, §. hoc sermone. ff. de verb. signif.* sed lex nostra fori concedens tutoribus decimam fructuum pro labore simpliciter loquitur, dicens, *Tome para si el diezmo.* Ergo de primis fructibus intelligenda est.

Secundo facit, quia prædicta *l. fori*, est correctoria juris communis, ut non semel in superioribus docuimus & minoribus præjudicialis atque odiosa. Ergo restringenda est, in quantum fieri possit, sed potest verificari in primis fructibus singulis annis. Ergo ultra eos extendenda non est, *l. quod vero contra. ff. de legibus, cum similibus.*

Tertio, † quia sic etiam videmus, quod si quis vendat simpliciter rosas sui viridarii & fructificet bis in anno, venditio intelligitur de primis fructibus, non de secundis, *argum. l. bovei, §. hoc sermone, & l. datis. §. promissio. ff. de jur. dot.* Ita in terminis tenet Bald. per text. ibi, *l. advertito, §. quod in anno. ff. fol. matr.* ubi Barbos. *num. 7.* cum tex. ad hoc expendit & refert esse communiter receptum dictum Bald. ex Baeca *de decim. tur. cap. 30. num. 2.* qui tamen hoc non dicit, licet id teneat alios allegans, *sequitur Rebuff. in d. §. boves. versic. 3. observandum.* 2

Ego † autem in terminis nostræ quæstionis principalis contrarium probo. Imo quod tutor vel curator in hac specie decimet non solum primos fructus, sed etiam secundos ex generalitate nostræ legis, quæ vtrosque comprehendit. Nec maior ratio est in primis, quam in secundis, cum decima detur pro labore administrationis, & tutor ita laboret circa secundos fructus, sicut circa primos. 3

Secundo, † *ex d. §. quod in anno*, vbi lex dictans maritum lucrari fructus dotis, intelligitur de primis & secundis fructibus, si res bis in anno fructificet: Ergo ita & eodem modo si res minoris eodem anno bis vel decies fructificet, toties tutor vel curator eius fructus decimare poterit, prout in terminis nostris recte probavit Baecca *d. c. 30. num. 7. cum seqq.* vbi hoc aliis rationibus comprobat. 4

Non † obstat primum fundamentum contrarium regulæ *l. bovei, §. hoc sermone, cum similib.* quia ipsa non habet locum in verbis legis, *ut post alios notavit Alexa. in l. si cum decem, §. eo autem tempore. ff. fol. matr. Jas. in l. duobus, §. ex qui numero. ff. de jur. ejur. late Tiraqu. in d. §. hoc sermone, & vbi Rebuff. in vers. vltimo limitatur, pag. 543. in pr. & Baeca ubi supra, n. 9.* Sed decima tutoribus defertur à lege fori. Ergo non minus decimabunt secundos fructus quam primos. 5

Præterea † regula *d. l. §. hoc sermone*, non procedit, quando est eadem ratio in secundo actu quæ in primo, *arg. d. illud, cum similib. ff. ad leg. Aquil. secundum Rom. cons. 304. quem ad hoc refert & sequitur Rebuff. ubi sup. in 2. lim. ibi*, & idem quando eadem ratio esset, *ut prædiximus.* Ergo & eadem iuris dispositio esse debet. 6

Non etiam obest secundum, nempe quod nostra lex fori sit correctoria & odiosa, ac proinde secundos fructus minimè comprehendere, quia respondemus, quod etsi hoc ita verum sit, nempe eam legem esse correctoriam & odiosam, nihilominus servanda est & vtrosque fructus comprehendit, tam in eius generalitate, quam in ratione ab ea expressa, & vbicunque ratio expressa est in lege, non dicitur extensio, quod sub ea ratione continetur, sed virtualis comprehensio & inclusio, *ut resolvimus late lib. 3. pract. qu. 17. num. 78. cum pluribus sequentib.* quanto magis, quando decisio legis est generalis, *prout. d. l. fori.*

7 Tertium † de rosis viridarii simpliciter venditis nihil nocet ex supradictis in responsione ad primum, & quia Doctores id tenentes loquuntur in venditione rosarum, vel fœni, simpliciter non in longum tempus nec per plures annos. Nos vero loquimur in fructibus plurium annorum vel totius temporis, quo tutela vel cura duraverit. Denique illud de rosis viridarii simpliciter venditis, quod intelligatur tantum de primis rosis, non de secundis eiusdem anni, non est usquequaq; absolutum. Eget namque distinctione, an viridarium soleat prius bis in anpis singulis fructificare vel non.

8 Ex † eadem generalitate nostræ legis *fori*, deducitur, etiam tutorem vel curatorem decimare posse fructus rei castrensis, vel quasi pupilli, vel adulti sui, *ut recte probavit Baeca d. cap. 32. n. 16.* vbi id aliis comprobat fundamentis.

9 Et † *n. 20.* addit, quod alia lex nostra Regia præscriptionem salarii famuli triennio inducens, non comprehendit tutorem pro sua decima, quia is famulus non est, sed potius loco domini habetur, *l. qui fundum, §. si tutor, ff. pro emt. l. 15. tit. 14. part 5. Bart. & alii Doctores quos ibi refert*, quinimo habetur loco patris, *ut ind. l. 15.* Ergo non est exceptenda adversus eum prædicta lex Regia de præscriptione salarii famuli triennio loquens, & ideo merito ad Baecam *vbi supra*, se refert Azevedo *in l. 6. n. 11. tit. 15. lib. 4. nova collect. Reg.*

SUMMARIA.

1 *Remedia quæ competant tutori vel curatori collecti fructibus non tamen exportatis finita tutela pro sua decima consequenda, & n. seq. per totum caput.*
2 *Tutor vel curator potest prohibere minorem cuiusq; curatorem, ne se inscio fructus colligat, nisi missio inspectore, vt sibi consulat pro sua decima.*
3 *Dominus fundi tempore messis potest mittere famulum inspectorem, ne fraus fiat in fructibus dividendis inter ipsum & suum colonum.*
4 *Vxor potest inhibere viro suo ne se inscia fructus colligat nisi præsente homine, quæ mittere vult, ne sibi fraus fiat.*
5 *Decimarum dominis possunt prohiberi, ne ipsis inscijs fructus colligantur.*
6 *Tutor vel curator, qui restituit pupillo maiori facto integre rei suæ, potest ab ea conducere decimam, licet non à tertio possessore fructuum.*
7 *Tutor vel curator potest retinere res pupilli vel adulti penes se exsistentes pro sua decima.*
8 *Creditor ratione debiti non potest retinere rem debitoris sui, nisi quando debitum oritur ex melioratione facta in ipsa re.*
9 *Sartor potest retinere vestes pro ratione pretij sibi debiti pro sartura.*
10 *Decimam potest propria auctoritate capere tutor vel curator, nisi in casu, de quo in n. 12.*
11 *Tutores possunt propria auctoritate sibi satisfacere de bonis minoris de eo, quod sibi minor debet.*
13 *Tutor & curator in ratione, quam reddit suæ administrationis reputare potest decimam sibi debitam & salarium, quod sibi debetur pro administratione, ut in n. 14. Calculatores debent admittere hanc reputationem, quando in ea non fuerit exortum aliquod dubium rationabile, ut in n. 15.*
16 *Tutor vel curator potest suam decimam consequi actione tutelæ contraria, imo ea compesci etiam adversus quemlibet possidentem rem pupilli, etiam ea nihil petente, ut in n. 17.*
18 *Actio tutelæ contraria est bonæ fidei.*

CAPUT XXXIX.

De remediis competentibus tutori vel curatori pro sua decima consequenda collectis fructibus finita tutela.

QUÆRO † modo, *quæ remedia competant tutori vel curatori, collectis fructibus, non tamen exportatis, finita tutela pro sua decima consequenda?* Et in hoc resolvendum est. 1

Primo † posse tutorem vel curatorem in prædicta specie prohibere minorem, ejusque curatorem, ne se inscio fructus colligat, nisi missio inspectore, *ut in leg. 2. ibi, sub aspectu curatoris, C. quand. & quib. quarta pars debeatur.* 2

Cujus † argumento Dd. decidunt, quod si inter me & colonum fundi mei fructus sint dividendi, quod tempore messis possum mittere famulum inspectorem, ne fraus fiat in fructibus, *ita docet Alex. in l. divortio, §. fin. col. fin. vers. luxuria hoc unum. ff. sol. matr.* & ibi Bald. dicit, quod uxor poterit inhibere viro, ne se inscia fructus colligat, nisi † præsente homine, quem mittere vult, ne sibi fraus 3 4 fiat, prout eos refert & sequitur Baeca *de decim. tut. c. 31. n. 5.* dicens, vide casum. in quo loquuntur.

Secundo, † quia qui habet partem in fructibus ratione decimæ, videtur habere partem in fundo, hoc est, in re, & ideo potest prohibere dominum, ne se inscio fructus colligat, ut loquendo in decima docent plures auctores, quos refert & sequitur Baec. *ubi supra n. 2.* ubi in terminis decimæ tutoris nostræ *l. fori* idem probat. 5

Et † *num. 6.* quod si tutor pupillo majori facto res suas integre restituisset, posset ab eo condicere decimam, licet non à tertio possessore fructuum, *ut docet Bart. in l. quod si nulla. ff. de legat. 1. ita Baec.* sed in hoc observabis, quod docuimus *supra, c. 20. per tot.* 6

Secundo, † si minor jam major factus noluit tutori relinquere decimam, sed fere omnia sua occupaverit tutor vel curator poterit ratione decimæ retinere res pupillares vel adulti, quæ apud se fuerunt, *ut in l. 1. §. præterea. ff. de contrar. & util. act. tut.* ubi quod tutor potest uti retentione ad consequendum, quod sibi pupillus debet, *& ita notant Dyn. & Alb. & alios allegans tenet in terminis Baeca d. c. 31. num. 8.* 7

Confirmatur † ex doctrina Bart. *in l. si non sortem, §. si centum, n. 7. ff. de cond. indeb.* ubi tenet, quod etiamsi ratione debiti nullus possit retinere rem debitoris sui, *ut in l. fin. C. commod. & ibi Dd.* hoc non habet locum, quando debitum oritur ex melioratione facta in ipsa re, *ut in l. si area. 33. in fin. ff. de cond. indeb.* quam doctrinã sequuntur Dd. *in d. l. si centum,* & probatur etiam *in l. in reb. 18. §. possunt. ff. commodat. & in l. Paul. ff. de dolo except.* & tenet Carol. Ruin. *cons. 100. ad fi. lib. 4. Burs. cons. 85. n. 31. lib. 1. & diximus late lib. 3. pract. quæst. 68. n. 7. & post nos Barbos. in d. l. divortio, §. fin. n. 71. ff. sol. matr.* 8

Sic † etiam sartor potest retinere vestes ratione pretii sibi debiti pro sartura, *teste Bald. in l. fin. C. commod.* & scriptor potest pro salario retinere membranas vel codicem scriptum, *ut notant Bart. Bald. Ang. Jas. & Alex. in addit. ad Bart. in d. §. sicentum, Cyn. & Salyc. in d. l. fin. C. commod. & in l. si non inducta, C. in quib. caus. pign. vel hypothec. contrah. quos refert & sequitur Baec. d. c. 31. n. 9.* sed tutori debetur & datur decima, eo quod coluit rem minoris & laboravit in ea. Ergo potest ipsi retentione ejus pro sua decima. 9

Tertio, † tutor poterit propria auctoritate capere decimam fructuum minoris, ut patet *ex lege citata l. fori*, ibi *Y tome para si el diezmo.* Verbum namque, *tome*, correspondet verbo Latino, *accipiat*, quod est verbum directum *secundum Bart. in l. centurio, ff. de vulg. & pupill. col. 4. quem & alios refert & sequitur Baec. ubi supra, num. 10.* 10

Accedat, † quod tutores possunt propria auctoritate sibi satisfacere de bonis minoris de eo, quod sibi minor debet, *arg. l. 1. §. plane si forte, ff. de contr. & util. act. tut. l. quoties, §. sicut. ff. de admin. tut. Paul. Castr. cons. 379. primo videndum est. utrum remissio facta, vers. præterea est, lib. 1. Boer. an consuet. Butur. tit. de consuet. jur. perso. §. 12. col. pen. vers. & an tutoru. Baec. d. c. 31. n. 11. dixim⁹ late sup.* 11

Si † tamen tutor res omnes minoris nulla facta deductione decimæ restituisset minori facto maiori, non posset postea propria auctoritate accipere decimã, *ut recte censuit Baeca ubi supr. ad fin. d. cap. 31. vers. fateor tamen.* 12

Quarto, † cum tutor & curator in computatione & ratione, quam reddit suæ administrationis, reputet sumptus & expensas factas circa res minoris, jure quoque reputabit simul suam decimam, ut certum salarium sibi à lege debitum & taxatum, ut tanto minus oneris contra se remaneat, vel ut ipse minorem suum oneret: Cum enim hæc decima ratione sui laboris in administratione impensi sibi à lege fori deferatur, consequens est, ut in ipsamet rationis redditione deducatur tanquam exitus ac introitu, ut patet, tum ratione, tum etiam *ex versic. fin. d. l. fori*, ibi; *Trome para si el diezmo de los frutos por razan de su trabajo, y quando viniere a edad, dexelos todo lo suyo ante el alcalde por el escripto con que lo recibio*, &c. Decima enim, quam accipere debet tutor vel curator, non est minoris, sed tutoris vel curatoris, cui delata est jam ætas; accepta per ipsum. 13

Tandem † hæc nostra sententia comprobatur *in l. si tutoribus, §. final. ff. de administratoribus tutor. & in l. §. si pupillus, ff. de tutorib. & ration. distrahend.* ubi probatur, quod in reputatione bonorum pupilli potest tutor reputare salarium, quod sibi datur pro administratione, hoc est, potest retinere salarium, cum restituit rem pupilli, per quæ jura ita in terminis tenet Baeca *de decim. tut. cap. 33. num. 5.* & † ita debet admitti & recipi hæc decimæ reputatio per calculatores rationum, quando non fuerit exortum in eis aliquod dubium rationabile super ablatione decimæ. 14 15

Quinto, † tutor vel curator poterit suam decimam consequi actione tutelæ contraria, *l. 1. §. ante hoc judicio, ff. de contrar. judic. tutel.* ubi quod hæc actio non solum datur tutori pro expensis factis in re pupilli, verumetiam pro eo, quod pupillus obligatus est præstare tutori. 16

Imo † datur etiam non solum adversus tutorem, verum etiam adversus quemliber possidentem rem pupilli, etiamsi pupillus nihil petat, nec directa actione tutelæ agat adversus tutorem, *l. quid ergo, §. fin. l. 1. §. hanc actionem, ff. de contr. jud. tut.* 17

Et † hæc actio tutelæ contraria bonæ fidei est, sicut directa, *Jas. in §. alliouum, num. 70. Iustit. de act. Baec. d. cap. 33. num. 6.* 18

SUMMARIA.

1 *An decima solvenda sit in ipsimet fructibus in specie, vel sufficiat offerre æstimationem pro ea?*
2 *Sufficit pro decima oblatio æstimationis in pecunia numerata, & est unus casus, vbi aliud pro alio solvi potest, licet contrarium verius.*
3 *In ipsimet fructibus in specie decima secundum veriorem sententiam solvenda est, nec sufficit æstimationem offerre.*
4 *Compensatio non admittitur de quantitate pecuniæ ad quantitatem fructuum, limita vt ibi.*
5 *Decima non est deducenda de qualibet re, sed res est definienda secundum arbitrium boni viri inspecta rerum qualitate, an admittat divisionem vel non.*
6 *Regula generalis est, quod quando ex dispositione legis vel hominis sit præstanda pars quotativa, puta 4. 6. decima non sit deducenda de qualibet re, sed quod res sit definienda arbitrio boni viri, vt supra.*
7 *Pro decima neque peiores, neque meliores fructus dandi sunt, sicuti in legitima filij.*

CAPUT XL.

An decima solvenda sit in ipsimet fructibus in specie, vel sufficiat æstimationem pro eis offerre, & an in qualibet re dari debeat?

QUæritur † præterea, *an decima solvenda sit in ipsimet fructibus in specie, an vero sufficiat offerre æstimationem pro ea?* 1

Et † videtur primo sufficere offerre æstimationem in pecunia numerata ex text. *in l. fundi Trebatiani. ff. de instruct. legat.* ubi probatur, quod si alicui debeantur fructus, sufficit quod ei offeratur æstimatio, ut patet ex illis verbis text. *quæro an possit tutor heredis fundum vendere, & legatario quantitatem offerre annuam, quam vi tui pateriam. ex locatione fundi redigere consueverat, respondi posse.* & ibi notat gloss. *verbo, posse*, hunc esse unum de casibus in quibus aliud pro alio solvi potest. 2

Nihilominus † tamen contrarium & rectius in specie nostræ quæstionis determinat Baeca *de decim. tut. cap. 32. num. 2.* imo, quod de ipsimet fructibus decima est solvenda, neque sufficiat offerre æstimationem *ut patet ex Bart. in l. cum qui, in fin. princ. ff. de his quibus ut indig. & ex aliis auctoribus, quos in hoc refert & sequitur Baeca ubi supra.* 3

Secundo † probatur, quia compensatio non admittitur de quantitate pecuniæ ad quantitatem fructuum, *gloss. Cyn. & Bald. in l. neq; C. de compensat. Innocent. & Imol. in cap. ad nostram, de jure jur. Baeca ubi supra, n. 3. & plures referens Barbos. in l. divortio, §. ob donationes, sub n. 23. vers. ult. ff. de solut.* vbi hoc verum intelligit, ubi fructus sunt stantes, & debentur vt species, veluti fructus dotis & decima tutoris: quam restrictionem in propriis terminis decimæ tenet etiam Baeca *ubi supra, n. 3. vers. hæc opinio, & n. 4.* ùc respondens *ad d. l. fundi*, ut ita sit intelligenda. 4

Nec † deducenda erit prædicta decima de qualibet re, sed res est definienda arbitrio boni viri inspecta rerum qualitate, an admittat divisionem vel non: quod in legitima tenet Bald. Imol. Alex. & ceteri *in l. non amplius, §. cum bonorum, per text. ibi. ff. de legat. 1. Alex. in l. Marcellus, §. rei quæ, num. 10. ff. ad Trebell. & agit de hoc Ant. Gom. per text. ibi, in l. 14. Taur. fin. 3. vbi cæteri Glossatores).* 5

Generaliterq; † quod quando alicui ex dispositione legis vel hominis sit præstanda pars quotativa, puta quarta, sexta, decima, non sit deducenda de qualibet re, sed quod res sit definienda arbitrio boni viri, inspecta rerum qualitate, an admittant divisionem vel non, probat expresse *l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. & ibi notat Bart. Bald. in vnb. ff. de ver. di vrsi colum. 2. Bart. in leg. suus quoque. ff. de bered. instit. & alii Dd.* Quod & in decima tutoris est omnino servandum; *ut inquit Baec. d. c. 32. n. 7.* vbi † quod neque peiores neque 6 7 meliores fructus pro decima sunt dandi; vt in filij legitima, notant Dd. quos ibi citat.

SUMMARIUM.

1 *Decima tutori & curatori an debeatur totius anni, in quo ipse decessit ante finem anni? & num. 2.*

CAPUT XLI.

An decima debeatur totius anni in quo tutor vel curator decessit ante finem anni?

TUtor † vel curator decedat certa parte anni, collectis vel non collectis fructibus, quæro, *an totius illius anni decimam illorum fructuum eius hæres habere debeat, an vero pro rata temporis quo vixit?* 1

Hanc quæstionem latè differit Baeca pro & contra *in tract. de decim. tut. cap. 32. n. 8. cum seqq.* & tandem distinguit dicens, quod aut quæritur, an tutor mortuus transmittat ad heredes decimam fructuum collectorum, vel reddituum iam debitorum, quorum dies venit, & indubitè transmittit eam, etiamsi decimam vel fructus nomine decimæ non acceptaverit, quia lucra, quæ deferuntur à lege, etiam non agnita transmittuntur ad he-

redes, *ut in l. infantio, C. de bonor poſſeſſ. inſtant. delat.* & in lucris conſtante matrimonio acquiſitis, quæ etiam non ægnita ad heredes tranſmittuntur, *ut docuimus lib. 2. gra-lite. quæſt. 123. per totam.* Si tamen tutor vel curator moriatur ante fructus collectos, vel antequam dies redditus venerit, tunc tenet & probat Baeca partem negativam, ſcilicet quod non tranſmittatur ad heredes jus decimandi redditus vel fructus, quorum dies ante eius mortem nondum venit, licet jam ceſſerit, eamque opinionem pluribus nititur comprobare fundamentis. Et præcipuum eorum eſt, quod, ſi uſufructuarius moriatur fructibus maturis, fructus non pertinent ad ejus heredem, ſed ad proprietarium *jux. l. ſi uſufructuarius, ff. quibus modis uſuf. nil. amit. l. in ſingulis, ff. de annu. legat.* & quod ſi fructus fideicommiſſi pertineant ad fideicommiſſarium, non ad heredem, licet maior pars anni elapſa ſit tempore, quo venit dies fideicommiſſi teſtituendi, *l. Herennius. ff. de uſur.* Tandem ſuam hanc opinionem confirmat Baeca ex altera propria, quam tenuit propoſitori *in c. 28. conſid. tract.* nempe quod tutor non decimet fructus collectos finita tutela: licet maturi fuerint durante tutela, & idem in redditibus, quorum dies nondum venerit, licet ceſſerit & proximus ſit. Tandem *in fin. d. cap. 32.* inquit, quod hæc opinio ſibi probabilior videtur, Nam ſi vet pupillo & moderatur diſpoſitionem *l. fin.* jus Romanum hac in parte abolentis. Nam leges correctoriæ reſtringendæ ſunt. Adverſantur enim juri communi à viris prudentia & doctrina clariſſimis elucubrato. Quid tenendum? Ego quoad primum membrum diſtinctionis eidem Baecæ conſentio, quia vera eſt eiuſdem ſententia & indubia.

Quoad † ſecundum vero teneo pro rata laboris tutoris vel curatoris, decimam de his fructibus pendentibus tempore eius mortis pertinere ad heredes tutoris vel curatoris prædefuncti eiſdem rationibus, quibus ſupra, *cap. ad fin.* eadem probavimus contra eundem Baecam *in quæſt. præced.* de qua per eundem *cap. 28.* ad quem meum locum remitto lectorem, ne hic proxime ibi dicta repetam.

SUMMARIA.

1 *Tutor & curator à quo tempore incipiat lucrari decimam? & num. 2.*
2 *Tutor à die ſcientiæ teneatur de periculo tutelæ.*

CAPUT XLII.

A quo tempore tutor vel curator incipiat lucrari decimam?

1 CAlculatores † rationum in hac materia neceſſario ſcire debent, à quo tempore decimam tutoribus & curatoribus minorum dare debeant vel admittere. Ideo prope finem huius operis hanc quæſtionem tangere & decidere ſatis utile erit.

2 Quare † ſi tutor vel curator datus ſit ſub conditione, perſpicuum eſt, ipſam decimam fructuum minorum non lucraturum, niſi à tempore impletæ conditionis, quoniam ante ipſam impletam tutor non eſt nec curator, *l. Titius, §. ſed verum eſt, ff. de excuſat. tut.* Quod ſi tutor vel curator non eſt, adminiſtrare non poteſt, *l. ſi is qui, ff. de eo, qui pro tutor. &c.* Ergo non lucratur decimam, ut hoc argumento & aliis hanc opinionem & recte probavit Baeca *de decimis tutor. cap. 33 num. 7.*

Si vero tutor & curator pure datus ſit, tunc etſi videatur non ſtatim ipſam decimam lucraturum, quouſque adminiſtrare poſſit ſervatis ſolemnibus, ſcilicet confecto inventario, & præſtito juramento, dataque cautione & decreta tutela vel cura, atque à judice permiſſa adminiſtratione, quia ante hæc adimpleta non poteſt adminiſtrare, *ut diximus ſupra, in 1. part. cap. 3. num. 21.* Non enim datur decima, niſi pro labore adminiſtrationis, *ut in noſtra l. fori.* Nihilominus tamen humanius & prudentius agendum eſt cum tutore & curatore in hac ſpecie, nempe ut ſtatim à die ſcientiæ inciperit lucrari decimam.

Quoniam † ſtatim eſt tutor vel curator, & de periculo tutelæ vel curæ tenetur, antequam ſolemnia ſervet, *ut cum Bart. & aliis probat Baeca d. c. 33. n. 9. 10. & 11.* ubi quod à die ſcientiæ tenetur de periculo tutelæ, *l. quidam decedens, §. Papinian. & ibi notant Dd. ff. de adminiſtrat. tut. Alb. in l. ſi tibi. in fin. C. de adminiſtr. tut.* & inventarium & cetera ſolemnia confiecre & adimplere debet, quamprimum poterit, *ut late diximus ſupra, in 2. p. c. 1. per totum, cum ſeqq.* Ergo decimam ſtatim incipere debet lucrari, quia abunde laborat, qui de periculo tenetur & ſedulo ſe præparat adimplenda ſolemnia, eaque revera adimplet & adminiſtrat. Et ita in terminis merito reſolvit Baeca *d. c. 33. n. 9. cum ſeqq.* cuius ſententiam ipſe veram ſic intelligo, cum tutor vel curator non ceſſet, nec differat multum adimplere ſolemnia ex negligentia. Alias namq; ſi notabiliter negligens eſſet in his obſervandis, ita quod damnum propter hoc ex ſua negligentia minori inferretur pro tempore hoc, quo male ſe habuit in omiſſione adminiſtrationis ex defectu obſervationis ſolemnium, non quidem habere debet decimam, cum ipſa non detur tutori vel curatori male adminiſtranti pro eo tempore, quo male in adminiſtratione ſe habuit, *ut reſolvimus ſupra hac tertia parte, cap. 14. nu. 23. & in terminis reſolvet Baeca dicto cap. 33. num. 12. ibi, dummodo non ceſſet ex negligentia.*

SUMMARIUM.

1 *Tutor an ſuccedat pupillo decedenti non obſtantibus agnatis?*

CAPUT XLIII.

An tutor jure communi attento & etiam lege fori, qua decimam fructuum ei concedit, poſſit ſuccedere pupillo?

1 COntroverſum † valde eſt, *an jure communi attento, tutor ſuccedat pupillo decedenti non obſtantibus agnatis vel cognatis?* gloſſ. namque *inl. quotutela. 74. ff. de regulis iuris, gloſſ. 1. in fin. argumento text. ibi in princip.* tenet partem affirmativam in tutore teſtamentario vel dativo, quam ſequuntur plures relati per Antonium Gomez *in leg. 1. Tauri, numero 24. & per Baecam de decimis tutorum, capite 33. numero 14. & ſequuntur Cynus & Albericus numero 1. in leg. 1. C. unde vir & uxor, & Alexand. in addition. ad Bartolum in dicta leg. quo tutela:* verum eam reprobant ibi Bartolus & Albericus & inquit Cornens *in leg. nutritoribus, in principio, C. communi. de ſucceſſ.* quod hanc opinionem ſequuntur ceteri, & poſtea ad medium dicit, quod hæc opinio Bartoli videtur magis communis, eamque tenet & defendit, & allegat alios plures prædictam gloſſam reprobantes, Cagnol. *in dicta leg. quo tutela, numero 6.* & Tiraquellus *in tractatu de mort. in ſecunda parte, declaratione 14. numero 5.* & hanc ſecundam opinionem contra illam gloſſam refert eſſe magis communem ex Corneo *ubi ſupra*, Antonius Gomez *in dicta leg. 1. Tauri, numero 24.* qui cum hac ſecunda opinione tranſit eamque probat Baeca *dicto capite 33. numero 16.* quia nulla lege cavetur, ut tutor ſuccedat pupillo, quinimo lex ſexta, *ad finem, titulo 13. partita ſexta,* inquit: *Que ſi por ventura aquel que muriere ſin parentes no fueſſe caſſado, eſtonce here-*

dad todos ſus bienes lucamara del Rey. Intelligo ut expræcedentibus patet, quando hic decedens non haberet agnatos nec cognatos, maritum vel uxorem. Eæe ergo. quomodo tutoris non ſit mentio, ſed ſiſci: fiſcus igitur tutorem ſemper excludit. Jure autem noviſſimo fori Regii, non decima fructuum pupilli vel adulti datur ejus tutori vel curatori, cum nutritor non ſuccedat infanti, quem nutrivit, quia ei datur merces pro nutritione, ideo contentus ſua mercede æquum eſt, ut non excludat fiſcum, ut reſponderunt Angel. & Paul. *ind. l. nutritoribus.* Procul dubio tutor vel curator non ſuccedat minori, neque excludet fiſcum ab eius ſucceſſione, eâm hodie *ex d. l. fori*, mercen prædictæ dctur tutori vel curatori, ſcilicet decimæ fructuum: & etiam jure communi attento, quo ſalarium non debebatur tutori, adhuc ſecundum veriorem & receptiorem ſententiam tutor non ſuccederet pupillo, nullis relictis agnatis vel cognatis, *ut ſupra reſolvimus*, & in terminis noſtris attenta *l. fori*, ita tenet & probat Baeca *dict. cap. 33. num. 15. cum ſeqq.*

SUMMARIA.

1 *Decima fructuum minorum an ſit concedenda tutori vel curatori non ſolum bonorum exiſtentium in Hiſpania, ubi lex fori ſervatur, ſed etiam exiſtentium extra hac regna? & num. 3*
2 *Datio tutoris ſimplex a judice vnius territorii vim ſuam extendit ad bona alterius territorii.*

CAPUT XLIV.

An decima fructuum ſit concedenda tutori vel curatori non ſolum bonorum, quæ ſunt in Hiſpania, ubi lex fori ſervatur, ſed etiam quæ ſunt extra hac regna, ubi non adſit prædicta conſuetudo, ſed jus commune ſervatur, ut tutori non detur nec debeatur ſalarium?

1 HAnc † quæſtionem ultimo in utramque partem differit Baeca *de decim. tutor. cap. 34.* & tandem *nu. 7. cum ſeqq.* verius eſſe cenſet atque tenendum, ut tutor decimet non ſolum fructus & redditus bonorum, quæ ſunt ſita in loco, ubi prædicta *l. fori*, ſervatur, ſed etiam rei ſitæ, ubi dicta lex non ſervatur, ſequutus Paulum Caſtrenſem, qui hoc in ſimili conſuetudine lucrandi tutorem omnes fructus expreſſe tenet *conſ. 374. ſuperſtit dubius, num. 1. lib. 2.* quia dicta conſuetudo valida eſt & potuit extendere ſuum effectum ad bona, quæ pupillus habet alibi ratione perſonæ pupilli, ſubditi iuriſdictionis ſtatuentium, *arg. l. magis puto. §. illud quari. ff. de rebus eorum*: idem probat Caſtan. *in conſuet. Burgund. rubric. 8. §. 4. verbo, & ſiuil la dicha ſimme, num. 1. verſ. conſuetudo*, & ipſe quoque libenter ſequor, dummodo tutor vel curator bona omnia prædicta adminiſtret.

2 Simplex † namque datio tutoris à judice vnius territorii vim ſuam extendit ad bona alterius territorii, *leg. propter litem, §. licet, ff. de excuſat. tutor. d. l. magis puto, §. illud ff. de rebus eorum, l. 1. in fin. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, & tenet alios referens Tiraqu. de primog. quæſt. 46. verſ. tertia datio. n. 20. & Baeca d. c. 34. n. 2.* de quo ſupra diximus *in hac 1. part.*

Et procedit prædicta ſententia præcipue, cum *lex noſtra fori*, generaliter loquatur & in rem, ibi; *Delos a guardar con todos ſus bienes, y toma para ſi el diezmo de los fruttos*, argumento traditorum à Doctoribus *in ſimili quæſtione*, quos refert Tiraquell. *ubi ſupra, d. quæſt. 46. num. 4.* Non enim lex fori diſtinguit, ſed omnia bona iubet tradi tutori adminiſtranda. *Y que mantenga al huerfano de los fruttos, y tome para ſi el diez.mo.* Si ergo ex fructibus & redditibus, quibus alere debet minorem, ſumere debet tutor decimam, conſequitur, ut ex fructibus & redditibus bonorum ſitorum extra regnum decimam quoque ſumere debeat, quandoquidem ex eiſdem alere debet minorem, ſi idem tutor vel curator eadem quoque bona recte adminiſtret, utpote ſub ſua cura exiſtentia.

Alias † namque, ſi alius tutor vel curator datus eſſet illorum bonorum extra regnum conſiſtentium, datus in his regnis ad bona in illis exiſtentia, decimam illorum, quæ extra regna ſita ſunt, minime auferet, quia non ſunt ſub ſua cura & adminiſtratione, nec ſuo periculo eodunt aut ſubſunt, ſed illius, cui adminiſtratio eorum commiſſa eſt, qui juxta conſuetudinem patriæ mercedem accipiet vel non.

SUMMARIA.

1 *Exſequutores teſtamentorum an poſſint & debeant habere decimam fructuum bonorum defuncti vel aliquod ſalarium pro labore? num. ſeqq. per totum caput diſputatur in utram. partem, primo affirmative, poſtea negative, & juxta hoc ultimum reſolvitur, n. 11. cum ſeqq. & hoc regulariter, & num. 25. Expenſa tamen bona fide facta debentur, ut in num. 26. & nu. 27. Quæ ea ſolvet, an hæres vel legatarius? Limitatur reſpuita prædicta in truſtees, &c. ut in num. 28. & 29. & ſtante legitima conſuetudine in contrarium, ut in n. 30. & quotia teſtator aliquod ex reliquis pro labore, num. 31.*
2 *Dignus eſt mercenarius mercede ſua, Matth. 10. nemo militat ſuis ſtipendiis, nec qui plantat vineam de fructibus non edat? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? & qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore habentur, & alia ſimilia hic adducuntur.*
3 *Tutores & exſequutores teſtamentorum æquiparantur.*
4 *Adminiſtrator quicunq; & quocunq; nomine, titulo & cauſa adminiſtraverit, tenetur reddere rationem.*
5 *Adminiſtrator quilibet, qui rationem non reddiderit, tenetur adinteresſe declarandum per juramentum ſimplex.*
6 *Pater gerens negotia filii, quando non eſt ejus legitimus adminiſtrator, tenetur eidem reddere rationem.*
7 *Frater major, qui in vita patris habuit adminiſtrationem, tenetur eius adminiſtrationis rationem reddere.*
8 *Exſequutor ultimæ voluntatis tenetur rationem reddere ſuæ adminiſtrationis.*
9 *Adminiſtratoribus congruum eſt, imo jure dari debet ſalarium juxta laborem impenſum.*
10 *Exſequutores teſtamentorum (quicquid aliàs ſit de jure) de conſuetudine tamen debent habere ſalarium, ſed contra a num. 32.*
12 *Erubeſcimus, cum ſuetoge loquimur.*
13 *Exſequutor teſtamentarius non poteſt præciſe compelli ad acceptandum officium, etiam ad pias cauſas, niſi ſemel tale munus obiviſſet.*
14 *Exſequutor teſtamentarius datus præſens & latens non cenſetur acceptaſſe officium.*
15 *Ubi eſt temporale præmium, ceſſare videtur caritatis præmium.*
16 *Alius caritatis eſt beneficentia in proximum.*
17 *Recipiens pretium pro ſpiritualibus peccat, niſi in caſu; de quo infra, num. 18.*
18 *Locatio operarum pro re ſpirituali an & quando fieri poſſit? & num. 19.*
20 *Epiſcopus abſq; emolumento debet exſequi pias defunctorum voluntates, & num. 21.*
23 *Ratio generalis extendituar ultra caſum legis, & plura alia in propoſito adducuntur.*
24 *Reſtoris vel decuriones civitatis vel villæ, an debeant habere ſalarium à Republica pro labore occupationis in ſuis negotiis intra civitatem vel foris profeſſentes.*

CAPUT XLV.

An exsequutores testamentorum possint petere & habere decimam fructuum & reddituum bonorum defuncti pro suo labore?

1 QVæro, † *an exsequutores testamentorum, hoc est, tui testamentarios, & albaceas, y cumplidores de testamentos, iure consuetudinis & tacita consentia possint petere, habere, vel sibi sumere decimam fructuum bonorum defuncti, veluti quod salarium pro labore, opera & industria in exsequutione testamentorum impensis, nihil sibi ob id relictum in præfato testamento, vel quandoque illum esse impar labori suscipiendo vel suscepto?*

2 Et † profecto prima facie res videtur clara: Matthæi enim 10 habetur: *Dignus est operarius mercede sua*, &c. ad Corinth. 9 *quis militat stipendiis suis unquam? quis plantat vineam & de fructibus non edit? quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat?* Ita qui bene præsunt presbyteri duplici honore habeantur, *ne cavetur ad Timoth. 5.* ubi D. Auguſt. *exerpsit*, inquit, *sustentationis necessitatem a populo, mercedem dispensationis a Domino*, quod latius pluribus exornat Menoch. *cons. 228. n. 19 lib. 3.* Ergo ita etiam huiusmodi exsequutores testamentorum pro officio caritatis & pietatis assumto & bene adimpleto, sustentationem accipere debent ex bonis defuncti, quæ administrarunt, & in pios usus convertere.

3 Secundo, † quia *tenetur l. 2. fori*, huius Regni, *tit. de la guarda de los huerfanos lib. 5.* quantidie in usu fori experimur, & in Regali hac tribunalibus admissa, minorum tutores & administratores decimam partem fructuum sibi pro labore & administratione percipiunt & exigunt. Sed tutores & exsequutores testamentorum æquiparantur, *ut notat gloss. in l. antepen. ff. de tutel. & ibi Bart. Alb. & Raphael cum gl. in Luxor, §. 1. ff. eo tit.* & probat alios allegans Baeca *de decim. tut. & c. 66. num. 22. in vers. sed quod tutores.* & D. Spin. statim citandus. Curator enim & tutor prospiciunt personæ minoris, exsequutor autem curat animam defuncti, dum restituit aliena, & Christi misericordiam eleemosynis & piis Christianæ disciplinæ institutionibus conciliat defuncti manibus: Ergo utrisque decima debetur.

4 Facit etiam: † nam quilibet administrator in re sibi commissa suscipit onus & laborem, cum de administratione rationem reddere teneatur, quocunque nomine, titulo & causa administraverit, *l. 5. officio. ff. de tutor. & rat. distrah.* quem text. Bart. *n. 2.* Bald. & omnes summo consensu ad quamlibet administrationem producunt, *quo lis sita fuerit. ff. de manum. testam. Baez. de decim. tut. c. 2. n. 132. & 134. & 137.* congerit plurimos huius sententiæ auctores eos sequutus Marzar. *cons. 80. n. 29.*

5 Quinimo † si rationem non reddiderit quilibet administrator, tenetur ad interesse declarandum per iuramentum in litem, *& Iacob. de Arot. & Bart. in d. l. 1. §. officio*, & contra parvos administratores consulit Corn. *consil. 100. n. 4. in vers. cum præsupponatur. quod dicit parvi, libr. 3. & Alciat. in l. 21. in fin. in vers. ceterum actionis ope, C. de eden. ubi alios allegat & Bertrand. cons. 18. n. 4. vers. consulo igitur, lib. 2 an antiq. Cravet. cons. 218. in princ. Marca cons. 80. num. 12.*

6 Et † adeo verum est, quemlibet administratorem teneri reddere rationem suæ administrationis, ut etiam patrem legitimum comprehendat, quando non est legitimus administrator, sed gerit alias negotia filii: tenetur namque filio rationem reddere per actionem negotiorum gestorum, *l. Titia. §. pater, ubi hoc notat expresse Bart. de negot. gest. Chassan. in consuet. Burg. d. rub. 8. §. 7. vers. sic. quæ tenet in practica observari affirmat.*

7 Et † ideo subiungit in terminis fortioribus, quod frater maior, qui in vita patris habuit administrationem, tenetur rationem illius administrationis reddere, *ut per Socin. cons. 73 difficultatem, n. 10. vol. 3. ubi allegat Abb. cons. 13. vol. 1. adde Corn. cons. 105. visis attestationibus n. 12. vol. 3. & Marzar. d. cons. 81. n. 30. & Baez. d. c. 2. num. 132. & 133.*

8 Et † in terminis exsequutoris ultimæ voluntatis, quod teneatur rationem reddere suæ administrationis, tenet Gerard. *sing. 84. ex l. sibero, ubi Dd. ff. de condit. ob caus. & sequitur Baeca d. c. 20. n. 23. & primo c. 2. num. 158. & Matien. alios referens in d. l. 24. glo. 1. n. 87. tit. 4. lib. 3.* ubi id ampliat etiam in exemto, & etiamsi à testatore sit ei remissa rationis redditio, & de supradictis diximus late *supra, c. 1. huius 3. part.*

9 Cum ergo administrator & exsequutor ultimæ voluntatis, suscipiat onus & laborem, administrando & rationem reddendo suæ administrationis, prout iure ad id tenetur per supradicta, quod maximus labor est, *ut in d. l. sibero.*

Pro † huiusmodi labore mercedem seu salarium recipere congruum est, *l. contra publicam, Cod. de re milit. lib. 12. ibi, quia honoris argumentum non ambitione, sed labore adunumquemq; convenit evenire, l. unicum, §. in prin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. C. de offic. magistr. Boer. de auctor. magni cons. n. 143.* Nemo enim gratis laborare cogendus est, *ut supra probavimus in 1. fundam. huius partis*: nec tenetur de suo facere beneficium, *ca. prætextato. 10. qu. 2. & canon ex officii, de præscr.* & ideo cuicunque administratori iuxta laborem impensum debetur salarium, ut probat late Baez. *de decim. tut. c. 2. per tot.* ubi exemplificat in pluribus personis. Quinimo *ut supra c. 2. huius 3. part. n. 2. probavimus*, licet ad tertio iure communi tutori vel curatori non sit dandum salarium pro administratione, ex iusta tamen causa propter magnum laborem, & ne ex eo damnum in suis rebus patiatur iudex, imo & contutores possunt & debent ei in recompensam salarium moderatum damni dare & assignare, ne sibi suum officium damnosum sit: Ergo ita etiam & eodem modo exsequutori testamenti dandum est salarium ex eadem iusta causa, ne damnū patiatur ex d. officio.

Tertio sic vidimus, quod heredi datur quarta Treb. pro labore suo, quādo gravatur à testatore restituere alis hereditatē, *ut in tot. tit. C. & ff. ad. Treb.* Ergo ita etiā exsequutori testamenti dandum erit præmium laboris.

Nec dicatur, quod cum officium exsequutoris testamenti sit ab initio voluntarium, *ut habet communis, de qua infra in 2. fundā. contrarie par.* non debetur ei salarium, quia non est norū, ceteris administratoribus, qui non administrant lege cogente, sed voluntarie, uti sunt mandatarii & negotiorū gestores, dari salarium, hoc ei, laboris præmium, *l. idem §. idem Labeo. ff. mandati, Baez. d. c. 2. n. 2. probat late Menoch. cons. 228. n. 20. cum seq. libr. 3.*

10 Quarto, † quia quicquid sit de iure, de consuetudine tamen exsequutores testamentorū solent habere salarium, *ut affirmat Avenda lib. 1. c. 2. prator. n. 8. ubi sic de consuetudine motus auctoritate, l. 38 qua est 31 tit. fin. lib. 8. ordinamenti veteris.* qua cavetur; *Que el sobrealbacea o testamentario de otro que recibiere el testamento, y no lo publicare fuera treynta dias siguientes ante los alcaides del lugar, o ante qualquiera a quien pierda lo que le fuere mandado por el testamento: y si no le fuere mandado cosa alguna pierda el salario, que deve aver por su trabajo segun uso de sobrealcaleros, y peche en mas lo que dixere para la muestra camara.* Præsupponit igitur hæc lex, quod exsequutor testamenti debeat habere salarium pro usu officii. Eandem opinionem de iure Regio veriorem esse & videri probandam affirmat Baeca *d. c. 20. n. 20. cum sequentib. n. 24. in fin. & primo d. c. 2. n. 19. & c. 3. n. 31.* & audacter Doctor Spino *in suo speculo testamentorum, glo. 21. num. 78. in vers. sed hic non obstantibus*, qui etiam pro se allegat, *l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinamenti veteris*, ubi cavetur; *Que si el albacalero no publicare el testamēto dentro de un mes, pierda lo que*

lo que deve aver de la manda, y si ninguna cosa le ovieren mandado pague el diezmo de lo que montare el testamento. Quæ lex desumta fuit ex l. fori *decima tertia, titul. quinto, libro quinto*, & significent illis verbis prænarratis, scilicet, (*pague el diezmo de lo que montare el testamento*) exequtorem negligentem, sin nihil ei legatū sit amittere decimam, quæ sibi datur in præmium laboris. Deinde adducunt dictam *l. 31.* iam prius expensam & in hoc citatam per Avend. *ubi supra*, iuncta additione marginaria *dictæ l. quartæ*, dum dicit, *concurrit da Henrr. de Pomas*, hoc est *in dict. l. trigesima prima.* Ergo sequitur, quod decima, cuius meminit *dicta l. quarta*, est salarium, quod exsecutori datur, cuius meminit *d. l. 31.* & inquit Spino *ubi supra*, se intelligere *dict. l. 4.* non de omnibus bonis contentis in testamento, sed de illa re, vel de illis rebus, quibus durante anno sibi dato ad administrandum & disponendum administravit, & ratione præfatis administrationis, constat exercuisse prout à testatore fuit iniunctum & præceptum.

Hæc sunt præcipua præter alia minuscula, quæ pro hac parte affirmativa adduci possunt.

11 Nihilominus † tamen contraria sententia regulariter tenenda est in iudicando & consulendo, & sic negativa etiam in foro conscientiæ. Imo quod huiusmodi testamentarii exsecutores ultimarum voluntatum, non possint ire decimam, nec aliquod salarium pro labore suo sibi vendicare, nec sumere ex sequentibus patebit.

12 Primo, † quia nulla lege hoc cavetur (quod ipse sciam) & erubescimus, cum sine lege loquimur, *l. 1. iam, C. de collat.* in illis verbis, *eo, quod nulla constitutio super hujusmodi collationes posita esse*, quem textum notant ibi Bald. Ias. & alii ad hoc, quod paria sunt facere contra legem, & facere sine lege, quæ est mirabilis doctrina *secundum Baldum in capit. in Genesi, numero 10. de electio.* quam ita appellat Ialon *in dict. 1. iam, num. 6. idem Ias. in l. unum, numer. 6. ff. si certum petatur, Beccius consilio 23. numer. 3. & consil. 25. numero quarto, & consilio vigesimo septimo, numero 11. & consilio 35. num. 4. & consil. 43. num. 11. lib. 1.*

Secundo, quia exsecutor testamentarius non potest præcise compelli ad acceptationem huius officii, etiam ad pias causas, nisi semel tale munus agnovisset, ut communis habet *per textum ibi, in capit. Ioannes, 19. de testamentis* secundum D. Covarru. *ibi numero tertio*, quem late pluribus modis comprobat Ioannes à Canibus *in tractatu de exsecutione ult. voluntat. in prima part. quæstione 4. num. 35. cum sequentibus, quem refert & sequitur Didacus Perez. in l. 1. titul. secundo, libro quinto ordinamen. pag. 162. columna prima, in princip. in vers. decimo nono dubitari solet: tenet etiam Bart. in l. si is quis, §. potest tamen, ff. de religios. & sumt. fun. Bald. in l. ab eo. §. primo, numero 2. ff. de arbit. Decius cons. 91. n. 2. Cyriac. in l. 13. Tauri, num. 4. & ibi Ioan. Lup. num. 3. & Tellus Fernandez. numero ultimo, Matien. l. 7. gloss. 6. numer. 1. lib. 5. nove collect. Reg. & in l. 24. gloss. 1. num. 30. titul. 4. lib. 3. Spino 2. gloss. 28. num. 18. facit. l. 38. Tauri, ubi non quisiven, & l. 7. tit. 10. part. 6. in vers. E si las testamentarios non quisiessen cumplir la manda, &c. Padillas in l. 1. num. 20. ad fin. ff. de legat. 2.*

13 Quinimo † exsecutor datus præsens & tacens, non censetur acceptasse officium exsecutionis communis, *secundum Barbat. n. 11. D. Covarr. 4. in d. c. Ioannes, Ioannes a Canibus ubi supra num. 42. & probat Ias. in l. quando tit. n. 98. ff. solut. matrim. communis secundum Paduam, quem ego refert ubi supr. num. 23* ubi *n. 24.* limitat, quando post mortem testatoris agnoverit tacite vel expresse officium exsecutoris sibi iniunctum, *& Matien. in d. l. 24. d. n. 30.* ubi etiam limitat, nisi fuerit coniunctus vel amicus testatoris, *& num 31.* refert idem esse, quando exsecutor testamenti, mortuo testatore recepit testamentum, idq; legerit & recuerit, ex hoc namque agnoviſſe munus videtur, *arguma l. filius familias, ff. ad Maced.* Ergo cum hoc officium à principio sit voluntarium, possitq; exsecutor nominatus illud respuere, quæ iniuria quæso fiet ei voluntarie illud agnoscenti, si salarium vel decima non solvatur, cum id munus ob Dei amorem potius, atq; ex caritate, quàm virtute præmii pecuniarii exsequatur. Vnde solvitur, quod supra in contrarium dicebamus, nempe, quod ceteris administratoribus, qui non suscipiunt officium lege cogente, sed voluntarie, ut sunt mandatarii & negotiorum gestores, debetur & datur salarium, quia procedit in hominibus solitis locare operas suas, ex quibus se sustinent, & in his, quæ non ad pietatem & caritatem principaliter spectant, sed ad parandum victum. Nos vero loquimur in hominibus divitibus, nonq; solitis locare operas suas, & in spectantibus ad caritatem, & ob Dei amorem, prout est pias defunctorum exsequias ultimas voluntates, & pro exoneratione conscientiæ & salvatione animarum suarum, & tandem ut simile officium sibi morientibus gratis ab aliis reprendatur, cuius verum præmiū reponitur erit sibi in cœlis.

Tertio accedat, quod officium hoc durat per exiguū tempus, hoc est, per annum, & potius dicitur opus pium exercere, quam onus subire, *text. an auth. de Ecclesiast. tit. §. siquis pro redemptione, l. 7. tit. 1. porque es obra de piedad. tit. 10. par. 6. cum simil.* Sed caritatis opera absque præmio sunt exercenda.

15 Quia † ubi est præmium temporale, cessare videtur caritatis præmium, quod spirituale est.

16 Et † caritatis actus est beneficentia in proximum, *S. Toomas 2. 2. q. 31. art. 1.*

17 Sed qui pro spiritualibus præmium recepit, peccatum committit, *Sanctus Thomas secunda secundæ, quæst. 100. art. 1. Navar. in Manuali, cap. 23. num. 99. Soto de iustit. & iure. lib. 1. quæst. 1. artic. 2.* Ilique propositio notissima & verissima, *uti refert ibi in libro primo Canonicarum quæst. cap. 20. n. 2.* ergo hic exsecutor testamenti nihil potest præmii temporalis exigere: cum huiusmodi opus præmium cœleste habeat, quod comprobatur *ex leg. 35. tit. 12. part. 1. ibi. Capuo ei se movio a errar el mundo por razon de piedad e de misericordia, entendiose que lo hazia por aver galardon de Dios e porende no es tenido el mucho de dar alguna cosa por el buen hecho que le hizo.*

Nec obstat, si dicatur, quod licet huiusmodi exsecutor dicatur opus pium exercere, nihilominus potest licite petere & consequi salarium.

18 Sicut videmus, quod pro labore, qui antecedit administrationem sacramentorum, potest quis habere & consequi præmium temporale, veluti si sacerdos rogetur, ut cras extra civitatē vel locum ad celebrandum missam, huiusmodi labor itineris, quem patitur sacerdos, est pretio æstimabilis, cum non coniungatur operationi Sacramentorum. Et quamvis quisque teneatur gratis Sacramenta administrare, obligare se tamen illi ministrare in certo loco & tempore, hoc potest pretio æstimari, *ut late probavimus d. c. 29. num. 12.* Vbi quidem hoc sit intelligendum declaravimus. Similiter etiam licitum est accipere vel dare, aliquid pro sustentatione spiritualia ministrantium secundum ordinationem Ecclesiæ, & consuetudinem approbatum, ac Episcoporum constitutiones, qui taxare possunt, quanto sit pendendum ille dignus sit, quitah servitio Ecclesiæ non capiatur, dum tamen abstrahentionis & venditionis cogitatio, *ut exemplum probavimus d. c. 29. n. 3.*

19 Denique † locatio operarum locum habet in illis exercitiis spiritualibus, quæ principaliter sunt corporalia, prout est obligatio exercendi munus Vicarii, Episcopi vel Parochi, vel Capellani, vel Concionatoris per unum annum, mensem, aut hebdomadam, *secundum hunc re-*

captum in cap. quoniam, ne prælati vices suas, Castrensem in Summa, verbo, fimenta in 6. regul. ubi idem esse asserit, in officio iudicis. Doctoris etiam in Theologia & aliis huiusmodi, quibus debentur certa stipendia. Quod etiam probavimus *d. c. 29. n. 15.* Ergo à fortiori debebitur executori testamenti salarium & præmium temporale pro suo labore corporali principaliter impenso, quamvis in opus pium & caritatis tendat, cum non agatur de fatorum administratione, sed de stipendio laboris: præcipue cum teneatur rationem suæ administrationis reddere & de suo solvere, quod male administraverit.

Non inquam obstante hæc omnia, quia in nostra specie propria, de qua agimus, contrarium reperitur expressum in iure, nempe, ut executori testamentorum ad pias causas non solvatur salarium, nec aliquod præmium temporale, *ut infra fundamento.*

20 Quarto † movetur ex textu *in l. nulli. 28. in verb. cum autem* ar relictis sibi. *& sine ulla dispendio prædicta testa conficerant, nekumantatis obtentu, relicta pecunia indicatorum dispendiis eregantur, C. de Episcopis & clericis, text. in l. signis ad dotem in fin. 23. C. eod. tit. ubi, nullo penitus ex hoc lucro vel commodo vel Episcopo vel sacrosanctæ Ecclesiæ relinquendo.* Sed ne illi textus *in dicta l. nulli.* in verbis prædictis respondeatur, loqui in expensis tabellionis, & sic iudiciariis, ut innuere videntur, non vero in salario vel præmio debito executori testamentario. & dictam *legem si quis ad decimandam.* loqui in lucro, non vero in solutione laboris impensi in executione testamenti, adest nobis singularis lex Regia, quæ idem probare videtur in executore piæ causæ, prout est Episcopus, nempe, *l. 5. titulo decimo, partita sexta*, in illis verbis: *Y Estambien el Obispo que esto oviesse de facer, como los otros que sirven a nos que sirven alguna cosa de las que son dichas en esta ley, y no deven tomar para sipor razon de trabajo que llevan en esto ninguna cosa de aquellas que son dadas para sacar los captivos, cuanto lo deve facer de grado e sin precio ninguno, e esto si por que son dexadas para obra de piedad: los Obispos si contra esto hizessen serian en quatro maneras, la una contra Dios, e la otra contra el anima del finado, e la tercera contra los parientes del muerto, e la quarta el fennor de la tierra, que es guardador de los bienes de su fennorio.*

25 Et † quamvis hæ leges loquantur in executione relictorum ad redemptionem captivorum, quæ causa est piissima & admodum favorabilis, tam defunctis tum etiam captivis redimendis: idem tamen dicendum videtur in executione ceterarum causarum piarum, ex rationibus expressis *in dict. l. Reg.* cum officium executorum ultimarum voluntatum versetur præcipue in executione legatorum piorum, nempe, circa celebrationem missarum & aliorum sacrorum, eleemosynas pauperibus elargiendas, & alia pia opera pro exoneratione conscientiæ defuncti, & restitutione male ablatorum aliorumque onerum defunctorum, & sic pro pro salvatione animarum ipsorum, sicut quando aliquid eodem fine relinquitur pro redemptione captivorum.

22 Cum † igitur in omnibus his militet eadem ratio, idem ius in utrisque statuendum est, *argumento l. illud, cum similib. ff. ad legem Aquiliam.* Imo ex rationibus assignatis in eadem lege Regia, hoc virtualiter comprehenditur & decidendum venit: siquidem principalis ratio, quæ movet Legislatorem, est favor animæ defuncti. Ceteræ etiam rationes, ab eo ibi consideratæ, hic etiam concurrunt, nempe illa, *la una contra Dios*, & illa, *la tercera contra los parientes del muerto*, *e la quarta el fennor de la tierra, que es guardador de todos los bienes de su fennorio.*

23 Et † quoties ratio legis est generalis, extenditur ultra casum legis, *l. prima, §. fecundum, & ibi Bar. de postul.* Est communis, *ut resolvimus in nostra tract. de iura. conjum. 2. part. 6. 1. n. 2. & lib. 3. pract. q. 13. n. 104.*

Similiter etiam ratio finalis, ac principaliter contemplata ad aliquam dispositionem, non modo non restringitur ad casum decisum, verumetiam extenditur ad omnes illos casus, qui veniunt & infernuntur sub ratione finali expressa, *l. hos solos, ibi, satis cautum putamus, C. de revoc. donatio. communis secundum Paris. consil. 16. num. 24. & 25. lib. 1. & nos dicto lib. 2. pract. quæst. 17. & 18. num. 73.* ubi *numer. 76.* quod hoc procedit, etiamsi sequeretur legum correctio, & est communis opinio, *ut ibi retulimus, & nu. 77.* quod etiam procedit in exorbitantibus, *& num. 78.* quod ratio expressa debet attendi, tanquam virtus animans ipsius legis, & tanquam genius prædicans de suis singulis speciebus, *num. 79.* quod cum multa habent eandem rationem, licet de uno fiat mentio, id fit exempli causa, ut non restringatur ad expressa tantum, nec dicitur extendi constitutio etiam odiosa, quando extenditur ex ratione expressa: & *num. 80.* quod quando expressa est ratio dispositionis, in ea comprehendi intelliguntur omnes casus, qui ipsi rationi conveniunt, non quidem per viam extensionis, sed sicut genus comprehendit suas species, & *num. sequen.* plura alia in proposito adduximus satis comprobantia præsentem hunc nostrum sermonem, & præcipue *num. 100.* quod ratio dicitur lex communis ad omnes casus, & non inspicitur, an in dispositione sit idem casus, vel non, sed tantum ratio consideratur, nisi ratio diversitatis reddatur: *& num. 101.* quod quando ratio legis est generalior, & decisio particularis, tunc ratio illa generalis pro ipsa lege habetur, & decisio loco exempli est secundum communem opinionem: Similiter, quod quando verba dispositiva proprie non decidunt casum certum, si ratio dispositionis illum decidit, ille casus dicitur proprie esse in dispositione, quod adeo procedit, *ut ibi num. 103.* quod talis ratio faciat casum omissum prædicari, veluti de ipsa lege. & *num. 104.* quod quando ratio legis expressa aliquem casum ambit & complectitur, perinde est, ac si ab ea fuisset expresse decisus: Ratio enim dispositionis est ipsa dispositio, vel saltem potissima pars ipsius, veluti suus spiritus & anima, *ut ibidem quoque adduximus n. 105.* Sed & hæc plura spectant, quæ ibidem numeris sequentibus cumulavimus, vt intelligamus ex rationibus expressis, in prædicta lege Regia. Partitæ nostrum quoque casum comprehendi: siquidem in eo idem favor animæ concurrit & consideratur.

Quinto † facit decisio Guidon. Papæ *68. num. 2. cum sequentib.* ubi respondit, quod Consules & Syndici civitatis Grationop. qui in illo anno currente in redditione suorum computorum petierunt salaria sibi solvi pro certis viagis & laboribus, per eos ad causas eorum syndicatus sustentis, pro & nomine eiusdem civitatis, non bene moti fuerunt hoc petere, nisi tantummodo expensas bona fide factas, nisi aliud haberet consuetudo, quæ tamen fuit reperta, quod ipsi Consules non consueverunt habere, nisi tantummodo sumtus & expensas per eos bona fide factas. Extra in consilio fuisse conclusum, dictos Consules non posse petere salarium, sed solum expensas, hoc dicit esse notandum pro futuris syndicis, si petere vellent salaria, & notat ibi eius additio *in prin.* & ad Guidonem ubi supra se refert Avendano *dict. cap. 2. num. 8. in vers. & quando profitentur.* Sed idem Avend. *in dicta prima parte, capit. 4. numer. 46. in vers. imo nec, rectores*, inquit, quod hoc male servatur in practica, quando rectores pergunt cum correctore ad visitandum terminos civitatis. Idem asserit Baeca *de decim. tur. cap. 1. n. 30.* Ceterum intra civitatem vel populum salarium non debent habere, ut per Guido. Pap. *ubi supra*, & late Mexiam *in pragmat. sanct. panis, l. concl. n. 69. fol. 22.* ubi quod consiliorum rectores salarium non possunt nec debent habere, ad hoc, quod operibus publicis construendis seu reficiendis interfint seu præ-

fint an-

ficiantur, & quod illud restituere tenentur iure fori & populi. *ut per plura comprobant Dominicus & Philippus Franc. in cap. statutum, §. asseserem, de refeript. lib. 6.* ita ut remissio eos non excuset à reali & vera restitutione, *ut post eosdem scripsit Guilter. Bened. in secunda parte reperta. Raynutius, in vers. si absque libero.* motetur, *si secundo, nu. 33. ad fin. de testamen.* maxime cum dicti officiales in eorum receptione iurent servare statuta, & bonum publicum respicere, nec ei adversari. & quod omnibus, quibus valuerint modis, id curabunt, & eius damnum evitabunt, quæ sunt intelligenda, quando intra vel prope populum, quem regunt, illa herent opera, seu alias occuparentur. secus autem si ad alia deputarentur negotia, rempublicam concernentia, extra eius terminos, limites, seu districtum peragenda, in quo officialis deheret eques ire, aut eum oporteret aliquas expensas facere pro annona frementi vel carnium emenda, vel pro legatione facienda. Nam tunc populi concilium iudicis auctoritate atque decreto potest in expeditione cuiuslibet negotii taliter se habentis, salaria administratoribus deputare, pro exigentia temporum & personarum qualitate, *secundum Lucam de Penna & Plateam in l. 1. C. de probeu. salar. lib. 10.* Hactenus Mexia *ubi supr.* Quod si esset unus laborator, aut alii, qui quotidie lucrarentur eorum dictas, tunc desure deberet eis solvi salarium qualiber die ultra expensas, aliter enim eis officium esset damnosum, quod non est dicendum. Ita declarat Guid. Pap. *ubi supra. nu. 6.* dicens, quod ita servat stylus illius curiæ Parlamenti Delphinatus, & aliarum curiarum citra testes: & sequitor ibidem Addit. Gui donis, limitans etiam in persona, quibus ex officio debetur salarium, *ut in l. 1. & sequen. ff. de var. & extraordin. cognit.* Et quando esset persona, quæ consuevisset locare operas suas, *ut in l. si tibi, ff. de præscript. ver. Ioan. Fab. in §. fi. Instit. mandati.* Ergo ita & eodem modo dicendum est in executoribus ultimarum voluntatum, imo & maiori ratione, cum eorum officium à principio non sit necessarium, sed voluntarium, nempe, ut his regulariter non debeatur salarium pro labore ab eis impenso intra civitatem vel populum, præter expensas bona fide ab eis factas, nisi sint laboratores aut alii, qui quotidie lucrarentur eorum dictas, vel si essent soliti operas suas locare, *ut infra dicemus.*

Et † in terminis, quod de iure pro commissaria non debeatur salarium, constat ex Speculatore de instrument. edit. *sub rubr. de ultimarum voluntat. executoribus, num. 70. ibi. & tutum executori, non ex præsumtione temeritatis, nec pro lucro terreno, sed ex necessitate cartitatis gerunt, &c.* & tenet. alios allegans Avend. *dicto cap. n. 3. ibi, de iure autem.* Et quod huiusmodi executores testamentorum non debeant habere decimam fructuum bonorum defuncti, tenet nuncupatim Palatius Rub. *in l. 31. Tauri, nu. 10.* & quod decimam nec salarium habere debeant, probat late D. Azevedo *in l. 6. numer. 20. tom. 4. & in l. 14. num. 7. eodem tit. libr. 5. novæ collect. Reg.* reprobans Baecam *ubi supra*, tenentem contrarium & dicens, quod eius doctrina semper ibi falsissima visa fuit, & quod male id asserit Baeca, tum experientia, quæ est rerum magistra, & in practica communi usitata: tum etiam, quia dictæ leges ordinamenti Regii non iubebant solvi decimam testamentario, sed tantum, quod ipse testamentarius in pœnam negligentiæ in non publicando testamento coram iudice intra terminum earum solveret decimam contentorum in testamento, si nihil in eo fuisset sibi relictum: Ex hoc ergo colligi non potest, decimam deberi testamentario pro suo labore, & ita de iure procul dubio censeo esse tenendum pro regula, nempe, *Quod executoribus ultimarum voluntatum non debeatur salarium, nec decima bonorum defuncti, aut fructus eorum, cum sequentibus declarationibus.* 26

Prima † est, quod licet his executoribus ultimarum voluntatum salarium nec decima debeatur, expensæ tamen bona fide factæ in ea re, bene & iuste debentur, & deducendæ sunt ex bonis defunctorum, *ut probatur ex adductis per Guido. Papa ubi supra & sequaces.* Et in terminis, quod executor testamenti possit ex eisdem vel aliis bonis hereditatis, iustissime petere & exigere expensas, quas fecerit in exigendo bona testatoris, & fructus eorum, ad peragendum executionem, tenent Archidiaconus, Ioannes Andr. Dominic. & Philipp. Franc. *ubi supra. penult. in c. fin. de testament. in 6.* Paulus Paris. *cons. 26. num. 18. libr. 2. D. Covarru. in dicto cap. Ioannes, in fin. de testament.* Quibus addeBaldum, *in l. ad quod pupillus in fin. C. de Episcopis & clericis, quos refert & sequitur Matien. in l. 1. 4. tit. 4. glos. 1. num. 19. libr. 3. novæ collect. Reg. vitra quem eadem probat Speculator ubi supra, n. 35. & ibi Ioannes Andr. in addit. litera A. verbo, imminarium.*

Vbi † quod expensæ moderatæ, quas executores facient pro executione, fient expensis legatariorum, vel de quantitate ad illa deputata, non expensis heredis, pro cuius utilitate non fiunt, nec suis propriis, quando itinerando oportet illos expendere, puta eundo vel mittendo ad loca, ubi sunt captivi redimendi, de quibus etiam deducetur, quod domi expendissent, nisi forsan ex opera viverent, cui tunc vacare non poterunt, vel clerici essent, qui præsentibus distributionibus vixissent, & quod si pro certis legatariis facta fuisset expensa, illis solis imputabitur, ut si pro uno solo legato non liquido oportuit pro liquidatione facti, vel iuris, à longe liquidari. Item, si propter id equum vel alium apparatum oportuit emi, non manebit apud executorem, sed illi dabitur, cui imputata fuit impensa. Tandem Ioannes Andreas censet, verba testatoris esse ponderanda. Si enim testator iuberet viginti captivos redimi, omnis impensa, de qua supra, imputatur heredi: sed si leget mille pro redemtione captivorū, de ista summa sine alio heredis gravamine fient expensæ necessariæ. 27

Secunda declaratio dictæ regulæ est, † ut procedat, præterquam in rusticis, & aliis hominibus, qui ex suis operis quotidianis viverent, vel essent soliti locare operas suas, veluti similis defuncti relicti ab eo executores, qui alias salario essent convicti, vel alii similes. Hi namq; si in executione testamenti se occuparēt, tam in populo quam extra, salarium petere poterunt personale, iuxta qualitatem ipsorum, & pro modo patrimonii defuncti & laboris, *ut patet ex supradictis, & tenet Azevedo in dict. leg. sexta, titulo 4. numer. 29. libro 5. novæ collect. Reg.* loquens in testamentario, qui esset officialis, & talis, qui pro implendo testamento perderet acquirere ex operibus officii sui: quia tunc iustum esset, quod aliquid pro salario & in recompensam damni solveretur ei. *Idem Azevedo in dicta l. decima quarta, numero septimo. ad fin.* Agunt enim hi de damno evitando, & ideo eis non debet esse officium damnosum. 28

Qua ratione † & tertio idem esse censeo dicendum in alio executore testamenti, qui in suis agitandis & conservandis rebus debet esse intentus & occupatus, & ut adimpleret testamentum illud, in quo executor est relictus, non potuit, ut debuit & solebat suis negotiis adesse, nec intendere, ob quod damnum aliquod vel lucrum cessans iuste considerari posset. Tunc etenim aliquod salarium in satisfactionem damni proventientis in officio vel patrimonio suo ob exequutionem testamenti à se factam, esset ei assignandum per iudicem, 29

dicem, prout etiam censuit Azevedo *dicto num. 7. ad finem*, dicens, id præsertim esse verum in testamento alicuius hominis diuiti, decedentis absque descendentibus vel ascendentibus, ut alicuius prælati vel alterius Ecclesiasticæ dignitatis cum amplo patrimonio decedentis.

Cui adde, quod si agimus de satisfactione damni emergentis, id refarciendum est ex patrimonio cuiusque defuncti, restrictius tamen, si id opulentum non sit vel defuncti, etiam relinquentis heredes necessarios: si vero nullum damnum emergens sit, vel vere lucrum cessans in homine solito negotiari, qui hoc iuste petere possit, tunc nullum salarium executori huiusmodi solvendum est, ut habet nostra sententia.

30 Quæ verificari potest & debet regulariter in hominibus divitibus vel magnatibus, aliisque nobilibus & clericis, qui non solent operas suas locare, nec de suo patrimonio aliquid amittunt, vel desinunt lucrari, cum nõ sint soliti negotiari aut mercari ex officio, ut revendant: tunc enim licet laborem impendant in exsecutione ultimarum voluntatum, nullum salarium petere iure possunt, nec sibi capere ex bonis defuncti aut retinere, cum id munus sponte agnoverint, & ob officium pietatis & caritatis, non vero coacti aut inviti, nullo iure sibi permittente, sed potius contradicente, salarium habere.

Quarto † eadem sententia declarari potest, ut non procedat in locis, ubi legitime fuerit consuetudo præscripta exigendi & dandi salarium aliquod executoribus, & in hac specie procedere poterit decisio textus *in dicta l. 31. tit. fina. De las penas, libro 8 ordinament*, ut constat ex illis verbis, ibi, *Pierda el salario que deve aver por su trabajo, segun uso de cada vno.* Cum ergo lex hæc de usu loquatur, & ad usum se referat, de eo constare ante omnia debet, alias prædicto usu non probato solvendum non erit ei salarium, eo autem legitime probato, solvetur. Sic etiam sunt intelligendi Avend. & Bacca *ubi supra*, pro parte contraria adducti, cum allegent ad hoc prædictam legem Regiam, & dictum Doctoris debeat intelligi in tanta quotam, quam allegat, secundum Bartol. *in l. non solum, §. si liberationis verba, numero 7. ff. de liber. leg.* communiter receptum. Denique Spino dum dicit, quod in hoc casu ex consuetudine iam diu obtenta relinquitur huius administris salarium iudicis arbitrio, fallitur. Nunquam enim vidi nec audivi, vigere prædictam consuetudinem, tametsi plurimis annis in negotiis forensibus versatus fuerim. Imo potius scio contrarium esse in usu in locis, ubi commoratus verim. Quare id potius affirmare credendũ est ex dictis Avendæ & Bacc. *ubi supra*, quem ex proprio visu, & Azevedo *ubi supra*, contrarium etiam asserit, & tanquam antiquus practicus testatur, *ut diximus*. Tandem auctor hic, scilicet, Spino nobis nihil nocet, sed potius in nostram reincidit sententiam: Salarium enim, quod ipse in resolutione quæstionis censet solvendum esse executori, adiicit esse moderandum à iudice, attentis facultatibus defuncti, videlicet his, quæ ad administratorem pervenerunt & qualitate executoris, & laboris suscepti, & quod potuit ex illo labore de bonis propriis perdere, vel lucra non capere. Ergo revera iste auctor in calce suæ resolutionis se glossat & declarat, ut ipsa procedat respectu damni emergentis & lucri cessantis, non vero alias: itaque potius dicendum est, tenere nostram sententiam, quam contrariam.

31 Quinto † & ultimo hæc nostra sententia declaratur, ut procedat, quoties testator nihil reliquit testamentariis suis pro labore executionis testamenti, vel non cavit, ut salarium solveretur eidem: secus vero erit, si ei aliquid pro eo reliquerit vel præceperit ei salarium esse solvendum: tunc namque eius voluntas servanda erit & executor ea in specie iuste in utroque foro id consequi poterit, quod ei fuerit relictum legatum, scilicet, vel salarium, ultra istas expensas, argumento doctrinæ Speculatoris, *titulo de salario, colu. 2.* scribentis, quod si ille, cui salarium datur, aliquid expenderit, repetere id poterit præter salarium, *prout eum refert & sequitur Bacca de decim. tut. c. 21. n. 21.* At quin legatum, quod executori testamenti relictum ab eodem testatore pro labore executionis, iuste consequi possit, vel salarium, si ei præstari caveatur in testamento, nullus iuste dubitare potest, tum ex eisdem legibus Regiis supra citatis, tum etiam ex notissimis iuris principiis.

Reliquum est, ut satisfaciamus fundamentis prioris partis affirmativæ. Et primum quidem non obest, quoniam loquitur & procedit in mercenario, militibus, agricolis & pastoribus, qui omnes sunt mercenarii, & locant operas suas ideoque iustissime eis debetur salarium pro ratione officii. Quinimo si occupentur in exsecutione testamentorum, eadem ratione eis debebitur, *ut supra observavimus in secunda declaratione*. Secundum etiam de lege fori huius Regni minus obest, quoniam loquitur in tutoribus & administratoribus minorum, non vero in executoribus testamentorum, in quibus nulla lege id cautum reperitur, sed potius contrarium. Vnde æquiparatio supra facta procedit in aliis, non vero respectu salarii, in quo contrarium reperitur expressum, ut ostendimus, præmaxime, cum dicta *l. fin.* sit correctoria iuris communis Partitarum, nempe, *l. 35. tit. 12. part. 3.* quam supra retulimus, quo iure attento nihil debebatur tutori pro sua administratione. Quod autem ex iusta causa tutori detur salarium, etiam attento iure communi, *ut sup. dicebamus*, an compensationem damni ex administratione sibi provenientis, non obest regulæ prædictæ, quoniam idem probavimus supra in simili specie in exsecutore testamenti, in secunda declaratione principali. Quod autem in contrarium contendimus, est alias regulariter verum. Hæc autem est una species, in qua regula cessat.

Tertium de Trebellianica, quam sibi detrahit heres gravatus restituere hereditatem, est diversa materia & de separatis non fit illatio, *ut in iurib. vulgaribus*.

Quartum de consuetudine etiam cessat, quia fatemur, stante legitima consuetudine super hoc, salarium exigi posse ab exsecutore testamenti: verum contendimus ipsam non exstare, eaq; non exstante de iure regulariter salarium non deberi, nec exigi posse ab exsecutore testamenti.

Præterea, verba dictæ *l. 31. tit. fin. lib. 8. ordinam. ver.* supra in contrarium ponderata per Avend. & reliquos, ibi: *Pierda el salario que deve aver por su trabajo*, non inveniuntur posita in *d. l. 14. nova collect. Reg.* neque illa, *pague el diez. mo*, olim posita, *d. l. 4. tit. 2. libr. 5. nova collect. Reg.* sed eorum loco adiicitur, *pague el danno*. Quare, vt præmisi, nunquam vidi in praxi observari, vt executori testamenti daretur salarium, id quod in mea persona non semel expertus sum simul cum sociis meis Canonicis, qui fuimus executores testamentarii cuiusdã Episcopi & alterius Canonici divitis, & quamvis multa superfuerunt bona: solutis debitis minimè ausi fuimus aliquid pro labore magno impenso nobis sumere nec petere, cum non simus soliti operas nostras locare, nec aliquid ex re nostra amiserimus, sed laborem impendimus ex caritate, & testatores iidem nihil nobis reliquerunt aut solvi iusserunt.

SUMMARIA.

1 *Tutor, qui tempore susceptæ tutelæ erat pauper, & postea reperitur dives, an præsumatur ditatus ex re pupilli, vel ex sua industria, & numeris seqq. per totum caput. Resolvitur in favorē tutoris, nisi alius indiciis contrarium probetur, ut in n. 2. & seqq. & n. 29. Rationes pro hac parte.*

pendentur, n. 3. & 4. Nonnulli tamen tenent contrarium, ut in n. 6. Sed præcedens sententia est communis & tenenda & nu. 18. ampliatur, ut procedat etiam in curatore, & numeris seqq. ampliatur aliis modis.

2 *Paupertate præterita non infertur necessario ad præsentem paupertatem, sed distinguitur nu. 10. & vide num. 16.*

7 *Accidentia extrinseca non præsumuntur, sed intelligo, ut in n. 13.*

Divitiæ sunt accidentia, cum naturaliter quilibet nascatur nudus & pauper, eodem n. 7.

8 *Divitiarum qualitas non creditur, nisi probetur.*

9 *Divitiæ acquiruntur & amittuntur fortunæ impetu, & num. 15.*

11 *Impensa necessaria pro victu & vestitu, non sunt, ut ita de facili divitiæ commutentur, & ideo tam divitiæ quam paupertas sunt probanda, sed vide contrarium num. 17.*

12 *Præsumptio illa, quod quis censeatur locupletari ex sua industria, & non ex re aliena, est levis præsumptio.*

14 *Pauper quis non præsumitur, quando paupertas est fundamentum intentionis ipsius, puta, quia velit admitti ad legatum factum pauperibus, vel aliis.*

19 *Administrator quicunque negotiorum alterius, præsumitur effectus liber suo labore & industria, non autem ex bonis eius, cuius negotia tractavit, & quomodo hoc sit intelligendum.*

21 *Mater, quæ ab initio erat pauper, & in fine tutelæ dives reperiatur, præsumitur omnia emisse ex bonis & pecuniis propriis.*

22 *Procurator non præsumitur ex patrimonio domini locupletatus.*

23 *Vasallus non præsumitur bona quæ habet ex bonis domini acquisisse, sed ex sua industria.*

24 *Uxor, relicto hospite alio, socius, & alii, ex suis præsumuntur ditati, non vero ex rebus alienis, & de uxore vide etiam in n. 29. & quid de correctore & aliis iudicibus, d. n. 24.*

25 *L. si defunctus, C. arbit. tutel. non procedit quoties aliqua coniectura exstat contraria. Secundo limitatur, ut in numero 26. quando nulla adest industria nullusque labor.*

27 *Prælati & cæteri Ecclesiarum administratores, an & quando præsumantur ditati vel non ex reb. Ecclesiæ.*

28 *L. si defunctus. C. arbit. tutel. intelligitur, & n. 30.*

CAPUT XLVI.

An tutor pauper præsumatur ditatus ex bonis pupilli?

1 PRo coronide † huius tertiæ partis supereſt illa quæstio examinanda, *An tutor, qui tempore susceptæ tutelæ erat pauper, & postea reperitur dives, præsumatur ditatus ex re pupilli, vel ex sua industria*, ut calculatorum, quod sit in hoc officium, videamus.

Et quidem legem habemus in hoc velut expressam, nisi cavillis quorundam obnubiletur, nempe *l. si defunctus, 10. C. arbit. tutor.* cuius littera hæc est.

Si defunctus tutelam vestram administravit, non rerum eius dominum vendicare vel tenere potes, sed tutelæ contra eius successores tibi competit actio: debitum autem aliis indiciis comprobaris oportet: nam quod neq; ipse, neq; uxor eius quidquam ante administrationem habuerunt, non idoneum huius continet indicium: nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est.

2 Clare † igitur colligitur ex hoc textu, imo aperte decidit, quod tutor, qui tempore susceptæ tutelæ erat pauper, & postea reperitur dives, non præsumitur ditatus ex re pupilli, sed sua industria, nisi aliis indiciis contrarium probetur, *& ibi notant Ioannes Faber, Bald. Angel. & Salycet. & in l. patrum, Cod. commun. utriusque iudicii*, & est casus clarus & apertus ad hoc secundum Franciscum Cremens. *inter consil. Alexand. consil. 62. numer. 13. volumine 4. & ita respondit Ruminald. consil. 300. num. 96. & plures allegans Bacca de decimis tut. cap. 18. numer. 26. sequitur Menochius lib. 6. præsumtione 28. numero 2.* ubi, quod ille textus optime hoc probat in illis verbis: *non enim pauperibus*, &c. Præsupponit namque textus ille industria & laboribus augeri patrimonium, sicque divitem aliquem fieri: quod etiam ostendit Vlpian. *in l. cum a. §. deficientium, ff. de mun. & honor. & text. in dicta l. si defunctus*, est clarus ad hoc *secundum Mascard. de probat. tertio tomo, concl. 1393. num. 9. additio Bernardi Diaz. reg. 9 & Burg. de Paz. consil. 43. n. 1. & 2.* Est qui magis recepta opinio à nostratibus, & probata illis iuribus, tametsi nonnulli contrarium teneant, *ut infra videbimus*.

Cuius quidem † receptæ sententiæ duplex est ratio. 3
Prima, ne alias resultet delictum, quod vitandum esse scribit Iurisconsultus *in l. Pomponius, §. ex facto. ff. de acq. poss. l. merito. ff. pro soc. Mascard. ubi supr. n. 11. Aret. consil. 31. col. 2. vers. præterea ille tex. Cor. consil. 103. col. 2. ad fin. lib. 1. & alios allegans Aymon Cravetta, consil. 244. sub. nu. 61. verſic. & in terminis*, ubi qualiter probetur, quem acquisisse de pecunia aliena, licet ex hoc argueretur delictum.

Secunda † ratio est, quia consentaneum est rationi & 4
æquitati, ut homo, qui natus est ad laborem sicut avis ad volandum, sua industria & laboribus indies efficiatur dives ac locuples, quemadmodum hanc esse iuris præsumtionem affirmarunt plures, quos refert & sequitur Menoch. *ubi supra, nu. 1.* Non enim circa paupertatem sufficit probare quem olim fuisse pauperem, † quia ex 5
præterita paupertate non infertur necessario ad præsentem paupertatem, cum habeamus præsumtionem, quod unusquisque potest ex sua industria acquirere & lucrari, *ut in d. l. si defunctus, ita Anchoran. consil. 5. pro parte nobilis, n. 3. vers. constat enim quod probatio, col. 1. & in 8. semel, col. penult. vers. ultimo dicit Nicolaus, de reg. jur. in 6. Patian. de probat. lib. 1. c. 54. n. 25. & 26. fol. 172.* ubi citat Bald. *in l. 3. n. 18. in vers. & qui dicit paupertatem, col. fin. C. de probat. & alios.*

Sunt † tamen nonnulli, qui contrarium probare ni- 6
tuntur, nempe, verum non esse, quod præsumatur quis indies ditari, scilicet Coment. *in l. a. ff. de except.* Salyc. *in l. quod nomine, in fin. ff. de condit. indeb.* Aret. & Alex. *in l. ex diversis, §. si in iudicio, in fin. ff. soluto matrim.* Sylvan. *consil. 36. col. 4. prope med.* quos in hoc citat Menoch. *ubi supra*, eos tamen improbat *n. 4.* sed refert & sequitur Asciat. *regula 2. præsumt. 27. n. 5.* vbi *n. 4.* concordare nititur has opiniones contrarias, sed sua concordia est contra prædictam magis communem sententiam. Hanc etiam secundam opinionem tenet Nat. *consil. 358. contra fratres: n. 7. vers. quod comprobatur, vol. 2. Soc. in l. 2 §. sane, n. 6. vers. nec etiam illa ratio, col. 1. in fin. ff. de excep. & alis relati per Patian. ubi sup. n. 29.*

Fundamenta † huius secundæ opinionis sunt hæc. 7
Primum, quod accidentia extrinseca non præsumuntur, *l. si vero, §. qui provisi qualitates. ff. qui satisd. cog.* atqui divitiæ sunt accidētia, cum naturaliter quilibet nascatur nudus & pauper, *c. sicut, el secundo, 47. dist. & tradit Lucas de Pen. in l. 2. C. quando & quib. quarta pars debeatur, lib. 10. & Affl. decis. 377. n. 5. Mascar. de prob. 1. tom. concl. 525. n. 2. & alios allegans Patian. ubi sup. n. 16.*

Vnde † cum qualitas divitiarum sit regulariter re- 8
pugnans naturæ, quia nemo nascitur dives, non creditur, nisi probetur, *ut ex glan. ad. l. si vero, ubi pro res qualitate, & alii probat late Mascard. de probat. conclus. 525. n. 1. cum sequentib.* sed potius quæ præsumitur pauper, nisi probetur contrarium, *ut in d. §. qui pro res qualitate,*

idem

idem Mascardus concluſ. 1154. in princ. numer. 1. cum ſequentibus.

Secundum fundamentum huius ſecundæ opinionis
9 eſt, quia diuitiæ acquiruntur & amittuntur fortunæ impetu, *l. ſi qui. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. & in l. plane. ff. ut in poſſeſſ. legat.* Ergo ob incertitudinem nulla poteſt eſſe iuris præſumtio.

Tertium fundamentum huius partis eſt ex doctrina Alber. *in d. §. qui pro res qualitate, n. 5. verſ. quid dicemus,* ubi ait, quod qui ab antiquo fuit pauper, adhuc præſumitur eſſe pauper, & ſequuntur plures, quos congerit Patian. *de probat. lib. 1. d. c. 54. ſub nu. 26. in verſi. tu conſidera*, & ſic contra ſecundam rationẽ adductam pro prima magis recepta ſententia, *nu. 27.* diſtinguit inter prædict. opiniones contrarias, an qui ab antiquo fuit pauper, præſumatur nunc pauper in hunc modum.

10 Quod † aut de paupertate præterita non conſtat, niſi ex naturali coniectura, quod quilibet naſcatur nudus, & tunc magis communis opinio eſt, ut ea non ſufficiat ad faciendum, quod de præſenti quis ſit pauper, & in hoc caſu veriſſima eſt opinio Ancharan. Bald. & ſequacium, de quibus ſupra in ſecunda ratione prioris ſententiæ principalis, qui dicunt ex paupertate præterita non præſumi paupertatem præſentem, *l. cura, §. deficientium, ff. de mun. & honor.*

Aut ultra naturalem nuditatem conſtat etiam per probationem facti, quod quis de præterito fuit pauper, & tunc poteſt obtinere opinio Alber. & aliorum, ut ſcilicet, qui fuit ſemel ab antiquo pauper, adhuc præſumatur eſſe pauper, & quod hanc diſtinctionem videtur ſentire Zabarell. qui loquitur in probationibus facti *in cap. unico. in 6. oppoſitione, in verſic. poſtquam autem probatum eſt ſemel de talibus, colum. penult. de ſcrutinio.*

11 Nec obſtat, † quod quilibet præſumatur acquirere ex induſtria ſua, quoniam impenſa eſt etiam parata, tam pro victu, quam pro veſtitu, quæ non ſinit, ut ita de facili diuitiæ cumulentur, maxime cum aliud ſit ex induſtria lucrari, & aliud diteſcere, & propterea utrumque eſt probandum, id eſt, tam diuitiæ, quam paupertas, *ut tenent plures relati per Patian. ut ſupra ſub num. 17. in verſi. nam licet quis,* ubi numeris ſequentibus hanc concluſionem limitat tribus modis.

12 Præterea, † *ut inquit Salyc. in l. quod nomine, ſub num. ſecundo. verſicul. ſi his non obſtantibus. ff. de condict. indebiti*, præſumtio illa, quod quis cenſeatur locupletari, eſt præſumtio levis, & non violenta, neque neceſſaria.

Sed retenta magis communi & veriori ſententia cõtraria in articulo & quæſtione principali probata *in dicta l. ſi defunctus, C. arbit. tut.* ad primum fundamentum ſup. adductum pro ſecunda opinione.

13 Reſpondetur, verum † quidem eſſe accidentia non præſumi, quando nulla ſubeſt cauſſa, ea tamen ſubſiſtente ſecus eſt, ut in noſtro caſu, in quo adeſt induſtria & labor, quibus diuitiæ comparari ſolent. Ita & rectè Menochius *ubi ſupr. num. 7.* unde licet quilibet præſumatur pauper, niſi probetur contrarium, ſatis tamen dicitur probari contrarium ſaltem præſumtiue ex induſtria & labore tutoris.

14 Sic non præſumitur quis pauper, † quando paupertas eſſet fundamentum intentionis ipſius, puta, quia vellet admitti ad legatum factum pauperibus, vel alias: tunc enim abſque probatione pauper non præſumitur, iuxta gloſſam *in dicto §. qui pro res qualitate*, ubi etiam ſequuntur omnes, & de communi teſtatur plures congerens Maſcardus *dicta concluſione 1154. num. 5. & 6.* & cum veriori & magis communi ſententia Patianus, *ubi ſupra, dicto cap. 54. numero decimo & decimoſeptimo*, ubi loquitur in diuitiis & paupertate, ut non præſumantur, ſed quod debeant ab eis probari, qui ſe fundant in illis.

15 Ad ſecundum † fundamentum contrarium adductum pro ſecunda opinione, Reſpondet Menoch. *ubi ſupra, num. 9.* diuitias aliquando ſolo fortunæ curſu acquiri, ſicut illæ ſunt, quæ nobis aliquando ne cogitantibus quidem obueniunt, & de his loquuntur præcitata iura: hocque in caſu procedit prædictum ſecundum fundamentum, aliquæ vero diuitiæ ſunt, quæ etſi fortunam quodammodo comitantem habeant, attamen non ex ipſa ſola fortuna, ſed ab ipſo labore & induſtria proueniunt, & de his nos loquimur.

16 Ad tertium reſpondetur, † vltimum membrum diſtinctionis ſupra relatæ ex Patiano, nempe eum pauperem præſumi de præſenti, quando per probationes facti conſtat, eum de præterito ſemel fuiſſe pauperem, nõ eſſe verum. Iquidem contra textum *in l. ſpadonem, §. qui abſoluitur. ff. de excuſat. tut.* vbi habetur, quod qui ſemel fuit à munere excuſatus ſub prætextu forte paupertatis, ſi de nouo vocetur ad onus tutelæ, debebit novas probationes facere, nec ſufficiunt primæ. Ergo ex præterita probatione paupertatis non infertur ad paupertatem præſentem. Similiter eſt aliud textus contra prædictum membrum Patiani, *in dicta l. cura, §. deficientium, ff. de mun. & honor.* vbi dicitur, quod, qui propter inopiam à primo onere ſemel excuſatus fuit, ſi vocetur ex intervallo ad nouũ onus, non excuſabitur ex primis probationibus paupertatis, ſed noviter paupertas eius ab ipſo erit probanda, *vt aut Alexand. in dicto §. fin iudicio, in fin.* Ergo non eſt verum, quod ſemel probatus pauper per probationes facti, adhuc præſumatur eſſe pauper. Et veriſſima efficitur ex his noſtra magis communis ſententia antea in terminis probata, *ex dicta l. ſi defunctus. C. arbitr. tut.* quæ habet, quod tutor, qui tempore ſuſceptæ tutelæ erat pauper, & poſtea reperitur dives, non præſumatur eſſe ditatus ex re pupilli, ſed ſua induſtria & labore, niſi aliis indiciis contrarium probetur. Similiter etiam ex ſupradictis Baldi, Ancharani, & ſequacium opinio, de qua in ſecunda ratione prædicta magis communis ſententia verior ſit, nempe, vt circa paupertatem de præterito non præſumatur in præſens, *vt in dictis iuribus modo relatis.* Quibus ita vltimo tenet & probat contra prædictum tertium fundamentum ſecundæ opinionis ſupradictæ contrariæ idemmet Patianus, *vbi ſupra, dicto num. 29. in fin.* Ex ſic ceſſat hoc tertium fundamentum, & remanet ſatis probata & defenſata noſtra prædicta magis communis & verior ſententia, de qua *in d. l. ſi defunctus.*

Quinimo Salycetus *in dicta l. quod nomine*, non reſpondet *dictæ l. ſi defunctus*, quæ, meo iudicio, vrgens & clara eſt pro communi ſententia. Sed neque ipſe Salyc. tenet contrarium expreſſe, ſed tantum dicit, quod præſumtio locupletationis non eſt violenta & neceſſaria, *ut in d. §. ſufficientium*, eſt tamen ſufficiens, vt excludamus delictum, præſumendo tutorem ſua induſtria & labore acquiſiſſe diuitias, non vero ex re pupilli.

Nec reſponſio Alexandri, *vbi ſupr. ad dictam leg. ſi defunctus*, eſt bona, quia, vt conſtat ex eadem l. præcipue in verſic. *nec enim*, bene probatur ibi, præſumi ditatum tutorem laboribus & aliis caſibus: imo ipſemet Alexander *in l. res iudicatæ. §. ſi in iudicio, colum. fina. ff. ſolut. matrimon.* videtur remanere cum prima opinione. Non eſt igitur ab ea recedendum in puncto iuris, nec in iudicando & conſulendo.

17 Non † etiam obeſt aliud de impenſa parata pro victu & veſtitu, quæ non ſinit, vt diuitiæ ita de facili cumulentur, maximè cum aliud ſit ex induſtria lucrari, aliud diteſcere, vt ſupra pro ſecunda opinione dicebamus.

Quoniam, vt ex præcedentibus patet, non ſolum præſumitur quis ex ſua induſtria lucrari pro victu & veſtitu, ſed etiam diteſcere, vt probatur *in dicta l. ſi defunctus, ad fin.* vbi, *augmentum patrimonii, quod laboribus & multis*

multis caſibus quæritur, &c. & à communiter accidentibus contingit ſæpenumero. Tametſi his temporibus ob noſtra peccata raro homines ditentur, propter bella, ſeditiones, & iniuriam temporis, nihilominus tamen iuris præſumtio vera eſt, quam prædiximus ex dicta l. *ſi defunctus*, præmaxime ut euitemus delictum, hoc eſt, ne tutor ditatus præſumatur ex re pupilli, ſed potius ex ſua induſtria & labore, comite quoq; fortuna.

18 Nunc † autem noſtra hæc & communis ſententia ſic defenſata amplianda eſt. Primo, ut procedat quoque in curatore adulti eiſdem rationibus.

Secundo extenditur, ut procedat eadem præſumtio, & locum habeat generaliter in eo, qui negotia alterius adminiſtravit. Nam adhuc præſumitur iſte effectus diues ſuo labore & induſtria, non autem ex bonis eius, cuius negotia tractavit, ſicut de tutore adminiſtrante bona pupilli cenſuit *dicta l. ſi defunctus*, & communis ſententia. Et ita in officiali ac adminiſtratore rerum fiſci, vel Reipublicæ docuit Bartolus contra gloſſam ibi *in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci, lib. 10. quem ſequitur Dec. conſil. 6. n. 1. & conſ. 175. an fi. Corra. lib. 3. Miſcel. c. 5. num. 6. refert & ſequitur Menochius ubi ſupra. num. 10.* dicit communem Bol. *in ſua practica criminali, titulo de iſtis, num. 49.* & eum referens dicit veriorem. Additio Bernardi Diaz. *dicta regula 9, ſequitur idem Menochius lib. 3. præſumtione 52. num. 4.* ubi in idem citatur Benuent. Stracha *in tractu de mercatura, part. 4. nu. 37.* & tandem Menochius *ibidem num. 8. ad finem*, inquit, quod iſta eſt communis opinio, quam ipſe ibi veram intelligit, quando res eſſet admodum dubia, & coniecturis diſcerni non poſſet, quomodo adminiſtrator fiſci vel Reipublicæ acquiſierit, ad fugiendas alias quatuor opiniones Doctorum diuerſas, quas ibi in hoc articulo retulit. Prima & ultima fuit opinio Lucæ de Penna, qui hoc iudicis arbitrio relinquendum cenſuit, ut is pro qualitate perſonæ adminiſtratoris, officialiſque arbitretur, an is acquiſierit ex propriis bonis vel ex publicis, & propterea adcõiecturas recurrendum eſſe, id quod docuit Bal. *in l. cum oportet, in princip. numero 13. in fin. Cod. de bonis quæ lib. & Bartolus in tractatu de duobus fratrib. nu. 5.* Perpendet autem iudex (inquit ibidem Menochius *num. 8.*) quod ſi adminiſtrator iſte habebat aliqua bona, & erat ita induſtrius & diligens, & adminiſtratio tenuis erat, quod veroſimiliter non ex bonis publicis, ſed propriis & adhibita propria induſtria acquirere potuerit, & tunc exiſtimare poterit, ex bonis publicis non acquiſiviſſe: ſi vero contra erat is admodum inopis & negligens, & tamen effectus eſt adeo dives, ut veroſimile nõ ſit acquiſiviſſe propria induſtria ex bonis ſuis, tunc dicendum eſſe præſumi quæſiviſſe ex bonis publicis. Quã ſententiam probare videtur Menochius cum prædicta declaratione, nempe, ut quando res eſſet admodum dubia, & coniecturis diſcerni non poſſit, quomodo acquiſierit, retinenda ſit communis ſententia huius ſecundæ ampliationis: ſcilicet, quod præſumendum non ſit quæſiviſſe ex bonis publicis, ſed ex propriis. Itaque in hac ſpecie procedit noſtra ſecunda ampliatio ſupradicta, ſic etiam Petrus Surdus *de aliment. titulo 5. quæſtione 8. nu. 52 folio 203.* alios allegans, tenet, quod bona alienæ adminiſtrans, præſumitur acquiſiviſſe de pecunia propria, ſi induſtrius, vel bona habet propria: ſecus quando adminiſtrator eſt pauper.

19 Et iuxta † ſupradicta cenſeo intelligendum & declarandum eſſe Cavalcan. *in indice 1. par. deciſ. in verſic. tutor & adminiſtrator pauper*, dum tenet poſt alios, quos citat, quod tutor & adminiſtrator pauper, effectus dives præſumitur locupletatus ex bonis pupilli & domini, cum non poteſt ex bonis ſuis & ſalario alimenta ſibi & familiæ adminiſtrare, & ideo tenetur oſtendere, quomodo pecunias tam magnas acquiſivit, & eundem Cavalc. *deciſ. 39. n. 32. 1. part. deciſ. 163.* dicentem in negotiorum geſtore.

Nempe, † vt ſi reddita ratione adminiſtrationis per 20
tutorem aut adminiſtratorem, ipſe reperiatur factus dives, cum ante tutelam eſſet pauper, non præſumatur per hoc factus locupletior & dives de bonis pupilli & domini, niſi probationibus & coniecturis manifeſte hoc colligeretur, ſed de bonis ſuis propriis & ſua induſtria hoc feciſſe præſumeretur, ſecundum Franciſc. & Cremenſ. *ſingu. 6. tu ſcis, quicquid, an fin.* & alios, quos refert & ſequitur in propoſito idem Cavalcan. *de tutor. & curat. numer. 223.* dicentes, quod erit coniectura contra eum, ſi non fecerit ſolemnia, in ventarium, & librum rationum, & ſi eius facultates non ſufficerent ad victum & veſtitum, totiuſque familiæ, cum eius exercitio, habita conſideratione ad illius & filiorum ſuorum vitam & exercitium, quibus ceſſantibus, tutor de ſuis bonis & eius induſtria factus dives erit præſumendus, attento, quod nemo locupletior factus ex re aliena, ſed ex fructibus alienis præſumitur, niſi probetur. Ita plures referens tenet & declarat Cavalc. *in dicto tractatu de tut. & curat. num. 223. & 224. & iterum deciſ. 37. num. 36.* ubi quod ſufficit, quod diligenter reddantur rationes arbitrio boni viri, *ſecund. Dec. & alios, quos ibi ad hoc citat.*

Tertio † ampliatur præfata magis communis ſen- 21
tentia, vt procedat etiam in matre, quæ ſi ab isitio erat pauper, & in fine tutelæ dives reperatur, puta ſi fandũ maximi laboris & domum emat, præſumitur omnia emiſſe ex bonis & pecuniis propriis, *ita Cremenſ. ubi ſupra.* Et videtur quoque ſenſiſſe Baldus *in Authen. item etiam, C. de Epiſcopis & clericis, refert Aret. d. conſ. 21. num. 3. & Maſcar. d. concl. 1393. n. 10. & Baeca de deci. tut. d. c. 13. n. 26.* vbi etiam citat Segaram idem tenentem, & dicit magis notandum, quoniam parva & fere inutilis eſt fœminæ induſtria, *Abbas conſ. 36. libr. 2. Bologn. in l. etiam. C. de donation. inter virum & vxorem. & Aretin.* ubi ſupra, eandem ampliationem refert & ſequitur Burgos de Paz, *conſ. 43. n. 8. & 9.*

Sic † etiam procurator minimè præſumitur ex patri- 22
monio domini locupletatus, *ut late per Antonium de Butrio, Ioannem ab Imola, & Doctores in c. 1. de peculi. clericor.* & ſecundum eorum indicium in facti contingentia interrogatus conſuluit Alcat. *conſ. 18. ſequitur Addit. Bernard. Diaz. in d. reg. 9.*

Vaſallus † etiam non præſumitur quæſiſſe, quæ ha- 23
bet ex bonis domini, ſed ſua induſtria, *ita voluit Andr. de Iſern. in cap. 1. col. 2. de contractibus inter maſc. & form.* quem ſequitur ibi *Matth. de Afflict. & Catell. Contra in memo. iuris, verbo, concubina, & addita Bernardi Diaz. vbi ſupra, & Bobadilla in ſua Politic. de corregidores, libr. 2. cap. undecimo, num. 2.* Idem † probat *En la mugor caſada, y en el Rector del hoſpital, y en el compadrazgo y en el mayordomo del ſennor.* Sed numero 6. limitat *En el Corregidor, Conſejero, y Preſidente, que antes de entrar en el officio ola va pobre y neceſſitado, y ſubitamente apparetia rico, y en el numero 7. refiere y ſigue a Baldo, que dize que el fiſcal puede alos tales adminiſtradores quitarles los dichos bienes.*

Nunc † veniamus ad declarationes & limitationes 25
dictæ magis communis ſententiæ, & ſic ad d. l. *ſi defunctus, C. arbitratu.* Declaratur primo, vt non procedat, quando aliqua exſtat contraria coniectura, qua demonſtraretur, aliquem non fuiſſe effectum ditem ſua induſtria & labore, *ita Pariſ. conſ. 99. n. 50. lib. 3. refert & ſequitur Menoch. de præſum. 28. n. 15.* vel quando aliis indiciis id probaretur, vt *in d. l. ſi defunctus. ibi, debitum autem aliis indiciis comprobari oportet*, & ſic quando probationibus & coniecturis hoc colligeretur, vt declaravimus ſupra cum Cavalc. ſecundum ampliationem principalem noſtræ magis communis ſententiæ.

Secun-

26 Secundo † declaratur eadem magis recepta sententia, tradita *per d.l.si defunctus*, utnon procedat prædicta præsumtio, quando nulla adest industria nullusque labor: tunc namque non præsumitur pauper effici dives, *ita Decius & Corras. in locis præcitatis & insuper Rom. cons. 274. & in cons. 346. col. ult. & cons. 375. in fin. Sylvan. cons. 86. n. 8. in vers. item dispositio*, quos ad hoc refert Menochius *d. lib. 6. præsumt. 28. nu. 11.* dicens, quod solet afferri exemplum in prælatis, qui in congerendis opibus suã
27 non collocant operam & diligentiam, *& num. 12.* addit, quod quando in † prælatis & ceteris Ecclesiarum administratoribus aliqua inest industria & aliquis labor, præsumitur eos comparasse sibi illas divitias sua industria, non autem ex bonis Ecclesiæ: quam resolutionem in prælatis Ecclesiæ probat etiam additio Bernar. Diaz. *ubi supra*, alios allegans, loquens in prælato habente aliquod officium lucrosum, vel in prælato industrioso. Et in tutoribus & curatoribus, aliisq; administratoribus, & prælatis Ecclesiarum: supradictam resolutionem magis communem cum prædictis declarationibus tenet & probat D. Castel. *in suo tract. de cuentas. par. 15. per totum* bene eam declarans, & tandem relinquens hoc cognitioni & arbitrio iudicis ex indiciis, præsumtionibus & coniecturis.

28 Tertio † declaratur secundum Salycet. *in auth. licentiam, nu. 2. C. de epis. & cleric.* ut procedat, quando esset dubium, an acquisita post tutelam finitam ab eo, qui fuerat tutor, præsumerentur ex bonis pupilli acquisita, an ex re & industria propria? Verum si agitur de bonis acquisitis a tutore, durante ipsa tutela, quando, antequam eam suscepisset, nihil aut parum in bonis habebat, contrarium præsumitur, nimirum ex bonis ipsius pupilli fuisse acquisita, *ut voluit Salyc. ubi sup. quem sequitur August. Bero. cons. 91. in 39. vol. 1. quos refert & sequitur Mascard. d. conclus. 1303. n. 12. & 13.* & quoad primum dictum Salyc. cum sequitur plures referens Cavalc. *de int. & curat. num. 223.*

Ego vero dubito de hac declaratione & restrictione, siquidem ex identitate & generalitate rationis, expresse *in d.l. si defunctus, ubi, neque enim pauperibus industria vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est*. Non enim video, qua ratione magis id dicendum sit de acquisitis post tutelam finitam, quam durante tutela: utroque enim casu & tempore eadem ratio militat: ergo idem ius statuendum est. Nec non & alia ratio concurrit, ne scilicet alias resultet delictum. Præterea licet Salyc. *ubi supr.* dicat, quod in *d. l. si defunctus*, est quæstio, an post tutelam de bonis pupilli dicantur quæsita, non tamen id probat, nec addit aliud esse de quæsitis, durante tutela. Denique prædicta limitatio est contra mentem magis communis sententiæ supradictæ, & contra tertiam ampliationem supra relatam & generalitatem, *d. l. si defunctus*, & in terminis contrarium constat ex Burgo de Paz *dicto consilio 43. num. 8.* & ceteris Doctoribus supra relatis.

De uxore † autẽ acquirente, constante matrimonio, 29
ex cuius bonis præsumantur acquisita, agit Bernandus Diaz. *regula nona*, ubi ponit regulam, quod ex bonis mariti *per l. Quintus. ff. de donatione inter virum & uxorem*, & ibi eius additio: & refert plures limitationes remissive, de quibus etiam per Aymon, Cravet. *cons. 240. sub. n. 6.* & per Cremensem *ubi supra*, secus soluto matrimonio, *ut late per Burgos de Paz dicto consilio 43. num. 1. cum sequentibus* ubi *num 4.* idem probat cum aliis, etiam constante matrimonio, nempe, nunquam esse præsumendum, uxorem ex bonis mariti esse ditatam, si in contrarium violentior & crebior præsumtio sit. Idem tenet Bobadilla *ubi supra, num. 8.* nempe, quod non præsumatur ditata ex bonis mariti.

Et ibi † etiam declarat præsumtionem dict. *l. si de-* 30
functus, esse intelligendam secundum D. Castillo *in l. 27. Tauri, in glossa, in verficulo 13.* fuit consideratis qualitatibus personarum & rerum, & an prædictæ personæ habeant substantiam & industriam ad negotiandum, & acquirendum aliis viis, vel si contra eos reperta fuerit aliqua fraus vel usurpatio: tunc enim præsumitur, eos ditatos ratione officiorum & turpiter, iuxta distinctionem Castelli *ubi supra*. LAVS DEO.

Finis Tract. De Tutelis & Curis.

INDEX

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IHS

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM MEMORABILIVM RERVM IN HOC DE TVTELIS ET CVRIS Tractatu, in tres Partes divisio, contentarum, ordine Alphabetico, in studiosorum gratiam ritè contextus.

P. partem, C. capitulum, indicat:

A.

Absolutio, & pœnitentia imposita à parocho, qui per susceptionem secundi beneficii curati, priori erat privatus ipso jure, an valeat? & de indulgentiis concessis à fallis questoribus, qui tamen communi opinione existimabantur veri. p. 3. cap. 8. num. 6. & 7.

Accidentia extrinseca non præsumuntur, intelligetur ut in num. 13. parte 3. c. 46. num. 7.

Acquisita à filio negotianti cum pecunia patris quomodo sint dividenda. par. 3. cap. 31. num. 4.

Actio eadem licet competat contra tutores, & contra magistratus, solet tamen à jure distingui, par. 2. c. 15. num. 24.

Actio tutelæ contraria est bonæ fidei. par. 3. cap. 39. num. 18.

Actus earitatis est beneficentis in proximum. par. 3. c. 45. n. 16.

Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio potius, quã alieno. par. 2. c. 10. num. 1.

Actus nullus factus à tutore nomine pupilli sibi præjudicat quoad minuendam dotem. par. 3. c. 34. num. 18.

Actor universitatis rationem reddere tenetur. p. 3. c. 1. num. 14.

Accusatio suspectitutoris, vel curatoris coram judice majore loci, ubi minor sua bona habet, prætente eo fieri debet, contra quem accusatio producitur. par. 2. c. 18. num. 7.

Ad removendum patrem ab administratione filii sui pupilli sufficit negligentia, & culpa. parte 1. c. 8. num. 4.

Administrator quivis non potest remittere jus sui principalis. par. 2. c. 6. num. 13.

Administrator quilibet rerum alienarum faciens id quod ut talis administrator tenetur facere, quamvis nomine suo id faciat, præsumitur & censetur facere tanquam alius administrator. par. 2. c. 10. num. 5.

Administrator Ecclesiæ, & minoris emens pecuniis ipsius, ei acquirit. par. 2. c. 19. num. 7.

Administrator quicunque rationem reddere tenetur suæ administrationis. p. 3. c. 1. num. 3. & 9.

Administrator qui de facto, prætermisso juris ordine assumsit administrationem bonorum pupilli vel alterius, tenetur reddere rationem p. 3. c. 1. n. 10.

Administrans cum mandato vel sine mandato, tenetur rationem reddere. par. 3. c. 1. num. 11.

Administrator rei communis cum alio tenetur ei reddere rationem administrationis. p. 3. c. 1. num. 22.

Administrator & ejus heredes tenetur semper statim requisiti rationem reddere. p. 3. c. 1. num. 30.

Administrator quilibet negotiorum gestorum factor ac procurator ad negotia tenetur libros facere, & rationem quolibet anno reddere suæ administrationis, alias potest contra eum insistem jurari. p. 3. c. 1. n. 31.

Administrator quilibet negotiorum gestor, thesaurarius, & similem personæ, & mater usufructuaria libenter administrationis conficere tenetur, & in forma rationis, ut singulariter omnia contineat, ita ut reperta possint falsa & vera, alias reputantur ad interesse. p. 3. ca 1. num. 55.

Administrator quilibet expendens in re aliena, qui est obligatus rationem reddere, si in dubium revocetur, tenetur probare quæ in rationibus scripsit gessisse vel impendisse, vera esse. p. 3. c. 1. n. 147.

Administratoribus bonorum majoratuum cum sequestro subjiciuntur lite pendente inter creditores, atq; commendarum vacantium assignatur salarium. p. 3. c. 7. num. 5.

Aditio hereditatis facta à parte pro filio infante tanquam tutore, qui in veritate non erat tutor, licet possit adire tanquam pater, non valet, quia hoc non egit. p. 3. c. 9. num. 13.

Administratio & gubernatio horum regnorũ Hispaniæ, tripartita est, ut hic. p. 1. c. 31. nu. 3.

Advocatus, Doctor, vel potestas, cui constitutum est certum salarium pro suo officio, & per ejus culpam stetit, non implere officium, an privetur ex hoc salario totius temporis, an solum futuri temporis, quo per eum stetit. p. 1. c. 13. num. 7.

Administrator Reipublicæ negligenter & dolose administrans privatur omni salario, sed intellige, ut in num. 27. par. 3. c. 4. num. 21.

Administrator quicunq; & quocunque nomine, titulo, causa, administrat verè, tenetur reddere rationem, par. 3. cap. 45. num. 4.

Administrator quilibet, qui rationem non reddiderit, tenetur ad interesse declarandum per juramentum ipsius lutem, par. 3. cap. 45. num. 5.

Administratoribus congruum est, imo jure dati debet salarium juxta laborem impensum. p. 3. c. 45. num. 9.

Administrator quicunq; negotiorum alterius præsumitur effectus liber sub labore & industria, non autẽ ex bonis ejus, cujus negotia tractavit, & quomodo hoc sit intelligẽdum. p. 3. c. 46. num. 19. & 20.

Æs alienum prius deducendum est quam computatio faciendæ, par. 5. c. 34. num. 24.

Æstimatio rerum non requirit quod apponatur in inventario, par. 2. c. 1. num. 93.

Ætas quæ est legitima, sive perfecta viginti quinque annorum parte 3. c. num. 4.

Agens ad exclusionem matris à successione pupilli ob non petitum tutorem, debet probare non solum filium puberem mortuum, & tutorem non petitum, sed etiam quod filius supervixit matri post annum, & inter annum non fuisse petitũ tutorem, par. 3. c. 16. num. 81.

Agnati, si per statutum præferentur cognatis in successione, præferuntur etiam eisdem in tutela, par. 1. c. 2. num. 14.

Agnatus proximior intra quatuor menses à die scientiæ petere debet tutelam, vel curam, p. 1. c. 8. n. 63.

Alienatio rerum immobilis minoris facta sine judicis decreto, vel absente curatore, est nulla, quo casu minor, vel ejus heres nedum potest agere contra emtores, sed etiam contra quoscunq; possessores, & ad fructus quoq; agere potest, si emtor non fuit bonæ fidei, ut in num. 10 par. 2. c. 5.

26 Secundo † declaratur eadem magis recepta sententia, tradita *per d.l.si defunctus*, utnon procedat prædicta præsumtio, quando nulla adest industria nullusque labor: tunc namque non præsumitur pauper effici dives, *ita Decius & Corras. in locis præcitatis & insuper Rom. cons. 274. & in cons. 346. col. ult. & cons. 375. in fin. Sylvan. cons. 86. n. 8. in vers. item dispositio*, quos ad hoc refert Menochius *d. lib. 6. præsumt. 28. nu. 11.* dicens, quod solet afferri exemplum in prælatis, qui in congerendis opibus suã
27 non collocant operam & diligentiam, *& num. 12.* addit, quod quando in † prælatis & ceteris Ecclesiarum administratoribus aliqua inest industria & aliquis labor, præsumitur eos comparasse sibi illas divitias sua industria, non autem ex bonis Ecclesiæ: quam resolutionem in prælatis Ecclesiæ probat etiam additio Bernar. Diaz. *ubi supra*, alios allegans, loquens in prælato habente aliquod officium lucrosum, vel in prælato industrioso. Et in tutoribus & curatoribus, aliisq; administratoribus, & prælatis Ecclesiarum: supradictam resolutionem magis communem cum prædictis declarationibus tenet & probat D. Castel. *in suo tract. de cuentas. par. 15. per totum* bene eam declarans, & tandem relinquens hoc cognitioni & arbitrio iudicis ex indiciis, præsumtionibus & coniecturis.

28 Tertio † declaratur secundum Salycet. *in auth. licentiam, nu. 2. C. de epis. & cleric.* ut procedat, quando esset dubium, an acquisita post tutelam finitam ab eo, qui fuerat tutor, præsumerentur ex bonis pupilli acquisita, an ex re & industria propria? Verum si agitur de bonis acquisitis a tutore, durante ipsa tutela, quando, antequam eam suscepisset, nihil aut parum in bonis habebat, contrarium præsumitur, nimirum ex bonis ipsius pupilli fuisse acquisita, *ut voluit Salyc. ubi sup. quem sequitur August. Bero. cons. 91. in 39. vol. 1. quos refert & sequitur Mascard. d. conclus. 1303. n. 12. & 13.* & quoad primum dictum Salyc. cum sequitur plures referens Cavalc. *de int. & curat. num. 223.*

Ego vero dubito de hac declaratione & restrictione, siquidem ex identitate & generalitate rationis, expresse *in d.l. si defunctus, ubi, neque enim pauperibus industria vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est*. Non enim video, qua ratione magis id dicendum sit de acquisitis post tutelam finitam, quam durante tutela: utroque enim casu & tempore eadem ratio militat: ergo idem ius statuendum est. Nec non & alia ratio concurrit, ne scilicet alias resultet delictum. Præterea licet Salyc. *ubi supr.* dicat, quod in *d. l. si defunctus*, est quæstio, an post tutelam de bonis pupilli dicantur quæsita, non tamen id probat, nec addit aliud esse de quæsitis, durante tutela. Denique prædicta limitatio est contra mentem magis communis sententiæ supradictæ, & contra tertiam ampliationem supra relatam & generalitatem, *d. l. si defunctus*, & in terminis contrarium constat ex Burgo de Paz *dicto consilio 43. num. 8.* & ceteris Doctoribus supra relatis.

De uxore † autẽ acquirente, constante matrimonio, 29
ex cuius bonis præsumantur acquisita, agit Bernandus Diaz. *regula nona*, ubi ponit regulam, quod ex bonis mariti *per l. Quintus. ff. de donatione inter virum & uxorem*, & ibi eius additio: & refert plures limitationes remissive, de quibus etiam per Aymon, Cravet. *cons. 240. sub. n. 6.* & per Cremensem *ubi supra*, secus soluto matrimonio, *ut late per Burgos de Paz dicto consilio 43. num. 1. cum sequentibus* ubi *num 4.* idem probat cum aliis, etiam constante matrimonio, nempe, nunquam esse præsumendum, uxorem ex bonis mariti esse ditatam, si in contrarium violentior & crebior præsumtio sit. Idem tenet Bobadilla *ubi supra, num. 8.* nempe, quod non præsumatur ditata ex bonis mariti.

Et ibi † etiam declarat præsumtionem dict. *l. si de-* 30
functus, esse intelligendam secundum D. Castillo *in l. 27. Tauri, in glossa, in verficulo 13.* fuit consideratis qualitatibus personarum & rerum, & an prædictæ personæ habeant substantiam & industriam ad negotiandum, & acquirendum aliis viis, vel si contra eos reperta fuerit aliqua fraus vel usurpatio: tunc enim præsumitur, eos ditatos ratione officiorum & turpiter, iuxta distinctionem Castelli *ubi supra*. LAVS DEO.

Finis Tract. De Tutelis & Curis.

INDEX

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IHS

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM MEMORABILIVM RERVM IN HOC DE TVTELIS ET CVRIS Tractatu, in tres Partes divisio, contentarum, ordine Alphabetico, in studiosorum gratiam ritè contextus.

P. partem, C. capitulum, indicat:

A.

Absolutio, & pœnitentia imposita à parocho, qui per susceptionem secundi beneficii curati, priori erat privatus ipso jure, an valeat? & de indulgentiis concessis à fallis questoribus, qui tamen communi opinione existimabantur veri. p. 3. cap. 8. num. 6. & 7.

Accidentia extrinseca non præsumuntur, intelligetur ut in num. 13. parte 3. c. 46. num. 7.

Acquisita à filio negotianti cum pecunia patris quomodo sint dividenda. par. 3. cap. 31. num. 4.

Actio eadem licet competat contra tutores, & contra magistratus, solet tamen à jure distingui, par. 2. c. 15. num. 24.

Actio tutelæ contraria est bonæ fidei. par. 3. cap. 39. num. 18.

Actus earitatis est beneficentis in proximum. par. 3. c. 45. n. 16.

Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio potius, quã alieno. par. 2. c. 10. num. 1.

Actus nullus factus à tutore nomine pupilli sibi præjudicat quoad minuendam dotem. par. 3. c. 34. num. 18.

Actor universitatis rationem reddere tenetur. p. 3. c. 1. num. 14.

Accusatio suspectitutoris, vel curatoris coram judice majore loci, ubi minor sua bona habet, prætente eo fieri debet, contra quem accusatio producitur. par. 2. c. 18. num. 7.

Ad removendum patrem ab administratione filii sui pupilli sufficit negligentia, & culpa. parte 1. c. 8. num. 4.

Administrator quivis non potest remittere jus sui principalis. par. 2. c. 6. num. 13.

Administrator quilibet rerum alienarum faciens id quod ut talis administrator tenetur facere, quamvis nomine suo id faciat, præsumitur & censetur facere tanquam alius administrator. par. 2. c. 10. num. 5.

Administrator Ecclesiæ, & minoris emens pecuniis ipsius, ei acquirit. par. 2. c. 19. num. 7.

Administrator quicunque rationem reddere tenetur suæ administrationis. p. 3. c. 1. num. 3. & 9.

Administrator qui de facto, prætermisso juris ordine assumsit administrationem bonorum pupilli vel alterius, tenetur reddere rationem p. 3. c. 1. n. 10.

Administrans cum mandato vel sine mandato, tenetur rationem reddere. par. 3. c. 1. num. 11.

Administrator rei communis cum alio tenetur ei reddere rationem administrationis. p. 3. c. 1. num. 22.

Administrator & ejus heredes tenetur semper statim requisiti rationem reddere. p. 3. c. 1. num. 30.

Administrator quilibet negotiorum gestorum factor ac procurator ad negotia tenetur libros facere, & rationem quolibet anno reddere suæ administrationis, alias potest contra eum insistem jurari. p. 3. c. 1. n. 31.

Administrator quilibet negotiorum gestor, thesaurarius, & similem personæ, & mater usufructuaria libenter administrationis conficere tenetur, & in forma rationis, ut singulariter omnia contineat, ita ut reperta possint falsa & vera, alias reputantur ad interesse. p. 3. ca 1. num. 55.

Administrator quilibet expendens in re aliena, qui est obligatus rationem reddere, si in dubium revocetur, tenetur probare quæ in rationibus scripsit gessisse vel impendisse, vera esse. p. 3. c. 1. n. 147.

Administratoribus bonorum majoratuum cum sequestro subjiciuntur lite pendente inter creditores, atq; commendarum vacantium assignatur salarium. p. 3. c. 7. num. 5.

Aditio hereditatis facta à parte pro filio infante tanquam tutore, qui in veritate non erat tutor, licet possit adire tanquam pater, non valet, quia hoc non egit. p. 3. c. 9. num. 13.

Administratio & gubernatio horum regnorũ Hispaniæ, tripartita est, ut hic. p. 1. c. 31. nu. 3.

Advocatus, Doctor, vel potestas, cui constitutum est certum salarium pro suo officio, & per ejus culpam stetit, non implere officium, an privetur ex hoc salario totius temporis, an solum futuri temporis, quo per eum stetit. p. 1. c. 13. num. 7.

Administrator Reipublicæ negligenter & dolose administrans privatur omni salario, sed intellige, ut in num. 27. par. 3. c. 4. num. 21.

Administrator quicunq; & quocunque nomine, titulo, causa, administrat verè, tenetur reddere rationem, par. 3. cap. 45. num. 4.

Administrator quilibet, qui rationem non reddiderit, tenetur ad interesse declarandum per juramentum ipsius lutem, par. 3. cap. 45. num. 5.

Administratoribus congruum est, imo jure dati debet salarium juxta laborem impensum. p. 3. c. 45. num. 9.

Administrator quicunq; negotiorum alterius præsumitur effectus liber sub labore & industria, non autẽ ex bonis ejus, cujus negotia tractavit, & quomodo hoc sit intelligẽdum. p. 3. c. 46. num. 19. & 20.

Æs alienum prius deducendum est quam computatio faciendæ, par. 5. c. 34. num. 24.

Æstimatio rerum non requirit quod apponatur in inventario, par. 2. c. 1. num. 93.

Ætas quæ est legitima, sive perfecta viginti quinque annorum parte 3. c. num. 4.

Agens ad exclusionem matris à successione pupilli ob non petitum tutorem, debet probare non solum filium puberem mortuum, & tutorem non petitum, sed etiam quod filius supervixit matri post annum, & inter annum non fuisse petitũ tutorem, par. 3. c. 16. num. 81.

Agnati, si per statutum præferentur cognatis in successione, præferuntur etiam eisdem in tutela, par. 1. c. 2. num. 14.

Agnatus proximior intra quatuor menses à die scientiæ petere debet tutelam, vel curam, p. 1. c. 8. n. 63.

Alienatio rerum immobilis minoris facta sine judicis decreto, vel absente curatore, est nulla, quo casu minor, vel ejus heres nedum potest agere contra emtores, sed etiam contra quoscunq; possessores, & ad fructus quoq; agere potest, si emtor non fuit bonæ fidei, ut in num. 10 par. 2. c. 5.

Index in Tractatum Dn. Gutierrez

Alienatio rei immobilis evidenter ipsi utilis, an valeat facta absque juris solemnitate, p. 2. c. 5. n. 33.

Alienatio legalis vel hypothecæ tacitæ ajure, inducta bonorum immobilium minoris, valet sine decreto, par. 2. cap. 5. num. 64.

Alienationæ prohibitæ alicujus rei, censetur prohibita pignoratio ejusdem. num. 6. Sit quod in statuto prohibeatur prædii alienationem, p. 2 c. 21. n. 2.

Alienationæ prohibita per contractum inter vivos, non videtur prohibita per testamentum. p. 2 c. 14. n. 13.

Alienare, vel pignorare, aut hypothecare non potest curator, bona minoris sine decreto Prætoris, par. 2. cap. 21. num. 1.

Alimentorum favore onus adjectum non præsumitur causa legati, p. 1. c. 22. n. 4.

Alimentorum legata conservantur indistincte quod moriatur it, cum quo legatarius debet morari, nisi quando onus alimentis adjectum respiceret commodum filiorum existentium in pupillari ætate. p. 1. c. 22. num. 5.

Alimenta statuta per patrem liberis, quos heredes scripsit, sunt præstanda & teperanda per tutorem, vel curatorem, nisi ea sint ultra vires facultatum quod si modica sint, potest tutor ea pingiora præstare utique ad condecentem quantitatem. p. 2 c. 3. n. 11. & 30

Alimenta præstita per tutorem suis minoribus eis servientibus an sint repetanda. p. 2 c. 3. n. 46. & 47.

Alimenta sunt præstanda tutori, vel curatori minoris, ubi justa subest causa, p. 3 c. 2. n. 9.

Alimenta de jure debent solvi de redditibus & accessionibus patrimonii, non verò de proprietate, par. 3. cap. 12. num. 7.

Alimenta debentur patrono inopi ab Ecclesia, par. 3. cap. 20. num. 18.

Alimenta ab Ecclesia non sunt præstanda patrono inopi, quoties deductis expensis necessariis pro fabrica ipsius nihil ei superest. p. 3. c. 20. n. 19.

Alteri per alterum hodie acquiritur stipulatio, & sequuta acceptatione absentis remanet irrevocabilis, ut num. 12. & ex ea competit jus executivum, si instrumentum in quo fit alias habet executionem paratam, ut num. 13. & non solum actio utilis verum etiam directa competit. num. 14. nec hodie requiritur cessio. num. 35. p. 2. c. 17 num. 11.

Amicus negotia amici gerens gratis, quamvis non teneatur librum conficere, ita exacte & diligenter, ut alias jura fieri mandant, debet tamen eum conficere saltem negligenter, quia tenetur rationem reddere, par. 3. cap. 1. num. 36.

Annus à jure constitutus ad petendam tutorem à matre, aliisque consanguineis impuberum, potest causa cognita per judicem abbreviari, si pupillo multum interest. par. 1. cap. 16. num. 71.

Annus primo elapso, per quem primus consanguineus excluditur à petitione tutelæ, alius sequens in gradu, an excludatur per lapsum alterius anni, par. 2. cap. 16. num. 39.

Annus datus matri & aviæ, aliisque consanguineis pupilli ad petendum ei tutorem, quando singulis incipiat currere. par. 1. c. 16. n. 36. 37. & 38.

Anomala dicitur tutela matris, & aviæ, parte 1. cap. 2. num. 1.

An privetur successione pupilli per sola sponsalia de præsenti contracta. p. 1. c. 16. n. 119.

An recte sit datus tutor, vel curator ex inquisitione quatuor concurrere debent, ut hic. p 1. c. 5 n. 22.

An decima solvenda sit ex ipsimet fructibus, in specie, vel sufficiat offerre æstimationem pro ea. p. 3. c. 40. num. 1.

Apopulo in Regem fuit translatum imperium, par. 1. c. 18. num. 10.

Apud Anglos fructus rei pupillaris ad Regem pertinet, quoniam pupilli in tutela Regis virunt. par. 3. c. 2. n. 0. 14.

Apud Portugaliam vigesima pars fructuum tutori pro tutelæ labore conceditur. p. 3. c. 2. n. 14.

Apud Hispanos decima fructuum pars tantum datur tutoribus pro labore administrationis. p. 3. c. 2 n. 17.

Argumentum hoc non procedit: aliquis tenetur ad conficiendum inventarium: ergo propter ejus omissionem jurandum est adversus eum in litem. p. 1. c. 2. n. 15.

Argumentum à præterito in præsens non valet in his, quæ cursu temporis mutantur. p. 1. c. 19. n. 30.

Assessor qui sua culpa in medio officii removetur pro quo tempore debeat habere salarium. p. 3. c. 4. n. 23.

Ascendentes tenentur alere suos descendentes spurios, p. 2. c. 5. num. 41.

Ascendentes majorium facientes ex facultate regia, qui legitimam debent suis descendentibus, tenentur eis alimenta, & dotes præstare in locum legitimæ eis debitæ, etiam si alias habeant unde se alant. p. 2. c. 5. n. 32.

Avia eisdem rationibus quibus mater excluditur ab hereditate pupilli, cum ei nuptias intempestivas procuravit. p. 2. c. 8. num. 12.

Avia materna post matrem admittitur ad pupilli educationem. p. 2. c. 8. n. 13.

Avus vel pater potest in testamento filio suo, quem habet in potestate, tutorem dare cum conditione ibi posita. p. 1. c. 3. num. 1.

Avus & avia aliique descendentes per lineam maternam, an possint suis descendentibus tutorem relinquere, par. 1. c. 4. num. 11.

Avia tenetur neporibus suis infra annum tutorem petere, alias privatur ejus successione, & quando ei incipiat currere hic annus, num 36. 37. 38. p. 1. c. 16. n. 35.

Avo & aviæ concurrentibus, matre & avo paterno item patre & aviæ quis sit admittendus ad tutelam neporum. p. 1. c. 8. n. 13. cum seq.

Aviæ vilis, improbæ, impudicæ, vel imprudenti denegatur educatio neporum, etiam si vidua sit, & alia eligitur persona idonea. p. 2. c. 8. n. 25.

Augmentum rei non pertinet ad usufructuarium, nisi quoad usumfructum, præterquam si sit separatum a re in qua habet usumfructum, quia tunc nec in augmento habet usumfructum. p. 3. c. 30. n. 11.

Aureliæ dantur fructus tutoribus nobilium, idem apud Hispanos. p. 3. c. 2. n. 12. & 13.

Auctoritas tutoris vel curatoris in judicio vel extra non potest præstari per procuratorem, nec per epistolam nec per nuncium. p. 2. c. 4. n. 13.

Authenticæ sacramenta puberum, si adversus vend. dispositio non procedit, ubi inter venit dolus, sive ex proposito, sive re ipsa. p. 2. c. 15. n. 30.

B.

Beneficium ordinis competit quando sunt plures tutores, quorum aliqui gesserunt aliis minime gerentibus. p. 1. c. 15 num. 11.

Beneficium ordinis, non datur nec competit, ubi qui non gesserunt tutelam sunt in communi, vel proprio dolo. p. 1. c. 15. num. 12.

Beneficium ordinis non datur, nec competit ubi gerentes gesserunt ex eorum mandato, qui non gesserunt, non tamen sufficit in hac specie simplex permissio. par. 1. cap. 15. num. 13. & 14.

Beneficium ordinis non datur pro neglectis, in his enim omnes æqualiter sine beneficio ordinis tenentur. par. 1. cap. 15. num. 15.

Beneficium divisionis impenditur tutoribus omnibus gerentibus, vel nullis gerentib. ita ut non sit locus ordinis beneficio, ut obligatio inter omnes dividatur, qui solvendo reperti fuerint. par. 1. cap. 15. num. 16.

Beneficium divisionis competit etiam fidejussoribus, etiam si sint in solidum obligati. p. 1. c. 15. n. 17.

Beneficium divisionis competit fidejussoribus, & tutoribus, non solum in modum exceptionis, sed etiam per officium judicis possunt impetrare, ut inter eos dividatur obligatio. p. 1. c. 15. n. 18.

Beneficium divisionis an pertineat ad tutorem, qui ex communi dolo conventur, affirmativa eligitur rejecta contraria de qua in n. 18. p. 1. c. 15 n. 19.

Beneficium divisionis facilius conceditur quam utilis actionis, parte prima capitulo 15, numero. 21.

Beneficium ordinis non competit pro neglectis & dolose administratis, quia differentia sunt hæc beneficia. parte prima c. 15. num. 23.

Beneficia cedendarum actionum dantur tutoribus solventibus pro contutoribus, ut sibi solventibus cedantur à pupillo actiones negotiorum gestorum competentes illi adversus tutores, ut eos possint exigere, si quando solvendo esse reperti fuerint, parte prima c. 15. num. 28.

Beneficium cedendarum actionum competit tutori convento ex communi culpa, vel ex culpa alterius, secus si conveniatur ex communi dolo vel alterius, parte prima capit. 19. num. 29.

Beneficium cedendarum actionum non comprehenditur sub renunciatione generali omnium beneficiorum, nisi specialiter renuncietur. p. 1. c. 15. n. 30.

Benefi-

De Tutelis & Curis.

Beneficium utilium actionum datur tutoribus conventis atque exactis contra alios tutores, quo casu actiones ab eo, qui pupillus fuit, cessæ non sunt. p. 1. c. 15. n. 31.

Beneficium cedendarum actionum nihilominus necessarium fuit, non obstante beneficio utilium actionum ex ratione de qua hic. p. 1. c. 15. n. 32.

Bona procuratoris sunt tacite obligata pupillo, par. 2. cap. 3. num. 45.

Bona emphyteutica minoris non possunt alienari sine decreto judicis, parte secunda c. 5 n. 23.

Bona minoris immobilia in emphyteusin dari non possunt sine decreto judicis, & debita juris solemnitate, neque in eis constitui usufructus, aut usufructuis minoris constitutus in alieno præsidio alienari sine decreto prætoris, idemque est de qua vis alia servitute reali. p. 2. c. 5. n. 24.

Bona minoris quasi domini eorum alienari non possunt sine decreto, parte secunda. c. 5. n. 26.

Bona minoris absque decreto remitti non possunt, nec cedi actio, quam minor habet, ad rem. p. 2. c. 5. n. 27.

Bona immobilia minoris permutari non possunt absque decreto, nec alio modo alienari per compromissum ante transactionem, nisi per eam minor remaneret ipse bona, aut ea possent alienari sine decreto, ut in n. 29. si tamen eo casu quo valet compromissum, minor læsus daturus, posset restitui, ut in num. 30. p. 2. c. 5. num. 28.

Bona minoris alienari non possunt etiam pro eo alendo, fame laborante, sine debitis juris solemnitatibus nisi res dilationem non patiatur, aut moram. p. 2. c. 5. n. 34.

Bona immobilia minoris hypothecari non possunt sine decreto judicis, & quid si emat eo pacto, ut res maneat hypothecata pro securitate solutionis pretii quo ipsa venit par. 2. c. 5. n. 35. & 36.

Bona minoris immobilia in dotem dari neque expresse obligari possunt absque decreto judicis, & in num. 37. par. 2. c. 5. num. 51.

Bona minoris propter nuptias donari non possunt, neque in arrhas dari, ut in n. 54. quamvis jure communi minor ineatur donationes per nuptias uxori facere, sed secus est de jure regio utibidem p. 2. c. 5. n. 52.

Bona immobilia minoris non possunt alienari ad pias causas sine decreto prætoris. p. 2. c. 5. n. 53.

Bona immobilia minorum donari non possunt sine decreto, procedit etiam in donatione remuneratoria. par. 2. c. 5. num. 57. & 58.

Bona immobilia minorum possunt alienari propter utilitatem ipsorum. p. 2. c. 5. n. 76.

Bona administratorum minorum viginti quinque annorum sunt ipsis tacite obligata & hypothecata pro ratione administrationis reddenda, & reliquis solvendis, hoc procedit, si tutor vel curator inventarium non fecerit. parte 2. c. 16. n. 1. & 2.

Bona tutoris vel curatoris sunt tacite obligata non solum pro administratis, sed etiam pro neglectis, par. 2. cap. 16. num. 3.

Bona protutorum & procuratorum sunt tacite hypothecata pro ratione reddenda. p. 2. c. 16. n. 13.

Bona dotalia matris & aviæ turricii sunt tacite hypothecata pro ratione reddenda. p. 2. c. 16. n. 14.

Bona actorum datorum à curatoribus & à curatoribus sunt etiam tacite hypothecata. p. 2. c. 16. n. 15.

Bona curatoris ad litem dati minori sunt tacite hypothecata ipsi minori. p. 2. c. 16. n. 16.

Bona fidejussorum & heredum tutorum & curatorum sunt etiam tacite hypothecata minori, vel ejus heredi, parte secunda c. 16. n. 17.

Bona propria heredum tutorum, vel curatorum an sint tacite hypothecata minori, & num. 29. par. 2. cap. 16. num. 18.

Bona minorum non sunt tacite hypothecata tutoribus, & curatoribus pro alimentis & impensis, retentio tamen eis competit. p. 2. c. 16. n. 20. & 21.

Bona curatoris furiosi, prodigi, muti, & surdi, & similium personarum, sunt ipsis tacite hypothecata, par. 2. c. 16. num. 22.

Bona patris legitimi administratoris quando sint tacite hypothecata vel non filiofamilias pro administratione, parte secunda c. 16. n. 25.

Bona actoris dati à judice loco tutoris vel curatoris non sunt tacite hypothecata minori, parte 2. cap. 16. numero 28.

Bona tutorum & curatorum acquisita post susceptam tutelam situr etiam tacite hypothecata minoribus. par. 2. ca. 16. num. 30.

Bona procuratoris, sive curatoris sunt tacite obligata pro reddenda ratione administrationis, par. 2. cap. 17. num. 1.

Bona tutorum & curatorum sunt tacite hypothecata à jure pro omnibus, pro quibus ipsi reacntur, par. 3. cap. 1. num. 109.

Bonis absentis prætimior ejus consanguineus curator dari debet cum fidejussoribus & reliquis solemnitatibus acut bonis captivi. p. 3. c. 17. n. 3.

Bona confiscata non spectant ad firmarium. & sic ad conductorem commoditatis, atque fructuum, sed contrarium num. 12. p. 3. c. 24. n. 9.

Bona delinquentis ante condemnationem non censentur hypothecata filio, neque jus aliquod considerabile habere videtur in eis. num. 28. p. 3. c. 24. n. 19.

Bona & infamia defuncti dicuntur deducto ære alieno. p. 3. c. 24. n. 4.

Bona matris pro administratione tutelæ, vel curæ filiorum sunt tacite obligata. eisque dos remanet potest eo dicta administratione, donec reddat rationem & restentio in dote hoc casu admittatur. p. 1. c. 8. n. 49. & 50.

Bona matris & matris cum ea contrahentis secundum matrimonium, tunt tacite hypothecata pro reddenda ratione tutelæ filiorum primi matrimonii, sed hoc locum habet, quando mater administravit bona filiorum tanquam eorum tutrix secus alias. p. 1. c. 9. n. 29. & 30.

C.

Cautela legitima præstanda a tutore & curatoribus, hoc est, latitudo cujus personæ acceptanda sit, par. 1. c. 22. num. 29.

Camela Capellæ ad hoc ut invitus quis non cogatur suscipere tutelam, vel curam, procurando ut non repetiatur aliquis qui prono vel infidelis reperiatur, improbatur, nisi adsint aliquæ circumstantiæ. p. 1. c. 21. n. 26.

Cap. 21. Regum lib. 3. adducitur & interpretatur, par. 2. cap. 5. num. 79.

Cap. tua nobis, de decimis vera ratio decidendi. par. 3. c. 37. n. 10. & 18.

Cæcus tutor aut curator esse non potest, si utroque oculo cæcutit, secus si uno tantum. p. 1. c. 20. n. 21.

Cæcus, mutus, surdus, furiosus, aut valetudinarius deponere potest tutelam antea suscepram. p. 1. c. 21. n. 16.

Citatio prima quomodo fiat contra minores vel defensores eorum. & quid de jure Regio. p. 2. n. 8. & 9.

Citatio aliqua non requiritur ad dandum tutorem vel curatorem pupillo, vel furioso sine inquisitione. par. 1. cap. 4. num. 18.

Clausula rebus sic stantibus, &c. in omnibus actibus, & dispositionibus contenta semper apposita etiam juratis. par. 2. c. 1. num. 14.

Clericus successorius pupillo, qui ei non petiit tutorem intra annum privatur ejus successione sicut laicus. p. 1. cap. 16. num. 73.

Clerici in sacris non constituti inviti coguntur suscipere tutelam par. 1. cap. 1. n. 27.

Clerici non coguntur aliquam recipere tutelam, possunt tamen recipere legitimam, si velint intra quatuor menses a tempore scientiæ mortis patris pupillorum. p. 1. c. 3. n. 26.

Coitus custodia carceris cum mulliere incarcerata punitur, & quid si liet recretrix. n. 3. 4. vera resolutio hujus quæst. ponitur in n. 17. p. 2. c. 21. n. 11.

Coitus tutoris vel curatoris extra figuram matrimonii habitus cum pupilla, vel adulta durante tutela, vel cura cave finita, punitur pœna depositionis & confiscationis bonorum omnium. p. 1. c. 12. n. 10.

Collector Cameræ Apostolicæ cujusque generalis conductor omnium fructuum & emolumentorum atque jurium Episcopatus vel Archiepiscopatus vacantium, habere debet successiones parochorum decedentium, quæ in hoc Episcopatu Civitatensi vocantur lustuosa, nisi aliud consuetudine fuerit obtentum. p. 3. c. 28. n. 4.

Colonus Regis eidem obligatus non potest esse tutor, vel curator minoris, & quomodo intelligatur, par. 1. cap. 20. n. 15. & 16.

Colonus partiarius non potest impensas deducere ad solvendam partem fructuum domino fundi debitam, par. 3. c. 37. num. 9.

Colonus partiarius tenetur solvere decimam num. 19. par. 3. cap. 37. num. 11.

Commissi utilitas non quæritur usufructuario, sed pertinet ad proprietarium. p. 3. c. 24. n. 1.

Comunia vulgo (iacentes) a Romanis primum originem traxerunt, ... ullus vere tamen in Regno Castellæ, quam Lusitaniæ communis usus introduxit, p. 1. c. 8. n. 48.

Communio vitis, loquendo hoc loco, habet ut faciendo mentionem de quarta reliquata parte socius intelligatur, par. 3. c. 22. num. 4.

Compensabilia ea sunt debita in diversis monetis, par. 3. capit. 1. num. 31.

Compensari animus intelligitur, si testator dixerit simpliciter, quod legatarius debeat ei convenienti legato, & plus petere non possit, p. 3. c. 3. n. 16.

Compensandi animum non censetur habuisse cessator, si simpliciter dixerit quod legatarius plus petere non possit, dummodo debita constarent et antecedentibus et subsequentibus clausulis deducta sint, p. 3. c. 3. n. 62.

Compensandi animo, an cessarius factum legatum per gravamina diminuere cogatur, p. 3. c. 3. n. 86.

Compensatio legati cum decima fructuum minoris furoris debitura non habet locum, quando testator non consuluit in quantitate, ut etiam generaliter loquendo, alias compensationes hic, ex exemplamento & voluntate ab ipso facta, parte 3. capit. 1. num. 14.

Compensatio quæ pro venire cogatur, ita voluntate, vel mente defunctorum, an hac in re deducum sit ratio species, tres in quantitate, parte 3. c. 3. n. 17.

Compendium eandem fieri debere pro concurrenti quantitate, parte 3. c. 3. n. 10.

Compensatio sit quando cessatore dixerit se legare matri usumfructum toto eo tempore, quo ipsa steterit ad exigere posset in sua hæreditate, idem est, ac si dixerit relinquere sibi dominium pro omne jus quod sibi posset competere, ita ut necesse maneat debita petere non potens, part. 3. cap. 3. num. 14. & 15.

Commentario regularitas non cadit, nec debet distinctio boni, quo modo fiat prohibitio de non ascendo, parte 3. cap. 5. num. 63.

Compensationis conjectura cessat quoties legatarius qui fuit prohibitus amplius petere de bonis testatoris habeat aliquod jus in bonis illius, ad quod verba illa possint referri, alias secus, p. 3. c. 3. n. 71.

Compellio judicis an sit necessaria, & quod debitor alleget creditorem minorem esse, & ideo eum non esse solvendum, vel sufficiat simplex auctoritas iudicis, & an tunc opus sit appellare à mandato judicis, quando constat, creditorem revera esse minorem 25. annorum, p. 2. c. 22. n. 25. & 26.

Condictio, quæ tacite inest actui, & expirimatur, & hic non tacit actum conditionalem, p. 1. c. 11. n. 9.

Conductor sylvæ privati potest sylvam eæduam suo tempore cædere, p. 3. c. 27. n. 12.

Conjux an consequatur lectum ex lege vel pactum delatum ex matrimonio nullo vel putativo, part. 3. cap. Si numer. 18. & 19.

Conductor fructuum & omnium emolumentorum & junium priorates, debet habere pensiones seu successiones decedentium ad priorem alias pertinentia, p. 3. c. 28. n. 3.

Conductor fructuum Archidiaconatus non debet habere solita præstari Archidiacono in ingressu suo & recundo adventu & tatio differentiæ inter hunc casum & positum supra, n. 3. punctum primo n. 9. p. 3. c. 28. n. 6.

Conductor fructuum non consequitur collationes seu præsentationes beneficiorum p. 1. c. 29. n. 16.

Connexa tantum veniunt in tutelæ judicium, alia vero in quæ pertineat vertit tutor post finitam tutelam in actione negotiorum gestorum, p. 2. c. 19. n. 14.

Confessio facta in judicio respondendo petitioni actoris videtur facta in vim contentionis juridicitionis, par. 2. cap. 6. num. 17.

Confessio procuratoris, quæ surgit ex contumacia veluti in non respondendo positionibus est valida, p. 1. c. 6. n. 18.

Confessio redditus non præjudicat tutori seu administratori, donec accepterat impensa & è converso, par. 3. cap. 1. num. 52.

Confessio prælati de recepta debitoribus Ecclesiæ, an Ecclesiæ præjudicet, p. 3. c. 1. n. 78.

Confessio tutoris, curatoris, executoris, & alius administratoris extra judicium, & in judicio facta, quando noceat, vel non minori, aut certis dominis, p. 3. c. 1. n. 79.

Confessio facta in instrumento publico redditæ rationis legitimæ & liberationis reliquorum facta à adulto, vel ab ejus curatore, vel tutore pupilli, an liberet ipsum primum tutorem & curatorem, ejusque heredes ab obligatione iterum reddendi eam, p. 3. c. 1. n. 113.

Confessio secundi tutoris, quod ratio primi tutoris bene reddita, non nocet pupillo, p. 3. c. 1. n. 121.

Confessio facta per procuratorem procuratorio nomine, non nocet ei, tanquam persona propria, si apparet quod aliter se habent veritas, p. 3. c. 14. n. 19.

Confirmatio codicillorum præcedentium testamentum ad valorem tutelæ in codicillo relictæ hodie necessaria non est, p. 1. c. 23. n. 4.

Confirmatio tutoris dati in testamento legitime non requisita, vide quando intelligatur, ibidem par. 1. cap. 3. num. 19. tit. 20.

Confirmatio codicillorum præcedentium testamentum non requiritur, quando in prædictis codicillis datus fuit tutor, par. 1. c. 6. n. 1.

Coobligatus est natura, ut sequendum necessario non sit, par. 1. c. 1. num. 1.

Consuetudo deferens tutoribus omnes fructus est restringenda eas quam odiosa, p. 3. c. 2. num. 16.

Consuetudo non valet quod tutor non teneatur reddere rationem, p. 1. c. 1. n. 29.

Consuetudo quod in alienationibus rerum immobilium minorum, non tacet venire decretum judicis valet, par. 1. cap. 5. num. 73.

Consuetudo diminuens solemnitates jure requisitas ad alienationem rerum minorum valida est, p. 1. c. 5. n. 9.

Consuetudo conficiendi inventarium est servanda, par. 2. cap. 1. num. 84.

Consuetudo hoc ut valeat, an requiratur binus actus judiciarius, vel sufficiant extrajudiciales, parte 2. capit. 1. numero 51.

Consuetudinum fori sandi inventarium excudat, parte 2. cap. 1. num. 22.

Consuetudo in creatione tutoris, curatoris, judicis, vel actoris attendatur, p. 1. c. 8. n. 40.

